ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

FLAVII JOSEPHI

OPERA.

GRÆCE ET LATINE.

RECOGNOVIT

GUILELMUS DINDORFIUS.

VOLUMEN SECUNDUM.

ACCEDUNT ECLOGÆ PHOTIANÆ QUÆ PERTINENT AD HISTORIAM JUDÆORUM

SUBJECTI SUNT INDICES PLENISSIMI ET FRAGMENTA NOVA
POLYBII, DIONYSII, DEXIPPI, EUSEBII.



PARISIIS,

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,

INSTITUTI IMPERIALIS FRANCIÆ TYPOGRAPHO,

VIA JACOB, 56.

M DCCC LXV.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

FLAVII JOSEPHI

OPERA.

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

PRÆFATIO G. DINDORFII.

Josephi opera postquam proximis post inventam artem typographicam temporibus plusquam vicies Latine edita essent, Græce primum prodierunt Basileæ a. 1544 opera Arnoldi Peraxyli Arlenii, codicibus ex quibus ederentur non prudenter delectis, sed, ut ferebat illorum temporum in arte critica infantia, omnium prope qui adhuc innotuerunt nequissimis arreptis. Ea editio postquam aliquoties alibi repetita esset, levissimis factis mutationibus, primus qui paullo diligentiorem in hoc scriptore operam poneret Joannes Hudsonus exstitit, qui non solum novam interpretationem Latinam confecit, sed etiam melioris notæ exemplaria manuscripta, inter quæ eminent Vossiana Leidensia, conquirere cœpit, quorum ope innumera quidem priorum editionum vitia correxit in editione Oxoniensi a. 1720, sed longe plurima tamen aliis agenda reliquit. Quibus perficiendis prorsus imparem se gessit qui editionem Hudsonianam utilibus inutilibusque accessionibus auctam sex annis post Lugduni Batavorum repetivit Sigbertus Havercampus, licet non solum eædem omnes quæ Hudsono præsto ei essent librorum Mss. copiæ, sed novæ etiam et eximiæ suppeterent. Post Havercampum qui Josephi opera attigerunt duos tantum invenio quos hoc loco memorem clari nominis viros, alterum Jo. Aug. Ernestium, qui in Antiquitatum Judaicarum libris multa egregie emendavit in Observationibus post mortem ejus editis a. 1795, alterum Ed. Cardwellum, qui Belli Judaici historiam longe quam adhuc ferebatur emendatiorem cum amplo vetustiorum codicum apparatu Oxonii edidit a. 1837. Eo igitur in loco quum rem esse videret eruditissimus hujus Bibliothecæ editor, Ambr. F. Didot, nullamque quæ repeti posset editionem omnia Josephi scripta complectentem inveniret, ego exemplar Hudsonianum ei concessi, cujus in marginibus plurima vulgatæ lectionis vitia ex codicibus emendaveram, alia ex conjecturis vel aliorum vel meis correxeram, licet bene sentirem quam longe hæc omnia ab ea absint perfectione

quam non poterit attingere nisi qui præstantiores quosdam codices denuo et accuratius quam adhuc factum examinare diuturnamque in scriptore gravissimo et emendando et explanando operam ponere volet. Præterea spem feceram Didotio fore ut alteri huic volumini præfationem præmitterem ejusdem fere ambitus qualem Pausaniæ in alio hujus Bibliothecæ volumine nuper ab se edito præfixit L. Dindorfius. Verum quum post volumen prius aliquo abhinc tempore editum multorum, inprimis theologorum, desiderio satisfactum commodisque melius consultum iri cognovisset Didotius, si grandia nec parvo parabilia Havercampi volumina in posterum etiam adeundi necessitate illos liberaret, mutato consilio tertium, mediocri illud ambitu futurum, addere decrevit volumen, quo quæ ad emendationem et interpretationem utilia vel allata essent (*) vel nova conferri possent breviter exposita complecteretur, addito etiam qui pridem ab me confectus est exquisitioris Græcitatis indice, certiore consilio quam Hudsonianus, quem Havercampus repetivit, instituto.

Scr. Lipsiæ Kal. Dec. 1846.

(*) [Præter edita delectus haberi poterit ex ineditis observationibus *Joannis Boivin*, quibus narratio Josephi multis locis vel explicatur docte vel aliis ex documentis corrigitur. Spes etiam facta nobis est excerptorum ex antiqua translatione Armeniaca, quæ codicum hodie deperditorum locum utilissime supplebit.]

EX PHOTII BIBLIOTHECA.

33.

Ἀνεγνώσθη ΙΟΥΣΤΟΥ ΤΙΒΕΡΙΕΩΣ χρονικόν, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ Ἰούστου Τιβεριέως Ἰουδαίων βασιλέων τῶν ἐν τοῖς στέμμασιν. οὗτος ἀπὸ πόλεως τῆς ἐν Γαλιλαίᾳ Τιβεριάδος ὡρμᾶτο. ἄρχεται δὲ τῆς ἱστορίας ἀπὸ Μωϋσέως, καταλήγει δὲ ἕως τελευτῆς Ἀγρίππα τοῦ ἑβδόμου μὲν τῶν ἀπὸ τῆς οἰκίας Ἡρώδου, ὑστάτου δὲ ἐν τοῖς Ἰουδαίων βασιλεῦσιν, ὃς παρέλαβε μὲν τὴν ἀρχὴν ἐπὶ Κλαυδίου, ηὐξήθη δὲ ἐπὶ Νέρωνος καὶ ἔτι μᾶλλον ὑπὸ Οὐεσπασιανοῦ, τελευτᾷ δὲ ἔτει τρίτῳ Τραϊανοῦ, οὗ καὶ ἡ ἱστορία κατέληξεν. ἔστι δὲ τὴν φράσιν συντομώτατός τε, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἀναγκαιοτάτων παρατρέχων. ὡς δὲ τὰ Ἰουδαίων νοσῶν, Ἰουδαῖος καὶ αὐτὸς ὑπάρχων τὸ γένος, τῆς Χριστοῦ παρουσίας καὶ τῶν περὶ αὐτὸν τελεσθέντων καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ τερατουργηθέντων οὐδενὸς ὅλως μνήμην ἐποιήσατο. οὗτος παῖς μὲν ἦν Ἰουδαίου τινὸς ὄνομα Πίστου, ἀνθρώπων δέ, ὥς φησιν Ἰώσηπος, κακουργότατος, χρημάτων τε καὶ ἡδονῶν ἥττων. ἀντεπολιτεύετο δὲ Ἰωσήπῳ, καὶ πολλὰς κατ' ἐκείνου λέγεται ἐπιβουλὰς ῥάψαι· ἀλλὰ τόν γε Ἰώσηπον, καίτοι ὑπὸ χεῖρα πολλάκις λαβόντα τὸν ἐχθρόν, λόγοις μόνον ὀνειδίσαντα ἀπαθῆ κακῶν ἀφεῖναι. καὶ τὴν ἱστορίαν δέ, ἣν ἐκεῖνος ἔγραψε, πεπλασμένην τὰ πλεῖστά φασι τυγχάνειν, καὶ μάλιστα οἷς τὸν Ῥωμαϊκὸν πρὸς Ἰουδαίους διέξεισι πόλεμον καὶ τὴν Ἱεροσολύμων ἅλωσιν.

33.

Lectum est Justi Tiberiensis Chronicon, cujus inscriptio: Justi Tiberiensis regum Judæorum, qui coronati fuerunt. Hic e Tiberiade Galilææ oppido ortum nomenque traxit. Auspicatur historiam a Moyse, perducitque ad exitum usque Agrippæ, septimi e familia Herodis, et Judaicorum regum postremi: qui regnum sub Claudio accepit, crevit sub Nerone, ampliusque dein sub Vespasiano; obiit autem tertio Trajani anno, quo et historiæ finis ducitur. Stylus huic maxime concisus, et pleraque relatu cumprimis necessaria prætermittit. Communi autem Hebræorum vitio laborans, Judæus genere quum esset, de Christi adventu, deque iis quæ ipsi acciderunt, aut de miraculis ab illo patratis, nullam prorsus fecit mentionem. Parentem Hebræum quendam habuit, cui Pisto nomen: mortalium ipse, ut Josephus ait, nequissimus, et pecuniæ cupiditati ac libidini serviens. Contendit idem in republica cum Josepho, cui multas struxisse insidias fertur; Josephus tamen, etsi sæpenumero hostem comprehendisset, verbis duntaxat castigatum, impune abire permisisse. Historiam vero, quam texuit, magnam partem confictam aiunt, eaque potissimum, quibus Romanorum adversus Judæos bellum et Hierosolymorum eversionem persequitur.

47.

Ἀνεγνώσθη ΙΩΣΗΠΟΥ Ἰουδαίου τὰ κατὰ Ἰουδαίους πάθη, ἐν οἷς ἥ τε τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ τέλει τῶν λόγων ἅλωσις καὶ ἡ τῆς Μασάδας πολίχνης, πρὸ δὲ τούτων ἡ τῶν Ἰωταπάτων, ἐν ᾗ καὶ αὐτὸς Ἰώσηπος ἥλω, ἔτι δὲ Γισχάλων ἅλωσις καὶ ἄλλων Ἰουδαϊκῶν φρουρίων ἐρημία. ἔστι δὲ αὐτῷ τὸ σύνταγμα ἐν λόγοις ἑπτά. καθαρὸς τὴν φράσιν, καὶ ἀξίωμα λόγου μετὰ εὐκρινείας καὶ ἡδονῆς δεινὸς ἐκφῆναι, πιθανός τε ταῖς δημηγορίαις καὶ ἐπίχαρις, κἂν ἐπὶ τἀναντία ὁ καιρὸς καλῇ χρήσασθαι τῷ λόγῳ, δεξιὸς καὶ γόνιμος ἐνθυμημάτων ἐφ' ἑκάτερα, καὶ γνωμολογικὸς δὲ ὡς εἴ τις ἄλλος, καὶ πάθη τῷ λόγῳ παραστῆσαι ἱκανώτατος, καὶ ἐγεῖραι πάθος καὶ πραῧναι δοκιμώτατος. πολλὰ δὲ σύμβολα καὶ σημεῖα λέγει προϋπάρξαι τῆς Ἱερουσαλὴμ ἁλώσεως· βοῦν τε γὰρ ἐπὶ θυσίαν ἀγομένην ἄρνα τεκεῖν, καὶ φῶς ἀναλάμψαι ἐν τῷ ναῷ, καὶ φωνῆς ἐκεῖθεν ἐπακοῦσαι « μεταβαίνομεν ἐντεῦθεν, » καὶ τὰς τοῦ ἱεροῦ πύλας οὐδ' ὑπὸ ἀνδρῶν εἴκοσιν ἀνοιγομένας αὐτομάτως ἀνεῷχθαι, καὶ στρατὸν ἑσπέρας ἐπιφαίνεσθαι ὅπλοις περιπεφραγμένον, καὶ ἄνθρωπόν τινα (ὄνομα

47.

Legi Josephum Judæum, De Judaicæ gentis calamitate atque interitu. Quo in libro extremo Hierosolymorum excidium narrat et Masadæ oppidi; et ante hæc Iotapatorum, in quo et ipse Josephus captus; præterea Gischalorum eversionem, et aliorum Judaicorum munimentorum desolationem. Sunt autem hujus operis libri septem. Candidus illi sermo, qui rationum pondus atque momentum cum puritate ac jucunditate exprimere possit. In concionibus persuadendi vi præditus est, ac gratiosus, tum etiam quum suadet opportunitas orationem in contrariam partem flectere. Dextre quoque et copiose enthymematis in utramque partem utitur sententiasque, si quis alius, adhibet. Orationi insuper affectum imprimendi, et concitandi motus eosdemque mox leniendi, est peritissimus.

Multa vero signa atque prodigia Hierosolymorum excidium præcessisse commemorat: bovem ad sacrificium ductam agnum peperisse; lucem in templo splenduisse; vocem exinde auditam: « Hinc abimus; » templi portas, quas ne viginti quidem viri aperire poterant, sponte patuisse; exercitum vesperi visum armis indutum; virum, cui nomen

αὐτῷ ὁ τοῦ Ἀνανίου Ἰησοῦς) μηδὲν ἄλλο ἐπιφθέγγεσθαι ἐπὶ ἔτη ϛʹ καὶ μῆνας γʹ, ὥσπερ βεβακχευμένον ὄντα ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, ἢ τὸ αἶ αἶ τῇ Ἱερουσαλήμ· ὃς καὶ ὑπὲρ τούτου αἰκισθεὶς πλὴν ταύτης τῆς φωνῆς οὐδὲν ἄλλο ἀπεκρίνατο, ἐν αὐτῇ τε τῇ ἁλώσει παρὼν καὶ ἑαυτῷ τὴν τοιαύτην φωνὴν ἐπειπών, λίθῳ βληθεὶς ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἐτελεύτησε. τὰ μὲν οὖν προδειχθέντα τῆς ἁλώσεως σημεῖα ταῦτα· ἡ στάσις δὲ τῶν ἐμφυλίων ἢ οἱ πολέμιοι τὴν πόλιν ἐπόρθησαν. εἰς ζηλωτὰς γὰρ ἑαυτοὺς καὶ σικαρίους διαστήσαντες ἀλλήλους τε ἔφθειρον, καὶ τὸ κοινὸν σῶμα ὁ δῆμος ἀπ' ἀμφοῖν πικρῶς τε καὶ ἀνηλεῶς ἐσπαράττετο. λιμός τε οὕτω κατέσχεν ὡς καὶ εἰς ἄλλα μὲν παράνομα τοὺς ἀνθρώπους ἐκδιαιτηθῆναι, καὶ γυναῖκα δὲ τὸ οἰκεῖον τέκνον θοινήσασθαι. καὶ τῷ λιμῷ ὁ λοιμὸς συνεπιλαβόμενος ἐδείκνυ πᾶσιν ἐμφανῶς θεομηνίας ἔργον καὶ τῆς δεσποτικῆς προρρήσεως καὶ ἀπειλῆς τὴν τῆς πόλεως ὑπάρξαι πανωλεθρίαν καὶ ἅλωσιν.

48.

Ἀνεγνώσθη ΙΩΣΗΠΟΥ περὶ τοῦ παντός, ὃ ἐν ἄλλοις ἀνέγνων ἐπιγραφόμενον περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας, ἐν ἄλλοις δὲ περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας. ἔστι δὲ ἐν δυσὶ λογιδίοις. δείκνυσι δὲ ἐν αὐτοῖς πρὸς ἑαυτὸν στασιάζοντα Πλάτωνα, ἐλέγχει δὲ καὶ περὶ ψυχῆς καὶ ὕλης καὶ ἀναστάσεως Ἀλκίνουν ἀλόγως τε καὶ ψευδῶς εἰπόντα, ἀντεισάγει δὲ τὰς οἰκείας περὶ τούτων τῶν ὑποθέσεων δόξας, δείκνυσί τε πρεσβύτερον Ἑλλήνων πολλῷ τὸ Ἰουδαίων γένος. δοξάζει δὲ συγκεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον ἐκ πυρὸς καὶ γῆς καὶ ὕδατος, καὶ ἔτι ἐκ πνεύματος, ὃ καὶ ψυχὴν ὀνομάζει. περὶ οὗ πνεύματος αὐταῖς λέξεσιν οὕτω φησί. « τούτου τὸ κυριώτερον ἀνελόμενος ἅμα τῷ σώματι ἔπλασε, καὶ διὰ παντὸς μέλους καὶ ἄρθρου πορείαν αὐτῷ κατεσκεύασεν· ὃ τῷ σώματι συμπλασθὲν καὶ διὰ παντὸς διικνούμενον τῷ αὐτῷ εἴδει τοῦ βλεπομένου σώματος τετύπωται, τὴν οὐσίαν δὲ ψυχρότερον ὑπάρχει πρὸς τὰ τρία, δι' ὧν τὸ σῶμα συνήρμοσται. » οὕτω μὲν οὖν ἀναξίως τῆς τε τῶν Ἰουδαίων περὶ ἀνθρώπου φυσιολογίας ταῦτα εἰπὼν καὶ τῆς ἄλλης αὐτοῦ περὶ τοὺς λόγους ἀσκήσεως, διέξεισι καὶ περὶ τῆς κοσμογονίας κεφαλαιωδῶς. περὶ μέντοι Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἡμῶν ὡς ἔγγιστα θεολογεῖ, κλῆσίν τε αὐτὴν ἀναφθεγγόμενος Χριστοῦ, καὶ τὴν ἐκ πατρὸς ἄφραστον γέννησιν ἀμέμπτως ἀναγράφων. ὃ τινας ἴσως καὶ ἀμφιδοξεῖν, ὡς Ἰωσήπου εἴη τὸ συνταγμάτιον, ἀναπείσειεν. οὐδὲν δὲ τὰ τῆς φράσεως αὐτῷ πρὸς τὰ ὑπόλοιπα τοῦ ἀνδρὸς ἀποδεῖ. εὗρον δὲ ἐν παραγραφαῖς ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ λόγος Ἰωσήπου, ἀλλὰ ΓΑΙΟΥ τινὸς πρεσβυτέρου ἐν Ῥώμῃ διατρίβοντος, ὅν φασι συντάξαι καὶ τὸν λαβύρινθον· οὗ καὶ διάλογος φέρεται πρὸς Πρόκλον τινὰ ὑπέρμαχον τῆς τῶν Μοντανιστῶν αἱρέσεως. ἀνεπιγράφου δὲ καταλειφθέντος τοῦ λόγου φασὶ τοὺς μὲν Ἰωσήπου ἐπιγράψαι, τοὺς δὲ Ἰουστίνου τοῦ μάρτυρος, ἄλλους δὲ Εἰρηναίου, ὥσπερ καὶ τὸν

Jesus Ananiæ, nihil aliud annis sex et mensibus tribus sonuisse, tanquam furore percitum, quam identidem : Væ, væ, Hierusalem! eundemque quum ea de causa verberibus quoque cæderetur, præter hanc unam vocem, nullam emisisse aliam. Hunc item, urbis excidio quum interesset, eandemque apud se vocem ingeminaret, lapidis ictu ab hoste occisum esse.

Atque hæc quidem ante urbem captam signa monstrata fuere, intestini vero belli seditio et hostes urbem everterunt. In zelotarum enim factionem et sicariorum divisi se mutuo Judæi interfecerunt, ipsumque adeo reipublicæ corpus, vulgus, ab utrisque acerbe est atque crudeliter dilaniatum. Fames item sic urbem invasit, ut et ad alia flagitia homines impulsi fuerint, et mulier suum ipsa filium comederit. Pestis ad hæc famem excipiens, satis omnibus clare ostendit, divinæ id iræ opus esse ac Dominicæ denuntiationis minarumque, fore nimirum ut urbs funditus eversa periret.

48.

Lectus est Josephus De universo; qui liber alibi inscriptus legitur, De Universi causa : in aliis vero libris, De Universi natura. Suntque libelli duo, quibus secum pugnare Platonem docet. De anima quoque, materia et resurrectione Alcinoum, ut absurde ac falso disserentem, reprehendit, suas vero ipse de his thesibus opiniones opponit; docetque Judæorum nationem longe esse quam Græcorum antiquiorem. Putat compositum hominem ex igne, terra, aqua ac præterea e spiritu, quem Animam appellat. De quo spiritu hisce verbis usus est : « Hujus principem partem apprehendens, una cum corpore formavit, et per omnia membra artusque viam ipsi patefecit. Qui spiritus corpori conformatus, totumque pervadens, eadem forma, qua corpus hoc spectatur, insignitus est : naturam vero frigidiorem habet ad tria illa, per quæ corpus compactum est. » Hæc ille, non satis apte ad Hebræorum de hominis natura doctrinam, neque satis e dignitate reliquorum a se diserte scriptorum elocutus. De mundi quoque generatione per compendium disserit. De Christo autem vero Deo aptissime loquitur, quando et ipsam Christi appellationem illi attribuit, et inenarrabilem ex Patre generationem citra reprehensionem describit. Quæ res ambigendi fortasse cuipiam causam præbeat, sitne hoc Josephi opusculum : etsi nihil dicendi genere a reliquis ejusdem scriptis discedit. Comperi annotatum fuisse, non esse Josephi hoc opus, sed Caii cujusdam presbyteri Romæ agentis, quem et auctorem faciunt Labyrinthi : cujus etiam dialogus est adversus Proclum quendam, heresis Montanistarum defensorem. Quum enim sine titulo opus relictum esset, alii quidem Josepho inscriptum referunt, alii Justino Martyri, nonnulli Irenæo : quemadmodum et Labyrinthum

λαβύρινθόν τινες ἐπέγραψαν Ὠριγένους. ἐπεὶ Γαΐου ἐστὶ πόνημα τῇ ἀληθείᾳ τοῦ συντεταχότος τὸν λαβύρινθον, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τῷ τέλει τοῦ λαβυρίνθου διεμαρτύρατο ἑαυτοῦ εἶναι τὸν περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας λόγον. εἰ δ' ἕτερος καὶ οὐχ οὗτός ἐστιν, οὔπω μοι γέγονεν εὔδηλον. τοῦτον τὸν Γάϊον πρεσβύτερόν φασι γεγενῆσθαι τῆς κατὰ Ῥώμην ἐκκλησίας ἐπὶ Οὐίκτορος καὶ Ζεφυρίνου τῶν ἀρχιερέων, χειροτονηθῆναι δὲ αὐτὸν καὶ ἐθνῶν ἐπίσκοπον. συντάξαι δὲ καὶ ἕτερον λόγον ἰδίως κατὰ τῆς Ἀρτέμωνος αἱρέσεως, καὶ κατὰ Πρόκλου δὲ σπουδαστοῦ Μοντανοῦ σπουδαίαν διάλεξιν συντεταχέναι, ἐν ᾗ τρισκαίδεκα μόνας ἐπιστολὰς ἀριθμεῖται Παύλου, οὐκ ἐγκρίνων τὴν πρὸς Ἑβραίους.

Origeni quidam tribuerunt. Alioqui Caii est opus ejusdem revera qui Labyrinthum composuit, quando ille ipse in extremo Labyrintho testatum reliquit, esse se libri De Universi natura auctorem. Verum hicne liber ille sit, de quo agitur, an alius, nondum mihi liquet.

Hunc Caium presbyterum Romanæ ecclesiæ fuisse affirmant sub Victore et Zephyrino pontificibus, ordinatumque et gentium episcopum, scripsisse quoque peculiarem alium librum contra Artemonis hæresim, et adversus Proclum, Montani studiosum, accuratam disputationem, in qua tredecim duntaxat S. Pauli epistolas enumeret, non recepta in censum ea quæ est ad Hebræos.

76.

Ἀνεγνώσθη ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας, ἐν λόγοις κ'. ἄρχεται ἀπὸ τῆς Μωϋσέως κοσμογονίας, τὰ πολλὰ συνᾴδων τῇ Μωϋσέως συγγραφῇ, ἔστι δὲ ἔνθα ἀλλοιότερον συγγραφόμενος. κάτεισι δὲ μέχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ πρὸς Ῥωμαίους Ἰουδαίων πολέμου· ἐβασίλευε δὲ τότε τῶν Ἰουδαίων Ἀγρίππας ὁ τοῦ Ἀγρίππα τοῦ μεγάλου παῖς, ὃς Ἰησοῦν τὸν τοῦ Γαμαλιὴλ τὴν ἀρχιερωσύνην ἀφελόμενος δίδωσι Ματθίᾳ τῷ Θεοφίλου. πρῶτος δὲ Ἀντίοχος καὶ ὁ στρατηγὸς αὐτοῦ Λυσίας, ἀφ' οὗ τοῖς Ἰουδαίοις ἀρχιερωσύνης ἐγνώσθη ἀξίωμα, εἰς ταύτην τὴν τολμηρὰν κατέστη ἐγχείρησιν· τὸν γὰρ Ὀνίαν, ᾧ Μενέλαος ἐπίκλην, τὴν ἀρχιερωσύνην ἀφελόμενοι καὶ ἀνελόντες, εἶτα καὶ τὸν παῖδα τῆς διαδοχῆς ἀπελάσαντες, καθιστᾶσιν Ἰάκιμον, γένους μὲν τοῦ Ἀαρῶνος, οὐκ ὄντα δὲ τῆς οἰκίας ταύτης. πρὸ δὲ τούτου διὰ βίου ἀρχιερατεύειν νενόμιστο ἀπὸ Ἀαρῶνος ἀρξάμενος, καὶ παῖς παρὰ πατρὸς τὴν τιμὴν διεδέχετο. τελευτήσαντος δὲ Ἰακίμου, τρισὶν ἐνιαυτοῖς ἀρχιερατεύσαντος, ἔμεινεν ἡ πόλις ἐνιαυτοὺς ἑπτὰ χωρὶς ἀρχιερέως. ὁ δὲ τοῦ Ἀσαμωναίου ἔγγονος Ματθίας καὶ οἱ τούτου παῖδες, τὴν προστασίαν τοῦ ἔθνους πιστευθέντες καὶ πολεμήσαντες Μακεδόσιν, Ἰωνάθην ἀρχιερέα καθιστῶσιν. ἐξ ἧς γενεᾶς ἦν καὶ Ἰούδας ὁ ἐπικληθεὶς Ἀριστόβουλος, ὃς καὶ πρῶτος διάδημα περιέθετο, ἀρχιερεὺς ὁ αὐτὸς ἅμα καὶ βασιλεὺς χρηματίσας. καὶ ἐπιβιοὺς ἐνιαυτὸν ἕνα, διάδοχον ἔσχε καὶ τῆς βασιλείας καὶ τῆς ἱερατικῆς ἀρχῆς τὸν ἀδελφόν, Ἀλέξανδρος αὐτῷ ὄνομα, ὃς ἐπεβίω τῇ ἀρχῇ ἔτη κζ'. καὶ διέδραμεν ἡ βασιλεία μετὰ τῆς ἀρχιερωσύνης τοῖς ἀπὸ Ἀσαμωναίου σωζομένη μέχρις Ὑρκάνου, ὃν Πομπήϊος ὁ Ῥωμαίων στρατηγός, πορθήσας τὰ Ἱεροσόλυμα, τὴν μὲν βασιλείαν ἀφείλατο, ἀρχιερατεύειν δὲ τοῦ ἔθνους κατέλιπεν· ἄρξας δὲ τὰ πάντα ἔτη τριάκοντα καὶ τρία, αἰχμάλωτος ὑπὸ Φαρναβάζου καὶ Πακόρου τῶν τῆς Παρθυηνῆς δυναστῶν γίνεται, καὶ καθίσταται ὑπ' αὐτῶν ὁ τοῦ Ἀριστοβούλου ἀδελφοῦ υἱὸς Ἀντίγονος βασιλεύς. ὃν τρεῖς μῆνας καὶ τρία ἔτη ἄρξαντα Σόσσιος ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς καὶ Ἡρώδης ὁ πρῶτος, ὁ τοῦ Ἀντιπάτρου τοῦ Ἀσκαλωνίτου τοῦ ἱεροδούλου καὶ τῆς Κύ-

76.

Legimus Flavii Josephi Judaicæ antiquitatis libros XX. A mundi creatione apud Mosen initium ducit, quocum etsi magnam partem concinit, interdum tamen diversus abit, pergitque usque ad bellum cum Romanis Judaicum. Judæis tum rex imperabat Agrippa, Agrippæ Magni F., qui Jesum Gamalielis F. pontificatu dejecit, suffecitque Matthiam Theophili filium. Quo audaciæ post cognitam Hebræis sacerdotii dignitatem primus omnium Antiochus ejusque dux Lysias conando progressus est. Oniam enim illi, cui Menelao cognomentum fuit, pontificio submoverunt, necaruntque : quin et filium paternæ dignitatis successione privarunt, subrogato Iacimo, e genere quidem Aaronis, sed alterius familiæ. Olim vero per omnem vitam pontificatum gerere, jam inde ab Aaronis temporibus, et filium in demortui patris dignitatem succedere lex jubebat. Mortuo autem post triennii pontificatum Iacimo, septennio deinde civitas pontifice caruit. Quare quum ex Asamonæi stirpe Matthiæ hujusque filiis gentis Judaicæ esset credita præfectura, bellumque iidem cum Macedonibus gessissent, Jonatham pontificem creant. Ex qua stirpe et Judas cognomento Aristobulus fuit, qui et diadema capiti primus imposuit. Regis ergo idem hic jure simul et sacerdotii usus, anno uno superstes, successorem reliquit regni simul et pontificatus fratrem, cui Alexandro nomen. Gessit hic imperium annos septem et viginti. Ab hoc pervenit deinceps regnum cum sacerdotio, Asamonæi posteris servatum, ad Hyrcanum usque, quem Romanorum dux Pompeius, captis Hierosolymis, regno quidem spoliavit, sacerdotium tamen summum Judaicæ gentis gerere permisit. Præfuit in universum annos tres et triginta, quum sub Pharnabazo et Pacoro Parthorum præfectis captus est, suffectusque ab illis rex Aristobuli fratris filius Antigonus. Hunc ipsum, quum annos tres totidemque menses imperasset, Sosius quidem Romanorum dux, et Herodes primus (is qui Antipatri Ascalonitæ sacerdotis, et Cypridis Arabicæ filius fuit) debellarunt. Antonius

πριδος τῆς Ἀραβίσσης παῖς, ἐξεπολιόρκησαν, Ἀντώνιος δὲ εἰς Ἀντιόχειαν ἀναχθέντα ἀνεῖλε. καὶ παύεται τὸ Ἀσαμωναίων γένος, καὶ λαμβάνει τὴν τῶν Ἰουδαίων βασιλείαν παρὰ Ῥωμαίων Ἡρώδης· ὃς τοῖς τυχοῦσι νέμων τὴν ἀρχιερωσύνην καὶ τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν ἀρχὴ γέγονε καὶ παράδειγμα. κάτεισιν οὖν, ὥσπερ εἴρηται, ὁ συγγραφεὺς ἐν τοῖς εἴκοσι βιβλίοις, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς κοσμογονίας, μέχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ τελευταίου πρὸς Ῥωμαίους Ἰουδαίων πολέμου, καθ' ὃν καιρὸν Ἰουδαίων μὲν ἐβασίλευεν ὑπὸ Ῥωμαίων καταστὰς Ἀγρίππας ὁ τοῦ Ἀγρίππα, ἐπετρόπευε δὲ τῆς Συρίας καὶ Ἰουδαίας Γέσιος Φλῶρος, Ἀλβίνου διάδοχος· οὗ τὴν κακουργίαν καὶ ὠμότητα τὸ Ἰουδαίων ἔθνος οὐ φέροντες ἐστασίασαν, κρεῖσσον ἡγησάμενοι ἀθρόον καὶ σὺν ἐλευθερίᾳ ἢ κατ' ὀλίγον καὶ σὺν δουλείᾳ ἀπολέσθαι. δεύτερον δ' ἦν ἔτος τῆς Φλώρου ἐπιτροπῆς, δωδέκατον δὲ τῆς Νέρωνος ἀρχῆς, ὅτε ὁ πόλεμος ἐλάμβανε κίνησιν· ἐν οἷς καὶ τῆς ἱστορίας τὸ πέρας. οἷος δὲ τὴν φράσιν ἐστίν, ἔμπροσθεν εἴρηται.

Ἔστι δὲ ὁ Ἰώσηπος γένος μὲν Ἰουδαῖος, ἱερεὺς καὶ ἐξ ἱερέων τὰ πρὸς πατρὸς ἄνωθεν καταγόμενος, ἐκ βασιλείου δὲ φυλῆς ἀπὸ τῆς μητρός· τῶν γὰρ Ἀσαμωναίου παίδων, οἳ ἐπὶ μακρότατον τῶν ὁμοφύλων ἱεράτευσάν τε καὶ ἐβασίλευσαν, ἡ γεννησαμένη ἀπόγονος. γίνεται δὴ ἐξ αὐτῆς καὶ Ματθίου κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς Γαΐου Ῥωμαίων ἡγεμονίας Ἰώσηπος, ἐκ νέας μὲν φιλολογῶν· περὶ δὲ τὸ ἑκκαιδέκατον ἔτος γεγονὼς ἐπέβαλε καὶ ταῖς παρὰ Ἰουδαίοις αἱρέσεσι (τρεῖς δ' εἰσί) καὶ πάσας εὐτόνως μετῄει ὑπὲρ τοῦ πασῶν πεῖραν εἰληφότα ἑλέσθαι τὴν ἀμείνω. εἰσὶ δ' αἱ αἱρέσεις Φαρισαῖοι, Σαδδουκαῖοι καὶ Ἐσσηνοί· ἃς διελθὼν ἔξεισιν ἐπὶ τὴν ἔρημον, κἀκεῖ συνδιατρίβει ἀνθρώπῳ τινὶ τὸν ἐρημικὸν ἀθλοῦντι βίον ἐπὶ ἔτη τρία, ἦν δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐσθὴς μὲν ἐκ δένδρων, καὶ τροφὴ τῶν αὐτοφυῶν αἱ βοτάναι, καὶ ψυχροῦ ὕδατος λουτρὸν πολλάκις καὶ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς πρὸς ἁγνείαν. ἐκεῖθεν περὶ τὸ ἐννεακαιδέκατον ἔτος ἐπάνεισι πρὸς τὴν πόλιν, τὴν Φαρισαίων αἵρεσιν στέργων, ἣν καὶ τῇ παρ' Ἕλλησί φασιν ἐοικέναι ἐπιλεγομένῃ Στωϊκῇ· εἶτα περὶ τὸ τριακοστὸν ἔτος πέμπεται παρὰ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν τῶν ἐν Γαλιλαίᾳ προνοήσων· ἀρχὴν γὰρ ταραχῆς ἐδέχετο τὰ Ἰουδαίων, πολλαῖς ἀταξίαις ἤδη συναλλοιουμένων, εἶτα καὶ στρατηγὸς τῶν περὶ τὴν Γαλιλαίαν χειροτονηθεὶς εὖ τε προὔστη τοῦ ἔθνους, καὶ μυρίας καὶ ποικιλωτάτας ὑπὸ τῶν ἀντιπολιτευομένων ἐπιβουλὰς ὑποστὰς πάσας ἐξέφυγε, καὶ μετρίως τοῖς ἐχθροῖς ἔχων ὑπεξουσίους πολλάκις ἐχρήσατο. καὶ τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον ἄκων ἀναδεξάμενος καὶ ἀνδρείως διενεγκών, ἐν Ἰωταπάταις ὅμως ζωγρείᾳ Οὐεσπασιανῷ Ῥωμαίων τότε στρατηγοῦντι ἁλίσκεται. εἶτα τυγχάνει λίαν εὐμενοῦς αὐτοῦ τότε τε καὶ ἐπὶ πλέον Ῥωμαίων ἄρξαντος, οὐκ αὐτοῦ δὲ μόνου, ἀλλὰ καὶ τῶν παίδων Τίτου καὶ Δομετιανοῦ ἐκ διαδοχῆς βεβασιλευκότων, ὡς καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς τυχεῖν πολιτείας καὶ πάντων ἐν ἀφθονίᾳ καταστῆναι. ἀπηρτίσθη

autem Antiochiam perductum necavit. Ita finem Asamonææ soboles habuit, et imperium Judæorum a Romanis Herodes sumpsit. Ille cuivis pontificatum præbens, successoribus, ut idem auderent, caput exstitit atque exemplum. Pertingit itaque (ut supra diximus) hic scriptor libris viginti, ab orbe condito auspicatus, ad initium usque belli ultimi Judæorum cum Romanis: qua tempestate in Judæa regnavit, auctoritate Romanorum, Agrippa, Agrippæ filius. Syriæ vero ac Judææ præfectus fuit Gessius Florus, is qui Albino successit, cujus impotentem dominatum crudelitatemque Judæorum natio non ferens tumultuari cœpit, melius esse rata multos simul et in libertate, quam lente ac paulatim et in servitute exstingui. Altero certe præfecturæ Flori, Neronis vero decimo anno, bellum agitari cœptum, finisque est Josephi historiæ: de cujus stylo supra dicere memini.

Genus illi Judaicum, et sacerdos ipse, patris quoque stirpem e sacerdotibus longa majorum serie ducebat: nam mater regii sanguinis fuit ex Asamonæorum illa sobole, quæ diutissime inter contribules sacerdotio potita summo et regno. Natus ergo Josephus ex illa matre, et Matthia, anno primo Caii Romanorum Imperatoris, jam inde a teneris unguiculis philosophiæ studiis sese dedidit. Annum deinde attingens sextum decimum, animum quoque ad Judæorum sectas appulit (tres autem numerantur), omnesque magno animi studio persecutus est, ut omnium capto experimento, optimam tandem amplecteretur. Atque hæ fere sectæ illæ: Pharisæi, Sadducæi, et Esseni. Quas quum percurrisset, in solitudinem secedit, ibique viro tres annos utitur, qui solitariam erat vitam austere pridem complexus, cui vestimentum arborum folia, alimentum vero herbæ sponte natæ præbebant; et frigida insuper sæpius interdiu noctuque lavabat, puritatis continentiæque gratia. Hinc ad undevicesimum ætatis annum urbem repetiit, Pharisæorum potissimum hæresim secutus, quam ei fere similem faciunt, quæ apud gentes Stoica est appellata.

Annum agens postea tricesimum, ab Hierosolymitanis ad Galilæam procurandam mittitur. Jam enim turbari res cœperant Judæorum, multisque ipsi agitati tumultibus. Dein Galilæorum ductor creatus, rempublicam bene gessit, et multas variasque æmulorum in republica administranda insidias evitavit. Cum inimicis enim moderatius agendo, non raro eos in suam redegit potestatem. Bellum item, quod adversus Romanos invitus suscepit, fortiter sustinuit. Iotapatis tamen in Vespasiani, Romanorum copiis præfecti, potestatem venit. Quem in se humanum sensit, ac perbenignum jam tum, et vero amplius postquam Romanorum obtinuit imperium. Neque solum illum talem expertus est, sed etiam liberos ejus Titum ac Domitianum, qui parentis imperium ordine exceperunt, ut et Romana sit civitate donatus, multisque opibus auctus. Absoluta ab eo

ἡ ἱστορία νς´ ἄγοντι ἐνιαυτόν, Ῥωμαίων Δομετιανοῦ ἔτος τῆς ἀρχῆς ἄγοντος τρισκαιδέκατον.

238.

Ἀνεγνώσθη ΙΩΣΗΠΟΥ ἡ ἀρχαιολογία· ἧς ἡ ἐκλογή, ὅσα τε ἱστορεῖ περὶ Ἡρώδου, καταλέγει, τήν τε ἀνοικοδομὴν τοῦ ναοῦ, ὅπως τε τὴν Ἰουδαϊκὴν ὑπεισῆλθε βασιλείαν, καὶ ὅπως αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν οἱ ἐκ γένους διεδέξαντο, ὅπως τε αὕτη εἰς ἀριστοκρατίαν καταλέλυται, τὴν προστασίαν τοῦ ἔθνους τῶν ἀρχιερέων ἀναδεξαμένων, καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις συνδιαπλέκεται.

Ὅτι Ἰώσηπος πρὸς τῷ τέλει τῆς ιε´ κατὰ τὴν ἀρχαιολογίαν ἱστορίας, ὀκτωκαιδέκατον ἔτος τῆς βασιλείας Ἡρώδην ἀνύοντα τὸν ἐν Ἱερυσολύμοις νεών, ὃν ἔκτισε Σολομὼν ὁ βασιλεύς, καταστραφέντα δὲ πάλιν οἱ ἐκ Βαβυλῶνος ἀναχθέντες αἰχμάλωτοι Δαρείου τοῦ Περσῶν βασιλέως συναραμένου αὐτοῖς ἀνέστησαν ἐν ς´ ἔτεσι καὶ μ´, τοῦτόν φησι τὸν περιώνυμον νεὼν μετὰ ἔτη ἑξακόσια, ἀνελόντα μὲν τοὺς ἀρχαίους θεμελίους, ἑτέρους δὲ καταβαλόντα ἐπ' αὐτῶν τὸν Ἡρώδην διπλάσιον τοῦ προτέρου ἀναστῆσαι· λείπεσθαι γὰρ τὸν ὑπὸ τῶν αἰχμαλώτων τοῦ Σολομωντείου μέτροις κατὰ τὸ ὕψος τισίν. εἶχε δὲ ὁ Ἡρώδου νεὼς μῆκος μὲν πήχεις ρ´, ὕψος δὲ κ´ περιττοῖς, οὓς καὶ ὑπέβη τῷ χρόνῳ τῶν θεμελίων συνιζησάντων· ὃ καὶ κατὰ τοὺς Νέρωνος καιροὺς Ἰουδαῖοι ἐγνώκεισαν ἐπεγείρειν. οἰκοδομηθῆναι δ' Ἡρώδῃ τὸν ναὸν Ἰώσηπός φησιν ἐνιαυτῷ ἑνὶ καὶ μησὶν ς´, τῶν δὲ περὶ τὸν νεὼν οἴκων καὶ περιβόλων ἔτεσιν ὅλοις η´. λίθους δ', ἐξ ὧν ἠγείρετο ὁ νεώς, λευκοὺς μὲν εἶναι καὶ κραταιούς, ἔχειν δ' ἕκαστον αὐτῶν μήκους μὲν πήχεις κ´ καὶ ε´, ὕψους δὲ η´ καὶ εὔρους περὶ ιβ´. τελεσθῆναι δὲ τὸ ἔργον φησὶν ἐπινοίᾳ τοιαύτῃ. Ἡρώδῃ πολλή τις ἐγένετο περὶ τὸ ἔργον φιλοτιμία· ἀγείρει οὖν πρότερον ἅπασαν ὕλην, καὶ χίλιαι αὐτῷ ἅμαξαι λίθους ἄγειν εὐτρεπεῖς ἦσαν, ἐργάται δὲ ἄλλοι μὲν μύριοι, τῶν δὲ ἱερέων, οἱ τῶν ἀδύτων ἔργων ἔμελλον ἅπτεσθαι, χίλιοι· τοσούτους γὰρ οἰκοδομεῖν καὶ ξυλουργεῖν ἐξεπαίδευσεν, ἱερατικὰς αὐτοῖς ἅπασιν ὠνησάμενος στολάς. καὶ ἥδε ἡ παρασκευὴ θᾶττον μὲν ἐλπίδος εἰς πέρας τὸ βούλημα ἤγαγε, μεγάλας δὲ καὶ πολλὰς ἀπὸ τοῦ πλήθους τὰς εὐχαριστίας ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀχθομένου Ἡρώδῃ προυξένησε. θύει δ' Ἡρώδης ἅμα τοῦ συντελέσαι τὸν νεὼν βοῦς τριακοσίας· τῶν δ' ἄλλων Ἰουδαίων ὅσα θύσειαν, οὐδ' ἐγένετο λαβεῖν ἀριθμῷ.

Οὗτος Ἡρώδης ἐστὶν ὁ Ἀντιπάτρου τοῦ Ἰδουμαίου καὶ τῆς Ἀραβίσσης (Κύπρις δ' ὄνομα αὐτῇ) παῖς, ἐφ' οὗ καὶ Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ ἡμετέρου γένους παρθενικῆς ἀποτίκτεται μήτρας· καθ' οὗ καὶ μανεὶς Ἡρώδης τοῦ μὲν δεσπότου διήμαρτε, φονεὺς δὲ πολλῶν νηπίων γίνεται. εἰς ὠμότητα δὲ καὶ μιαιφονίαν πάντας ὅσοι τύραννοι ὑπερβαλέσθαι ἱστόρηται. καὶ γυναικὸς δὲ τῆς Μαριάμμης (θυγάτηρ δ' ἦν αὕτη Ἀλεξάνδρας τῆς Ὑρκανοῦ τοῦ ἀρχιερέως παιδός, ὥρᾳ σώ-

historiæ scriptio sexto et quinquagesimo ætatis anno, imperii vero Domitiani Romanorum Augusti tertio decimo.

238.

Legi Josephi Antiquitates, quarum Excerpta, quæ de Herode narrat, describunt, instaurationem templi, ut Judæorum occupaverit dominium, utque ejus stirps imperium adepta sit, ut denique in optimatium regnum verterit, principatum summis pontificibus invadentibus, et alia quæ his adjunguntur.

Josephus ad finem libri quinti decimi Antiquitatum tradit, octavo decimo regni Herodis anno perfectum templum Hierosolymis : quod Solomon rex exædificavit, quod eversum iterum captivi e Babylone reducti Persarum rege Dario adjuvante erexerunt sex et quadraginta annis. Hunc Herodem refert, auferentem fundamenta antiqua, alia vero contra illa jacientem duplo priore majus fecisse. Superavit enim altitudine templum quod captivi erexere templum Solomonis mensuris quibusdam. Continebat templum Herodis centum cubitos longitudine : altitudo cubitorum viginti, quos etiam transcendit, tempore fundamentis subsidentibus, quam etiam Neronis imperio Judæi attollere cogitarunt. Ædificatum vero templum ab Herode uno anno et sex mensibus Josephus refert, et domus, et monumenta quæ circum erant octo integris annis. Lapides quibus templum ædificatum candidos ac firmos, singulos fuisse longitudine cubitorum viginti quinque, altitudine octo, latitudine duodecim; finitum vero hac industria. Eo in opere magna Herodis enituit diligentia : advexit prius omnem materiam, erantque illi plaustra mille lapides vehere consueta, decem millia opificum, sacerdotum, qui in adytis servirent, mille. His enim ædificare lignaque cædere instituit, sacras illis omnibus vestes coemens, et apparatus, voluntatem, opinione citius ad exitum perduxit et magnam gratiam apud populum conciliavit sibi. Sacrificat autem Herodes absoluto templo trecentas vaccas; quantum vero alii Judæi sacrificarint, dici non potest.

Hic vero Herodes filius fuit Antipatri Idumæi, et Arabissæ cui nomen Cypris, quo regnante Christus e virgine ad redimendum genus humanum natus est. In quem sæviens peccavit, et contrucidatis tot infantibus, qua crudelitate ac cæde omnes retro tyrannos superasse fertur. Ejus uxoris Mariamnes (quæ Alexandræ pontificis Hyrcani filiæ filia fuit) venustas corporis tanta fuit, ut nulla unquam

ματος οὐδενὶ χρόνῳ λιποῦσα δεῖξαι ταύτης ἐφάμιλλον), ταύτης οὖν καὶ δύο τῶν ἐξ αὐτῆς αὐτῷ γεννηθέντων παίδων, Ἀριστοβούλου καὶ Ἀλεξάνδρου, οἳ κάλλει τε καὶ λόγων ἀσκήσει καὶ χειρῶν ἔργοις οὐδὲν ἧττον ἢ ὅτι βασιλέως ἦσαν παῖδες ἀνὰ πάντων ἐφέροντο στόμασι, τούτων συμπάντων διαβολαῖς Ἀντιπάτρου μανεὶς δήμιος γίνεται, πρῶτον μὲν τῆς γαμετῆς, εἶτα καὶ τῶν παίδων, καὶ τελευταῖον Ἀντιπάτρου καὶ αὐτοῦ, παιδὸς ἐκ προτέρας γυναικός· νόσῳ δὲ πικρᾷ παραδοθεὶς (ἕλκωσις γὰρ ἐντέρων εἶχε τὸν δύστηνον ὀρθιόν τε ἆσθμα καὶ ποδῶν λευκοῦ φλέγματος οἴδημα, δειναί τε τοῦ κώλου ἀλγηδόνες, καὶ αἰδοίου σῆψις σκώληκας ἐμποιοῦσα, καὶ μυρία ἄλλα) μετὰ πέμπτην [δ'] ἡμέραν τῆς Ἀντιπάτρου σφαγῆς τοῦ παιδὸς καὶ αὐτὸς τὸν βίον κατέστρεψε, διαβιοὺς μὲν ἔτη σύμπαντα ο', βασιλεύσας δ' ἐξ αὐτῶν ζ' καὶ λ'. βασιλεύει δ' οὗτος παρανόμως τε καὶ παρ' ἐλπίδας καὶ αὐτοῦ ἐκείνου, σπουδῇ μὲν Ἀντωνίου τοῦ στρατηγοῦ Ῥωμαίων, χρήμασιν ὑπηρετοῦντος, καὶ Αὐγούστου καταινέσει, ψήφῳ δὲ πρὸς ἀφοσίωσιν καὶ τῆς βουλῆς Ῥωμαίων.

Ὅτι Ἡρώδου τοῦδε, τοῦ πρώτου ἐξ ἀλλοφύλων παρὰ τοὺς νόμους βασιλεύσαντος Ἰουδαίων, τούτου πατὴρ ἦν Ἰδουμαῖος γένος ἐξ Ἀσκάλωνος πόλεως, παῖς Ἀντίπα, Ἀντίπας καὶ αὐτὸς ἐπικαλούμενος πρότερον, Ἀντίπατρος δ' ἔπειτα. οὗτος πολλῶν μὲν χρημάτων εὐπορῶν, δραστήριος δὲ τὴν φύσιν καὶ στασιάστης τυγχάνων, Ὑρκανῷ τῷ Ἰουδαίων ἀρχιερεῖ δι' εὐνοίας ἐτύγχανεν, Ἀριστοβούλῳ δὲ τἀδελφῷ Ὑρκανοῦ διάφορος· διὸ πείθει Ὑρκανόν, πολλάκις ἐνοχλήσας, τὴν βασιλείαν πάλιν ἀναζητεῖν ἅπασι τρόποις, ἣν ἐκείνου συγχωρήσαντος ἀφελόμενος Ἀριστόβουλος εἶχεν ὁ ἀδελφός. αὕτη τῶν ἀδελφῶν ἡ στάσις μεγάλων κακῶν αἰτία αὐτοῖς τε καὶ γένει καὶ τῷ Ἰουδαίων ἔθνει κατέστη, καὶ τῆς εἰς ἀλλοφύλους τῆς βασιλείας μεταπτώσεως. Ἐν τῇ στάσει ταύτῃ πολλὰ φαίνεται Ἀντίπατρος ὑπὲρ Ὑρκανοῦ κατ' Ἀριστοβούλου πράξας. τέλος δ' Ἀριστόβουλος μὲν εἰς Ῥώμην ἅμα παισὶν αἰχμάλωτος ἄγεται, ἐκεῖθεν δὲ φυγὼν πάλιν εἰς τὰ περὶ τὴν Ἰουδαίαν παραγίνεται, πάλιν τε πολιορκηθεὶς ὑπὸ Ῥωμαίων ἅμα τῷ παιδὶ Ἀντιγόνῳ (οὗτος γὰρ ἔτυχεν ἐκ Ῥώμης τῷ πατρὶ συμφυγών) ἁλίσκεται, καὶ εἰς Ῥώμην ἀναπέμπεται, καὶ δεθεὶς κατείχετο, βασιλεύσας μὲν καὶ ἀρχιερατεύσας ἔτη γ' μῆνας ϛ', λαμπρὸς δὲ καὶ μεγαλόψυχος ἐν τῇ ἀρχῇ γεγονώς. Ὑρκανῷ δ' ἡ μὲν ἀρχιερωσύνη δίδοται, οὐκέτι δ' ἡ βασιλεία· ἀλλ' ἦν τὸ ἔθνος αὐτονομούμενον, ἐθνάρχης δ' ὅμως ἀντὶ βασιλέως τῆς δεδομένης αὐτῷ ἐξουσίας εἶχεν ὄνομα. Ἀντιπάτρῳ δ' Ὑρκανοῦ ἀρχιερατεύοντος ἐπὶ πλεῖστον τὰ τῆς δυναστείας ηὔξετο· Ῥωμαίων τε γὰρ τοῖς στρατηγοῖς κατὰ τῶν ἀνθισταμένων συνεμάχει, καὶ τὰ Ἰουδαίων διὰ χειρός, τῇ ἀπραγμοσύνῃ καὶ τῷ συγκεχωρηκότι Ὑρκανοῦ, αὐτὸς εἶχε πράγματα. Ἀριστόβουλον δὲ Ἰούλιος ὁ Καῖσαρ, λύσας τῶν δεσμῶν, εἰς Συρίαν κατὰ τῶν Πομπηίου

illi par fuisse videretur. Ex hac igitur duo nati filii, Aristobulus et Alexander, qui pulchritudine orationisque gratia, manuumque promptitudine, nihil non regium habere, omnium ore ferebantur. Contra hos omnes calumniis Antipatri efferatus est. Primo quidem in uxorem, deinde filios, et demum Antipatrum e priore natum uxore. Acerbo morbo vexatus (vexabatur enim intestinorum exulceratione) non nisi erectus anhelabat, pedes tumebant phlegmate albo, et graves coli passiones, verenda putrefacta scatebant vermibus, et alia multa. Et quinto post cædem Antipatri filii die etiam vitam finivit, postquam vixerat annos omnino septuaginta, imperans ex illis septem et triginta. Regnat vero illegitime, et præter spem suam studio Antonii ducis Romanorum pecunia corrupti, et Augusti commendatione, decreto ad confirmationem senatus Romani.

Herodis hujus, qui primus externorum Judæis imperavit, pater fuit Idumæus natione ex Ascalone, filius Antipæ, etiam Antipas prius vocatus, deinde Antipater. Hic multis pecuniis abundans, factiosus ingenio et seditiosus, cum Hyrcano Judæorum pontifice, eo quod faveret Aristobulo fratri Hyrcani, inimicitias gessit. Quare quum multas sæpe conciret turbas, eo permovet Hyrcanum, ut regnum iterum requirat omnibus modis, quod illo donante habuerat Aristobulus frater interfectus. Hæc fratrum discordia magna malorum causa ipsis et cognationi gentique Judæorum fuit, et cur regnum ad externos delaberetur. In hac discordia multa Antipater pro Hyrcano contra Aristobulum visus est fecisse. Tandem Aristobulus una cum liberis captivus ducitur. Inde fuga ereptus, ad rem Judæorum iterum se convertit, iterumque obsessus a Romanis cum filio Antigono (hic enim cum patre una captivus fuit) capitur, Romamque mittitur, et ligatus comprehensus est, quum regalem et pontificalem dignitatem annos tres et sex menses gessisset: illustris et magnanimus in regno factus. Hyrcano quidem pontificatus tributus est, nondum vero regnum: sed populus propriis legibus vivebat, populi præfectus pro rege data sibi potestate dictus est. Antipater autem, pontificatum gerente Hyrcano, ad magnam potentiam pervenerat. Nam cum Romanis ducibus contra rebellantes auxiliando pugnabat, regnumque Judæorum propter robur injuste, et concedente Hyrcano, adeptus est. Julius vero Cæsar Aristobulum carcere solvens in Syriam contra

πέμπειν ἐγνώκει. ἀλλ' αὐτὸν φθάσαντες οἱ τὰ Πομπηίου φρονοῦντες φαρμάκῳ φθείρουσι. καὶ Σκιπίων δὲ, ἐπιστείλαντος αὐτῷ Πομπηίου τὸν Ἀριστοβούλου παῖδα Ἀλέξανδρον, ἐπικαλοῦντος ἃ πρότερον εἰς Ῥωμαίους ἁμάρτοι, πελέκει διεχρήσατο.

Ἀποδείκνυται δὲ ὑπὸ Ἰουλίου Καίσαρος Ἀντίπατρος μετὰ τὴν κατὰ Πομπηίου νίκην καὶ ἐπίτροπος Ἰουδαίας. ὃς ἐπὶ ταύτην παραγεγονὼς Φασαήλῳ μὲν τῷ παιδὶ Ἱεροσολυμιτῶν καὶ τῶν πέριξ τὴν στρατηγίδα ἀρχὴν δίδωσι, τὸν δὲ μετ' αὐτὸν Ἡρώδην νέον ὄντα κομιδῇ (πεντεκαίδεκα γὰρ αὐτῷ ἀπὸ γενέσεως ἔτη ἦν) τῆς Γαλιλαίας ἀποφαίνει ἐπίτροπον, οὐδὲν ὑπὸ τῆς νεότητος τοῦ μὴ οὐχὶ τὸ δεινὸν αὐτῷ καὶ γενναῖον ἐκφῆναι κωλυόμενον. καὶ ταῦτα πράττων Ἀντίπατρος, καὶ θαυμαζόμενος οὐδὲν ἧττον ὑπὸ τοῦ ἔθνους ἢ κατὰ βασιλέα, ὅμως τῆς πρὸς Ὑρκανὸν τὸν ἀρχιερέα εὐνοίας καὶ πίστεως οὐδὲν ὅλως ἠλλοίωσεν. ἀναιρεῖται δὲ Ἀντίπατρος, εὔρουν καὶ λαμπρὸν διὰ παντὸς ἀναφαίνων βίον, ἐξ ἐπιβουλῆς φαρμάκῳ, Μαλίχου τὸν οἰνοχόον χρήμασι πείσαντος στάξαι τῷ πόματι τοῦ φαρμάκου· Μάλιχος δ' οὗτος Ἰουδαῖος μὲν ἦν, δεινὸς δὲ δόλον ῥάψαι καὶ δοθείσης ὑπονοίας ὅρκοις τὴν ὑπόνοιαν θεραπεῦσαι καὶ ὑποκρίσει φιλίας. ἀλλ' οὐδὲν ἧττον, ὡς ἔοικεν, Ἡρώδῃ τοιαῦτα μηχανᾶσθαι φύσιν λαχόντι ἢ καὶ δεινοτέρῳ περιτυχών, δίκην εἰσπραττομένῳ τοῦ πατρῴου φόνου, ξιφιδίοις κατακεντούμενος κτίννυται.

Ἀντίγονος δ' ὁ Ἀριστοβούλου παῖς, Φαβίου χρήμασι θεραπευθέντος, καὶ Πτολεμαίου τοῦ Μενναίου διὰ τὸ κήδευμα (ἀδελφὴ γὰρ αὐτοῦ ἐγεγάμητο) συλλαμβανομένου καὶ ἑτέρων τινῶν, ἐπεχείρησε κατάγεσθαι ἐπὶ Ἰουδαίαν. ἀλλ' Ἡρώδης μάχῃ συμπλακεὶς νικᾷ καὶ τῆς Ἰουδαίων γῆς ἀπελαύνει, καὶ ὑπὸ Ἱεροσολύμων καὶ αὐτοῦ Ὑρκανοῦ λαμπρῶς ἐπὶ τῇ νίκῃ ἐδέχθη παραγεγονώς. καὶ Ἀντώνιος χρήμασιν, ὁ Ῥωμαίων στρατηγός, Ἡρώδῃ καὶ τῷ ἀδελφῷ Φασαήλῳ τὰς τῶν Ἰουδαίων τετραρχίας δίδωσιν, οὐδὲν πρὸς ταῦτα δυσχεραίνοντος Ὑρκανοῦ. τοῦ δὲ πλήθους τῶν περὶ Ἡρώδην κατηγορούντων οὐδὲν πλέον τὴν τοῦ τιμωρίαν ὑπέχειν ἀντὶ τοῦ λαβεῖν ὧν ἐπεκάλουν ἐγίνετο διὰ τὸ χρήμασιν Ἀντώνιον διεφθάρθαι καὶ Ὑρκανὸν τοῖς περὶ Ἡρώδην τίθεσθαι· ἤδη γὰρ καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ παῖδα Μαριάμμην Ἡρώδης ἐγγεγύητο.

Πτολεμαίου δὲ τοῦ Μενναίου τὸν βίον λιπόντος ὁ παῖς λαμβάνει τὴν ἀρχὴν Λυσανίας. καὶ Πάκορος δὲ ὁ βασιλέως παῖς καὶ Βαζαφαρμάνης σατράπης Πάρθος κατέσχον τὴν Συρίαν. Λυσανίας δὲ τὸν σατράπην ἔχων σὺν αὐτῷ ποιεῖται πρὸς Ἀντίγονον τὸν Ἀριστοβούλου φιλίαν· καὶ Ἀντίγονος ὑπισχνεῖται Πάρθοις χίλια τάλαντα δώσειν καὶ πεντακοσίας γυναῖκας, εἰ τὴν πατρῴαν ἀρχὴν ἀποδώσουσιν Ὑρκανὸν ἀφελόμενοι καὶ τοὺς περὶ Ἡρώδην ἀνέλοιεν. διὸ Πάκορος καὶ Βαζαφαρμάνης κατάγουσιν Ἀντίγονον, καὶ πολέμου αὐτοῖς ὑπὸ τῶν περὶ Ἡρώδην συστάντος πολλοὶ ἀφ' ἑκατέρων κτείνονται, εὐδοκιμοῦντος μάλιστα τοῖς πό-

Pompeianos mittere decrevit. Sed illum prævenientes Pompeiani veneno corrumpunt. Et Scipio, mittente Pompeio illi Aristobuli puerum Alexandrum, accusante quæ prius in Romanos peccaverat, securi percussit.

Declaratur vero a Julio Cæsare Antipater post victoriam contra Pompeium præfectus Judææ : qui in Judæam veniens Phasaelo filio Hierosolymorum vicinorumque imperium dedit. Post se vero Herodem admodum juvenem, decimo quinto ætatis anno Galilææ principem declarat, nihil a juventute prohibitum magnum quid et virile præstare. Hæcque faciens Antipater, et nihilo minus a populo cultus, quam si rex esset, nihil tamen prorsus a fide et benevolentia erga Hyrcanum pontificem maximum alienatus est. Finit Antipater splendidam et claram omnino vitam, occulte veneno, Malcho pincernam pecunia corrumpente, ut veneno potum inficeret. Malchus hic quidam Judæus erat, nectendorum dolorum peritus, et data suspicione, juramento suspicionem lenire et fictione amicitiæ. Sed nihilo minus, ut videbatur, in Herodem hæc ingenio machinantem facere, aut etiam callidiorem ipso, incidens, pœnam postulantem paternæ cædis, pugionibus confossus interficitur.

Antigonus vero filius Aristobuli, Fabio pecuniis corrupto, et Ptolemæo Menæi filio propter matrimonium (soror enim ejus nupserat illi) et aliis nonnullis, aggressus est descendere in Judæam. Sed Herodes pugna congressus vicit, et Judæa expellit, et ab Hierosolymis et ipso Hyrcano honorifice, parta victoria, susceptus est. Antonius vero dux Romanorum, pecuniis excæcatus, Herodi et fratri Phasaelo Judæorum tetrarchias dedit, Hyrcano contra hæc non indignante, populum vero accusantibus Herodianis, nihil amplius erat quam ut supplicium subirent, loco pœnæ sumendæ, ob quæ accusaverant : quia Antonius corruptus fuerat auro, et Hyrcanus cum Herodianis sentiret. Jam enim filiæ filiam Mariamnem Herodes desponsam habebat.

Ptolemæo vero filio Menæi vita defuncto, Lysanias filius accipit imperium, et Pacorus regis filius, et Basapharmanes satrapa Parthus, occuparunt Syriam. Lysanias vero habens secum satrapam, init amicitiam cum Antigone Aristobuli filio, et Antigonus promittit Parthis mille talenta se daturum, et quingentas mulieres, si paternum imperium darent, interfecto Hyrcano et Herodianis. Propterea Pacorus et Basapharmanes adducunt Antigonum, et illato ab Herodianis bello, multi utrimque cæduntur, multum

νοις Ἡρώδου. τέλος Ὑρκανὸς καὶ Φασάηλος δόλῳ συλλαμβάνεται ὑπὸ Πάρθων· καὶ ὁ μὲν Φασάηλος τῶν ἐχθρῶν προφθάσας τὴν σφαγήν, πέτρᾳ τὴν κεφαλὴν προσαράξας ἔξεισι τοῦ βίου, Ὑρκανὸς δὲ δέσμιος εἴχετο. καὶ οἱ Πάρθοι λοιπὸν τὰ Ἱεροσόλυμα λαβόντες, μόλις αὐτοὺς Ἡρώδου δεινότητι γνώμης καὶ τάχει τοῦ προμηθοῦς καὶ χειρῶν ἀρετῇ σὺν τῇ γενεᾷ διαφυγόντος, τὰ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν διήρπαζον χρήματα πλὴν τῶν Ὑρκανοῦ (π' δ' ἦν τάλαντα) καὶ οὕτως εἰς τὴν πατρῴαν ἀρχὴν Ἀντίγονον ἐγκαθιστῶσιν. Ἀντίγονος δ' Ὑρκανοῦ τοῦ θείου ὑπὲρ τοῦ μὴ πάλιν ἀναλαβεῖν τὴν ἱερωσύνην (τὸ γὰρ σεσινωμένον κατά τι τοῦ σώματος μέρος ἀπείρηται Ἰουδαίοις ἱερᾶσθαι) περιτέμνει τὰ ὦτα, καὶ Πάρθοις ἄγειν σὺν αὐτοῖς δίδωσιν.

Ἡρώδης δ' οὐδαμῶς ἠρέμει, ἀλλὰ πρῶτον μὲν εἰς Μάλιχον τὸν Ἀράβων ἀπῄει βασιλέα, ἐπικουρίαν κατὰ πατρῴαν φιλίαν ἐλπίδας ἔχων εὑρεῖν· ἀποτυχὼν δὲ ἐπὶ Βρεντήσιον πρὸς Ἀντώνιον τὸν Ῥωμαίων στρατηγόν, κἀκεῖθεν εἰς Ῥώμην σὺν αὐτῷ ἀνάγεται, ἀπολοφυράμενος τὰ συνενεχθέντα καὶ τὸν τἀδελφοῦ θάνατον. ἐποιεῖτο δὲ γνώμην τῷ τῆς γαμετῆς ἀδελφῷ, Ὑρκανοῦ δὲ θυγατρὸς παιδί, εἴ πως δύναιτο, τὴν βασιλείαν καταπράξασθαι· αὐτῷ γὰρ ἀνέλπιστον ἦν παντάπασι ταύτην περιελθεῖν ἀλλοφύλῳ ὄντι. ἀλλ' Ἀντώνιος καὶ Αὔγουστος, σύμψηφον λαβόντες τὴν βουλήν, καὶ βασιλέα Ἰουδαίων ἀποφαίνουσι, καὶ κατὰ Ἀντιγόνου πολλάκις αὐτῷ συμμαχήσαντες μετὰ πολλὰς σφαγὰς καὶ πολέμους Ἀντίγονον μὲν αἰχμάλωτον ἄγουσι, Σοσσίου στρατηγοῦ Ῥωμαίων τέλος τοῦτο τοῖς πολέμοις ἐπιθεμένου, αὐτῷ δὲ τὰ τῆς ἀρχῆς ἐπὶ μᾶλλον κρατύνουσιν. Ἀντώνιος δὲ ὁ στρατηγὸς λαβὼν αἰχμάλωτον τὸν Ἀντίγονον, δέσμιον ἔγνω μέχρι τοῦ θριάμβου φυλάττειν· μαθὼν δὲ νεωτερίζειν τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἐκ τοῦ πρὸς Ἡρώδην μίσους, τοῦτον ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐπελέκισεν· Ὑρκανὸς δ', ἐπεὶ Ἡρώδην βασιλεύειν ἤκουσεν, ἐδεήθη Φραάτου βασιλέως, καὶ συνδεηθέντος Ἡρώδου ἀφίεται εἰς τὴν πατρίδα, πολλῶν ἐλπίσας παρ' Ἡρώδῃ τυχεῖν. Ἡρώδης δὲ σχήματα μὲν εὐνοίας καὶ τιμῆς τῆς πρωτευούσης πολλὰ εἰς αὐτὸν ἐδείκνυ, ἐν ὑστέρῳ δὲ διαβολὰς ἐπενεγκὼν δωροδοκίας καὶ τῆς πρὸς Ἄραβας προδοσίας ἀνεῖλεν ἄνδρα ὑπὲρ τὰ π' ἔτη ἐνιαυτῷ ἑνὶ μετὰ πολλῆς καὶ ἀφάτου τῆς ἐπιεικείας καὶ ἀπραγμοσύνης βεβιωκότα. καὶ Ἀριστόβουλον δὲ τὸν υἱωνὸν μὲν Ὑρκανοῦ, Μαριάμμης δὲ τῆς γαμετῆς ἀδελφόν, ἐνοχλησάσης Ἀλεξάνδρας τῆς τῶν παίδων μητρὸς καὶ αὐτῆς Μαριάμμης, ἀρχιερέα μὲν καθίστησιν ιζ' ἔτος ἄγοντα, καὶ μετ' ὀλίγον ἐν Ἱεριχοῦντι ταῖς ἐκεῖσε κολυμβήθραις ἐναποπνιγῆναι κατεπράξατο. ἀλλ' Ἡρώδης μὲν τοιοῦτος, καὶ οἷος εἶναι προείρηται.

Ὅτι τελευτῶν Ἡρώδης Ἀρχέλαον τὸν υἱὸν διατίθεται, Καίσαρος διδοῦντος, τῆς βασιλείας γενέσθαι διάδοχον. Καῖσαρ δὲ (ὁ Αὔγουστος δ' ἦν) τῆς ἡμισείας Ἀρχέλαον ἀποφήνας κύριον, καὶ βασιλείᾳ τιμήσειν εἶπεν,

Herode laboribus celebrato. Tandem Hyrcanus et Phasaelus dolo capiuntur a Parthis, et Phasaelus hostium cædem prævertens, illiso ad petram capite finivit vitam; captivus vero tenebatur Hyrcanus. Et denique Parthi Hierosolyma occupantes, vix illos Herode, animi præstantia et celeritate consilii manuumque robore cum familia fugiente, pecunias Hierosolymitanorum rapuerunt, præter eas quæ erant Hyrcani; octoginta vero erant talenta, et sic in patrium regnum Antigonum constituerunt. Antigonus vero Hyrcano, ne amplius sacerdotium gereret (nam qui aliqua parte corporis mutili sunt, non sunt apti ad sacerdotia apud Judæos), aures incidit, et Parthis secum ut ducant committit.

Herodes nequaquam quiescebat: sed primum quidem ad Malichum Arabum regem vadit, auxilium juxta paternam amicitiam inventurum se sperans: frustratus vero Brundisium ad Antonium ducem Romanorum, inde cum illo Romam contendit, deplorans ea quæ accidissent fratrisque mortem. Cogitaverat vero fratri uxoris, filio filiæ Hyrcani, si quo modo posset regnum tradere; diffidebat enim omnibus modis sibi externo id posse contingere. Sed Augustus et Antonius eodem usi consilio regem Judæorum creant, et contra Antigonum sæpe cum illo pugnantes, post multas clades et bella, Antigonum captivum ducunt, Sosio Romanorum duce finem huic bello imponente; illum vero magis in imperio confirmant. Antonius dux accipiens captivum Antigonum, vinctum triumpho servare decrevit. Cognito autem Judæorum populum odio in Herodem nova moliri, illum Antiochiæ securi percussit. Hyrcanus autem, quum Herodem regnare intellexit, imploravit Phraatem regem: et simul postulante Herode in patriam mittitur, multa se sperans ab Herode consecuturum. Herodes vero speciem benevolentiæ et primi honoris in eum magnam ostendit; deinde vero ei corruptionem largitionum objiciens et proditionem apud Arabes, hominem interfecit annum octogesimum primum agentem cum magna et ineffabili clementia et incuriositate. Quin et Aristobulum Hyrcani filium, Mariamnæ uxoris fratrem, adnitente Alexandra puerorum matre et Mariamna, summum pontificem decimo septimo ætatis anno creat, et deinde Hierichunte in piscina illic suffocari jussit. Sed Herodes quidem talis, qualis esse jam dictus est.

Moriens Herodes Archelaum filium Cæsare permittente successorem regni constituit. Cæsar vero Augustus dimidiæ regni partis Archelaum creans dominum, et regis titulo ornaturum se dixit, si clementer et juste regnum admini-

εἰ ἐπιεικῶς καὶ δικαίως τὴν ἀρχὴν μάθοι χειρίζοντα· τὴν δ' ἄλλην μοῖραν διελὼν τετράρχας Φίλιππον καὶ Ἀντίπατρον, καὶ αὐτοὺς Ἡρώδου παῖδας ὄντας, καθίστησιν. ἀλλ' Ἀρχέλαος ἐπεὶ ὠμῶς καὶ κατὰ τὸν πατέρα Ἰουδαίων ἦρχε, Καίσαρος δεηθέντων τῶν τυραννουμένων, δεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας ἐκπέπτωκε, καὶ Βίενναν οἰκεῖν τῆς Γαλλίας καταδικάζεται, καὶ μεταπίπτει ἐντεῦθεν ἡ Ἰουδαία ἐκ βασιλείας εἰς ἐπαρχίαν.

Ὅτι Ἡρώδης ὁ τετράρχης Γαλιλαίας καὶ Περαίας, παῖς Ἡρώδου τοῦ μεγάλου, ἠράσθη (ὡς Ἰώσηπός φησιν) ἀδελφοῦ Ἡρώδου γυναῖκα ὄνομα Ἡρωδιάδα· ἀπόγονος δ' ἦν αὕτη τοῦ μεγάλου Ἡρώδου, Ἀριστοβούλῳ τῷ παιδί, ὃν ἐκεῖνος ἀνεῖλε, γεγενημένη· ἦν δ' αὐτῇ καὶ ὁ ἀδελφὸς Ἀγρίππας. ταύτην Ἡρώδης τἀνδρὸς διαστήσας ἠγάγετο γυναῖκα. οὗτός ἐστιν ὁ τὸν μέγαν ἀνελὼν Ἰωάννην τὸν πρόδρομον, δεδιὼς (Ἰώσηπός φησι) μὴ τὸ ἔθνος αὐτοῦ διαστήσει· πάντες γὰρ δι' ὑπερβολὴν ἀρετῆς τοῖς Ἰωάννου λόγοις εἵποντο. κατὰ τοῦτον καὶ τὸ σωτήριον ἐγεγόνει πάθος.

Ὅτι Ἀγρίππας ὁ Ἡρώδου μὲν ἀπόγονος τοῦ πρώτου, Ἀριστοβούλου δὲ τοῦ ἀνῃρημένου παῖς, ἀδελφὸς δ' Ἡρωδιάδος, μυρίαις τύχαις καὶ μεταβολαῖς περιπεσὼν ὅμως ἐκ φυλακῆς καὶ δεσμῶν, οἷς αὐτὸν κατεχόμενον Τιβέριος Καῖσαρ τελευτῶν ἀπολελοίπει, ἐκ τούτων ἀπαλλαγεὶς Γαΐου Καίσαρος προνοίᾳ καὶ βασιλεὺς χειροτονεῖται τετραρχίας Φιλίππου (Ἡρώδου δ' ἦν οὗτος ἀδελφὸς τοῦ πρώτου), προσλαμβάνει δὲ καὶ τὴν Λυσανίου τετραρχίαν, καὶ ἀποπλεῖ πρὸς τὴν Ἰουδαίαν, πάντων ἐν ἐκπλήξει καὶ θαύματι τὸ τῆς μεταβολῆς ἀθρόον ποιουμένων. μεθ' ὧν καὶ Ἡρωδιὰς ἐκπεπληγμένη καιρίαν δέχεται πληγὴν ἐκ φθόνου, καὶ οὐκ ἀνίει διενοχλοῦσα τὸν ἄνδρα, ἕως κατειργάσατο ἀνελθεῖν εἰς Ῥώμην καὶ βασιλείαν ἑαυτῷ σπουδὴν ποιεῖσθαι καταπράξασθαι. ἀλλ' ὁ μὲν ἀνῄει σὺν αὐτῇ, εἵπετο δ' Ἀγρίππας, καὶ καταλαμβάνει ἄρτι κατάραντας. κατηγορήσας δ' Ἡρώδην παρὰ Γαΐῳ Καίσαρι ὡς δύσνους εἴη Ῥωμαίοις ἀεί (Τιβερίου μὲν γὰρ ἔτι περιόντος πρὸς Ἰανὸν ἐχθρὸν ὄντα Ῥωμαίων θέσθαι φιλίαν, καὶ νῦν δὲ πρὸς Ἀρτάβανον τὸν Πάρθων βασιλέα τὰ αὐτὰ φρονεῖν κατὰ Ῥωμαίων), παρασκευάζει ἀντὶ τῆς ὀνειροπολη θείσης βασιλείας τῆς τε οἰκείας ἐκπεσεῖν τετραρχίας καὶ εἰς Λουγδούνων ἀϊδίᾳ φυγῇ ζημιωθέντα ἐλαθῆναι. καὶ Ἡρωδιὰς δ' ἑκοῦσα τῷ ἀνδρὶ συμφυγαδεύεται· τὴν δὲ τετραρχίαν αὐτοῦ Γάϊος Ἀγρίππᾳ προστίθησι. τοῦτον τὸν Ἀγρίππαν πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ υἱοῦ καὶ μέγαν Ἀγρίππαν καλοῦσι, καὶ εἰς τὸ μάλιστα κεχαρισμένον Ἰώσηπός φησιν Ἰουδαίων ἄρξαι. οὗτος ἐκείνοις, ὡς ἔοικε, χαριζόμενος καὶ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου μαχαίρᾳ ἀνεῖλε, καὶ τὸν κορυφαῖον τῶν μαθητῶν Πέτρον ἐπεχείρησεν, εἰ καὶ διήμαρτεν, ἀνελεῖν. οὗτος ἐσθῆτα ἀργύρου πεποιημένην περιθέμενος καὶ τῷ πλήθει δημηγορήσας, ἐπεὶ φωνὰς παρ' αὐτῶν μετὰ τὸ ὑπερβολὴν κολακείας ἔχειν καὶ ἀσεβείας εἰς ἔσχατον ἥκειν ἀκούων οὐκ ἐπετίμησε, παραυτίκα δίκην δίδωσιν·

strantem cognovisset. Alteram vero partem dividens, Philippum et Antipatrum tetrarchas, Herodis et ipsos filios, constituit. Sed Archelaus quum violenter more paterno Judæos regeret, Cæsari supplicante populo tyrannide oppresso, decimo anno regno excidit, et condemnatur ut habitaret Viennam Galliæ urbem, et inde recidit Judæa e regno in præfecturam.

Herodes tetrarcha Galilææ et Pereæ, filius magni Herodis, amavit, ut scribit Josephus, fratris sui Herodis uxorem Herodiadem, quæ et ipsa e magno Herode oriunda, nata e filio Aristobulo, quem ipse interfecit. Erat huic frater Agrippa. Hanc Herodes a viro disjungens, uxorem duxit. Hic est qui magnum Joannem Præcursorem interfecit, ut ait Josephus, ne populum ad seditionem concitaret. Omnes enim ob excellentiam virtutibus, Joannis vocem sequebantur. Sub illo et Salvator est passus.

Agrippa primi Herodis nepos, Aristobuli ejus qui interemptus est filius, frater Herodiadis, sexcentis casibus et mutationibus obnoxius, tamen e custodia et vinculis, quibus illum comprehensum Tiberius moriens reliquerat, C. Cæsaris providentia, rex tetrarchiæ Philippi renuntiatur. Hic erat prioris Herodis frater: adeptus est et Lysaniæ tetrarchiam, et in Judæam navigat, omnibus obstupescentibus et tam subitam mutationem admirantibus. Cum quibus et Herodias perculsa letale vulnus accipit invidia: nec desiit virum turbare, donec Romam ire coegit et regnum sibi parare studere. Sed ille eam comitatus est, secutusque Agrippa, et assecutus est jam solventes. Accusans Herodem apud Caium Cæsarem, quod Romanis semper infestus fuerit (Tiberio enim adhuc superstite, cum Iano adversario Romanorum amicitiam iniisse, et nunc apud Artabanum regem Parthorum eadem contra Romanos moliri), obtinet ut loco regni, quod somniaverat, propria tetrarchia excidat, et Lugdunum turpi exilio mulctatus abeat. Herodias vero lubens cum marito in exilium vadit. Tetrarchiam ipsius Caius Agrippæ tradit. Hunc Agrippam ad discrimen filii etiam Magnum Agrippam vocant, et gratiosum hunc Josephus ait Judæis imperasse. Hic Judæis, ut videbatur, gratum faciens, Jacobum Joannis fratrem gladio percussit, et Apostolorum caput Petrum voluit, licet aberraverit, occidere. Hic ex argento contextam vestem indutus, et plebem allocutus, quum voces [sc. plebis dicentis Dei vocem se audire, non hominis] ejus (postquam assentationis modum excessisset, et ad summam impietatem pervenisset) audiens, non increpans statim pœnas dedit.

ἀλγήματος γὰρ αὐτῷ κατὰ γαστέρα σφοδροῦ γεγονότος δι' ἡμερῶν ε' τὸν βίον κατέστρεψεν, ἄγων ἀπὸ γενέσεως ἔτος δ' καὶ ν', τῆς δὲ βασιλείας ζ', ὧν δ' Γαΐου βασιλεύοντος ἦρξε, τὰ μὲν γ' τὴν Φιλίππου ἔχων τετραρχίαν, τῷ δ' δὲ προσλαβὼν καὶ τὴν Ἡρώδου, τὰ δὲ λοιπὰ γ' ἐπὶ Κλαυδίου, ἐν οἷς Ἰουδαίαν τε καὶ Σαμαρείαν καὶ Καισάρειαν Καίσαρος δόντος προσεκτήσατο. οὕτως Ἀγρίππας τελευτᾷ, τοῦ βουβῶνος (τοῦ πτηνοῦ δὲ γένους παρὰ Ῥωμαίοις ἐστὶν οὕτω καλούμενον ζῶον) πρὸ πέντε τῆς τελευτῆς ἡμερῶν ὑπὲρ κεφαλῆς φανέντος, ᾧ καὶ τὴν βασιλείαν προσαγγεῖλαι νομίζει Ἰώσηπος. τελευτᾷ δ' οὖν παῖδας λιπὼν δ', ἄρρενα μὲν Ἀγρίππαν, ιζ' ἔτος ἄγοντα, θηλείας δὲ γ', Βερενίκην, Μαριάμμην καὶ Δρουσίλλαν. ὧν ἡ μὲν ἔτος ἄγουσα ις' Ἡρώδῃ πατρὸς ἀδελφῷ ἐγεγάμητο· Μαριάμμη δ' ἠνύετο δέκατον καὶ Δρουσίλλα ἕκτον· ἃς οἱ Σεβαστηνοὶ κατ' οὐδεμίαν ἄλλην πρόφασιν πλὴν τοῦ μανῆναι ἁρπάσαντες ἀθρόον καὶ πορνείοις ἐγκαταστήσαντες, πᾶσαν αὐταῖς ὕβριν ῥητὴν καὶ ἄρρητον ἐπεδείξαντο. οἷς χαλεπήνας Κλαύδιος ὅμως οὐδὲν ἄξιον τῆς παρανομίας εἰσεπράξατο.

Ὅτι Ἀγρίππας ὁ τοῦ Ἀγρίππου παῖς τελευτήσαντος αὐτῷ τοῦ πατρὸς εἰς Ῥώμην ἀπαίρει· Κλαύδιος δ' αὐτῷ τὴν πατρῴαν ἀρχὴν ἐγνώκει χειρίζειν, ἀνακοπεὶς δ' ἐνίων βουλαῖς τὸ νέον τῆς ἡλικίας Ἀγρίππα αἰτιασαμένων, Φάδον μὲν ἐπίτροπον ἐκπέμπει τῆς Ἰουδαίας, Ἀγρίππαν δὲ Χαλκίδος, Ἡρώδου τελευτήσαντος τοῦ ταύτης ἔχοντος τὴν βασιλείαν, εἰς βασιλέα καθίστησι. μετὰ δὲ τέταρτον ἔτος δωρεῖται αὐτὸν τῇ τε Φιλίππου τετραρχίᾳ καὶ Βαταναίᾳ, προσθεὶς αὐτῷ καὶ τὴν Τραχωνῖτιν· Λυσανίου δ' αὕτη τετραρχία ἐγεγόνει. καὶ ταῦτα δοὺς ἀφαιρεῖται τὴν Χαλκίδα. Ἀγρίππας δὲ Δρουσίλλαν τὴν ἀδελφὴν Ἀζίζῳ τῷ Ἐμέσων βασιλεῖ περιτμηθέντι δίδωσι γυναῖκα· Ἐπιφάνης γὰρ Ἀντιόχου, καίτοι ὑποσχόμενος, οὐκ ἐδέχετο τὴν περιτομήν, ἐξ οὗ καὶ ἡ τῆς ἐγγυήσεως διάλυσις ἠκολούθει. Δρουσίλλα δὲ καὶ Ἀζίζου διαλύεται, καὶ Φήλικι τῷ τῆς Ἰουδαίας ἐπιτρόπῳ, πολλὰ σπουδάσαντος ἐκείνου διὰ τὸ κάλλος, γαμεῖται. καὶ Μαριάμμην δὲ δίδωσιν Ἀρχελάῳ παιδὶ τῷ Ἑλκιοῦ, ᾧ καὶ ζῶν ὁ πατὴρ ἡρμόσατο· ἐξ ὧν τίκτεται Βερενίκη. Κλαυδίου δὲ τελευτήσαντος Νέρων καταστὰς διάδοχος δωρεῖται Ἀγρίππαν μοίρᾳ τινὶ τῆς Γαλιλαίας, Τιβεριάδα καὶ Ταριχαίαν κελεύσας αὐτῷ ὑπακούειν, προστίθησι δὲ καὶ Ἰουλιάδα πόλιν τῆς Περαίας, καὶ κώμας τὰς περὶ αὐτὴν δέκα. οὗτός ἐστιν Ἀγρίππας, ἐφ' οὗ ὁ θεῖος Παῦλος Φήστου συνεδριάζοντος ἐδημηγόρησεν.

Ὅτι μετὰ Φάδον ἐπίτροπον Ἰουδαίας Κουμανὸς πέμπεται· μεθ' ὃν εἰς Ῥώμην ἀναχθέντα ἐπ' αἰτίαις Φῆλιξ πέμπεται· μεθ' ὃν Φῆστος, εἶτα Ἀλβῖνος, λοιπὸς Φλῶρος. οὗ δευτέρῳ ἔτει διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν παρ' αὐτῷ κακῶν ὁ πρὸς Ῥωμαίους Ἰουδαίων πόλεμος ἀρχὴν δέχεται, Νέρωνος ἔτος δωδέκατον ἐν τῇ ἀρχῇ διανύοντος.

Ὅτι Ἄνανος ὁ Ἀνάνου παῖς τὴν ἀρχιερωσύνην πα-

Ingenti enim circa ventrem dolore nato, post quinque dies absumptus est, ætatis annum agens quinquagesimum quartum, regni septimum. Quorum quattuor Caio Romæ imperante, regnavit; tribus ceteris Philippi tenuit tetrarchiam, quarto anno insuper accipiens Herodis tetrarchiam: reliquos tres sub Claudio, quibus Judæam, Samariam et Cæsaream, permittente Cæsare, possedit. Sic obiit Agrippa, bubone (avis genus sic apud Romanos vocatum est) quinque ante mortem diebus super capite apparente, cui et regnum prænuntiasse putat Josephus. Moritur quattuor relictis liberis, filio Agrippa decimum septimum ætatis annum agente; tribus vero filiabus, Berenice, Mariamne et Drusilla; quacum illa sexto decimo ætatis anno Herodi patris fratri nupsit. Mariamne decimum, Drusilla septimum annum absolverat. Quas Sebasteni, nulla de causa nisi ob suam dementiam violenter rapientes et in lupanaribus collocantes, omnem in illas injuriam fandam atque infandam ostenderunt. Quibus infensus Claudius, nihil tamen dignum hac insolentia effecit.

Agrippa Agrippæ filius, mortuo patre, Romam navigat. Claudius vero illi paternum imperium dare statuerat, sed retentus nonnullorum sententiis, qui ætatem juvenilem Agrippæ causarentur, Fadum Judææ prætorem mittit, Agrippam vero Chalcidis, cui ante Herodes mortuus præfuerat, regem creat. Quarto post anno donat illi et Philippi tetrarchiam et Batanæam, adjungens et Trachonitin, quæ antea Lysaniæ fuit, et illa dando ademit illi Chalcidem. Agrippa sororem Drusillam Azizo Emesorum regi circumciso uxorem dedit. Epiphanes enim Antiochi quanquam pollicitus circumcisionem non accepit. Inde sponsalia soluta sunt. Solvitur et Drusilla ab Azizo, et Felici Judææ præfecto quum multa ob pulcritudinem ejus moliretur, nubit. Mariamnen vero dat Archelao filio Helciæ, cui et vivens pater eam destinaverat. Et ex illis nascitur Berenice. Claudio defuncto succedens Nero donat Agrippæ partem quandam Galilææ Tiberiadem et Tarichæam, imperans ut ipsi obediret. Addit et Juliadem urbem Perææ, et decem circùm oppida. Hic est Agrippa, apud quem S. Paulus, præsidente Festo, peroravit.

Post Fadum Judææ prætorem mittitur Cumanus, post quem Romam ob crimina evocatum Felix mittitur; post quem Festus, deinde Albinus, postremo Florus. Cujus secundo anno propter mala quæ ab illo supra modum fiebant, Judaicum bellum contra Romanos duxit initium, duodecimo anno imperii Neronis.

Ananus Anani filius pontificatum adeptus, quo privatur

ραλαβών, ἀφαιρεθέντος αὐτὴν Ἰωσήπου, θρασὺς ἦν καὶ τολμητὴς διαφερόντως· αἵρεσιν γὰρ τὴν Σαδδουκαίων μετῄει. οὗτοι γὰρ ὠμοί τε περὶ τὰς κρίσεις καὶ πρὸς πᾶσαν αὐθάδειαν ἕτοιμοι. οὗτος οὖν ὁ Ἄνανος Φήστου μὲν ἐν Ἰουδαίᾳ τελευτήσαντος, Ἀλβίνου δὲ οὔπω καταλαβόντος, αὐθεντήσας καθίζει συνέδριον, καὶ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου σὺν ἑτέροις, παρανομίαν αἰτιασάμενος, λίθοις ἀναιρεθῆναι παρασκευάζει. ἐφ' ᾧ τῶν Ἰουδαίων ὑπεραλγήσαντες οἱ ἐπιεικέστεροι, καὶ αὐτὸς Ἀγρίππας ὁ βασιλεύς, ἐκβάλλουσιν ἄρξαντα μησὶ γʹ, Ἰησοῦν δ' ἀντ' αὐτοῦ τὸν Δάμνεον ἐγκατέστησαν.

Ὅτι Ἀαρὼν τελευτήσαντος, Μωϋσέως ἀδελφοῦ, οἱ παῖδες ἐκδέχονται τὴν ἀρχιερωσύνην, εἶτα ἑξῆς οἱ τούτων ἔκγονοι· νόμος γὰρ μηδένα ἢ τὸν ἐξ αἵματος Ἀαρὼν τὴν ἀρχιερωσύνην εἰσδέχεσθαι πάτριος ἐκράτει. ἐγένοντο οὖν ἀπὸ Ἀαρῶνος μέχρι Φανάσου τοῦ κατὰ τὸν πόλεμον ὑπὸ τῶν στασιαστῶν ἀναδειχθέντος ἀρχιερέως πγʹ ἔτη. ἐκ τούτων ἀπὸ τῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ διαγωγῆς, ἐν ᾗ καὶ ἡ σκηνὴ ἐπήγνυτο, μέχρι τοῦ νεὼ ὃν ἤγειρεν ὁ βασιλεὺς Σολομών, ἀρχιεράτευσαν δεκατρεῖς, τὴν ἀρχιερωσύνην διὰ βίου κατασχόντες ἕκαστος. ἐγένετο δὲ αὐτῶν ἀριστοκρατορικὴ μὲν ἡ πρώτη πολιτεία, εἶτα μοναρχία, εἶτα βασιλέων ἡ τρίτη. ἀπὸ γοῦν τῆς ἀπ' Αἰγύπτου ἐξόδου ἕως τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼ τῆς οἰκοδομῆς ἔτη γίνεται ιβʹ καὶ χʹ. μετὰ δὲ τοὺς ιγʹ ἀρχιερεῖς καὶ τὴν οἰκοδομὴν τοῦ νεὼ ιʹ καὶ ηʹ τὴν ἀρχιερωσύνην ἔσχον ἀπὸ Σολομῶνος βασιλέως ἐν τῷ ναῷ ἱερούμενοι, ἕως Ναβουχοδονόσορ ὁ Βαβυλωνίων βασιλεὺς τὸν νεὼν ἐμπρήσας αἰχμαλώτους τὸ Ἰουδαίων ἔθνος εἰς Βαβυλῶνα μετήνεγκεν ἅμα Ἰωσεδὲκ τοῦ ἀρχιερέως. τούτων χρόνος ἐστὶ τῆς ἀρχιερωσύνης τξςʹ, μῆνες ςʹ, ἡμέραι ιʹ. μετὰ δὲ τὴν ἅλωσιν ἐτῶν οʹ διελθόντων Κῦρος ὁ Περσῶν βασιλεὺς τοὺς αἰχμαλώτους ἀπέλυσεν εἰς τὴν ἰδίαν ἐλθεῖν πατρίδα. εἷς οὖν τῶν ἀναχθέντων αἰχμαλώτων λαμβάνει τὴν ἀρχιερωσύνην, καὶ ἐκεῖθεν οἱ ἐξ αὐτοῦ ἔκγονοι ιεʹ μέχρις Ἀντιόχου τοῦ Εὐπάτορος, πολιτείας οὔσης ἐν αὐτοῖς δημοκρατορικῆς. καὶ τούτων δὲ χρόνος ἔτη υιδʹ, πρῶτος δ' οὗτος Ἀντίοχος καὶ ὁ στρατηγὸς αὐτοῦ Λυσίας τὸν Ὀνίαν, ᾧ Μενέλαος ἐπίκλην, παύουσι τῆς ἀρχιερωσύνης, ἀνελόντες αὐτὸν ἐν Βεροίᾳ, καὶ ἀντικαθιστῶσιν Ἰάκιμον, γένους μὲν τοῦ Ἀαρῶνος, οὐ τῆς αὐτῆς δ' οἰκίας. διὰ τοῦτο καὶ Ἀνανίας ὁ τοῦ τελευτήσαντος Ὀνίου ἐξάδελφος, εἰς Αἴγυπτον ἀφικόμενος καὶ Πτολεμαίῳ τῷ Φιλομήτορι καὶ Κλεοπάτρᾳ τῇ γυναικὶ διὰ φιλίας ἐλθών, πείθει τούτους κατὰ τὸν Ἡλιουπολίτην νομὸν δειμάμενος τῷ θεῷ παραπλήσιον τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις αὐτὸν ἀρχιερέα καταστῆσαι. ὁ μέντοι Ἰάκιμος ἔτη γʹ ἀρχιερατεύσας τελευτᾷ· οὗ διάδοχος οὐδεὶς κατέστη ἐπὶ ἔτεσιν ἑπτά· πάλιν δὲ οἱ τῶν Ἀσαμωναίου παίδων ἔκγονοι τὴν προστασίαν τοῦ ἔθνους πιστευθέντες, καὶ Μακεδόσι πολεμήσαντες, Ἰωάννην ἀρχιερέα καθιστῶσιν, ὃς ἄρξας ἐνιαυτοὺς ἑπτὰ τελευτᾷ, Τρύφωνος ἐπιβουλαῖς διαμηχανηθείσης αὐτῷ τῆς τελευτῆς· οὗ διάδοχος Σίμων καθίσταται ὁ ἀδελφός. καὶ

Josephus, audax fuit, et supra modum temerarius. Erat enim sectæ Sadducæorum qui crudeles sunt in judiciis et ad omnem arrogantiam inclinantes. Hic igitur Ananus, Festo in Judæa defuncto, et Albino nondum obtinente officium, auctoritate sua præses fuit, et Jacobum fratrem Domini cum aliis condemnans ut legis violatores lapidibus occidi jussit : unde Judæorum mitissimi indignati, et ipse Agrippa rex, ejiciunt eum, quum tribus mensibus imperasset, et loco illius Jesum Damneum collocarunt.

Mortuo Aarone fratre Mosis, filii ejus in sacerdotium succedunt, et deinceps omnes ex ejus stirpe. Invaluerat enim lex patria, ne quis nisi e sanguine Aaron sacerdotium gereret. Fuerunt igitur ab Aarone usque ad Phanasum, qui tempore belli a tumultuantibus pontificatum accepit, anni octoginta tres. Inde a deductione e deserto, ubi et tabernaculum fabricatum est, usque ad templum quod Solomon exstruxit, tredecim pontificatum gesserunt; qui singuli eum per totam vitam obtinuerunt. Fuit illorum dominatio prima aristocratica sive optimatum; deinde ad unum redacta est, ad reges tertio. Igitur ab exitu ex Ægypto atque ad ædificationem templi Hierosolymitani, anni sunt sexcenti et duodecim. Post hos vero tredecim pontifices, et post ædificationem templi octodecim pontificatum gesserunt a Solomone rege, in templo sacrati, donec Nabuchodonosor Babyloniæ rex templo incenso Judæos captivos in Babyloniam avexit una cum Josedec pontifice. Horum tempus pontificatus sunt anni trecenti sexaginta sex, menses sex, decem dies. Post captivitatem vero septuaginta elapsis annis Cyrus Persarum rex captivos in patriam suam abire permisit. Unus igitur e reductis captivis pontificatum accipit, et inde quindecim ejus posteri usque ad Antiochum Eupatoris filium populo imperante, et horum tempus anni quadringenti et quattuordecim. Primus hic Antiochus et dux ejus Lysias, Onian, Menelaum cognomento, pontificatu abdicant, interficientes illum in Berœa, et contra substituunt Jacimum, e stirpe quidem Aaronis, sed non e recta linea. Ideo et Ananias mortui Oniæ patruelis in Ægyptum profectus in Ptolemæi Philometoris et Cleopatræ uxoris amicitiam veniens, persuadet illis, condens in Heliopoli templum Deo simile ei quod est in Hierusalem, ut se pontificem crearent. Jacimus annos tres sacerdotium quum rexisset, moritur : cui intra septem annos nemo succedit. Rursum vero posteri filiorum Asamonæi imperium populi nacti, et cum Macedonibus pugnantes Joannem pontificem creant; qui quum septem annis præfuisset, moritur, Tryphone illi necem moliente, cui succedit Simon frater : ve-

τοῦτον δὲ δόλῳ παρὰ τὸ συμπόσιον διαφθαρέντα ὑπὸ τοῦ γαμβροῦ διαδέχεται παῖς Ὑρκανὸς ὄνομα· ὃς τελευτῶν Ἰούδᾳ τῷ καὶ Ἀριστοβούλῳ κληθέντι καταλείπει τὴν ἀρχήν. κληρονομεῖ δὲ καὶ τοῦτον ἀδελφὸς Ἀλέξανδρος, ὑπὸ νόσου μὲν τελευτήσαντα, τὴν ἱερωσύνην δὲ κατασχόντα μετὰ τῆς βασιλείας (καὶ γὰρ διάδημα περιέθετο πρῶτος Ἰούδας) ἐνιαυτὸν ἕνα. βασιλεύσας δ' ὁ Ἀλέξανδρος καὶ ἱερατεύσας ἔτη κζ' καταστρέφει τὸν βίον, Ἀλεξάνδρᾳ [δὲ] τῇ γυναικὶ καταστῆσαι τὸν ἀρχιερατευσόμενον ἐπιτρέψας. ἡ δὲ τὴν μὲν ἀρχιερωσύνην Ὑρκανῷ δίδωσι τῶν υἱῶν τῷ πρεσβυτέρῳ, αὐτὴ δὲ τὴν βασιλείαν ἔτη θ' κατασχοῦσα τελευτᾷ· τὸν ἴσον δὲ χρόνον ἀρχιερατεύει καὶ Ὑρκανός. μετὰ γὰρ τὸν ἐκείνης θάνατον ὁ νεώτερος παῖς πρὸς τὸν ἀδελφὸν πολεμήσας (Ἀριστόβουλος αὐτῷ ὄνομα) καὶ ἀφελὼν τὴν ἀρχιερωσύνην, ταύτην τε καὶ τὴν τῆς μητρὸς βασιλείαν αὐτὸς περιβάλλεται. ἔτει δὲ τῆς ἀρχῆς τρίτῳ, καὶ πρὸς μησὶ τοῖς ἴσοις, Πομπήιος ἐλθὼν καὶ τὴν πόλιν κατ' ἄκρας ἑλὼν αὐτὸν μὲν εἰς Ῥώμην μετὰ τῶν τέκνων δήσας ἔπεμψε, τῷ δὲ Ὑρκανῷ τὴν ἀρχιερωσύνην ἀποδοὺς τὴν μὲν τοῦ ἔθους προστασίαν ἐπέτρεψε, διάδημα δὲ φορεῖν ἐκώλυσεν. ἦρξε δὲ πρὸς τοῖς θ' τοῖς πρώτοις ἔτη τέσσαρα καὶ εἴκοσι. Βαζαφαρμάνης δὲ καὶ Πάκορος, οἱ τῆς Παρθυηνῆς δυνάσται, πολεμήσαντες Ὑρκανῷ αὐτὸν μὲν ζωγρίᾳ ἔλαβον, Ἀντίγονον δὲ τὸν Ἀριστοβούλου υἱὸν βασιλέα κατέστησαν. γ' δὲ ἔτη καὶ μῆνας γ' ἄρξαντα τοῦτον Σόσσιος καὶ Ἡρώδης ἐξεπολιόρκησαν, Ἀντώνιος δ' ἀναχθέντα ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐπελέκισεν. τὴν δὲ βασιλείαν Ἡρώδης παρὰ Ῥωμαίων ἐγχειρισθεὶς οὐκέτι ἐκ τοῦ Ἀσαμωναίου γένους καθίστησιν ἀρχιερεῖς, ἀσήμους δέ τινας καὶ μόνον ἐξ ἱερέων ὄντας, πλὴν ἑνός. Ἀριστόβουλος δ' ἦν οὗτος, υἱωνὸς δ' ἦν οὗτος ἐκ θυγατρὸς Ὑρκανοῦ τοῦ ὑπὸ Πάρθων ληφθέντος, οὗ καὶ τῇ ἀδελφῇ συνῴκει Μαριάμμῃ. τοῦτον δὲ τὸν Ἀριστόβουλον δεδιὼς ἅτε γένους ὄντα λαμπροῦ καὶ αὐτὸν καθ' ἑαυτὸν περίβλεπτον, μὴ τὸ πλῆθος νεύσῃ πρὸς αὐτόν, ἐν Ἱεριχοῖ κολυμβῶντα πνιγῆναι διεμηχανήσατο. περὶ δὲ τῆς τῶν ἱερέων καταστάσεως ὅμοια διεπράξατο Ἀρχέλαός τε ὁ παῖς αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτὸν οἱ τὴν ἀρχὴν παραλαβόντες Ῥωμαῖοι. εἰσὶν οὖν ἀπὸ τῶν Ἡρώδου χρόνων ἀρχιερατεύσαντες μέχρι τῆς ἡμέρας, ᾗ τὸν ναὸν καὶ τὴν πόλιν ἑλὼν ἐνεπυρπόλησεν, κ' καὶ η'· χρόνος δ' αὐτῶν ἔτη πρὸς τοῖς ρζ'. καὶ τινὲς μὲν ἐπολιτεύσαντο ἐπὶ τῇ Ἡρώδου δηλονότι καὶ Ἀρχελάου βασιλείᾳ· μετὰ δὲ τοῦτο ἀριστοκράτεια μὲν ἦν ἡ πολιτεία, τὴν δὲ προστασίαν τοῦ ἔθνους οἱ ἀρχιερεῖς ἐπιστεύοντο.

rum et hunc dolo in convivio interfectum a genero sequitur filius nomine Hyrcanus. Hic moriens, Judæ qui et Aristobulus nominabatur relinquit regnum. Sequitur hunc frater Alexander, morbo quidem exstinctum, sed sacerdotium cum regno obtinentem; nam et diadema habuit primus Judas uno anno. Regnans vero Alexander et pontificatum gerens, annos septem et viginti natus vitam finit, Alexandræ uxori permittens constituere pontificatum gerentem. Ibi illa pontificatum Hyrcano dat filio natu majori, ipsa regnum novem annos quum gubernasset, moritur: totidem annis sacerdotium gerit Hyrcanus. Post hujus mortem junior filius contra fratrem bellum gerens, nomine Aristobulus, et auferens pontificatum, tam hoc quam matris regno potitur. Tertio anno imperii et mensibus totidem Pompeius veniens, et urbem vi capiens, ipsum Romam cum filiis captivum misit. Hyrcanum vero pontificem designans populi imperium ei permisit, sed coronam eum ferre noluit. Imperavit vero, præter novem primos, annis quattuor et viginti. Basapharmanes et Pacorus dynastæ Parthorum, cum Hyrcano bellum gerentes, eum vivum ceperunt, Antigonum vero Aristobuli filium regem constituerunt. Tres vero annos et tres menses illum imperantem Sosius et Herodes expugnarunt. Antonius vero captum Antochiæ securi percussit. Regnum autem Herodes a Romanis adeptus, non amplius e genere Asamonæo pontifices constituit, obscuros vero aliquos, et solum e sacerdotibus oriundos, præter unum Aristobulum, nepotem e filia Hyrcani a Parthis capti, cujus soror cum Mariamne vixit. Hunc Aristobulum metuens tanquam nobilem et per se conspicuum, ne populus ad eum inclinaret, Hierichunte in piscina suffocari jussit. De sacerdotum constitutione similia molitus filius ejus Archelaus, et post illum Romani, qui imperium invaserunt. Sunt igitur ab Herodis temporibus qui pontificatum gesserunt, usque ad diem quo templum et urbem capiendo vastavit flammis, viginti octo: tempus illorum, anni ad centum et septem. Et aliqui scilicet administrarunt sub Herodis et Archelai imperio. Post hæc ad optimates devoluta est administratio, populi vero curam sacerdotes summi gerebant.

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ

ΙΟΥΔΑΙΚΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ,

Η

ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΠΕΡΙ ΑΛΩΣΕΩΣ

ΛΟΓΟΣ Α'.

(p. 949, 950, ed. Huds.)

α'. Προοίμιον· ὅπως καὶ δι' ἣν αἰτίαν ὁ συγγραφεὺς ἦλθεν ἐπὶ τὸ γράψαι τὴν παροῦσαν ἱστορίαν. Ἔκθεσις κεφαλαιώδης τῶν ὑποθέσεων τῆς πάσης πραγματείας.

β'. Ὅπως διὰ στάσιν τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανὴς τῆς τε πόλεως ἐγκρατὴς γέγονε καὶ κακῶς τοὺς Ἰουδαίους διέθηκε, καὶ ὡς Ὀνίας πρὸς Πτολεμαῖον διέφυγεν.

γ'. Ὅπως Βακχίδην, ὠμότατα διακείμενον κατὰ τὸν Ἐλεάζαρον, Ματθίας ὁ ἱερεὺς ἀποκτείνας τὸ πλῆθος ἐπαγαγόμενος τόν τε Ἀντίοχον ἐπολέμησε καὶ τελευτῶν Ἰούδᾳ τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν παίδων τὴν ἀρχὴν καταλέλοιπε· καὶ ὅπως αὖθις ἐκεῖνος κατώρθωσε πολεμῶν.

δ'. Ὅπως τοῦ Ἐπιφανοῦς τελευτήσαντος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀντίοχος, διαδεξάμενος τὸν πατέρα, κατὰ τῶν Ἱεροσολύμων ἐστράτευσε καὶ τὴν πόλιν κατέσχε, καὶ ὡς Ἐλεάζαρος ὁ ἀδελφὸς Ἰούδα ἀπέθανεν ὑπὸ τοῦ ἐλέφαντος, μηδὲν μέγα δράσας· καὶ ὡς αὐτός τε Ἰούδας καὶ Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς ἀνῃρέθη.

ε'. Ὅπως Ἰωνάθου τοῦ ἀδελφοῦ διαδεξαμένου τὴν ἀρχὴν δόλῳ συλλαμβάνεται παρὰ Τρύφωνος τοῦ ἐπιτρόπου Ἀντιόχου καὶ κτείνεται.

ς'. Ὅπως ὁ Σίμων ὁ ἔσχατος διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν, καὶ γενναίως μὲν ἀφηγησάμενος τῶν πραγμάτων, ἐλευθερώσας δὲ καὶ τοὺς Ἰουδαίους μετὰ ρο' ἔτη τῆς τῶν Μακεδόνων ἐπικρατείας, καὶ ἀποδειχθεὶς διὰ τοῦ πλήθους ἀρχιερεὺς, ἐπιβουλεύεται ἐν συμποσίῳ ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ γαμβροῦ.

ζ'. Ὅπως Ἰωάννης, ὁ καὶ Ὑρκανὸς, ὁ υἱὸς Σίμωνος, τὸν πατέρα διαδεξάμενος, τόν τε Πτολεμαῖον ἐξέφυγε καὶ τὸν Ἀντίοχον ἀπώσατο, καὶ ὅσα κατώρθωσε διά τε ἑαυτοῦ καὶ τῶν παίδων Ἀριστοβούλου καὶ Ἀντιγόνου· καὶ ὡς ἐν τριάκοντα τρισὶν ἔτεσιν καλῶς ἀφηγησάμενος τῶν πραγμάτων τελευτᾷ ἐπὶ πέντε υἱοῖς, ἄρχων τε τοῦ ἔθνους καὶ ἀρχιερεὺς καὶ προφήτης ὤν.

η'. Ὅπως Ἀριστόβουλος ὁ πρεσβύτατος τῶν Ὑρκανοῦ παίδων μετὰ τετρακοσιοστὸν οα' ἔτος τῆς ἀπὸ Βαβυλῶνος ἀνακλήσεως, διάδημα περιθέμενος καὶ τυραννικῶς ἄρξας, τελευτᾷ, οὐ πλεῖον ἐνιαυτοῦ βασιλεύσας.

θ'. Ὅπως ὁ ἀδελφὸς Ἀριστοβούλου Ἀλέξανδρος βασιλεύει, καὶ ὅσα ἔπραξεν ἐν πάσῃ τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ· καὶ ὅπως ἐμισήθη ὑπὸ τῶν ἰδίων διὰ πολλὴν ὠμότητα, καὶ ὡς ἀπηλλάγη βασιλεύσας ἔτη κζ'.

ι'. Ὅπως ἡ γυνὴ αὐτοῦ Ἀλεξάνδρα καλῶς ἦρξε, καὶ τῶν υἱῶν τὸν μὲν πρεσβύτερον Ὑρκανὸν ἀρχιερέα δείκνυσι, τὸν δὲ Ἀριστόβουλον ἰδιώτην κατεῖχε· καὶ ὡς διὰ τὴν τῶν Φαρισαίων ἐξουσίαν ἐκινδύνευσεν.

ια'. Ὅπως Ἀριστόβουλος, τῆς μητρὸς μετὰ θ' ἔτος τελευτησάσης, τὸν Ὑρκανὸν παραγωνισάμενος, ἐκράτησε τῆς ἀρχῆς· ἔπειτα δὲ διαλλάττεται, καὶ ὁ μὲν τὴν βασιλείαν, Ὑρκανὸς δὲ τὴν ἀρχιερωσύνην λαμβάνει.

FLAVII JOSEPHI

DE

BELLO JUDAICO,

SIVE

JUDAICÆ HISTORIÆ DE EXCIDIO

LIBER I.

(Vol. II, p. 43, 44, ed. Hav.)

1. Prooemium : quomodo et quam ob causam auctor hujus historiæ animum ad eam scribendam appulit. Summaria totius operis argumentorum expositio.

2. Quomodo Antiochus Epiphanes ob Hierosolymitarum seditionem urbem illorum cepit, et Judæos male tractavit: utque Onias ad Ptolemæum perfugit.

3. Qualiter Bacchiden, in Eleazarum crudeliter sævientem, Matthias pontifex, populo ad se coacto, interfecit; dein bellum gessit adversus Antiochum, moriensque Judæ filiorum natu maximo imperium reliquit : et quomodo ille, bello suscepto, feliciter res restituit.

4. Quomodo, post mortem Epiphanis, filius ejus Antiochus, qui patri successit, contra Hierosolyma exercitum duxit, et urbem occupavit; et qualiter Eleazarus, Judæ frater, ab elephante oppressus interiit, nulla re memorabili gesta : utque Judas et Joannes frater ejus interempti sunt.

5. Quomodo Jonathas Judæ frater, imperio suscepto, dolis a Tryphone Antiochi tutore capitur et occiditur.

6. Quomodo Simon fratrum natu minimus, quum imperium suscepisset, et rebus strenue administratis Judæos post CLXX annos a dominatione Macedonum liberasset, et a populo pontifex factus fuisset, Ptolemæi generi sui insidiis in convivio appetitur.

7. Quomodo Joannes, qui et Hyrcanus dictus est, Simonis filius patrisque successor, Ptolemæum effugit, et Antiochum repulit; et quæ præclare gessit, tam per se quam per filios suos Aristobulum et Antigonum : utque rebus per triginta tres annos pulchre administratis, et filiis quinque relictis, moritur, quum et gentis princeps et pontifex exstitisset, simulque propheta.

8. Quomodo Aristobulus, filiorum Hyrcani natu maximus, annis CCCCLXXI elapsis post revocationem e Babylonia, diadema sumpsit, quumque tyrannorum more imperasset, vitam finivit, anno et non amplius in imperio exacto.

9. Quomodo Alexander Aristobuli frater post eum regnavit, et quas res gessit dum imperaret : qualique odio sui eum prosequuti sunt propter crudelitatem ejus, utque e vita discessit quum regnasset annos XXVII.

10. Quemadmodum uxor ejus Alexandra præclare res imperii gessit, et Hyrcanum filiorum natu maximum pontificem constituit, atque Aristobulum vitam privatam agere voluit : et quomodo in periculis erat ex Pharisæorum potentia.

11. Quomodo Aristobulus, mortua matre postquam per novennium regnaverat, imperium obtinuit, fratre a rerum gubernaculis repulso : postea vero cum eo in concordiam rediit, ita ut ille imperaret, et Hyrcanus pontificatum teneret.

ιβʹ. Ὅπως κρατήσαντος Ἀριστοβούλου, δείσαντες οἱ διάφοροι, καὶ μάλιστα ὁ Ἰδουμαῖος Ἀντίπατρος, ἔπεισεν Ὑρκανὸν φυγεῖν πρὸς Ἀρέταν τῶν Ἀράβων βασιλέα· καὶ ὅπως κατήγαγεν αὐτὸν μετὰ πλήθους στρατοῦ πρὸς τὴν πατρίδα· κἂν ἐκράτησεν, εἰ μὴ Σκαῦρος ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς, δῶρα λαβὼν παρὰ Ἀριστοβούλου, τὴν πολιορκίαν ἔλυσεν.

ιγʹ. Ὅπως, Ὑρκανοῦ καὶ Ἀντιπάτρου δεηθέντων, Πομπήιος ὀργισθεὶς Ἀριστοβούλῳ, ἐπείπερ ὑπερηφάνει μέχρι παντὸς ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ τῶν δικαίων, ἐπολιόρκησέ τε καὶ ἔλαβεν Ἱεροσόλυμα, καὶ τῷ Ὑρκανῷ τὴν ἀρχιερωσύνην ἀποκατέστησεν.

ιδʹ. Ὅπως τὸν Ἀριστόβουλον μετὰ τῆς γενεᾶς λαβὼν εἰς Ῥώμην ᾔει ὁ Πομπήιος, ἐξ ὧν Ἀλέξανδρος διαδιδράσκει ὁ Ἀριστοβούλου ἐκ τῆς ὁδοῦ. Καὶ ὅπως Σκαῦρος εἰς τὴν Ἀραβίαν ἐνέβαλε, καὶ αὖθις ἀπέστη· καὶ ὅσα ὁ ἀποδρὰς Ἀλέξανδρος ἔδρασέ τε καὶ ἔπαθεν.

ιεʹ. Ὅπως ἀφελόμενος τὰ προκτηθέντα πάλαι ἐκ τῆς Συρίας τῶν Ἰουδαίων παρὰ τῶν Μακκαβαίων, αὐτῶν τε καὶ τῆς ἄλλης Συρίας Σκαῦρον ἐπίτροπον κατέστησεν· ἔνθα καὶ περὶ τῆς τοῦ βαλσάμου φησὶν ἐργασίας, καὶ περὶ ὧν ὁ Πομπήιος εὗρεν ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ ὅσοι ἀμφοτέρωθεν ἀπώλοντο.

ιςʹ. Ὅπως Γαβίνιος, Σκαύρῳ πεμφθεὶς διάδοχος, καταγωνισάμενος Ἀλέξανδρον, καὶ συγγνώμην δοὺς αἰτησαμένῳ, πᾶν τὸ Ἰουδαικὸν ἔθνος εἰς πέντε συνόδους διεῖλεν.

ιζʹ. Ὅπως καὶ Ἀριστόβουλος ἀποδρὰς ἐκ Ῥώμης, καὶ πολεμήσας Γαβίνιον, τέλος ἡττᾶται, καὶ ἐν Ῥώμῃ δέσμιος πάλιν ἄγεται.

ιη. Ὅπως ὁρμήσας κατὰ Πάρθων Γαβίνιος ἐμποδίζεται ὑπὸ Πτολεμαίου· καὶ ὡς πάλιν τοὺς Ἰουδαίους ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἀναστατωθέντας ἐπελθὼν κατεστήσατο.

ιθʹ. Ὅπως Κράσσος, ἐλθὼν αὐτῷ διάδοχος, ὑπὸ Πάρθων κτείνεται· καὶ ὅσα Κάσσιος μετ' αὐτοῦ φυγὼν διεπράξατο.

κʹ. Περὶ Ἀντιπάτρου καὶ τῆς αὐτοῦ γενεᾶς.

καʹ. Ὅπως Καῖσαρ ἀνεὶς τῶν δεσμῶν Ἀριστόβουλον εἰς Ἱεροσόλυμα ἔπεμψε· κἀκεῖνος ἀπελθὼν ἐκεῖσε, οἷα αὐτός τε καὶ παῖδες παρὰ τῶν Πομπηίου πεπόνθασιν.

κβʹ. Ὅπως Ἀντίπατρος ἐπὶ θεραπείᾳ Καίσαρος συμμαχήσας Μιθριδάτῃ Πηλούσιον πολιορκοῦντι, καὶ γενναῖος κατὰ τὴν μάχην φανεὶς, πολιτείᾳ τε τῇ Ῥωμαίων καὶ ἀτελείᾳ παρ' αὐτῷ τετίμηται· καὶ ὡς κατηγορηθεὶς παρ' Ἀντιγόνου τοῦ Ἀριστοβούλου παιδὸς ἐπὶ Καίσαρος, κρατεῖ ταῖς δικαιολογίαις, καὶ Ὑρκανῷ βεβαιοῖ τὴν ἀρχιερωσύνην, καὶ αὐτὸς ἐπίτροπος τῆς ὅλης Ἰουδαίας γίνεται.

κγʹ. Ὅπως Ἀντίπατρος τά τε κατεστραμμένα ὑπὸ Πομπηίου πρότερον ἐτειχίσατο, καὶ τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ θορύβους κατέστελλε· καὶ τῶν υἱῶν τὸν μὲν Φασάηλον Ἱεροσολύμων καὶ τῶν πέριξ στρατηγὸν, τὸν δὲ Ἡρώδην τῆς Γαλιλαίας κατεστήσατο.

κδʹ. Ὅπως Ὑρκανὸς ὑπό τε βασκάνων ἐρεθιζόμενος, καὶ αὐτοῖς ἐν τοῖς κατορθώμασι βασκαίνων τὸν Ἡρώδην εἰς κρίσιν ἐκάλεσε, καὶ αὖθις ἀπέλυσε· καὶ ὡς Ἡρώδης ἐπὶ τοῦτο μνησικακῶν ἐπεστράτει τῷ Ὑρκανῷ, καὶ αὖθις ἀνίησι παρακληθεὶς ὑπό τε τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἀδελφοῦ Φασαήλου.

κεʹ. Περὶ τοῦ γενομένου ἐμφυλίου πολέμου Ῥωμαίοις πρὸς Ἀπάμειαν.

κςʹ. Ὅπως Βροῦτος καὶ Κάσσιος ἐδολοφόνησαν Καίσαρα, καὶ οἷα Κάσσιος ἐν Ἰουδαίᾳ ἔπραξε· καὶ ὡς, ὑποσχόμενος μεγάλα Ἀντιπάτρῳ εἰ κρατήσειεν, αἴτιος αὐτῷ διὰ ταῦτα τοῦ καὶ ἀπολέσθαι ὑπὸ Μαλίχου φαρμάκοις ἐγίνετο.

κζʹ. Ὅπως Ἡρώδης ἐτιμωρήσατο Μάλιχον Κασσίου συνεργίᾳ· καὶ ὡς Ἕλιξ ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Μαλίχου ἐπαναστὰς Φασαήλῳ, καὶ ἡττηθεὶς πρότερον παρ' ἐκείνου, ἔπειτα δὲ καὶ παρ' Ἡρώδου ἱκέτης ἀφίεται. Καὶ ὡς Μαριὼν ὁ τύραννος ἀπηλλάγη Γαλιλαίας ὑφ' Ἡρώδου.

κηʹ. Ὅπως Ἡρώδης μετὰ τὴν πρώτην γυναῖκα, καὶ δευτέραν τὴν Μαριάμνην, τὴν Ὑρκανοῦ μὲν θυγατρίδα, Ἀριστοβούλου δὲ θυγατέρα, ἠγάγετο.

12. Quomodo Aristobulo dominante inimici ejus præ metu illius, maximeque Antipater Idumæus, persuaserunt Hyrcano ut ad Aretam Arabum regem fugeret : et qualiter in patriam cum ingenti exercitu reducitur, fratrique prævaluisset, nisi Scaurus dux Romanorum, muneribus ab Aristobulo acceptis, Hierosolymorum obsidionem solvisset.

13. Quomodo Pompejus, dum precibus eum fatigarent Hyrcanus et Antipater, iratus Aristobulo, quod præ superbia omnino noluerit juris sui rationem reddere, oppugnavit cepitque Hierosolyma, et pontificatum Hyrcano restituit.

14. Quomodo Pompejus, capto Aristobulo cum ejus prole, Romam se contulit; utque Alexander, unus e filiis Aristobuli, in itinere elapsus est. Et qualiter Scaurus in Arabiam impressionem fecit, et ex ea recessit : quæque Alexander profugus gessit et perpessus est.

15. Quomodo Syriæ urbes, quas olim Judæis acquisiverant Maccabæi, eis abstulit, et illarum ceteræque Syriæ procuratorem fecit Scaurum : ubi etiam agitur de modo quo balsamum nascitur et conficitur, et de iis quæ Pompejus in templo invenit, deque numero occisorum ex utraque parte.

16. Quomodo Gabinius, missus in Syriam ut Scauro succederet, quum Alexandrum vicisset veniamque petenti dedisset, Judæam omnem in conventus quinque divisit.

17. Quomodo et Aristobulus, qui Roma profugerat et Gabinio bellum intulerat, tandem victus est, iterumque Romæ in vinculis vitam agit.

18. Qualiter Gabinius, contra Parthos profectus, a Ptolemæo impeditur : utque Judæos, iterum in seditionem concitatos, adortus compescuit.

19. Quomodo Crassus, successor Gabinii, a Parthis occisus est : et quænam Cassius, qui cum eo fugerat, in Syria gessit.

20. De Antipatro ejusque progenie.

21. Quomodo Cæsar Aristobulum vinculis solutum Hierosolyma misit; quæque ille eo profectus liberique ipsius a Pompejanis passi sunt.

22. Quomodo Antipater, quum Mithridati Pelusium obsidenti, ut Cæsarem demereretur, auxilium tulisset, seque in prælio strenuum ostendisset, civitate Romana simul et immunitate donatus est a Cæsare : utque ab Antigono Aristobuli filio accusatus apud Cæsarem in causæ disceptatione superior evasit; idque obtinuit ut Hyrcanus in pontificatu confirmaretur, et ipse totius Judææ procurator fieret.

23. Quomodo Antipater et mœnia a Pompejo antea eversa instauravit, et tumultus in provincia sedavit; atque e filiis suis Phasaelum quidem natu maximum Hierosolymis et regioni vicinæ præfecit, Herodem vero Galilææ.

24. Quomodo Hyrcanus ab obtrectatoribus Herodis irritatus atque ipse Herodi ob res præclare gestas invidens, eum in judicium vocavit, ac deinde absolvit : utque Herodes injuriæ memor exercitum ducebat contra Hyrcanum; ac mox eum demittit ex consilio patris et Phasaeli fratris.

25. De bello civili inter Romanos orto circa Apameam.

26. Qualiter Brutus et Cassius dolo interficiunt Cæsarem, et quænam Cassius in Judæa gessit : utque magna Antipatro promittendo si victoriam obtineret, inde causa erat cur ille a Malicho fuerit veneno peremptus.

27. Qualiter Herodes adjutore Cassio ultus est Malichum : et quomodo Felix ut Malichi fratris necem vindicaret, insurrexit in Phasaelum, et quum ab illo prius vinceretur, postea etiam ab Herode supplex dimittitur. Utque Marion tyrannus e Galilæa pulsus est ab Herode.

28. Quomodo Herodes post primam uxorem alteram duxit, Mariamnen scilicet, Hyrcani quidem neptem ex filia, Aristobuli vero filiam.

κθʹ. Ὅπως μετὰ τὴν Κασσίου ἀναίρεσιν Ἀντώνιος εἰς Ἀσίαν ἐλθὼν, κατηγορηθέντας τοὺς περὶ τὸν Ἡρώδην οὐ μόνον οὐ παρέλυσε τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ τετράρχας κατέστησεν.

λʹ. Ὅσα ἐπράχθη παρὰ Βαρζαφάρνου καὶ Πακώρου τῶν Πάρθων, βουλομένων καταγαγεῖν τὸν Ἀντίγονον ἐπὶ τὴν βασιλείαν· καὶ ὅπως ὅ τε Φασάηλος ἀπώλετο καὶ Ἡρώδης ἐπιβουλευθεὶς ἐξέφυγεν, ὁ δὲ Ὑρκανὸς τὰ ὦτα λωβηθεὶς εἰς Παρθυηνὴν ἀπηνέχθη, καὶ Ἀντίγονος τὴν βασιλείαν κατεῖχεν.

λαʹ. Ὅπως Ἡρώδης ἀπελθὼν πρὸς τὸν Ἀράβων βασιλέα, λαβεῖν χρήματα πρὸς τὸ λυτρώσασθαι τὸν ἀδελφὸν, ἀποτυχὼν δὲ τῆς ἐλπίδος, δι' Ἀλεξανδρείας εἰς Ῥώμην παραγίνεται, καὶ Ἀντωνίῳ καὶ Καίσαρι τὰς συμφορὰς ἀποδυράμενος, καὶ διηγησάμενος πῶς Ἀντίγονος διὰ Πάρθων τῆς βασιλείας ἐγκρατὴς γέγονε, βασιλεὺς αὐτὸς παρ' αὐτῶν τῆς συγκλήτου συμψηφισαμένης ἀποδείκνυται.

λβʹ. Ὅπως Ἀντίγονος τοὺς ἐν Μασάδᾳ τῷ Ἡρώδῃ προσήκοντας ἐπολιόρκει.

λγʹ. Ὅπως Ἡρώδης ἀπὸ Ῥώμης ἐπανελθὼν τὸν πρὸς Ἀντίγονον διήνεγκε πόλεμον· καὶ ὅπως τοὺς περὶ αὐτὸν εἰς τὴν κατὰ Πάρθων ἐκπέμψας μάχην, αὐτὸς τοὺς ἐν τοῖς σπηλαίοις λῃστὰς ἐκπολεμήσας ἐχειρώσατο.

λδʹ. Ὅπως Ἡρώδου ἐπὶ Ἀντίγονον ὁρμήσαντος εἰς Σαμάρειαν ἐπανίστανται Γαλιλαῖοι, καὶ ὡς ὑποστρέψας πάλιν αὐτοὺς κατεστήσατο· καὶ ὡς μετὰ τὴν Πάρθων ἧτταν λαβὼν συμμάχους παρ' Ἀντωνίου ἐπὶ τὸν Ἀντίγονον, ἐπειδὴ ὁ στρατηγὸς αὐτῶν Μαχαιρᾶς οὐ κατὰ σύμμαχον πρὸς αὐτὸν διετέθη, πάλιν πρὸς Ἀντώνιον ὑπέστρεψε, καὶ τὰ Σαμόσατα πολιορκοῦντι συνεξεπόριζεν, ἡνίκα καὶ Ἰώσηπος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἀπόντος συμβαλὼν Ἀντιγόνῳ αὐτὸς σφάττεται, καὶ τὸ στρατιωτικὸν πᾶν διαφθείρεται, καὶ τὰ ὑπήκοα αὖθις ἐπανίσταται.

λεʹ. Ὅπως ὑπανελθὼν Ἡρώδης ἀπὸ Ἀντωνίου, καὶ συμβαλὼν τοῖς τοῦ Ἀντιγόνου, ἄλλας τε πολίχνας αἱρεῖ καὶ τὴν Ἱεριχοῦντα· καρατομεῖ δὲ καὶ Πάππον τὸν στρατηγὸν Ἀντιγόνου, τὸν φονέα τοῦ ἰδίου ἀδελφοῦ Ἰωσήπου.

λςʹ. Ὅπως ἐπολιόρκησε τὰ Ἱεροσόλυμα, ἤδη τρίτου ἔτους αὐτῷ τῆς βασιλείας ἀνυομένου, καὶ οἷα μὲν μετὰ τὴν ἅλωσιν Ἱεροσολυμίταις ἀπήντησεν· οἵῳ δὲ τέλει καὶ Ἀντίγονος ἐχρήσατο.

λζʹ. Οἷα διὰ τὸν Κλεοπάτρας ἔρωτα Ἀντώνιος ἔπραττεν.

ληʹ. Ὅπως τοῦ Ἀκτιακοῦ συστήσαντος πολέμου, ἐπέμφθη Ἡρώδης πρὸς Ἀντωνίου Ἄραβας πολεμῆσαι, καὶ πολεμήσας ἡττᾷ κατὰ κράτος· ἔνθα καὶ δεδοικότας τοὺς ἰδίους διὰ τοὺς συμβάντας ἀλλεπαλλήλους σεισμοὺς δημηγορίᾳ πρὸς θάρσος παρακροτεῖ.

λθʹ. Ὅπως μετὰ τὴν περὶ Ἄκτιον νίκην προσῆλθε Καίσαρι· καὶ οἷα πρὸς αὐτὸν εἶπε, καὶ παρ' αὐτοῦ ἤκουσε, καὶ ὅπως αὐτὸν δωρεαῖς Καῖσαρ ἐτίμησεν.

μʹ. Περὶ ἐπισκευῆς τοῦ ναοῦ, καὶ τῶν γενομένων κτισμάτων παρ' Ἡρώδου· καὶ ὁποῖος ἦν τό τε σῶμα καὶ τὴν ψυχήν.

μαʹ. Περὶ τῶν κατ' οἶκον δυστυχιῶν γενομένων αὐτῷ διὰ Μαριάμνην τὴν γυναῖκα, αἳ συνέβησαν ὅτι τὸ πάλαι αἰχμαλωτισθέντα Ὑρκανὸν Ἡρώδης ἀπέκτεινε, πάππον αὐτῆς ὄντα, καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἰώσηπον· καὶ ὅπως καὶ αὐτὴν ἀπέκτεινεν.

μβʹ. Ὅπως ὑπὸ Ἀντιπάτρου τοῦ υἱοῦ κατὰ τῶν παίδων Μαριάμνης διαβολῶν πλησθεὶς ἦλκει μετ' αὐτοῦ μὲν Ἀλέξανδρον ἐπὶ Ῥώμης, δίκας ἀπαιτήσων αὐτὸν ἐπὶ Καίσαρος, ἀπολυθέντα δὲ ἀναλαβὼν, καὶ εἰς Ἱεροσόλυμα γενόμενος, ἀπολογεῖται ὑπὲρ πάντων πρὸς τὸ πλῆθος.

μγ. Περὶ τοῦ ἤθους Ἀντιπάτρου καὶ τῶν Μαριάμνης παίδων.

μδʹ. Περὶ Φερώρα τοῦ ἀδελφοῦ Ἡρώδου, καὶ ὅπως αὐτῷ διάφορος γέγονεν.

29. Quomodo post Cassii cædem Antonius, quum in Asiam venisset, Herodem fratremque a Judæis accusatos non solum non imperio privavit, sed et tetrarchas ambos constituit.

30. Quænam gesta erant a Barzapharne et Pacoro Parthis, dum studerent Antigonum in regnum reducere: qualiterque et Phasaelus interiit et Herodes insidiis petitus effugit, atque Hyrcanus auribus mutilatus in Parthiam abductus est, et Antigonus regnum obtinuit.

31. Quomodo Herodes, quum se contulisset ad Arabum regem, ut pecunias ab eo acciperet quibus fratrem redimeret, spe vero de sua excidisset, via Alexandriæ Romam proficiscitur, quumque apud Antonium et Cæsarem (Augustum) calamitates suas deplorasset, narrassetque quo pacto Antigonus Parthorum ope regnum nactus esset, ipse rex ab illis ex consensu senatus declaratur.

32. Qualiter Antigonus Herodis necessarios Masadæ inclusos obsidebat.

33. Quomodo Herodes Roma reversus bellum agitavit contra Antigonum; utque suis ad bellum contra Parthos persequendum missis, ipse latrones in speluncis debellatos in potestatem suam redegit.

34. Quomodo, Herode contra Antigonum profecto, Galilæi in Samaria seditionem movent, utque reversus motus eorum composuit: qualiterque post Parthos devictos, quum suppetias ab Antonio impetrasset contra Antigonum, duce illorum Machæra se pro socio idoneo minime gerente, reversus est ad Antonium, eique Samosata obsidenti subministrabat, quando et Josephus frater, ejus in absentia, cum Antigono commissus occiditur ipse, et omnem exercitum amisit; quique subditi erant iterum rebellarunt.

35. Quomodo Herodes ab Antonio reversus, congressusque cum Antigonianis, præter alia oppidula capit Hierichuntem: atque etiam caput amputat Pappo copiarum Antigoni duci, qui Josephum fratrem suum occiderat.

36. Qualiter Hierosolyma oppugnavit, quum tertium jam annum ageret; et quænam Hierosolymitis post urbem captam acciderunt; utque vitam finivit Antigonus.

37. Quænam propter Cleopatræ amorem gessit Antonius

38. Quomodo, bello Actiaco conflato, missus est Herodes ab Antonio contra Arabas, et prælio conserto eos superat profligatque: dein et suos continuis terræ motibus perterritos oratione adhortatur ut animos sumerent.

39. Quomodo Herodes post victoriam apud Actium Cæsarem adiit: et quænam ad eum loquutus est, vicissimque ab eo audivit; et quibus muneribus eum honoravit Cæsar.

40. De instauratione templi, et ædificiis ab Herode conditis; et qualis erat tam animi quam corporis dotibus.

41. De malis et infortuniis in familiam ejus grassantibus propter uxorem ejus Mariamnen; quæ omnia ei acciderunt, quoniam Hyrcanum olim captivum factum, Mariamnes avum, interfecerat, fratremque Josephum: et quomodo Mariamnen occidit.

42. Quomodo Herodes, ex Antipatri filii sui calumniis odio incensus in Mariamnes filios, Alexandrum secum Romam perducit, pœnas ab ipso exacturus apud Cæsarem; ipso autem quum absolutus esset assumpto, ubi Hierosolyma pervenit, rerum omnium rationem reddit populo.

43. De moribus Antipatri et filiorum Mariamnes.

44. De Pherora Herodis fratre, et quo pacto Herodi cum ipso intercesserunt inimicitiæ.

I.

με'. Περὶ τῶν εὐνούχων Ἡρώδου· καὶ ὡς δι' αὐτῶν οἱ περὶ Ἀλέξανδρον ἐκινδύνευον.

μϛ'. Ὡς Ἀρχέλαος ὁ πενθερὸς Ἀλεξάνδρου, ἐλθὼν ἐκ Καππαδοκίας, διήλλαξε τὰ μειράκια πρὸς τὸν πατέρα.

μζ'. Περὶ τῆς κακοηθείας τοῦ Λάκωνος Εὐρυκλέους· καὶ ὡς πάλιν ἐξηγρίωσε τὸν Ἡρώδην πρὸς τοὺς υἱούς.

μη'. Ὅπως Ἀλέξανδρον καὶ Ἀριστόβουλον δεσμήσας ὁ πατὴρ ταῖς διαβολαῖς Σαλώμης, Καίσαρι περὶ τούτων μηνύει, καὶ δεξάμενος τὴν ἐξουσίαν παρ' αὐτοῦ κτείνει τοὺς υἱούς.

μθ'. Ὅπως Ἀντίπατρος ἐμισήθη παρὰ πάντων· καὶ ὡς τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνῃρημένων κατηγγύησε τοῖς ἑαυτοῦ συγγενέσιν ὁ βασιλεύς.

ν'. Ὡς ἡ Φερώρα γυνὴ καὶ ἡ μήτηρ Ἀντιπάτρου, διάφοροι γεγονυῖαι Σαλώμης, αἴτιοι κατέστησαν ἀπωλείας Ἀντιπάτρου τε καὶ ἑαυτῶν· καὶ ὅπως Ἀντίπατρος, ὑπεκκλίνων αὑτὸν ἐκ τοῦ πατρὸς, εἰς Ῥώμην πρὸς Καίσαρα λαμπρῶς παρεγένετο. Καὶ περὶ Συλλαίου τοῦ Ἄραβος, καὶ τῆς Φερώρα τελευτῆς.

να'. Ὅπως ἡ τελευτὴ Φερώρα τῆς Ἀντιπάτρου ἀπωλείας αἰτία γέγονεν.

νβ'. Ὅπως ἡ γυνὴ Φερώρα, ἑαυτὴν ἀπὸ τοῦ τείχους ῥίψασα, θεοῦ προνοίᾳ διεσώθη μετιόντος Ἀντίπατρον.

νγ'. Περὶ τῆς ἀπὸ Ῥώμης ἐπανόδου τοῦ Ἀντιπάτρου· καὶ ὅτι διὰ τὸ πρὸς αὐτὸν μῖσος οὐδεὶς αὐτῷ τὰ εἰς τὴν Ἰουδαίαν συμβάντα ἀπήγγειλεν.

νδ'. Ὅπως συνέδριον ὁ βασιλεὺς συναθροίσας κατήγορον Ἀντιπάτρου, παρόντος Οὐάρου, Νικόλαον παρεστήσατο· καὶ ὡς Ἀντίπατρος ἀπελογήσατο.

νε'. Ὡς καὶ Σαλώμῃ Ἀντίπατρος ἐπιβουλεύων ἐφωράθ' ὑπὸ τῶν τῆς Ἄκμης τῆς θεραπαίνης Ἰουλίας κρατηθέντων γραμμάτων.

νϛ'. Περὶ τῶν σοφιστῶν Ἰούδα τε καὶ Ματθίου, καὶ περὶ τοῦ χρυσοῦ ἀετοῦ.

νζ'. Περὶ τῆς νόσου τοῦ βασιλέως· καὶ ὡς πρὸς τῇ τελευτῇ γενόμενος, πλῆθος Ἰουδαίων ἐπισήμων ἀπὸ πάσης Ἰουδαίας συναγαγὼν, ἀναιρεθῆναι τούτους μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν παρηγγύησεν.

νη'. Ὅπως ἀνεῖλεν Ἀντίπατρον τὸν υἱὸν, καὶ ἐπιβιοὺς ἡμέρας πέντε τελευτᾷ.

45. De eunuchis Herodis; et quomodo illi in causa erant cur Alexander in periculum fuerit adductus.

46. Quomodo Archelaus socer Alexandri, quum e Cappadocia venisset, juvenes patri reconciliavit.

47. De maligno Euryclis Laconis ingenio; qualiterque Herodem iterum exacerbavit in filios.

48. Quomodo pater, Salomes calumniis irritatus, Alexandrum et Aristobulum in vincula conjicit, et de illis querelas ad Cæsarem mittit; acceptaque ab eo potestate filios interficit.

49. Qualiter omnium odio flagravit Antipater: et quomodo rex occisorum liberos consanguineis suis despondit.

50. Qualiter uxor Pheroræ materque Antipatri, inter se discordantes, Antipatro suisque exitio erant: et quomodo Antipater, ut semet e patris conspectu subduceret, Romam ad Cæsarem cum splendido apparatu se confert. Deque Syllæo Arabe, et Pheroræ obitu.

51. Quomodo Pheroræ mors Antipatro causa erat interitus.

52. Qualiter uxor Pheroræ, semet e tecto præcipitans, providentia Dei, pœnas ab Antipatro repetentis, servata est.

53. De Antipatri a Roma reversione: quodque nemo ei, utpote ab omnibus odio habito, quæ acciderant in Judæa nunciarit.

54. Quomodo rex, concilio convocato, Nicolaum Antipatri accusatorem Varo præsente exhibuit: utque semet defendit Antipater.

55. Qualiter et Salomæ insidias intendens Antipater deprehensus est literis Acmes Juliæ ancillæ forte interceptis.

56. De sophistis Juda et Matthia, et de aquila aurea.

57. De regis morbo; utque moriturus multos e Judæis nobilioribus ex omni Judæa congregatos, interfici præcepit, postquam ipse animam efflasset.

58. Qualiter Antipatrum filium occidit; et quinto post die ipse moritur.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἐπειδὴ τὸν Ἰουδαίων πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον συστάντα μέγιστον οὐ μόνον τῶν καθ' ἡμᾶς, σχεδὸν δὲ καὶ ὧν ἀκοῇ παρειλήφαμεν, ἢ πόλεων πρὸς πόλεις ἢ ἐθνῶν ἔθνεσι συρραγέντων, οἱ μὲν οὐ παρατυχόντες τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' ἀκοῇ συλλέγοντες εἰκαῖα καὶ ἀσύμφωνα διηγήματα, σοφιστικῶς ἀναγράφουσιν, οἱ παραγενόμενοι δὲ ἢ κολακείᾳ τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἢ μίσει τῷ πρὸς Ἰουδαίους καταψεύδονται τῶν πραγμάτων, περιέχει δὲ αὐτοῖς ὅπου μὲν κατηγορίαν, ὅπου δὲ ἐγκώμιον τὰ συγγράμματα, τὸ δ' ἀκριβὲς τῆς ἱστορίας οὐδαμοῦ, προὐθέμην ἐγὼ τοῖς κατὰ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν Ἑλλάδι γλώσσῃ μεταβαλὼν ἃ τοῖς ἄνω βαρβάροις τῇ πατρίῳ συντάξας ἀνέπεμψα πρότερον, ἀφηγήσασθαι, Ἰώσηπος Ματθίου παῖς, γένει Ἑβραῖος ἐξ Ἱεροσολύμων, ἱερεὺς, αὐτός τε Ῥωμαίοις πολεμήσας τὰ πρῶτα καὶ τοῖς ὕστερον παρατυχὼν ἐξ ἀνάγκης.

β'. Γενομένου γὰρ, ὡς ἔφην, μεγίστου τοῦδε τοῦ κινήματος, ἐν Ῥωμαίοις μὲν ἐνόσει τὰ οἰκεῖα, Ἰουδαίων

PROŒMIUM.

Quoniam bellum quod cum Romanis gessere Judæi, idque maximum omnium, non modo quæ nostra ætas vidit, sed propemodum etiam eorum quæ auditione accepimus, aut civitatium cum civitatibus aut gentium cum gentibus confligentium, quidam qui rebus non intererant, verum narrationes futiles interque se dissidentes ex rumoribus colligunt, sophistarum more scribendum suscipiunt, alii vero qui præsentes aderant, aut studio assentandi Romanis aut odio Judæorum, rerum veritatem ementiuntur, scriptisque illorum partim accusationes partim laudationes reperiuntur, nusquam vero exacta historiæ fides, idcirco ego proposui, quæ mediterraneis barbaris jam ante miseram patria lingua conscripta, Græce versa in gratiam illorum qui sub Romano degunt imperio, eadem narrare, ego Josephus Matthiæ filius, Hebræus genere, ex Hierosolymis, sacerdos, qui et ipse cum Romanis initio præliis dimicavi, et rebus deinceps gestis necessitate adactus interfui.

2. Quum enim obortus esset, quemadmodum dixi, motus hic gravissimus, Romani quidem ex domesticis labo-

τε τὸ νεωτερίζον τότε τεταραγμένοις ἐπανέστη τοῖς καιροῖς, ἀκμάζον κατά τε χεῖρα καὶ χρήμασιν, ὡς δι' ὑπερβολὴν θορύβων, τοῖς μὲν ἐν ἐλπίδι κτήσεως, τοῖς δ' ἐν ἀφαιρέσεως δέει γίνεσθαι τὰ πρὸς τὴν ἀνατολὴν, ἐπειδὴ Ἰουδαῖοι μὲν ἅπαν τὸ ὑπὲρ Εὐφράτην ὁμόφυλον συνεπαρθήσεσθαι σφίσιν ἤλπισαν, Ῥωμαίους δὲ οἵ τε γείτονες Γαλάται παρεκίνουν καὶ τὸ Κελτικὸν οὐκ ἠρέμει, μεστὰ δὲ ἦν πάντα θορύβων μετὰ Νέρωνα, καὶ πολλοὺς μὲν βασιλειᾶν ὁ καιρὸς ἀνέπειθε, τὰ στρατιωτικὰ δὲ ἤρα μεταβολῆς ἐλπίδι λημμάτων. Ἄτοπον οὖν ἡγησάμην περιιδεῖν πλαζομένην ἐπὶ τηλικούτοις πράγμασι τὴν ἀλήθειαν, καὶ Πάρθους μὲν καὶ Βαβυλωνίους Ἀράβων τε τοὺς πορρωτάτω καὶ τὸ ὑπὲρ Εὐφράτην ὁμόφυλον ἡμῖν, Ἀδιαβηνούς τε γνῶναι διὰ τῆς ἐμῆς ἐπιμελείας ἀκριβῶς ὅθεν τε ἤρξατο καὶ δι' ὅσων ἐχώρησε παθῶν ὁ πόλεμος καὶ ὅπως κατέστρεψεν, ἀγνοεῖν δὲ Ἕλληνας ταῦτα καὶ Ῥωμαίων τοὺς μὴ ἐπιστρατευσαμένους, ἐντυγχάνοντας ἢ κολακείαις ἢ πλάσμασι.

γ'. Καίτοι γε ἱστορίας αὐτὰς ἐπιγράφειν τολμῶσιν, ἐν αἷς πρὸς τῷ μηδὲν ὑγιὲς δηλοῦν καὶ τοῦ σκοποῦ δοκοῦσιν ἔμοιγε διαμαρτάνειν. Βούλονται γὰρ μεγάλους μὲν τοὺς Ῥωμαίους ἀποδεικνύειν, καταβάλλουσι δὲ ἀεὶ τὰ Ἰουδαίων καὶ ταπεινοῦσιν· οὐχ ὁρῶ δὲ πῶς ἂν εἶναι μεγάλοι δοκοῖεν οἱ μικροὺς νενικηκότες· καὶ οὔτε τὸ μῆκος αἰδοῦνται τοῦ πολέμου οὔτε τὸ πλῆθος τῆς καμούσης Ῥωμαίων στρατιᾶς οὔτε τὸ μέγεθος τῶν στρατηγῶν, οἳ πολλὰ περὶ τοῖς Ἱεροσολύμοις ἱδρώσαντες, οἶμαι, ταπεινουμένου τοῦ κατορθώματος αὐτοῖς, ἀδοξοῦσιν.

δ'. Οὐ μὴν ἐγὼ τοῖς ἐπαίρουσι τὰ Ῥωμαίων ἀντιφιλονεικῶν αὔξειν τὰ τῶν ὁμοφύλων διέγνων, ἀλλὰ τὰ μὲν ἔργα μετ' ἀκριβείας ἑκατέρων διέξειμι, τοὺς δ' ἐπὶ τοῖς πράγμασι λόγους ἀνατίθημι τῇ διαθέσει, καὶ τοῖς ἐμαυτοῦ πάθεσι διδοὺς ἐπολοφύρεσθαι ταῖς τῆς πατρίδος συμφοραῖς. Ὅτι γὰρ αὐτὴν στάσις οἰκεία καθεῖλε, καὶ τὰς Ῥωμαίων χεῖρας ἀκούσας καὶ τὸ πῦρ ἐπὶ τὸν ἅγιον ναὸν εἵλκυσαν οἱ Ἰουδαίων τύραννοι, μάρτυς αὐτὸς ὁ πορθήσας Τίτος Καῖσαρ· ἐν παντὶ τῷ πολέμῳ τὸν μὲν δῆμον ἐλεήσας ὑπὸ τῶν στασιαστῶν φρουρούμενον, πολλάκις δὲ ἑκὼν τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως ὑπερτιθέμενος, καὶ διδοὺς τῇ πολιορκίᾳ χρόνον εἰς μετάνοιαν τῶν αἰτίων. Εἰ δέ τις ὅσα πρὸς τοὺς τυράννους ἢ τὸ λῃστρικὸν αὐτῶν κατηγορικῶς λέγομεν τοῖς ἀτυχήμασι τῆς πατρίδος ἐπιστένοντες συκοφαντοίη, διδότω παρὰ τὸν τῆς ἱστορίας νόμον συγγνώμην τῷ πάθει· πόλιν γὰρ δὴ τῶν ὑπὸ Ῥωμαίους πασῶν τὴν ἡμετέραν ἐπὶ πλεῖστόν τε εὐδαιμονίας συνέβη προελθεῖν καὶ πρὸς ἔσχατον συμφορῶν αὖθις καταπεσεῖν. Τὰ γοῦν πάντων ἀπ' αἰῶνος ἀτυχήματα πρὸς τὰ Ἰουδαίων ἡττᾶσθαί μοι δοκεῖ κατὰ σύγκρισιν, καὶ τούτων αἴτιος οὐδεὶς ἀλλόφυλος, ὥστε ἀμήχανον ἦν ὀδυρμῶν ἐπικρατεῖν. Εἰ δέ τις οἴκτου σκληρότερος εἴη δικαστὴς, τὰ μὲν

rabant, Judæique, quotquot res novas tunc moliebantur, quum tempora essent turbulenta, seditionem moverunt, viribus pariter ac opibus florentes, adeo ut, propter tumultuum magnitudinem, hi quidem partium Orientis possidendarum spe tenerentur, illos vero earundem amittendarum metus invaderet, quoniam Judæi quidem universos, qui trans Euphraten essent, gentiles secum arma capturos esse crediderant, Romani vero a Gallis finitimis subinde agitarentur, nec Celtæ quiescerent, sed plena essent omnia perturbationum mortuo Nerone, et multi quidem opportunitate arrepta imperium affectarent, militesque lucri cupidine rebus novis studerent. Itaque indignum esse duxi, ut tantarum rerum veritas sineretur in inconstantia versari; et Parthi quidem et Babylonii, Arabumque remotissimi, et populares nostri ultra Euphraten, itemque Adiabeni, mea diligentia satis accurate cognoscerent quibus ab initiis profectum, quantisque cum cladibus gestum fuerit bellum, et quo tandem modo desierit; Græci vero et Romanorum quotquot militiam secuti non essent, ista nescirent, legentes quæ ab aliis aut adulandi gratia aut mentiendi libidine conficta sunt.

3. Atqui hujusmodi scripta historias non verentur inscribere, in quibus, præterquam quod nihil sani afferant, etiam de proposito suo mihi videntur excidere. Nam illis quidem in animo est Romanos amplificare, resque Judæorum extenuant et deprimunt: quanquam non video qui fieri possit ut pro magnis habeantur, qui pusillos superaverint. Accedit quod neque belli diuturnitatem respiciant, neque multitudinem militum Romanorum qui eo delassati erant, neque imperatorum magnitudinem, quorum profecto gloria minuitur, si, quum multum sudoris propter Hierosolyma pertulissent, rebus ab eis præclare gestis aliquid derogetur.

4. Neque tamen ego is sum qui cum iis qui res Romanorum extollunt vicissim contendens, quæ a popularibus meis gesta erant in majus augere decreverim, sed facta utriusque populi accurate persequor, in iis vero enarrandis animi affectioni aliquid tribuo, dum dolori meo in deflendis patriæ calamitatibus nonnihil indulgeo. Nam quod eam domesticæ dissensiones everterint, et in templum sacrosanctum invitas Romanorum manus atque ignem traxerint Judæorum tyranni, testis est ille a quo facta est vastatio, Titus Cæsar: qui per omne bellum populum quidem miseratus est, quod a seditiosis custodiretur; sæpe autem consulto differri passus est urbis excidium, morasque obsidioni interposuit, ut belli auctores resipiscerent. Quodsi quis nos calumnietur ob ea quæ in tyrannos eorumque latrocinium accusatorie dicimus, patriæ miseriis ingemiscentes, dolori, etiamsi historiæ legem transgrediatur, veniam concedat. Nam ex omnibus civitatibus, quæ Romanorum jugum subierunt, nostræ sane contigit ad summum felicitatis pervenisse, ac deinde in extremam calamitatem incidisse. Namque omnium ab omnis ævi memoria res adversæ, si cum iis conferantur quæ Judæis acciderunt, longe ab illis superari mihi videntur: atque nemo ex alienigenis eorum auctor exstitit. Quo magis difficile erat ut a questibus et lamentis temperarem. Si quis autem durior

πράγματα τῇ ἱστορίᾳ προσκρινέτω, τὰς δ' ὀλοφύρσεις τῷ γράφοντι.

ε'. Καίτοι γε ἐπιτιμήσαιμ' ἂν αὐτὸς δικαίως τοῖς Ἑλλήνων λογίοις, οἳ τηλικούτων κατ' αὐτοὺς πραγμάτων γεγενημένων, ἃ κατὰ σύγκρισιν ἐλαχίστους ἀποδείκνυσι τοὺς πάλαι πολέμους, τούτων μὲν κάθηνται κριταὶ τοῖς φιλοτιμουμένοις ἐπηρεάζοντες, ὧν εἰ καὶ τῷ λόγῳ πλεονεκτοῦσι, λείπονται τῇ προαιρέσει, αὐτοὶ δὲ τὰ Ἀσσυρίων ἢ τὰ Μήδων συγγράφουσιν, ὥσπερ ἧττον καλῶς ὑπὸ τῶν ἀρχαίων συγγραφέων ἀπηγγελμένα· καίτοι τοσούτῳ τῆς ἐκείνων ἡττῶνται δυνάμεως ἐν τῷ γράφειν ὅσῳ καὶ τῆς γνώμης. Τὰ γὰρ καθ' αὑτοὺς ἐσπούδαζον ἕκαστοι γράφειν, ὅπου καὶ τὸ παρατυχεῖν τοῖς πράγμασιν ἐποίει τὴν ἀπαγγελίαν ἐναργῆ καὶ τὸ ψεύδεσθαι παρ' εἰδόσιν αἰσχρὸν ἦν. Τό γε μὴν μνήμῃ τὰ προϊστορηθέντα διδόναι καὶ τὰ κατὰ τὸν ἴδιον χρόνον τοῖς μεθ' ἑαυτὸν συνιστάνειν, ἐπαίνου καὶ μαρτυρίας ἄξιον· φιλόπονος δὲ οὐχ ὁ μεταποιῶν οἰκονομίαν καὶ τάξιν ἀλλοτρίαν, ἀλλ' ὁ μετὰ τοῦ καινὰ λέγειν καὶ τὸ σῶμα τῆς ἱστορίας κατασκευάζων ἴδιον. Κἀγὼ μὲν ἀναλώμασι καὶ πόνοις μεγίστοις ἀλλόφυλος ὢν Ἕλλησί τε καὶ Ῥωμαίοις τὴν μνήμην τῶν κατορθωμάτων ἀνατίθημι· τοῖς δὲ γνησίοις πρὸς μὲν τὰ λήμματα καὶ τὰς δίκας κέχηνεν εὐθέως τὸ στόμα καὶ ἡ γλῶσσα λέλυται, πρὸς δὲ τὴν ἱστορίαν, ἔνθα χρὴ τἀληθῆ λέγειν καὶ μετὰ πολλοῦ πόνου τὰ πράγματα συλλέγειν, πεφίμωνται, παρέντες τοῖς ἀσθενεστέροις καὶ μηδὲ γινώσκουσι τὰς πράξεις τῶν ἡγεμόνων γράφειν. Τιμάσθω δὴ παρ' ἡμῖν τὸ τῆς ἱστορίας ἀληθὲς, ἐπεὶ παρ' Ἕλλησιν ἀμελεῖται.

ϛ'. Ἀρχαιολογεῖν μὲν δὴ τὰ Ἰουδαίων, τίνες τε ὄντες καὶ ὅπως ἀπανέστησαν Αἰγυπτίων, χώραν τε ὅσην ἐπῆλθον ἀλώμενοι καὶ πόσα ἑξῆς κατέλαβον, καὶ πῶς μετανέστησαν, νῦν ἄκαιρον ᾠήθην εἶναι καὶ ἄλλως περιττὸν, ἐπειδὴ καὶ Ἰουδαίων πολλοὶ πρὸ ἐμοῦ τὰ τῶν προγόνων συνετάξαντο μετ' ἀκριβείας, καί τινες Ἑλλήνων ἐκεῖνα τῇ πατρίῳ φωνῇ μεταβαλόντες οὐ πολὺ τῆς ἀληθείας διήμαρτον. Ὅπου δὲ οἵ τε τούτων συγγραφεῖς ἐπαύσαντο καὶ οἱ ἡμέτεροι προφῆται, τὴν ἀρχὴν ἐκεῖθεν ποιήσομαι τῆς συντάξεως. Τούτων δὲ τὰ μὲν τοῦ κατ' ἐμαυτὸν πολέμου διεξοδικώτερον καὶ μεθ' ὅσης ἂν ἐξεργασίας δύνωμαι δίειμι, τὰ δὲ προγενέστερα τῆς ἐμῆς ἡλικίας ἐπιδραμῶ συντόμως.

ζ'. Ὡς Ἀντίοχος ὁ κληθεὶς Ἐπιφανὴς ἑλὼν κατὰ κράτος Ἱεροσόλυμα καὶ κατασχὼν ἔτεσι τρισὶ καὶ μησὶν ἓξ ὑπὸ τῶν Ἀσαμωναίου παίδων ἐκβάλλεται τῆς χώρας, ἔπειθ' ὡς οἱ τούτων ἔκγονοι περὶ τῆς βασιλείας διαστασιάσαντες εἵλκυσαν εἰς τὰ πράγματα Ῥωμαίους καὶ Πομπήιον, καὶ ὡς Ἡρώδης ὁ Ἀντιπάτρου κατέλυσε τὴν δυναστείαν αὐτῶν ἐπαγαγὼν Σόσσιον· ὅπως τε ὁ λαὸς μετὰ τὴν Ἡρώδου τελευτὴν κατεστασίασεν, Αὐγούστου μὲν Ῥωμαίων ἡγεμονεύοντος, Κουϊντιλίου δὲ Οὐάρου κατὰ τὴν χώραν ὄντος· καὶ ὡς ἔτει δωδεκάτῳ

quam ut misericordia flectatur judex adsit, res quidem historiæ velim assignet, lamentationes vero scriptori tribuat.

5. Verumtamen ego Græcorum disertos jure meritoque increpaverim, qui tantis sua ætate actis, quæ, si contentio et comparatio fiat, bella olim gesta exigua admodum reddunt, in illa quidem judices sedent aliorum studiis detrahentes, a quibus, licet eos facundia superent, proposito tamen vincuntur : isti vero Assyriorum Medorumve res scribendas suscipiunt, quasi minus recte ab antiquis scriptoribus relatæ fuerint; quanquam tantum illis cedunt scribendi facultate quantum consilio et voluntate. Erat enim unicuique studium, quæ sua memoria facta erant literis consignare, quum et rebus interfuisse fecerit ut dilucida esset narratio, et mentiri apud scientes dedecori verteretur. Enimvero quæ ante memorata erant memoriæ tradere suique temporis res commendare posteris, laudis testimonio dignum est : atqui huic negotio cum studio et cura non incumbit qui alterius ordinem et dispositionem immutat, sed qui nova dicendo integram de suo componit historiam. At ego quidem, quippe alienigena, nulli sumptui aut labori peperci, ut Græcis et Romanis bellicorum facinorum memoriam commendarem. Istis autem qui indigenæ sunt, ad quæstum quidem et lites, aperta protinus sunt ora et solutæ linguæ, ad historiam vero, in qua verum dicendum est, multoque cum labore res colligendæ, os illis occlusum est, concessa imbecillioribus rerumque ne gnaris quidem licentia scribendi res a principibus gestas. Colatur itaque a nobis historiæ veritas, quandoquidem a Græcis negligitur.

6. Judæorum quidem res ab origine repetere, et qui fuerint, et quo pacto ab Ægyptiis discesserint, quasque regiones errando peragraverint, et quot loca occupaverint, et quemadmodum inde migraverint, ab hoc tempore alienum esse, et præterea supervacaneum existimavi, quoniam et multi ante me Judæi res majorum suorum satis accurate conscripserunt, et nonnulli e Græcis easdem res patria lingua prosequentes non multum a veritate aberrarunt. Ubi autem et isti scriptores et prophetæ nostri desierunt, inde historiæ initium sumam. Et ista quidem quæ ad bellum attinent meo tempore gestum, uberius fusiusque et qua potero diligentia referam; quæ vero ætate mea sunt antiquiora, ea summatim breviterque percurram.

7. Quomodo Antiochus, qui Epiphanes vocitatus est, quum Hierosolyma expugnasset et per triennium et sex menses ea tenuisset, ab Asamonæi filiis e regione ejicitur; deinde ut eorum posteri, orta inter eos de regno dissensione, Romanos et Pompejum ad res disceptandas attraxerunt, utque Herodes Antipatri filius, Sossio in auxilium adducto, eorum principatui finem imposuit : tum, quemadmodum populus, mortuo Herode, seditionem concitarunt, Augusto quidem Romanis imperante, Quintilio autem Varo Judæorum regioni præsidente; et quomodo bellum anno

τῆς Νέρωνος ἀρχῆς ὁ πόλεμος ἀνερράγη, τά τε συμβάντα κατὰ Κέστιον, καὶ ὅσα παρὰ τὰς πρώτας ὁρμὰς ἐπῆλθον οἱ Ἰουδαῖοι τοῖς ὅπλοις.

η'. Ὅπως τε τὰς περιοίκους ἐτειχίσαντο· καὶ ὡς Νέρων ἐπὶ τοῖς Κεστίου πταίσμασι δείσας περὶ τῶν ὅλων Οὐεσπασιανὸν ἐφίστησι τῷ πολέμῳ, καὶ ὡς οὗτος μετὰ τοῦ πρεσβυτέρου τῶν παίδων εἰς τὴν Ἰουδαίων χώραν ἐνέβαλεν, ὅσῃ τε χρώμενος Ῥωμαίων στρατιᾷ, καὶ ὅσοι σύμμαχοι ἐκόπησαν εἰς ὅλην τὴν Γαλιλαίαν· καὶ ὡς τῶν πόλεων αὐτῆς ἃς μὲν [ὁλοσχερῶς καὶ] κατὰ κράτος, ἃς δὲ δι' ὁμολογίας ἔλαβεν. Ἔνθα δὴ καὶ τὰ περὶ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐν πολέμοις εὐταξίας καὶ τὴν ἄσκησιν τῶν ταγμάτων, τῆς τε Γαλιλαίας ἑκατέρας τὰ διαστήματα, καὶ τὴν φύσιν, καὶ τοὺς τῆς Ἰουδαίας ὅρους, ἔτι τε τῆς χώρας τὴν ἰδιότητα, λίμνας τε καὶ πηγὰς τὰς ἐν αὐτῇ, καὶ τὰ περὶ ἑκάστην πόλιν τῶν ἁλισκομένων πάθη μετ' ἀκριβείας, ὡς εἶδον ἢ ἔπαθον, δίειμι· οὐδὲ γὰρ τῶν ἐμαυτοῦ τι συμφορῶν ἀποκρύψομαι, μέλλων γε πρὸς εἰδότας ἐρεῖν.

θ'. Ἔπειθ' ὡς ἤδη καμνόντων Ἰουδαίοις τῶν πραγμάτων θνήσκει μὲν Νέρων, Οὐεσπασιανὸς δὲ ἐπὶ Ἱεροσολύμων ὡρμημένος ὑπὸ τῆς ἡγεμονίας ἀνθέλκεται· τά τε γενόμενα περὶ ταύτης αὐτῷ σημεῖα, καὶ τὰς ἐπὶ Ῥώμης καταβάσεις, καὶ ὡς αὐτὸς ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἄκων αὐτοκράτωρ ἀποδείκνυται· καὶ ὡς τούτου ἀποχωρήσαντος ἐπὶ διοικήσει τῶν ὅλων εἰς τὴν Αἴγυπτον ἐστασιάσθη τὰ Ἰουδαίων· ὅπως τε ἐπανέστησαν αὐτοῖς οἱ τύραννοι, καὶ τὰς τούτων πρὸς ἀλλήλους διαφοράς.

ι'. Καὶ ὡς ἄρας ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου Τίτος δεύτερον εἰς τὴν χώραν ἐνέβαλεν· ὅπως τε τὰς δυνάμεις καὶ ὅπου καὶ πόσας συνήγαγε καὶ ὅπως ἐκ τῆς στάσεως ἡ πόλις διέκειτο παρόντος αὐτοῦ, προσβολάς τε ὅσας ἐποιήσατο καὶ πόσα χώματα, περιβόλους τε τῶν τριῶν τειχῶν καὶ τὰ μέτρα τούτων, τήν τε τῆς πόλεως ὀχυρότητα καὶ τοῦ ἱεροῦ καὶ τοῦ ναοῦ τὴν διάθεσιν· ἔτι δὲ καὶ τούτων καὶ τοῦ βωμοῦ τὰ μέτρα, πάντα μετ' ἀκριβείας, ἔθη τε ἑορτῶν ἔνια καὶ τὰς ἑπτὰ ἁγνείας καὶ τὰς τῶν ἱερέων λειτουργίας· ἔτι δὲ τὰς ἐσθῆτας τῶν ἱερέων καὶ τοῦ ἀρχιερέως, καὶ οἷον ἦν τοῦ ναοῦ τὸ ἅγιον, οὐδὲν οὔτε ἀποκρυπτόμενος οὔτε προστιθεὶς τοῖς πεφωραμένοις.

ια'. Ἔπειτα διέξειμι τήν τε τῶν τυράννων πρὸς τοὺς ὁμοφύλους ὠμότητα καὶ τὴν Ῥωμαίων φειδὼ πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους· καὶ ὁσάκις Τίτος σῶσαι τὴν πόλιν καὶ τὸν ναὸν ἐπιθυμῶν ἐπὶ δεξιὰς τοὺς στασιάζοντας προὐκαλέσατο· διακρινῶ δὲ τὰ πάθη τοῦ δήμου καὶ τὰς συμφορὰς, ὅσα τε ὑπὸ τοῦ πολέμου καὶ ὅσα ὑπὸ τῆς στάσεως καὶ ὅσα ὑπὸ τοῦ λιμοῦ κακωθέντες ἑάλωσαν. Παραλείψω δὲ οὐδὲ τὰς τῶν αὐτομόλων ἀτυχίας, οὐδὲ τὰς τῶν αἰχμαλώτων κολάσεις, ὅπως τε ὁ ναὸς ἄκοντος ἐνεπρήσθη Καίσαρος, καὶ ὅσα τῶν ἱερῶν κειμηλίων ἐκ τοῦ πυρὸς ἡρπάγη, τήν τε τῆς ὅλης πόλεως ἅλωσιν, καὶ τὰ πρὸ ταύτης σημεῖα καὶ τέρατα καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τῶν

duodecimo imperii Neronis erupit, quæque sub Cestio præside acciderunt, et quot in loca Judæi sub primos belli motus armis invaserunt.

8. Item quomodo urbes finitimas communierunt; et ut Nero, post clades Cestii ductu acceptas summæ rerum metuens, Vespasianum bello præfecit, utque ille cum filio natu majore Judæorum in regionem ingressus est; et quantum ille Romanorum exercitum duxit, et auxiliarium quotquot per Galilæam omnem cæsi erant; atque ut urbium ejus regionis alias quidem vi [penitusque] expugnavit, alias vero ad deditionem adegit. Ac ubi eo venero, quænam sit Romanorum in acie ordinum conservatio, et legionum disciplina, et quanta sit utriusque Galilææ amplitudo, et quod soli ingenium, et quinam Judææ fines limitesque, insuper quæ regionis propria sint, et qui lacus fontesque in ea, quæque per singulas urbes captis acciderint, summa cum fide, ex iis quæ ipse vidi aut pertuli, enarrabo: neque enim quidquam de meis calamitatibus reticebo, ut qui ad scientes dicturus sim.

9. Deinde ut, quum jam res Judæorum labefactarentur, Nero quidem diem supremum obit, Vespasianus autem, maturato in Hierosolyma itinere, imperii gratia retrahitur; quæque ei signa de eo data erant, et quæ Romæ factæ mutationes; utque is invitus a militibus Imperator declaratus erat: et quomodo, eo in Ægyptum ad res universas administrandas digresso, Judæorum status seditionibus agitatus erat; quoque modo tyranni in eos insurrexerunt, moxque ut illi inter se dissenserunt.

10. Quemadmodum etiam Titus, ex Ægypto reversus, iterum in Judæam irrupit: qualiterque copias et quo in loco et quantas coegit: et quomodo seditionibus laboravit urbs, quum ipse illic adesset; et quot fecit impressiones, et quantos aggeres erexit; triumque murorum ambitum, et illorum magnitudinem, urbisque munitionum firmitatem, et fani templique dispositionem; ac præterea illorum aræque dimensiones, accurateque omnia *describam*; festorum quoque dierum consuetudines aliquot, septemque lustrationes et sacerdotum munia, itemque illorum simul ac pontificis vestes, et quale erat templi sacrarium, nihil dissimulans compertisve adjiciens.

11. Narrabo deinde tyrannorum in suos gentiles crudelitatem, Romanorumque in alienigenas indulgentiam; et quoties Titus, civitatem pariter ac templum servare cupiens, ad concordiæ fœdera seditiosos provocavit: distincte etiam exponam populi clades et calamitates, quotque mala bello, quot seditione, et quot fame perpessi, capti sunt. Neque vero aut perfugarum infortunia, aut captivorum supplicia prætermittam, qualiterque templum invito Cæsare conflagravit, et quantum sacræ supellectilis e flammis ereptum erat; atque totius civitatis excidium, quæque præcesserant signa et prodigia; tyrannorumque captivita-

τυράννων, τῶν τε ἀνδραποδισθέντων τὸ πλῆθος, καὶ εἰς ἣν ἕκαστοι τύχην διενεμήθησαν· καὶ ὡς Ῥωμαῖοι μὲν ἐπεξῆλθον τὰ λείψανα τοῦ πολέμου καὶ τὰ ἐρύματα τῶν χωρίων καθεῖλον, Τίτος δὲ πᾶσαν ἐπελθὼν τὴν χώραν κατεστήσατο· τήν τε ὑποστροφὴν αὐτοῦ τὴν εἰς Ἰταλίαν καὶ τὸν θρίαμβον.

ιβ'. Ταῦτα πάντα περιλαβὼν ἐν ἑπτὰ βιβλίοις καὶ μηδεμίαν τοῖς ἐπισταμένοις τὰ πράγματα καὶ παρατυχοῦσι τῷ πολέμῳ καταλιπὼν ἢ μέμψεως ἀφορμὴν ἢ κατηγορίας, τοῖς γε τὴν ἀλήθειαν ἀγαπῶσιν, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἡδονὴν, ἀνέγραψα. Ποιήσομαι δὲ ταύτης τῆς ἐξηγήσεως ἀρχὴν, ἣν καὶ τῶν κεφαλαίων ἐποιησάμην.

ΚΕΦ. Α'.

Στάσεως τοῖς δυνατοῖς Ἰουδαίων ἐμπεσούσης, καθ' ὃν καιρὸν Ἀντίοχος ὁ κληθεὶς Ἐπιφανὴς διεφέρετο περὶ ὅλης Συρίας πρὸς Πτολεμαῖον τὸν ἕκτον (ἡ φιλοτιμία δ' ἦν αὐτοῖς περὶ δυναστείας, ἑκάστου τῶν ἐν ἀξιώματι μὴ φέροντος τοῖς ὁμοίοις ὑποτετάχθαι), Ὀνίας μὲν εἷς τῶν ἀρχιερέων ἐπικρατήσας ἐξέβαλε τῆς πόλεως τοὺς Τωβία υἱούς. Οἱ δὲ καταφυγόντες πρὸς Ἀντίοχον ἱκέτευσαν αὐτοῖς ἡγεμόσι χρώμενον εἰς τὴν Ἰουδαίαν εἰσβαλεῖν. Πείθεται δὲ ὁ βασιλεὺς ὡρμημένος πάλαι, καὶ μετὰ πλείστης δυνάμεως αὐτὸς ὁρμήσας τήν τε πόλιν αἱρεῖ κατὰ κράτος καὶ πολύ τι πλῆθος τῶν Πτολεμαίῳ προσεχόντων ἀνεῖλε, ταῖς τε ἁρπαγαῖς ἀνέδην ἐπαφεὶς τοὺς στρατιώτας, αὐτὸς καὶ τὸν ναὸν ἐσύλησε, καὶ τὸν ἐνδελεχισμὸν τῶν καθ' ἡμέραν ἐναγισμῶν ἔπαυσεν ἐπ' ἔτη τρία καὶ μῆνας ἕξ. Ὁ δὲ ἀρχιερεὺς Ὀνίας πρὸς Πτολεμαῖον διαφυγὼν καὶ παρ' αὐτοῦ λαβὼν τόπον ἐν τῷ Ἡλιοπολίτῃ νομῷ πολίχνην τε τοῖς Ἱεροσολύμοις εἰκασμένην καὶ ναὸν ἔκτισεν ὅμοιον· περὶ οὗ αὖθις κατὰ χώραν δηλώσομεν.

β'. Ἀντιόχῳ γε μὴν οὔτε τὸ παρ' ἐλπίδα κρατῆσαι τῆς πόλεως οὔθ' αἱ ἁρπαγαὶ καὶ ὁ τοσοῦτος φόνος ἤρκεσεν, ὑπὸ δὲ ἀκρασίας παθῶν καὶ κατὰ μνήμην ὧν περὶ τὴν πολιορκίαν ἔπαθεν ἠνάγκαζεν Ἰουδαίους, καταλύσαντας τὰ πάτρια, βρέφη τε αὐτῶν φυλάττειν ἀπερίτμητα καὶ σῦς ἐπιθύειν τῷ βωμῷ· πρὸς ἃ ἅπαντες μὲν ἠπείθουν, ἐσφάττοντο δὲ οἱ δοκιμώτατοι. Καὶ Βακχίδης, ὁ πεμφθεὶς ὑπ' Ἀντιόχου φρούραρχος, τῇ φυσικῇ προσλαβὼν ὠμότητι τὰ ἀσεβῆ παραγγέλματα, παρανομίας οὐδεμίαν παρέλιπεν ὑπερβολὴν, καὶ κατ' ἄνδρα τοὺς ἀξιολόγους αἰκιζόμενος, καὶ κοινῇ καθ' ἡμέραν ἐνδεικνύμενος ὄψιν ἁλώσεως τῇ πόλει, μέχρι ταῖς ὑπερβολαῖς τῶν ἀδικημάτων τοὺς πάσχοντας εἰς ἀμύνης τόλμαν ἠρέθισε.

γ'. Ματθίας γοῦν υἱὸς Ἀσαμωναίου, τῶν ἱερέων εἷς, ἀπὸ κώμης Μωδεεὶν ὄνομα, συνασπίσας μετὰ χειρὸς οἰκείας (πέντε γὰρ υἱεῖς ἦσαν αὐτῷ), κοπίσιν ἀναιρεῖ τὸν Βακχίδην· καὶ παραχρῆμα μὲν δείσας τὸ πλῆθος τῶν φρουρῶν εἰς τὰ ὄρη καταφεύγει· προσγενομένων δὲ ἀπὸ τοῦ δήμου πολλῶν αὐτῷ, ἀναθαρρήσας κάτεισι, καὶ συμβαλὼν μάχῃ νικᾷ τοὺς Ἀντιόχου στρατηγοὺς

tem, et multitudinem abductorum in servitium, et quænam cuique sorte obtigerunt; utque Romani persequuti sunt belli reliquias, et loca munita funditus everterunt, Titusque regionem omnem a se peragratam constituit: neque silebo reditum ejus in Italiam et triumphum.

12. Ista universa septem libris complexus adnixusque ut omnes querelarum aut accusationum causas iis præciderem, qui res norint belloque interfuerint, studiosis veritatis, non iis qui voluptatis gratia legunt, perscripsi. Idem autem narrationis hujusce quod et capitulorum initium faciam.

CAP. I.

Quum inter Judæorum potentes commota esset seditio, quo tempore Antiochus Epiphanes dictus cum Ptolemæo sexto de Syria omni contendebat (erat autem Judæis inter se de principatu certamen, singulis eorum qui in dignitate erant ægre ferentibus ut sui similibus subjicerentur), Onias quidem, unus e pontificibus, postquam prævaluerat, Tobiæ filios civitate expulit. Illi vero ad Antiochum confugerunt, eique supplicarunt ut ipsis ducibus in Judæam irrumperet. Idque regi persuasum est, jam pridem sic animato, adeoque is, cum ingenti exercitu impressione facta in Judæam, et urbem vi cepit, et eorum qui favebant Ptolemæo magnam multitudinem interfecit; dataque militibus promiscue omnia rapiendi licentia, ipse et templum spoliavit et quotidiani sacrificii consuetudinem cessare fecit per tres annos et menses sex. Pontifex autem Onias, quum ad Ptolemæum perfugisset, et ab eo locum in præfectura Heliopolitana accepisset, ibi urbeculam ad instar Hierosolymorum et simile templum exstruxit: de quo iterum suo in loco memorabimus.

2. Verum Antiocho neque satisfaciebat urbis præter spem expugnatio, neque direptio, neque tanta hominum strages, sed vehementiori animi motu abreptus, memorque eorum quæ in obsidione pertulerat, Judæos cogebat, contra leges patrias, infantes suos incircumcisos servare, suesque super aram immolare. Quibus omnes quidem obnitebantur, optimus vero quisque trucidabatur. Et Bacchides, ab Antiocho missus ut præsidiorum esset præfectus, impiis mandatis naturæ suæ immanitati adjunctis, nullam iniquitatis prætermisit exsuperantiam, in viros alicujus dignitatis singulos tormentis sæviens, et civibus quotidie universis excidium minitans et ob oculos ponens; donec ex summa atrocitate injuriarum illis affectos adeo irritavit, ut sese ulcisci ausi fuerint.

3. Nam Matthias Asamonæi filius, unus e sacerdotibus, ex vico cui Modein nomen, cum suorum manum armis instruxisset (filios enim quinque habebat) sicis Bacchidem interficit: et continuo quidem, veritus custodiarum multitudinem, in montes se recipit. Verum quum ad eum multi Judæorum convenissent, sumpto animo descendit, commissoque prælio Antiochi duces superat, et e Judææ finibus

καὶ τῆς Ἰουδαίας ἐξελαύνει. Παρελθὼν δὲ ἀπὸ τῆς εὐπραγίας εἰς δυναστείαν, καὶ διὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν ἀλλοφύλων ἄρξας, τῶν σφετέρων ἑκόντων, τελευτᾷ, Ἰούδᾳ τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν παίδων καταλιπὼν τὴν ἀρχήν.

δ'. Ὁ δέ (οὐδὲ γὰρ ἠρεμήσειν Ἀντίοχον ὑπελάμβανε) τάς τε ἐπιχωρίους συνεκρότει δυνάμεις καὶ πρὸς Ῥωμαίους πρῶτος ἐποιήσατο φιλίαν, καὶ τὸν Ἐπιφανῆ πάλιν εἰς τὴν χώραν εἰσβαλόντα μετὰ καρτερᾶς πληγῆς ἀνέστειλεν. Ἀπὸ δὲ θερμοῦ τοῦ κατορθώματος ὥρμησεν ἐπὶ τὴν ἐν τῇ πόλει φρουράν (οὔπω γὰρ ἐκκέκοπτο), καὶ ἐκβαλὼν ἀπὸ τῆς ἄνω πόλεως συνωθεῖ τοὺς στρατιώτας εἰς τὴν κάτω (τοῦτο δὲ τοῦ ἄστεως τὸ μέρος Ἄκρα κέκληται), κυριεύσας δὲ τοῦ ἱεροῦ, τόν τε χῶρον ἐκάθηρε πάντα καὶ περιετείχισε, καὶ τὰ πρὸς τὰς λειτουργίας σκεύη καινὰ κατασκευάσας εἰς τὸν ναὸν εἰσήνεγκεν, ὡς τῶν προτέρων μεμιασμένων, βωμόν τε ᾠκοδόμησεν ἕτερον καὶ τῶν ἐναγισμῶν ἤρξατο. Λαμβανούσης δὲ ἄρτι τὸ ἱερὸν κατάστημα τῆς πόλεως, τελευτᾷ μὲν Ἀντίοχος, κληρονόμος δὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ καὶ τῆς πρὸς Ἰουδαίους ἀπεχθείας ὁ υἱὸς Ἀντίοχος γίνεται.

ε'. Συναγαγὼν οὖν πεζῶν μυριάδας πέντε, ἱππεῖς δὲ εἰς πεντακισχιλίους, ἐλέφαντας δὲ ὀγδοήκοντα, ἐμβάλλει διὰ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν ὀρεινήν. Βηθσουρὰν μὲν οὖν πολίχνην αἱρεῖ, κατὰ δὲ τὸν τόπον ὃς καλεῖται Βεθζαχαρίας, στενῆς οὔσης τῆς παρόδου, Ἰούδας ὑπήντα μετὰ τῆς δυνάμεως. Πρὶν δὲ συνάψαι τὰς φάλαγγας, Ἐλεάζαρος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, προϊδὼν τὸν ὑψηλότατον τῶν ἐλεφάντων πύργῳ τε μεγάλῳ καὶ περιχρύσοις προτειχίσμασι κεκοσμημένον, ὑπολαβὼν ἐπ' αὐτοῦ τὸν Ἀντίοχον εἶναι, τῶν τε ἰδίων ἐκτρέχει πολὺ καὶ διακόψας τὸ στῖφος τῶν πολεμίων ἐπὶ τὸν ἐλέφαντα διήνυσεν. Ἐφικέσθαι μὲν οὖν τοῦ δοκοῦντος εἶναι βασιλέως οὐχ οἷός τε ἦν διὰ τὸ ὕψος, ὁ δὲ τὸ θηρίον ὑπὸ τὴν γαστέρα πλήξας ἐπικατέσεισεν ἑαυτῷ, καὶ συντριβεὶς ἐτελεύτησε, μηδὲν πλέον δράσας τοῦ μεγάλοις ἐπιβαλέσθαι, θέμενος εὐκλείας ἐν δευτέρῳ τὸ ζῆν. Ὅ γε μὴν κυβερνῶν τὸν ἐλέφαντα ἰδιώτης ἦν· κἂν εἰ συνέβη δὲ εἶναι τὸν Ἀντίοχον, οὐδὲν πλέον ἤνυσεν ἂν ὁ τολμήσας τοῦ δοκεῖν ἐπ' ἐλπίδι μόνῃ λαμπροῦ κατορθώματος ἑλέσθαι τὸν θάνατον. Γίνεται δὲ καὶ κληδὼν τἀδελφῷ τῆς ὅλης παρατάξεως. Καρτερῶς μὲν γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι καὶ μέχρι πολλοῦ διηγωνίσαντο, πλήθει δὲ ὑπερέχοντες οἱ βασιλικοὶ καὶ δεξιᾷ χρησάμενοι τύχῃ κρατοῦσι. Καὶ πολλῶν ἀναιρεθέντων τοὺς λοιποὺς ἔχων Ἰούδας εἰς τὴν Γοφνιτικὴν τοπαρχίαν φεύγει. Ἀντίοχος δὲ παρελθὼν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ καθίσας ὀλίγας ἡμέρας ἐν αὐτῇ, κατὰ σπάνιν τῶν ἐπιτηδείων ἀπανίσταται, καταλιπὼν μὲν φρουρὰν, ὅσην ἀποχρήσειν ὑπελάμβανε, τὴν δὲ λοιπὴν δύναμιν ἀπαγαγὼν χειμεριοῦσαν εἰς τὴν Συρίαν.

ς'. Πρὸς δὲ τὴν ὑποχώρησιν τοῦ βασιλέως Ἰούδας οὐκ ἠρέμει· προσγενομένων δ' ἐκ τοῦ ἔθνους πολλῶν, καὶ τοὺς διασωθέντας ἐκ τῆς μάχης ἐπισυγκροτήσας, κατὰ κώμην Ἀδασὰν συμβάλλει τοῖς Ἀντιόχου στρα-

expellit. Prospero autem rerum successu ad potentiam provectus, suisque volentibus principatum nactus, quod ab alienigenis eos liberasset, moritur, imperio Judæ relicto, filiorum natu maximo.

4. Ille vero (neque enim Antiochum quiescere posse existimabat) et e popularibus suis exercitum coegit, et cum Romanis primus amicitiam fecit, Epiphanemque in regionem iterum ingredientem gravi percussum plaga propulsavit. Recenti autem victoria elatus, protenus præsidia in urbe adortus est (necdum enim deleta erant), illisque ex urbe superiore ejectis, milites in inferiorem compellit (ista autem civitatis pars Acra [*arx*] dicta est), fanoque potitus, et locum omnem perpurgavit, et murum ei circumdedit, quumque in sacrorum ministeria nova vasa fabricari curasset, in templum ea intulit, quasi polluta fuissent priora: aramque aliam exstruxit, et sacris faciundis operam dare instituit. Religionis autem ritibus vix civitati restitutis, moritur quidem Antiochus; ei vero in regnum successit odiumque in Judæos suscepit filius ejus Antiochus.

5. Quo factum est ut coactis peditum millibus quinquaginta, equitum autem prope quinque millibus, octoginta vero elephantis, per Judææ partes in regionem montanam irrueril. Et Bethsuram quidem urbeculam capit: in loco vero cui nomen Bethzacharias, qua transitus erat angustior, Judas cum suis copiis occurrit. At antequam congrederentur agmina, Eleazarus frater ejus, quum prospexisset elephantem ceteris excelsiorem, turrique magna et aureis munimentis ornatum, ratus Antiochum illi insidere, suos longe præcurrit, perruptaque hostium turma ad elephantem usque pervenit. Sed ad illum quidem, qui rex esse putabatur, utpote in sublimi positum, pertingere non potuit, belluam vero in alvo vulneratam in se dejecit, ejusque pondere oppressus periit, nulla re alia gesta quam quod magna fuerit aggressus, gloriæ posthabita vita. Nam et is qui regebat elephantem privatus erat, et si forte Antiochus fuisset, illud ipsum ausus nihilo magis perfecisset, quam ut sola spe præclari facinoris edendi mortem optasse videretur. Verum id fratri totius prælii præsagium habebatur. Nam fortiter quidem Judæi et diu multumque repugnarunt; regii autem numero superiores et prospera fortuna usi victoriam reportant. Quumque multi interfecti essent, Judas cum reliquis in Gophniticam toparchiam fugit. Antiochus autem Hierosolyma profectus, ibique dies aliquot commoratus, necessariorum inopia discedit, relicto quidem illic præsidio, quantum satis esse arbitraretur, ceteris vero copiis ad hiemandum deductis in Syriam.

6. Quum autem rex discederet, Judas non quiescebat. Sed postquam multi e popularibus suis ad ipsum accessissent, aggregatis etiam ad se quotquot e prælio evaserant, apud vicum Adasan cum Antiochi ducibus congreditur;

τηγοῖς, καὶ φανεὶς ἄριστος κατὰ τὴν μάχην πολλούς τε τῶν πολεμίων ἀποκτείνας ἀναιρεῖται, καὶ μεθ' ἡμέρας ὀλίγας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἰωάννης ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τῶν τὰ Ἀντιόχου φρονούντων τελευτᾷ.

ΚΕΦ. Β'.

Διαδεξάμενος δὲ τοῦτον ὁ ἀδελφὸς Ἰωνάθης τά τε ἄλλα πρὸς τοὺς ἐπιχωρίους διὰ φυλακῆς ἦγεν ἑαυτὸν καὶ τῇ πρὸς Ῥωμαίους φιλίᾳ τὴν ἀρχὴν ἐκρατύνατο, πρός τε τὸν Ἀντίοχον παῖδα διαλλαγὰς ἐποιήσατο. Οὐ μήν τι τούτων ἤρκεσεν αὐτῷ πρὸς ἀσφάλειαν. Τρύφων γὰρ ὁ τύραννος, ἐπίτροπος μὲν ὢν τοῦ Ἀντιόχου παιδὸς, ἐπιβουλεύων δ' αὐτῷ καὶ πρόσθεν ἀποσκευάζεσθαι τοὺς φίλους αὐτοῦ πειρώμενος, ἥκοντα τὸν Ἰωνάθην σὺν ὀλίγοις εἰς Πτολεμαΐδα πρὸς Ἀντίοχον δόλῳ συλλαμβάνει, καὶ δήσας ἐπὶ Ἰουδαίων στρατεύει· εἶτ' ἀπελαθεὶς ὑπὸ τοῦ Σίμωνος, ὃς ἦν ἀδελφὸς τοῦ Ἰωνάθου, καὶ πρὸς τὴν ἧτταν ὠργισμένος, κτείνει τὸν Ἰωνάθην.

β'. Σίμων δὲ γενναίως ἀφηγούμενος τῶν πραγμάτων αἱρεῖ μὲν Γάζαρά τε καὶ Ἰόπην καὶ Ἰάμνειαν τῶν προσοίκων, κατέσκαψε δὲ καὶ τὴν Ἄκραν τῶν φρουρῶν κρατήσας. Αὖθις δὲ γίνεται καὶ Ἀντιόχῳ σύμμαχος κατὰ Τρύφωνος, ὃν ἐν Δώροις πρὸ τῆς ἐπὶ Μήδους στρατείας ἐπολιόρκει. Ἀλλ' οὐκ ἐδυσώπησε τὴν τοῦ βασιλέως πλεονεξίαν, συνεξελὼν Τρύφωνα. Μετ' οὐ πολὺ γὰρ Ἀντίοχος Κενδεβαῖον τὸν αὐτοῦ στρατηγὸν μετὰ δυνάμεως δῃώσοντα τὴν Ἰουδαίαν ἀνέπεμψε καὶ καταδουλωσόμενον Σίμωνα. Ὁ δὲ, καίτοι γηραιὸς ὢν, νεανικώτερον ἀφηγήσατο τοῦ πολέμου· τοὺς μέντοι γε υἱεῖς ἐπ' αὐτὸν μετὰ τῶν ἐρρωμενεστάτων προεκπέμπει, αὐτὸς δὲ μοῖραν τῆς δυνάμεως ἀναλαβὼν, ἐπῄει κατ' ἄλλο μέρος. Πολλοὺς δὲ πολλαχοῦ κἀν τοῖς ὄρεσι προλοχίσας πάσαις κρατεῖ ταῖς ἐπιβολαῖς. Καὶ νικήσας λαμπρῶς ἀρχιερεὺς ἀποδείκνυται, καὶ τῆς τῶν Μακεδόνων ἐπικρατείας μετὰ ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη Ἰουδαίους ἀπαλλάττει.

γ'. Θνήσκει δὲ καὶ αὐτὸς ἐπιβουλευθεὶς ἐν συμποσίῳ ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ γαμβροῦ, ὃς αὐτοῦ τήν τε γυναῖκα καὶ τοὺς δύο παῖδας ἐγκαθείρξας ἐπὶ τὸν τρίτον Ἰωάννην, ὃς καὶ Ὑρκανὸς ἐκαλεῖτο, τοὺς ἀναιρήσοντας ἔπεμψε. Προγνοὺς δὲ τὴν ἔφοδον ὁ νεανίσκος παραγενέσθαι εἰς τὴν πόλιν ἠπείγετο, πλεῖστον τῷ λαῷ πεποιθὼς κατά τε μνήμην τῶν πατρῴων κατορθωμάτων καὶ μῖσος τῆς Πτολεμαίου παρανομίας. Ὥρμησε δὲ καὶ Πτολεμαῖος εἰσελθεῖν καθ' ἑτέραν πύλην, ἐξηκρούσθη γε μὴν ὑπὸ τοῦ δήμου ταχέως, δεδεγμένων ἤδη τὸν Ὑρκανόν. Καὶ ὁ μὲν παραχρῆμα ἀνεχώρησεν ἐπί τι τῶν ὑπὲρ Ἱεριχοῦντος ἐρυμάτων, ὃ Δαγὼν καλεῖται. Κομισάμενος δὲ τὴν πατρῴαν ἀρχιερωσύνην Ὑρκανὸς καὶ θύσας τῷ Θεῷ μετὰ τάχους ἐπὶ Πτολεμαῖον ὥρμησε, τιμωρήσων τῇ μητρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς.

δ'. Προσβαλὼν δὲ τῷ φρουρίῳ τὰ μὲν ἄλλα κρείτ-

quumque pugna præ ceteris claruisset, et multam hostium stragem edidisset, interfectus est, et paucis post diebus frater ejus Joannes ex insidiis eorum qui Antiocho favebant, moritur.

CAP. II.

Jonathas autem frater quum ei successisset, et in aliis quæ ad indigenas spectarent, caute admodum se gerebat, et imperium amicitia cum Romanis inita firmabat: insuper et facta est ei cum Antiocho puero reconciliatio. Non tamen horum ei quicquam satis momenti habebat ad securitatem. Nam Tryphon tyrannus, Antiochi quidem pueri tutor, illi vero insidias struens, porroque id agens ut amicos ejus e medio tolleret, Jonathan, quum ad Antiochum paucis comitatus Ptolemaidem venisset, dolo comprehendit, eoque vincto contra Judæos exercitum ducit: deinde repulsus a Simone, Jonathæ fratre, quodque ab eo superatus esset iratus, Jonathan interficit.

2. Simon autem, dum in rebus administrandis fortiter se gerit, Gazara quidem et Jopen et Jamniam capit, populorum vicinorum urbes, Acram vero insuper evertit subactis præsidiis. Posteaque Antiocho etiam adversus Tryphonem se socium adjungit, quem Doris ante expeditionem in Medos obsidebat. Sed regis aviditatem satiare non potuit, quamvis neci Tryphonis suam operam adhibuisset. Nam haud multo post Antiochus emisit exercitus sui ducem Cendebæum cum copiis ad vastandam Judæam et ad Simonem servituti subjiciendum. Atque ille, quanquam ætatis provectioris, bellum tamen juveniliter administravit; et filios quidem suos cum validissimorum manu adversus eum præmittit, ipse vero, exercitus parte assumpta, alio latere eum aggreditur: et multis per multa loca insidiis etiam in montibus dispositis aditus et transitus omnes occupat. Quumque præclaram retulisset victoriam, pontifex creatus est, et Judæos, post centum et septuaginta annos, a Macedonum dominatione liberat.

3. Sed et ipse interiit in convivio ex insidiis Ptolemæi generi sui, qui, uxore etiam ejus duobusque filiis in custodiam conclusis, certos homines misit qui tertium, Joannem, cui etiam Hyrcanus nomen erat, interficerent. Verum adolescens, quum jam ante de adventu illorum aliquid intellexisset, in urbem properabat, populo plurimum fisus, et propter memoriam rerum a patre prospere gestarum et quod cunctis invisa esset Ptolemæi iniquitas. Quin et Ptolemæus tentavit alia porta in urbem ingredi: verumtamen e vestigio repulsus est a populo qui Hyrcanum jam receperat. Et is quidem continuo discessit in quoddam ultra Hierichuntem munimentum, quod Dagon appellatur. Hyrcanus autem, paternum pontificatum assecutus, sacrisque Deo factis, celeriter contra Ptolemæum profectus est, matri simul et fratribus auxilium laturus.

4. Quum autem in castellum invaderet, aliis quidem re-

των ἦν, ἡττᾶτο δὲ δικαίου πάθους. Ὁ γὰρ Πτολεμαῖος, ὁπότε καταπονοῖτο, τήν τε μητέρα καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ προανάγων ἐπὶ τοῦ τείχους εἰς εὐσύνοπτον ᾐκίζετο, καὶ διακρημνιεῖν, εἰ μὴ θᾶττον ἀπανασταίη, διηπείλει. Πρὸς ἃ τὸν μὲν Ὑρκανὸν ὀργῆς πλείων οἶκτος εἰσῄει καὶ δέος, ἡ δὲ μήτηρ οὐδὲν οὔτε πρὸς τὰς αἰκίας οὔτε πρὸς τὸν ἀπειλούμενον αὐτῇ θάνατον ἐνδιδοῦσα χεῖρας ὤρεγε, καὶ κατηντιβόλει τὸν παῖδα μὴ πρὸς τὴν αὐτῆς ὕβριν ἐπικλασθέντα φείσασθαι τοῦ δυσσεβοῦς, ὡς αὐτῇ γε κρείττονα τὸν ἐκ Πτολεμαίου θάνατον ἀθανασίας εἶναι, διδόντος δίκας ἐφ' οἷς εἰς τὸν οἶκον αὐτῶν παρενόμησεν. Ὁ δὲ Ἰωάννης, ὁπότε μὲν ἐνθυμηθείη τὸ παράστημα τῆς μητρὸς καὶ κατακούσειε τῆς ἱκεσίας, ὥρμητο προσβαλεῖν· ἐπεὶ δὲ κατίδοι τυπτομένην τε καὶ σπαραττομένην, ἐθηλύνετο καὶ τοῦ πάθους ὅλος ἦν. Τριβομένης δὲ διὰ ταῦτα τῆς πολιορκίας, ἐπέστη τὸ ἀργὸν ἔτος, ὃ κατὰ ἑπταετίαν ἀργεῖται παρὰ Ἰουδαίοις ὁμοίως ταῖς ἑβδομάσιν ἡμέραις. Κἀν τούτῳ Πτολεμαῖος ἀνεθεὶς τῆς πολιορκίας ἀναιρεῖ τοὺς ἀδελφοὺς Ἰωάννου σὺν τῇ μητρὶ καὶ φεύγει πρὸς Ζήνωνα τὸν ἐπικληθέντα Κοτυλᾶν· Φιλαδελφείας δ' ἦν τύραννος.

ε'. Ἀντίοχος δὲ κατ' ὀργὴν ὧν ὑπὸ Σίμωνος ἔπαθε στρατεύσας εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐπολιόρκει τὸν Ὑρκανὸν προσκαθεζόμενος τοῖς Ἱεροσολύμοις. Ὁ δὲ τὸν Δαυίδου τάφον ἀνοίξας, ὃς δὴ πλουσιώτατος βασιλέων ἐγένετο, καὶ ὑφελόμενος ὑπὲρ τρισχίλια τάλαντα χρημάτων, τόν τε Ἀντίοχον ἀπανίστησι τῆς πολιορκίας πείσας τριακοσίοις ταλάντοις, καὶ δὴ καὶ ξενοτροφεῖν πρῶτος Ἰουδαίων ἐκ τῆς περιουσίας ἤρξατο.

ς'. Αὖθίς γε μὴν ὡς Ἀντίοχος ἐπὶ Μήδους στρατεύσας καιρὸν ἀμύνης αὐτῷ παρεῖχεν, εὐθέως ὥρμησεν ἐπὶ τὰς ἐν Συρίᾳ πόλεις, κενὰς, ὅπερ ἦν, τῶν μαχιμωτέρων ὑπολαμβάνων εὑρήσειν. Μηδάβην μὲν οὖν καὶ Σαμαίαν ἅμα ταῖς πλησίον, ἔτι δὲ Σίκιμα καὶ Γαριζὶν αὐτὸς αἱρεῖ· πρὸς αἷς τὸ Χουθαίων ἔθνος, οἳ περιῴκουν τὸ εἰκασθὲν τῷ ἐν Ἱεροσολύμοις ἱερῷ. Αἱρεῖ δὲ καὶ τῆς Ἰδουμαίας ἄλλας τε οὐκ ὀλίγας καὶ Ἀδωρεὸν καὶ Μάρισσαν.

ζ'. Προελθὼν δὲ καὶ μέχρι Σαμαρείας, ἔνθα δὴ νῦν ἐστι Σεβαστὴ πόλις ὑφ' Ἡρώδου κτισθεῖσα τοῦ βασιλέως, καὶ πάντοθεν αὐτὴν ἀποτειχίσας, τοὺς υἱεῖς ἐπέστησε τῇ πολιορκίᾳ, Ἀριστόβουλον καὶ Ἀντίγονον· ὧν οὐδὲν ἀνιέντων, λιμοῦ μὲν εἰς τοσοῦτον προῆλθον οἱ κατὰ τὴν πόλιν, ὡς ἅψασθαι καὶ τῶν ἀηθεστάτων. Ἐπεκαλοῦντο δὲ βοηθὸν Ἀντίοχον τὸν ἐπικληθέντα Ἀσπένδιον· κἀκεῖνος ἑτοίμως ὑπακούσας, ὑπὸ τῶν περὶ Ἀριστόβουλον ἡττᾶται. Καὶ ὁ μὲν μέχρι Σκυθοπόλεως διωχθεὶς ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν ἐκφεύγει, οἱ δ' ἐπὶ τῆς Σαμαρείας ὑποστρέψαντες τό τε πλῆθος πάλιν εἰς τὸ τεῖχος συγκλείουσι καὶ τὴν πόλιν ἑλόντες αὐτήν τε κατασκάπτουσι καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἐξηνδραποδίσαντο. Προχωρούντων δὲ τῶν κατορθωμάτων, τὴν ὁρμὴν οὐ κατέψυξαν, ἀλλὰ προελθόντες ἅμα τῇ δυνά-

bus superior erat, justo vero dolori cessit. Nam Ptolemæus, quoties premeretur, matrem ejus fratresque in murum productos, palam ut possent conspici, verberabat, et præcipites dare minitabatur, nisi quam primum discederet. Ex quibus Hyrcanum quidem subiit iracundiâ major misericordia et timor, mater vero ejus nihil plagis necive sibi intentatæ cedens manus protendebat, filiumque precabatur ne parceret impio fractus injuriis matris, ut quæ immortalitate potiorem duceret Ptolemæi mortem, modo is pœnas lueret pro flagitiis in domum ipsorum admissis. At Joannes, quum matrem animadvertebat tanta esse animi præsentia et fortitudine, precesque illius exaudiebat, incitatus est ad impressionem faciendam : ubi vero ipsam verberari et lacerari conspiciebat, emolliri cœpit, totusque plenus erat doloris. Ob hæc autem tracta aliquamdiu obsidione, instabat annus feriatus, quo apud Judæos quolibet septennio similiter ac septimo quoque die otium agitur. Et in hoc Ptolemæus, obsidione solutus, fratres Joannis una cum matre interfecit, et ad Zenonem confugit, qui Cotylas cognominatus est : erat autem Philadelphiæ tyrannus.

5. Atqui Antiochus, ob ea quæ a Simone passus fuerat iratus, ducto in Judæam exercitu, Hierosolymis assidens Hyrcanum obsidebat. Ille vero, patefacto sepulcro Davidis, utpote qui regum ditissimus fuerat, ablatisque inde plus quam tribus millibus talentorum, facit ut Antiochus ab obsidione discederet, id quod ei datis trecentis talentis persuasit : atque adeo primus Judæorum suis sumptibus cœpit peregrina alere auxilia.

6. Rursusque tamen, quum Antiochus, bello contra Medos suscepto, tempus vindictæ idoneum ei suppeditaret, confestim adversus Syriæ civitates profectus est, vacuas hominibus validioribus, id quod erat, reperturum esse existimans. Et Medabam quidem et Samæam cum iis quæ in vicinia erant, necnon et Sicima et Gazirin ipse cepit, ac præterea Chuthæorum posteros, qui fanum ad instar Hierosolymitani ædificatum circumhabitabant. Quin et alias Idumææ urbes non paucas capit, insuper et Adoreon et Marissam.

7. Quum autem et Samariam usque processisset, ubi nunc est Sebaste urbs ab Herode rege condita, eamque vallo undique circumdedisset, filios suos, Aristobulum et Antigonum, obsidioni præfecit : quibus nihil remittentibus, adeo fame premebantur qui in urbe erant, ut etiam insuetissimis vescerentur. Qua re fiebat ut Antiochum, cognomine Aspendium, in auxilium sibi advocarent; atque is, quum prompte eis paruisset, ab Aristobulo et Antigono superatur. Et ille quidem, postquam eum persecuti erant fratres ad Scythopolin usque, effugit : hi vero in Samariam reversi et multitudinem iterum intra murum concludunt, et, quum urbem cepissent, eam diruunt et incolas in captivitatem abduxerunt. Quum autem res illis ita ex animi sententia succederent, suam passi non sunt alacritatem

μει μέχρι τῆς Σκυθοπόλεως, ταύτην τε κατέδραμον καὶ τὴν ἐντὸς Καρμήλου τοῦ ὄρους χώραν ἅπασαν κατενείμαντο.

(Γ'.) η'. Πρὸς δὲ τὰς εὐπραγίας αὐτοῦ τε Ἰωάννου καὶ τῶν παίδων φθόνος ἐγείρει στάσιν τῶν ἐπιχωρίων, καὶ πολλοὶ κατ' αὐτῶν συνελθόντες οὐκ ἠρέμουν, μέχρι καὶ πρὸς φανερὸν πόλεμον ἐκριπισθέντες ἡττῶνται. Τὸ λοιπὸν δ' ἐπιβιοὺς ἐν εὐδαιμονίᾳ Ἰωάννης, καὶ τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν κάλλιστα διοικήσας, ἐν τρισὶ καὶ τριάκοντα ὅλοις ἔτεσιν, ἐπὶ πέντε υἱέσι τελευτᾷ, μακαριστότατος ὄντως καὶ κατὰ μηδὲν ἐάσας ἐφ' ἑαυτῷ μεμφθῆναι τὴν τύχην. Τρία γοῦν τὰ κρατιστεύοντα μόνος εἶχε, τήν τε ἀρχὴν τοῦ ἔθνους καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην καὶ προφητείαν· ὡμίλει γὰρ αὐτῷ τὸ δαιμόνιον, ὡς μηδὲν τῶν μελλόντων ἀγνοεῖν, ὅς γε καὶ περὶ δύο τῶν πρεσβυτάτων υἱῶν, ὅτι μὴ διαμενοῦσι κύριοι τῶν πραγμάτων, προεῖδέ τε καὶ προεφήτευσεν· ὧν τὴν καταστροφὴν ἄξιον ἀφηγήσασθαι, παρόσον τῆς πατρῴας εὐδαιμονίας ἀπέκλιναν.

ΚΕΦ. Γ'.

Μετὰ γὰρ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν ὁ πρεσβύτερος αὐτῶν Ἀριστόβουλος, τὴν ἀρχὴν εἰς βασιλείαν μεταθεὶς, περιτίθεται μὲν διάδημα πρῶτος, μετὰ τετρακοσιοστὸν καὶ ἑβδομηκοστὸν πρῶτον ἔτος, πρὸς δὲ μῆνας τρεῖς, ἐξ οὗ κατῆλθεν ὁ λαὸς εἰς τὴν χώραν ἀπαλλαγεὶς τῆς ἐν Βαβυλῶνι δουλείας· τῶν δὲ ἀδελφῶν τὸν μὲν μεθ' ἑαυτὸν Ἀντίγονον (ἐδόκει γὰρ ἀγαπᾶν) ἦγεν ἰσοτίμως, τοὺς δ' ἄλλους εἱργνυσι δήσας· δεσμεῖ δὲ καὶ τὴν μητέρα διενεχθεῖσαν περὶ τῆς ἐξουσίας (ταύτην γὰρ δὴ κυρίαν τῶν ὅλων ὁ Ἰωάννης ἀπολελοίπει) καὶ μέχρι τοσαύτης ὠμότητος προῆλθεν ὥστε καὶ λιμῷ διαφθεῖραι δεδεμένην.

β'. Περιέρχεται δὲ αὐτῷ ἡ τίσις εἰς τὸν ἀδελφὸν Ἀντίγονον, ὃν ἠγάπα τε καὶ τῆς βασιλείας κοινωνὸν εἶχε· κτείνει γὰρ καὶ τοῦτον ἐκ διαβολῶν, ἃς οἱ πονηροὶ τῶν κατὰ τὸ βασίλειον ἐνεσκευάσαντο. Τὰ μὲν δὴ πρῶτα διηπίστει τοῖς λεγομένοις ὁ Ἀριστόβουλος, ἅτε δὴ καὶ τὸν ἀδελφὸν ἀγαπῶν καὶ διδοὺς φθόνῳ τὰ πολλὰ τῶν λογοποιουμένων· ὡς δ' ὁ Ἀντίγονος λαμπρὸς ἀπὸ τῆς στρατείας ἦλθεν εἰς τὴν ἑορτὴν, ἐν ᾗ σκηνοποιεῖσθαι πάτριον τῷ Θεῷ, συνέβη μὲν κατ' ἐκείνας τὰς ἡμέρας νόσῳ χρήσασθαι τὸν Ἀριστόβουλον, τὸν δὲ Ἀντίγονον ἐπὶ τέλει τῆς ἑορτῆς ἀναβάντα μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ὁπλιτῶν, ὡς ἐνῆν μάλιστα κεκοσμημένον, προσκυνῆσαι τὸ πλέον ὑπὲρ τἀδελφοῦ. Κἂν τούτῳ προσιόντες οἱ πονηροὶ τῷ βασιλεῖ τήν τε πομπὴν τῶν ὁπλιτῶν ἐδήλουν καὶ τὸ παράστημα τὸ Ἀντιγόνου, μεῖζον ἢ κατ' ἰδιώτην, ὅτι τε παρείη μετὰ μεγίστων συνταγμάτων ἀναιρήσων αὐτόν· οὐ γὰρ ἀνέξεσθαι τιμὴν μόνον ἐκ βασιλείας ἔχειν, παρὸν αὐτὴν κατασχεῖν.

γ'. Τούτοις κατὰ μικρὸν ἄκων ἐπίστευσεν Ἀριστόβουλος, καὶ προνοῶν τοῦ μήθ' ὑποπτεύων φανερὸς γε-

refrigescere; sed cum exercitu Scythopolim usque progressi, et eam incursibus vastarunt et agros intra montem Carmelum omnes depopulati sunt.

(III.) 8. Verum invidia ex rebus Joannis ipsius filiorumque prosperis conflata popularium seditionem concitat: multique, conspiratione in eos facta, non quiescebant donec in bellum apertum exsuscitati vincuntur. Quum autem reliquum vitæ felicissime degisset Joannes, resque imperii per tres et triginta annos integros administrasset, quinque filiis relictis, moritur; vir plane beatissimus, et qui nulla in re fortunam sui causa accusari passus est. Denique tria vel maxima solus obtinuit, nempe et gentis principatum, et summum sacerdotium, et vaticinandi potestatem: nam cum eo ita versatus est Deus, ut futurorum nihil ignoraret, adeo ut de duobus filiis suis natu majoribus et præviderit et prædixerit quod non diu mansuri essent rerum domini: quorum vitæ quis fuerit exitus, operæ pretium erit narrare, quatenus de paterna felicitate deciderint.

CAP. III.

Nam mortuo patre, Aristobulus e filiis natu major, quum principatum in regnum commutasset, primus quidem diadema sumpsit, post annos quadringentos septuaginta et unum mensesque tres, quam populus, servitute quam Babylone serviit liberatus, in eam regionem descenderat: Antigonum vero fratrum a se secundum (namque illum amare videbatur) sibi honore æquavit, ceteros autem vinctos in custodias dat; itemque matrem, quod ea cum ipso de potestate contenderit (nam ipsam rerum dominam Joannes reliquerat), in vincula conjicit, eoque crudelitatis processit, ut vinctam fame necarit.

2. Verum pœnæ ab eo repetitæ sunt in fratre Antigono, quem et amabat et regni socium habebat. Nam et hunc ex calumniis interemit, quas improbi in aula regia versantes in eum confinxerant. Itaque primo quidem dictis diffidebat Aristobulus, scilicet et ex amore fratris et quod pleraque rumore disseminata invidiæ imputaret. Sed quum Antigonus splendide ab expeditione veniret ad festum, quo ex more patrio tabernacula Deo eriguntur, accidit quidem illis in diebus ut morbo laborarit Aristobulus, Antigonus vero sub festi exitu ascenderit suis militibus stipatus, et quam maxime fieri potuit ornatus, ut pro fratre magis accurate adoraret. Tumque viri scelerati regem adeuntes et armatorum pompam ei indicabant, et elatum Antigoni animum, majorem quam qui privato conveniret, quodque cum turma maxima adesset ipsum interfecturus: neque enim nudum regni ferre posse honorem, quum regnum ipsum sibi liceat occupare.

3. His fere invitus credidit Aristobulus, idque agens ne vel suspicari quidquam videretur, seque contra incerta

νέσθαι καὶ προησφαλίσθαι πρὸς τὸ ἄδηλον, διίστησι μὲν τοὺς σωματοφύλακας ἔν τινι τῶν ὑπογαίων ἀλαμπεῖ, κατέκειτο δ' ἐν τῇ βάρει πρότερον καλουμένῃ, αὖθις δ' Ἀντωνίᾳ μετονομασθείσῃ, προστάξας ἀνόπλου μὲν ἀπέχεσθαι, κτείνειν δὲ τὸν Ἀντίγονον, εἰ μετὰ ὅπλων προσίοι. Καὶ πρὸς αὐτὸν ἔπεμψε τοὺς προεροῦντας ἄνοπλον ἐλθεῖν. Πρὸς τοῦτο πάνυ πανούργως ἡ βασίλισσα συντάσσεται μετὰ τῶν ἐπιβούλων. Τοὺς γὰρ πεμφθέντας πείθουσι τὰ μὲν παρὰ τοῦ βασιλέως σιωπῆσαι, λέγειν δὲ πρὸς τὸν Ἀντίγονον ὡς ὁ ἀδελφὸς ἀκούσας ὅπλα τε αὐτῷ κατεσκευακέναι κάλλιστα καὶ πολεμικὸν κόσμον ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, διὰ μὲν τὴν ἀσθένειαν αὐτὸς ἐπιδεῖν ἕκαστα κωλυθείη, νῦν δ' ἐπεὶ καὶ χωρίζεσθαι μέλλοις, θεάσαιτ' ἂν ἥδιστά σε ἐν τοῖς ὅπλοις.

δ'. Ταῦτ' ἀκούσας ὁ Ἀντίγονος (ἐνῆγε δ' ἡ τοῦ ἀδελφοῦ διάθεσις μηδὲν ὑποπτεύειν πονηρόν) ἐχώρει μετὰ τῶν ὅπλων ὡς πρὸς ἐπίδειξιν. Γενόμενος δὲ κατὰ τὴν σκοτεινὴν πάροδον, ἣ Στράτωνος ἐκαλεῖτο πύργος, ὑπὸ τῶν σωματοφυλάκων ἀναιρεῖται, βέβαιον ἀποδείξας ὅτι πᾶσαν εὔνοιαν καὶ φύσιν κόπτει διαβολὴ, καὶ οὐδὲν οὕτω τῶν ἀγαθῶν παθῶν ἰσχυρὸν ὃ τῷ φθόνῳ μέχρι παντὸς ἀντέχει.

ε'. Θαυμάσαι δ' ἄν τις ἐν τούτῳ καὶ Ἰούδαν (Ἐσσαῖος ἦν γένος, οὐκ ἔστιν ὅτε πταίσας ἢ ψευσθεὶς ἐν προαγγέλμασιν), ὃς ἐπειδὴ καὶ τότε τὸν Ἀντίγονον ἐθεάσατο παριόντα διὰ τοῦ ἱεροῦ, πρὸς τοὺς γνωρίμους ἀνέκραγεν (ἦσαν δ' οὐκ ὀλίγοι παρεδρεύοντες αὐτῷ τῶν μανθανόντων) « Παπαῖ· νῦν ἐμοὶ καλὸν, ἔφη, τὸ « θανεῖν, ὅτε μοι προτέθνηκεν ἡ ἀλήθεια καί τι τῶν « ὑπ' ἐμοῦ προρρηθέντων διέψευσται. Ζῇ γὰρ Ἀντί« γονος οὑτοσὶ σήμερον ὀφείλων ἀποθανεῖν· χωρίον δ' « αὐτῷ πρὸς σφαγὴν Στράτωνος πύργος εἵμαρτο· καὶ « τοῦτο μὲν ἀφ' ἑξακοσίων σταδίων ἐντεῦθεν ἐστίν· « ὧραι δὲ τῆς ἡμέρας ἤδη τέσσαρες· ὁ δὴ χρόνος ἐκ« κρούει τὸ μάντευμα. » Ταῦτ' εἰπὼν σκυθρωπὸς ἐπὶ συννοίας ὁ γέρων διεκαρτέρει, καὶ μετ' ὀλίγον ἀνῃρημένος Ἀντίγονος ἠγγέλλετο κατὰ τὸ ὑπόγαιον χωρίον, ὃ δὴ καὶ αὐτὸ Στράτωνος ἐκαλεῖτο πύργος, ὁμωνύμως τῇ παραλίῳ Καισαρείᾳ· τοῦτο γοῦν τὸν μάντιν διετάραξεν.

ς'. Ἀριστοβούλῳ γε μὴν εὐθὺς ἡ περὶ τοῦ μύσους μεταμέλεια νόσον ἐνσκήπτει, καὶ πρὸς ἐννοίαις τοῦ φόνου τὴν ψυχὴν ἔχων ἀεὶ τεταραγμένην συνετήκετο, μέχρι τῶν σπλάγχνων ὑπ' ἀκράτου τῆς λύπης σπαραττομένων ἀθρόον αἷμα ἀναβάλλει. Τοῦτό τις τῶν ἐν τῇ θεραπείᾳ παίδων ἐκφέρων, δαιμονίῳ προνοίᾳ σφάλλεται, καθ' ὃν τόπον ὁ Ἀντίγονος ἔσφακτο, καὶ φαινομένοις ἔτι τοῖς ἀπὸ τοῦ φόνου σπίλοις τὸ αἷμα τοῦ κτείναντος ἐπεξέχεεν. Ἤρθη δ' εὐθὺς οἰμωγὴ τῶν θεασαμένων, ὥσπερ ἐπίτηδες τοῦ παιδὸς ἐκεῖ ἐπικατασπείσαντος τὸ αἷμα· τῆς δὲ βοῆς ἀκούσας ὁ βασιλεὺς τὴν αἰτίαν ἐπυνθάνετο, καὶ μηδενὸς τολμῶντος εἰπεῖν μᾶλλον ἐνέκειτο μαθεῖν ἐθέλων. Τέλος δ' ἀπειλοῦντι

præmuniret, suos quidem satellites in quodam loco subterraneo et tenebricoso disposuit (ipse autem in turri decumbebat quæ prius Baris dicta est, postea vero mutato nomine Antonia) cum mandatis ut ab inermi quidem manus abstinerent, occiderent vero Antigonum, si armatus accederet. Misit etiam qui illud Antigono prædicerent, ut sine armis veniret. Ad hoc regina callide admodum cum insidiatoribus rem constituit. Persuadent enim iis qui missi erant ut mandata quidem regis tacerent, Antigono vero dicerent quod frater, audito eum sibi arma pulcherrima in ornatum bellicum in Galilæa comparasse, morbo impeditus esset quominus ipse singula inspiceret, nunc vero quum alio discessurus sis, armis indutum videre quam maxime desideret.

4. His auditis Antigonus (ne quid enim mali suspicaretur, suadebat fratris affectus) armatus incedebat, quasi semet ostensurus. Sed ubi ad obscurum transitum, qui Stratonis turris vocabatur, perventum est, a satellitibus interficitur, edito certo documento, quod omnia benevolentiæ naturæque vincula discindant calumniæ, quodque ex melioribus animi affectionibus nulla adeo valida est, ut invidiæ perpetuo possit obsistere.

5. Subeat autem alicui et Judam hac in re mirari — Essæus erat genere, qui in prædictionibus nunquam lapsus est aut mentitus — qui postquam et Antigonum tunc templum forte prætereuntem viderat, ad familiares exclamabat (erant autem non pauci e discipulis ei assidentes), « Papæ! « nunc æquum, dicebat, ut ipse moriar, quando ante me « veritas interiit, et falsum est certum quiddam a me præ« dictum. Vivit enim iste Antigonus, qui hodie mori de« buit. Locus autem neci ejus fato destinatus erat Stratonis « turris, et ille quidem sexcentorum abhinc stadiorum in« tervallo distat, jam vero quarta est diei hora : adeoque « tempus irritum reddit vaticinium. » Ista loquutus tacita cogitatione mœstoque vultu defixus hærebat senex, paulloque post interfectum esse Antigonum nunciatur in loco subterraneo, qui et ipse Stratonis turris appellabatur, eodem nomine quo maritima Cæsarea : quippe hæc res vatem perturbavit.

6. Ceterum pœnitudo ex scelere statim fecit ut Aristobulo morbus ingravesceret, dumque animum cædem secum reputando perturbatum haberet, contabescebat, donec immodico dolore laceratis visceribus, sanguinem multum emitteret. Hunc dum quidam puerorum qui ei ministrabant foras effert, divina providentia prolapsus cadit eo in loco quo Antigonus erat occisus, et super exstantes cædis maculas interfectoris cruorem effudit. Mox autem sublatus est ululatus ab iis qui id conspexerant, tanquam puer de industria sanguinem illic libasset : et quum rex clamore audito causam sciscitaretur, eamque nemo prodere ausus esset, eo magis instabat discendi desiderio. Tandem

καὶ βιαζομένῳ τἀληθὲς εἶπον. Ὁ δὲ τούς τε ὀφθαλμοὺς ἐμπίπλησι δακρύων καὶ στενάξας, ὅσον ἦν αὐτῷ δύναμις, εἶπεν, « οὐκ ἄρα Θεοῦ μέγαν ὀφθαλμὸν ἐπ' ἔργοις ἀθεμίτοις λήσειν ἔμελλον, ἀλλά με ταχεῖα μέτεισι δίκη φόνου συγγενοῦς. Μέχρι ποῦ μοι, σῶμα ἀναιδέστατον, τὴν ἀδελφῷ καὶ μητρὶ κατάκριτον ψυχὴν καθέξεις; μέχρι ποῦ δ' αὐτὸς ἐπισπείσω κατὰ μέρος τοὐμὸν αἷμα; λαβέτωσαν ἀθρόον τοῦτο, καὶ μηκέτι ταῖς ἐκ τῶν ἐμῶν σπλάγχνων χοαῖς ἐπειρωνευέσθω τὸ δαιμόνιον. » Ταῦτ' εἰπὼν εὐθέως τελευτᾷ, βασιλεύσας οὐ πλεῖον ἐνιαυτοῦ.

ΚΕΦ. Δ'.

Λύσασα δ' ἡ γυνὴ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ βασιλέα καθίστησιν Ἀλέξανδρον, τὸν καὶ καθ' ἡλικίαν καὶ μετριότητα προὔχειν δοκοῦντα. Ὁ δὲ παρελθὼν εἰς τὴν ἐξουσίαν τὸν ἕτερον μὲν τῶν ἀδελφῶν βασιλειῶντα κτείνει, τὸν δὲ καταλειπόμενον, ἀγαπῶντα τὸ ζῆν δίχα πραγμάτων, εἶχεν ἐν τιμῇ.

β'. Γίνεται δ' αὐτῷ καὶ πρὸς τὸν Λάθουρον ἐπικληθέντα Πτολεμαῖον συμβολὴ, πόλιν Ἄσωχιν ᾑρηκότα· καὶ πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε τῶν πολεμίων, ἡ δὲ νίκη πρὸς Πτολεμαῖον ἔρρεψεν. Ἐπεὶ δ' οὗτος ὑπὸ τῆς μητρὸς Κλεοπάτρας διωχθεὶς εἰς Αἴγυπτον ἀνεχώρησεν, Ἀλέξανδρος Γαδάρων τε πολιορκίᾳ κρατεῖ καὶ Ἀμαθοῦντος, ὃ δὴ μέγιστον μὲν ἦν ἔρυμα τῶν ὑπὲρ Ἰορδάνην, τὰ τιμιώτατα δὲ τῶν Θεοδώρου τοῦ Ζήνωνος κτημάτων ἦν ἐν αὐτῷ. Ἐπελθὼν δ' ἐξαίφνης ὁ Θεόδωρος τά τε σφέτερα καὶ τὴν τοῦ βασιλέως ἀποσκευὴν αἱρεῖ, τῶν τε Ἰουδαίων εἰς μυρίους κτείνει. Γίνεται δ' ἐπάνω τῆς πληγῆς Ἀλέξανδρος, καὶ τραπόμενος εἰς τὴν παράλιον, αἱρεῖ Ῥαφίαν τε καὶ Γάζαν καὶ Ἀνθηδόνα, τὴν αὖθις ὑφ' Ἡρώδου τοῦ βασιλέως Ἀγριππιάδα ἐπικληθεῖσαν.

γ'. Ἐξανδραποδισαμένῳ δὲ ταύτας ἐπανίσταται τὸ Ἰουδαϊκὸν ἐν τῇ ἑορτῇ· μάλιστα γὰρ ἐν ταῖς εὐωχίαις αὐτῶν στάσις ἅπτεται. Καὶ ἐδόκει μὴ ἂν κρείττων γενέσθαι τῆς ἐπιβουλῆς, εἰ μὴ τὸ ξενικὸν αὐτῷ παρεβοήθει· Πισίδαι καὶ Κίλικες ἦσαν· Σύρους γὰρ οὐκ ἐδέχετο μισθοφόρους, διὰ τὴν ἔμφυτον αὐτῶν πρὸς τὸ ἔθνος ἀπέχθειαν. Κτείνας δὲ τῶν ἐπαναστάντων ὑπὲρ ἑξακισχιλίους Ἀραβίας ἥπτετο, καὶ ταύτης ἑλὼν Γαλααδίτας τε καὶ Μωαβίτας, φόρον τε αὐτοῖς ἐπιτάξας, ἀνέστρεψεν ἐπὶ Ἀμαθοῦντα. Θεοδώρου δὲ πρὸς τὰς εὐπραγίας αὐτοῦ καταπλαγέντος, ἔρημον λαβὼν τὸ φρούριον κατέσκαψεν.

δ'. Ἔπειτα συμβαλὼν Ὀβέδᾳ τῷ Ἀράβων βασιλεῖ προλοχίσαντι κατὰ τὴν Γαυλάνην, ἐνέδρας αὐτῷ γενομένης, πᾶσαν ἀποβάλλει τὴν στρατιὰν, συνωσθεῖσαν κατὰ βαθείας φάραγγος καὶ πλήθει καμήλων συντριβεῖσαν. Διαφυγὼν δ' αὐτὸς εἰς Ἱεροσόλυμα, τῷ μεγέθει τῆς συμφορᾶς πάλαι μισοῦν τὸ ἔθνος ἠρέθισεν εἰς ἐπανάστασιν. Γίνεται δὲ καὶ τότε κρείττων, καὶ μάχαις ἐπαλλήλοις οὐκ ἔλαττον πεντακισμυρίων Ἰουδαίων ἀνεῖλεν ἐν ἓξ ἔτεσιν· οὐ μὴν ηὐφραίνετό γε

vero, quum minas intentaret eosque cogeret, verum quod erat ei indicaverunt. At ille, quum lacrimis opplesset oculos, quantumque poterat ingemuisset, dicebat, « haud « utique erat ut magnum Dei oculum ob facta nefaria effugerem, sed me celeris pœna persequitur ob cognati cædem. Quousque, o corpus impudentissimum, matri « fratrique damnatam animam detinebis? quam diu et ipse « paullatim illis sanguinem meum libabo? simul totum accipiant; ne amplius inferias ex meis visceribus factas derideat numen. » His dictis illico moritur, cum non plus anno regnum tenuisset.

CAP. IV.

Uxor autem Aristobuli, quum fratres vinculis exemisset, regem constituit Alexandrum, qui et ætate et morum modestia præstare videbatur. Verum is, ad potestatis fastigium provectus, e fratribus quidem alterum regnum affectantem occidit, alterum vero, vita quieta contentum, in honore habuit.

2. Accidit autem ut is prælio congrederetur cum Ptolemæo cognomine Lathuro, qui urbem Asochim ceperat: in quo multos quidem hostium peremit, sed victoria in Ptolemæum propendebat. Postea vero quam ille a matre Cleopatra fugatus in Ægyptum discesserat, Alexander et Gadara obsidione in potestatem suam redigit, et castellum Amathuntis, munitionem omnium quæ super Jordanen sitæ erant maximam, ubi et pretiosissima quæque bonorum Theodori filii Zenonis adservabantur. At Theodorus, quum repente supervenisset, et res suas capit et regis impedimenta, et Judæorum decem circiter millia interficit. Alexander autem ab ista plaga revalescit, et in maritimam regionem versus Raphiam capit et Gazam, itemque Anthedonem, quæ postea a rege Herode Agrippias nominata est.

3. Quum autem urbes istas subjugasset, insurrectio fit populi Judaici in festo. Tum enim maxime, quum festa celebrantur, excitatur seditio. Nec apparebat quo pacto ex insidiis evadere potuerit, nisi auxilium tulissent copiæ peregrinæ, Pisidæ nempe et Cilices: Syros quippe in mercenarios non admittebat, propter ingenitum illis erga gentem Judæorum odium. Quum autem supra sex millia eorum qui in eum insurrexerant occidisset, in Arabiam incursionem facit: quumque ibi Galaaditas et Moabitas subegisset, tributumque illis imperasset, ad Amathuntem reversus est. Theodoro etiam ex rebus ejus prospere gestis metu perculso, quum castellum præsidio vacuum reperisset, funditus evertit.

4. Mox autem congressus cum Obeda rege Arabum, qui locum juxta Gaulanam prior insidiis occupaverat, illis captus totum amisit exercitum, in vallem profundam compulsum atque camelorum multitudine contritum. Ille vero fuga dilapsus in Hierosolyma, gentem olim sibi infensam calamitatis magnitudine in seditionem excitavit. Fit autem etiam tunc superior, crebrisque præliis non pauciores quinquaginta Judæorum millibus interfecit, sex annorum spatio: nequaquam tamen victoriis lætabatur, ut qui

ταῖς νίκαις, τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν ἀναλίσκων· ὅθεν παυσάμενος τῶν ὅπλων λόγοις ἐπεχείρει διαλύεσθαι πρὸς τοὺς ὑποτεταγμένους. Οἱ δὲ μᾶλλον ἐμίσουν τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ καὶ τοῦ τρόπου τὸ ἀνώμαλον. Πυνθανομένῳ δὲ τὸ αἴτιον καὶ τί ἂν ποιήσας καταστείλειεν αὐτούς, « ἀποθανὼν » ἔλεγον· νεκρῷ γὰρ ἂν διαλλαγῆναι μόλις τῷ τοσαῦτα δράσαντι. Ἅμα δὲ καὶ τὸν Εὔκαιρον ἐπικληθέντα Δημήτριον ἐπεκαλοῦντο. Ῥᾳδίως δ' ὑπακούσαντος κατ' ἐλπίδα μειζόνων καὶ μετὰ στρατιᾶς ἥκοντος, συνέμισγον οἱ Ἰουδαῖοι τοῖς συμμάχοις περὶ Σίκιμα.

ε'. Δέχεται δ' ἑκατέρους Ἀλέξανδρος, ἱππεῦσι μὲν χιλίοις, μισθοφόροις δὲ πεζοῖς ὀκτακισχιλίοις· παρῆν δὲ αὐτῷ καὶ τὸ εὐνοῦν Ἰουδαϊκὸν εἰς μυρίους. Τῶν δ' ἐναντίων ἱππεῖς μὲν ἦσαν τρισχίλιοι, πεζῶν δὲ μύριοι τετρακισχίλιοι. Καὶ πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν διακηρύσσοντες οἱ βασιλεῖς ἐπειρῶντο τῶν παρ' ἀλλήλοις ἀποστάσεων, Δημήτριος μὲν τοὺς Ἀλεξάνδρου μισθοφόρους, Ἀλέξανδρος δὲ τοὺς ἅμα Δημητρίῳ Ἰουδαίους μεταπείσειν ἐλπίσας. Ὡς δ' οὔτε οἱ Ἰουδαῖοι θυμῶν οὔθ' οἱ Ἕλληνες ἐπαύοντο πίστεως, διεκρίνοντο ἤδη τοῖς ὅπλοις συμπεσόντες. Κρατεῖ δὲ τῇ μάχῃ Δημήτριος, καίπερ πολλὰ τῶν Ἀλεξάνδρου μισθοφόρων καὶ ψυχῆς ἔργα καὶ χειρὸς ἐπιδειξαμένων. Χωρεῖ δὲ τὸ τέλος τῆς παρατάξεως παρὰ δόξαν ἀμφοτέροις· οὔτε γὰρ Δημητρίῳ παρέμειναν νικῶντι οἱ καλέσαντες, καὶ κατ' οἶκτον τῆς μεταβολῆς Ἀλεξάνδρῳ προσεχώρησαν εἰς τὰ ὄρη καταφυγόντι Ἰουδαίων ἑξακισχίλιοι. Ταύτην τὴν ῥοπὴν οὐκ ἤνεγκε Δημήτριος, ἀλλ' ὑπολαβὼν ἤδη μὲν ἀξιόμαχον εἶναι πάλιν Ἀλέξανδρον, μεταρρεῖν δὲ καὶ πᾶν τὸ ἔθνος εἰς αὐτόν, ἀνεχώρησεν.

ς'. Οὐ μὴν τό γε λοιπὸν πλῆθος, ἀναχωρησάντων τῶν συμμάχων, κατέθεντο τὰς διαφοράς, συνεχὴς δὲ πρὸς Ἀλέξανδρον ἦν αὐτοῖς ὁ πόλεμος, μέχρι πλείστους ἀποκτείνας τοὺς λοιποὺς ἀπήλασεν εἰς Βεμέσελιν πόλιν, καὶ ταύτην καταστρεψάμενος αἰχμαλώτους ἀνήγαγεν εἰς Ἱεροσόλυμα. Προὔκοψε δ' αὐτῷ δι' ὑπερβολὴν ὀργῆς εἰς ἀσέβειαν τὸ τῆς ὠμότητος. Τῶν γὰρ ληφθέντων εἰς ὀκτακοσίους ἀνασταυρώσας ἐν μέσῃ τῇ πόλει, γυναῖκάς τε καὶ τέκνα αὐτῶν ἀπέσφαξε ταῖς ὄψεσι, καὶ ταῦτα πίνων καὶ συγκατακείμενος ταῖς παλλακίσιν ἀφεώρα. Τοσαύτη δὲ κατάπληξις ἔσχε τὸν δῆμον, ὥστε τῶν ἀντιστασιαστῶν κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα φυγεῖν ὀκτακισχιλίους ἐξ Ἰουδαίας ὅλης, οἷς ὅρος τῆς φυγῆς ὁ Ἀλεξάνδρου θάνατος κατέστη. Τοιούτοις ἔργοις ὀψὲ καὶ μόλις ἡσυχίαν τῇ βασιλείᾳ πορίσας, ἀνεπαύσατο τῶν ὅπλων.

ζ'. Γίνεται δὲ αὐτῷ πάλιν ἀρχὴ θορύβων Ἀντίοχος, ὁ καὶ Διόνυσος ἐπικληθείς, Δημητρίου μὲν ἀδελφὸς ὤν, τελευταῖος δὲ τῶν ἀπὸ Σελεύκου. Τοῦτον γὰρ δείσας στρατεύεσθαι ἐπὶ τοὺς Ἄραβας ὡρμημένον, τὸ μὲν μεταξὺ τῆς ὑπὲρ Ἀντιπατρίδος παρορείου καὶ τῶν Ἰόπης αἰγιαλῶν διαταφρεύει φάραγγι βαθείᾳ· πρὸ δὲ τῆς τάφρου τεῖχος ἤγειρεν ὑψηλόν, καὶ ξυλίνους πύρ-

regni sui vires consumeret, adeo ut armis omissis adniteretur verbis bellum cum subditis componere. Illi autem eo magis odio habebant ejus resipiscentiam morumque varietatem. Quumque percontaretur quid causæ esset et quid ipsi faciendum ut eos placatum iret, « ut moreretur, » dicebant : nam cum eo, qui tam multa nefaria patrasset, etiam mortuo vix redituros esse in gratiam. Simul etiam Demetrium cognomine Eucærum in auxilium vocabant. Quumque ille majorum spe eis haud ægre obsecutus esset et cum exercitu venisset, sese cum auxiliis ejus circa Sicima conjunxerunt Judæi.

5. Attamen utrosque excipit Alexander mille quidem equitibus, peditum vero mercenariorum octo millibus : aderant etiam ipsi ex Judæis qui ei bene volebant ad decem millia. Erant autem ex adversa parte equitum quidem tria millia, peditum vero quadraginta millia. Et, priusquam manus consererent, tentabant præcones reges utrimque an adversos ad defectionem sollicitare possent; Demetrius quidem Alexandri mercenarios, Alexander vero Judæos qui cum Demetrio erant, ad se pertrahere sperans. Sed quum neque Judæi iram remitterent neque fidem Græci desererent, armis jam cominus decernebant. Ceterum pugna superior erat Demetrius, quanquam Alexandri mercenarii multa magno animo fortique manu facta ostenderunt. Eventus autem pugnæ utrisque præter opinionem cessit. Nam neque Demetrio victori adhæsere qui eum acciverant, et fortunæ mutatæ misericordia sex Judæorum millia ad Alexandrum, qui in montes confugerat, se contulerunt. Hanc rerum inclinationem ferre non potuit Demetrius, sed Alexandrum jam quidem ratus iterum pugnando esse, gentemque universam ad ipsum transire, mox inde digressus est.

6. Non tamen reliqua multitudo ex militis auxiliarii discessu simultates deposuit, sed bello continuo tam diu cum Alexandro decertabat, donec is plerisque interfectis ceteros in urbem Bemeselin compulit, eaque eversa in Hierosolyma captivos abduxit. Verum immoderata fecit iracundia ut crudelitas ejus ad impietatem usque procederet. Nam captorum octingentis in media civitate cruci suffixis, mulieres et liberos eorum in conspectu necavit : atque ista inter potandum et cum concubinis suis recubans aspiciebat. Tantus autem populum terror invasit, ut adversæ partis homines usque ad octo millia nocte sequente extra Judææ fines se proriperent, quibus exilii finem attulit mors Alexandri. Quum ejusmodi factis sero ægreque regno tranquillitatem dedisset, ab armis requievit.

7. Rursus autem ei turbas creavit Antiochus, qui etiam Dionysus dictus est, Demetrii quidem frater, Seleucidarum vero ultimus. Hunc enim veritus, qui in Arabas expeditionem fecerat, totum quidem super Antipatridem montibus proximum et inter Jopes littora spatium fossa profunda dissecuit : ante fossam vero murum arduum erexit, turresque ligneas, ut faciles aditus obstrueret, fabricandas

γους ἐνετεκτήνατο, τὰς εὐμαρεῖς ἐμβολὰς ἀποφράττων. Οὐ μὴν εἶρξαί γε τὸν Ἀντίοχον ἴσχυσεν· ἐμπρήσας γὰρ τοὺς πύργους καὶ τὴν τάφρον χώσας διήλαυνε μετὰ τῆς δυνάμεως. Θέμενος δ' ἐν δευτέρῳ τὴν πρὸς τὸν κωλύσαντα ἄμυναν εὐθὺς ἐπὶ τοὺς Ἄραβας ᾔει. Τῶν δὲ ὁ βασιλεὺς, ἀναχωρῶν εἰς τὰ χρησιμώτερα τῆς χώρας πρὸς τὴν μάχην, ἔπειτα τὴν ἵππον ἐξαίφνης ἐπιστρέψας (μυρία δ' ἦν τὸν ἀριθμόν), ἀτάκτοις ἐπιπίπτει τοῖς περὶ τὸν Ἀντίοχον. Καρτερᾶς δὲ μάχης γενομένης, ἕως μὲν περιῆν Ἀντίοχος, ἀντεῖχεν ἡ δύναμις αὐτοῦ, καίπερ ἀνέδην ὑπὸ τῶν Ἀράβων φονευόμενοι· πεσόντος δέ (καὶ γὰρ προεκινδύνευεν ἀεὶ τοῖς ἡττωμένοις παραβοηθῶν) ἐκκλίνουσι πάντες, καὶ τὸ μὲν πλεῖστον αὐτῶν ἐπί τε τῆς παρατάξεως κἀν τῇ φυγῇ διαφθείρεται, τοὺς δὲ λοιποὺς καταφυγόντας εἰς Κανὰ κώμην σπάνει τῶν ἐπιτηδείων ἀναλωθῆναι συνέβη πλὴν ὀλίγων ἅπαντας.

η'. Ἐκ τούτου Δαμασκηνοὶ διὰ τὸ πρὸς Πτολεμαῖον τὸν Μενναίου μῖσος Ἀρέταν ἐπάγονται, καὶ καθιστῶσι Κοίλης Συρίας βασιλέα. Στρατεύεται δ' οὗτος ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν, καὶ μάχῃ νικήσας Ἀλέξανδρον κατὰ συνθήκας ἀνεχώρησεν. Ἀλέξανδρος δὲ Πέλλαν ἑλὼν ἐπὶ Γέρασαν ᾔει πόλιν, τῶν Θεοδώρου κτημάτων γλιχόμενος, καὶ τρισὶ τοὺς φρουροὺς περιβόλοις ἀποτειχίσας, διὰ μάχης τὸ χωρίον παραλαμβάνει. Καταστρέφεται δὲ καὶ Γαυλάνην καὶ Σελεύκειαν καὶ τὴν Ἀντιόχου φάραγγα καλουμένην· πρὸς οἷς Γάμαλα φρούριον καρτερὸν ἑλὼν, τὸν ἄρχοντα Δημήτριον ἐν αὐτῷ περιδύσας ἐκ πολλῶν ἐγκλημάτων, ἐπάνεισιν εἰς Ἰουδαίαν, τρία πληρώσας ἔτη τῆς στρατείας. Ἀσμένως δ' ὑπὸ τοῦ ἔθνους προσεδέχθη διὰ τὴν εὐπραγίαν, καὶ λαμβάνει τὴν ἀνάπαυσιν τοῦ πολεμεῖν, ἀρχὴν νόσου. Τεταρταίαις δὲ περιόδοις πυρετῶν ἐνοχλούμενος ᾠήθη διακρούσεσθαι τὴν ἀρρωστίαν πάλιν ἁψάμενος πραγμάτων. Διὸ δὴ στρατείαις ἀκαίροις ἑαυτὸν ἐπιδιδοὺς καὶ βιαζόμενος παρὰ δύναμιν τὸ σῶμα πρὸς τὰς ἐνεργείας ἀπήλλαξε. Τελευτᾷ γοῦν ἐν μέσοις τοῖς θορύβοις στρεφόμενος, βασιλεύσας ἑπτὰ πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἔτη.

ΚΕΦ. Ε'.

Καταλείπει δὲ τὴν βασιλείαν Ἀλεξάνδρᾳ τῇ γυναικὶ, πεπεισμένος ταύτῃ μάλιστ' ἂν ὑπακοῦσαι τοὺς Ἰουδαίους, ἐπειδὴ τῆς ὠμότητος αὐτοῦ μακρὰν ἀποδέουσα καὶ ταῖς παρανομίαις ἐνισταμένη τὸν δῆμον εἰς εὔνοιαν προσηγάγετο. Καὶ οὐ διήμαρτε τῆς ἐλπίδος· ἐκράτησε γὰρ τῆς ἀρχῆς τὸ γύναιον διὰ δόξαν εὐσεβείας· ἠκρίβου γὰρ δὴ τοῦ ἔθνους μάλιστα τὰ πάτρια, καὶ τοὺς πλημμελοῦντας εἰς τοὺς ἱεροὺς νόμους ἐξ ἀρχῆς ἀπέβαλλετο. Δύο δ' αὐτῇ παίδων ὄντων ἐξ Ἀλεξάνδρου, τὸν μὲν πρεσβύτερον Ὑρκανὸν διά τε τὴν ἡλικίαν ἀποδείκνυσιν ἀρχιερέα, καὶ ἄλλως ὄντα νωθέστερον ἢ ὥστε ἐνοχλεῖν περὶ τῶν ὅλων· τὸν δὲ νεώτερον Ἀριστόβουλον διὰ θερμότητα κατεῖχεν ἰδιώτην.

β'. Παραφύονται δὲ αὐτῇ εἰς τὴν ἐξουσίαν Φαρισαῖοι, σύνταγμά τι Ἰουδαίων, δοκοῦν εὐσεβέστερον

curavit. Non tamen Antiochum arcére valuit: nam turribus exustis fossaque repleta, cum copiis transiit. Nulla autem ratione habita eum a quo prohibitus fuerat ulciscendi, protenus in Arabas contendit. Horum autem rex, abscedens in regionis loca pugnæ commodiora, dein cum equitibus derepente conversus (numero autem erant ad decem millia), Antiochi milites, priusquam in ordinem cogerentur, adoritur. Verum acri prælio commisso, quam diu quidem supererat Antiochus, impetum sustinebat ejus exercitus, quamvis magnam in eo stragem ediderint Arabes: ubi vero cecidit (nam et periculis semper se objiciebat, ut victis succurreret), terga dant omnes, et ex illis quidem plerique partim in acie, partim in fuga absumuntur, reliquis vero, in vicum Cana dilapsis, necessariorum inopia perire contigit, præter admodum paucos.

8. Deinde Damasceni, ex suo erga Ptolemæum Mennæi filium odio, Aretam sibi adsciscunt, et Cœles Syriæ regem constituunt. Iste autem expeditionem facit in Judæam, quumque prælio vicisset Alexandrum, ex pactione discessit. Ceterum Alexander Pella capta Gerasam urbem petiit, Theodori divitiarum cupiditate: quumque triplici muro valloque custodes cinxisset, locum vi expugnat. Porro Gaulanam et Seleuciam subvertit, et Antiochi vallem quæ appellatur: insuper ubi Gamala validum castellum ceperat, et Demetrio in eo imperanti multa ob crimina provinciam ademerat, in Judæam revertitur, triennio in expeditione consumpto. Libenter autem a gente exceptus est ob res prospere gestas, et quum primum a bello requievit, in morbum incidit. Et quoniam febri quartana laboravit, depulsum iri morbum credidit, si rursus negotiis sese admoveret. Qua re fiebat ut, quum intempestivæ militiæ sese daret et ultra vires corpus laboribus vexaret, diem supremum obierit. Moritur itaque mediis in tumultibus, quum septem et viginti annos regnasset.

CAP. V. (IV.)

Regnum autem Alexandræ conjugi suæ reliquit, Judæos ei vel maxime dicto audientes fore non dubitans, quod, quum longe ab ejus crudelitate abesset et legum violationi obsisteret, populi benevolentiam sibi conciliarit. Neque spes eum fefellit. Namque muliercula, ex opinione quam de pietate præbuerat, principatum obtinuit: quippe quæ mores gentis patrios accurate observabat, et quotquot leges sacras temerassent potestate exuebat. Quum autem duos filios ex Alexandro haberet, natu quidem majorem Hyrcanum et propter ætatem pontificem facit, et quod præterea segnior esset quam ut de rerum summa ei molestiam facesseret; minorem vero Aristobulum, quod fervidioris esset ingenii, inter privatæ vitæ officia continebat.

2. Ei autem sese ad potestatem adjungunt Pharisæi, factio quædam Judæorum, qui præter alios pietatem colere

εἶναι τῶν ἄλλων καὶ τοὺς νόμους ἀκριβέστερον ἀφηγεῖσθαι. Τούτοις περισσὸν δή τι προσεῖχεν ἡ Ἀλεξάνδρα, σεβομένη [περὶ] τὸ θεῖον. Οἱ δὲ τὴν ἁπλότητα τῆς ἀνθρώπου κατὰ μικρὸν ὑπιόντες ἤδη καὶ διοικηταὶ τῶν ὅλων ἐγίνοντο, διώκειν τε καὶ κατάγειν οὓς ἐθέλοιεν, λύειν τε καὶ δεσμεῖν. Καθόλου δ' αἱ μὲν ἀπολαύσεις τῆς βασιλείας ἐκείνων ἦσαν, τὰ δὲ ἀναλώματα καὶ αἱ δυσχέρειαι τῆς Ἀλεξάνδρας. Δεινὴ δ' ἦν τὰ μείζω διοικεῖν, δύναμίν τε ἀεὶ συγκροτοῦσα διπλασίονα κατέστησε καὶ ξενικὴν συνήγαγεν οὐκ ὀλίγην, ὡς μὴ μόνον κρατύνασθαι τὸ οἰκεῖον ἔθνος, ἀλλὰ καὶ φοβερὰν τοῖς ἔξωθεν εἶναι δυνάσταις. Ἐκράτει δὲ τῶν μὲν ἄλλων αὐτὴ, Φαρισαῖοι δ' αὐτῆς.

γ'. Διογένην γοῦν τινα τῶν ἐπισήμων, φίλον Ἀλεξάνδρῳ γεγενημένον, κτείνουσιν αὐτοὶ, σύμβουλον ἐγκαλοῦντες γεγονέναι περὶ τῶν ἀνασταυρωθέντων ὑπὸ τοῦ βασιλέως ὀκτακοσίων. Ἐνῆγον δὲ τὴν Ἀλεξάνδραν εἰς τὸ καὶ τοὺς ἄλλους διαχειρίσασθαι τῶν παροξυνάντων ἐπ' ἐκείνους τὸν Ἀλέξανδρον. Ἐνδιδούσης δ' ὑπὸ δεισιδαιμονίας, ἀνῄρουν οὓς ἐθέλοιεν αὐτοί. Προσφεύγουσι δ' Ἀριστοβούλῳ τῶν κινδυνευόντων οἱ προύχειν δοκοῦντες. Κἀκεῖνος πείθει τὴν μητέρα φείσασθαι μὲν διὰ τὸ ἀξίωμα τῶν ἀνδρῶν, ἐκπέμψαι δ' αὐτοὺς, εἰ μὴ καθαροὺς ὑπείληφεν, ἐκ τῆς πόλεως. Οἱ μὲν οὖν δοθείσης ἀδείας ἐσκεδάσθησαν ἀνὰ τὴν χώραν· Ἀλεξάνδρα δὲ ἐκπέμψασα ἐπὶ Δαμασκὸν στρατιάν (πρόφασις δ' ἦν Πτολεμαῖος ἀεὶ θλίβων τὴν πόλιν), ταύτην μὲν ἀπεδέξατο μηδὲν ἀξιόλογον ἐργασαμένην, Τιγράνην δὲ τὸν Ἀρμενίων βασιλέα προσκαθεζόμενον Πτολεμαΐδι καὶ πολιορκοῦντα Κλεοπάτραν συνθήκαις καὶ δώροις ὑπηγάγετο. Φθάνει δ' ἐκεῖνος ἀπαναστὰς διὰ τὰς οἴκοι ταραχὰς, ἐμβεβληκότος εἰς τὴν Ἀρμενίαν Λευκούλλου.

δ'. Κὰν τούτῳ νοσούσης Ἀλεξάνδρας ὁ νεώτερος τῶν παίδων Ἀριστόβουλος τὸν καιρὸν ἁρπάσας μετὰ τῶν οἰκετῶν (εἶχε δὲ πολλοὺς καὶ πάντας εὔνους διὰ τὴν θερμότητα) κρατεῖ μὲν τῶν ἐρυμάτων ἁπάντων· τοῖς δ' ἐκ τούτων χρήμασι μισθοφόρους ἀθροίσας, ἑαυτὸν ἀποδείκνυσι βασιλέα. Πρὸς ταῦτα ὀδυρόμενον τὸν Ὑρκανὸν ἡ μήτηρ οἰκτείρασα, τήν τε γυναῖκα καὶ τοὺς παῖδας τοὺς Ἀριστοβούλου καθείργνυσιν εἰς τὴν Ἀντωνίαν· φρούριον δ' ἦν τῷ βορείῳ κλίματι τοῦ ἱεροῦ προσκείμενον, πάλαι μὲν, ὡς ἔφην, Βᾶρις ὀνομαζόμενον, αὖθις δὲ ταύτης τυχὸν τῆς προσηγορίας, ἐπικρατήσαντος Ἀντωνίου, καθάπερ ἀπό τε τοῦ Σεβαστοῦ καὶ Ἀγρίππα Σεβαστὴ καὶ Ἀγριππιὰς πόλεις ἕτεραι μετωνομάσθησαν. Πρὶν δ' ἐπεξελθεῖν Ἀλεξάνδραν τὸν Ἀριστόβουλον τῆς τοῦ ἀδελφοῦ καταλύσεως, τελευτᾷ, διοικήσασα τὴν ἀρχὴν ἔτεσιν ἐννέα.

ΚΕΦ. ϛ'.

Καὶ κληρονόμος μὲν ἦν τῶν ὅλων Ὑρκανὸς, ᾧ καὶ ζῶσα τὴν βασιλείαν ἐνεχείρισε· δυνάμει δὲ καὶ φρονήματι προεῖχεν ὁ Ἀριστόβουλος. Γενομένης δὲ αὐτοῖς περὶ τῶν ὅλων συμβολῆς περὶ Ἱεριχοῦντα, καταλι-

putantur, et peritius leges interpretari. His igitur maxime auscultabat Alexandra, utpote religiosa erga Deum. Illi autem se in feminæ simplicis consuetudinem paullatim insinuantes, statim res omnes gubernant et moderantur, ita ut quosvis pro libidine in exilium pellant et ab eo revocent, solvant ligentque. In universum illi regni quidem commodis fruebantur, expensas vero et difficultates Alexandra perferebat. Eadem autem artis gnara erat res arduas administrandi; atque copiis colligendis semper intenta, duplo majorem constituit exercitum, et non pauca sibi comparavit auxilia peregrina, adeo ut gentis suæ vires auxerit, seque dynastis exteris metuendam reddiderit. In alios autem imperium ipsa quidem habebat, in ipsam vero Pharisæi.

3. Quare Diogenem, virum quendam illustrem, qui Alexandro fuerat amicus, illi interficiunt, ejus consilio factum criminati quod octingenti regis jussu in crucem fuerint sublati. Induxerunt etiam Alexandram ut et alios, quibus auctoribus Alexander in eos concitatus erat, occideret. Quumque illis præ religione totam se dederet regina, quos ipsi vellent trucidabant. Ad Aristobulum autem confugiunt ex periclitantibus qui visi sunt eminentissimi. Atque ille matri persuadet ut viris quidem propter dignitatem parceret, civitate autem eos pelleret, si culpæ non immunes esse crederet. Et illi quidem, data sibi impunitate, per regionem dispersi sunt. Alexandra vero, misso in Damascum exercitu, prætexens Ptolemæum sine intermissione civitatem premere, illum quidem nulla re memorabili gesta recepit; Tigranen vero Armeniorum regem, qui admoto Ptolemaidi milite Cleopatram obsidebat, pactionibus donisque sollicitat: atqui ille prior inde movit domesticarum turbarum metu, quod in Armeniam incursionem fecerat Lucullus.

4. Interea ægrotante Alexandra, minor ejus filius Aristobulus, opportunitate arrepta, cum famulis suis (multos enim habebat, et omnes ex ætatis fervore ei benevolos) universa quidem castella occupat; pecunia vero, quam ibi reperit, conductis auxiliis, regem se declarat. Ad hæc miserata querelas Hyrcani mater conjugem Aristobuli cum filiis inclusam dedit in Antoniam: castellum autem erat a septemtrione fano adjacens, olim quidem, ut dixi, Baris appellatum, postea vero hoc nomen sortitum est, imperante Antonio, quemadmodum ab Augusto et Agrippa Sebaste et Agrippias, aliæ civitates, mutato nomine dictæ erant. Ante tamen, quam in Aristobulum fratris ejus, quem dejici regno curaverat, contumeliæ vindicarentur, moritur Alexandra, quum per novennium regnasset.

CAP. VI. (IV.)

Et hæres quidem omnium erat Hyrcanus, cui regnum etiam viva commiserat mater: verum Aristobulus viribus atque animo præstabat. Quum autem de rerum summa apud Hierichuntem prælio congrederentur, plerique Hyrcano deserto

πόντες οἱ πλεῖστοι τὸν Ὑρκανὸν, μεταβαίνουσι πρὸς τὸν Ἀριστόβουλον. Ὁ δὲ μετὰ τῶν συμμεινάντων φθάνει συμφυγὼν ἐπὶ τὴν Ἀντωνίαν, καὶ κυριεύσας τῶν πρὸς σωτηρίαν ὁμήρων (ταῦτα δ' ἦν ἡ Ἀριστοβούλου γυνὴ μετὰ τῶν τέκνων) ἀμέλει πρὶν ἀνηκέστου πάθους διελύθησαν, ὥστε βασιλεύειν μὲν Ἀριστόβουλον, Ὑρκανὸν δ' ἐκστάντα τῆς ἄλλης ἀπολαύειν τιμῆς, ὥσπερ ἀδελφὸν βασιλέως. Ἐπὶ τούτοις διαλλαγέντες ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ τοῦ λαοῦ περιεστῶτος φιλοφρόνως ἀλλήλους ἀσπασάμενοι, διήμειψαν τὰς οἰκίας· Ἀριστόβουλος μὲν γὰρ εἰς τὰ βασίλεια, Ὑρκανὸς δ' ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Ἀριστοβούλου οἰκίαν.

(Ε'.) β'. Δέος δὲ τοῖς τε ἄλλοις τῶν Ἀριστοβούλου διαφόρων ἐμπίπτει παρ' ἐλπίδα κρατήσαντος, καὶ μάλιστα Ἀντιπάτρῳ πάλαι διαμισουμένῳ. Γένος δ' ἦν Ἰδουμαῖος, προγόνων τε ἕνεκα καὶ πλούτου καὶ τῆς ἄλλης ἰσχύος πρωτεύων τοῦ ἔθνους. Οὗτος ἅμα καὶ τὸν Ὑρκανὸν, Ἀρέτᾳ προσφυγόντα τῷ βασιλεῖ τῆς Ἀραβίας, ἀνακτήσασθαι τὴν βασιλείαν ἔπειθε, καὶ τὸν Ἀρέταν δέξασθαί τε τὸν Ὑρκανὸν καὶ καταγαγεῖν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, πολλὰ μὲν τὸν Ἀριστόβουλον εἰς τὸ ἦθος διαβάλλων, πολλὰ δ' ἐπαινῶν τὸν Ὑρκανὸν [παρῄνει δέξασθαι], καὶ ὡς πρέπον εἴη τὸν οὕτω λαμπρᾶς προεστῶτα βασιλείας, ὑπερέχειν χεῖρα τῷ ἀδικουμένῳ· ἀδικεῖσθαι δὲ Ὑρκανὸν στερηθέντα τῆς κατὰ τὸ πρεσβεῖον αὐτῷ προσηκούσης ἀρχῆς. Προκατασκευάσας δὲ ἀμφοτέρους, νύκτωρ ἀναλαβὼν τὸν Ὑρκανὸν, ἐκ τῆς πόλεως ἀποδιδράσκει καὶ συντόνῳ φυγῇ χρώμενος, εἰς τὴν καλουμένην Πέτραν διασώζεται· βασίλειον αὕτη τῆς Ἀραβίας ἐστίν. Ἔνθα τῷ Ἀρέτᾳ τὸν Ὑρκανὸν ἐγχειρίσας, καὶ πολλὰ μὲν καθομιλήσας, πολλοῖς δὲ δώροις ὑπελθὼν, δοῦναι δύναμιν αὐτῷ πείθει τὴν κατάξουσαν αὐτόν. Ἦν δ' αὕτη πεζῶν τε καὶ ἱππέων πέντε μυριάδες, πρὸς ἣν οὐκ ἀντέσχεν Ἀριστόβουλος, ἀλλ' ἐν τῇ πρώτῃ συμβολῇ λειφθεὶς εἰς Ἱεροσόλυμα συνελαύνεται· κἂν ἔφθη κατὰ κράτος ληφθεὶς, εἰ μὴ Σκαῦρος ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς, ἐπαναστὰς αὐτῶν τοῖς καιροῖς, ἔλυσε τὴν πολιορκίαν· ὃς ἐπέμφθη μὲν εἰς Συρίαν ἀπὸ Ἀρμενίας ὑπὸ Πομπηίου Μάγνου πολεμοῦντος πρὸς Τιγράνην. Παραγενόμενος δὲ εἰς Δαμασκὸν, ἑαλωκυῖαν προσφάτως ὑπὸ Μετέλλου καὶ Λολλίου, καὶ τούτους μεταστήσας, ἐπειδὴ τὰ κατὰ τὴν Ἰουδαίαν ἐπύθετο, καθάπερ ἐφ' ἕρμαιον ἠπείχθη.

γ'. Παρελθόντος γοῦν εἰς τὴν χώραν, πρέσβεις εὐθέως ἧκον παρὰ τῶν ἀδελφῶν, ἑκατέρου βοηθεῖν αὐτῷ δεομένου. Γίνεται δ' ἐπίπροσθεν τοῦ δικαίου τὰ παρὰ Ἀριστοβούλου τριακόσια τάλαντα. Τοσοῦτον γὰρ λαβὼν Σκαῦρος ἐπικηρυκεύεται πρός τε Ὑρκανὸν καὶ τοὺς Ἄραβας, ἀπειλῶν Ῥωμαίους καὶ Πομπήιον, εἰ μὴ λύσειαν τὴν πολιορκίαν. Ἀνεχώρησε δ' ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς Φιλαδέλφειαν Ἀρέτας καταπλαγεὶς καὶ πάλιν εἰς Δαμασκὸν Σκαῦρος. Ἀριστοβούλῳ δ' οὐκ ἀπέχρησε τὸ μὴ ἁλῶναι, πᾶσαν δὲ τὴν δύναμιν ἐπισυλλέξας εἵπετο τοῖς πολεμίοις, καὶ περὶ τὸν καλούμενον

ad Aristobulum transeunt. Ille vero cum iis qui secum manserant fugiens occupat Antoniam: ibique salutis obsides nactus (isti autem erant Aristobuli conjux et liberi), priusquam scilicet gravius aliquid accideret, ea lege cum fratre reconciliatus est, ut regnum quidem Aristobulus haberet, Hyrcanus vero eo cederet, aliisque ut frater regis honoribus frueretur. His conditionibus in gratiam redeuntes, et invicem circumstante multitudine amicissime complexi, domos permutant: et Aristobulus quidem in regiam discedit, Hyrcanus in Aristobuli domum.

(V.) 2. Metus vero et alios inimicos Aristobuli præter spem dominantis occupat, et maxime Antipatrum olim illi invisum. Erat autem genere Idumæus, et nobilitate et opibus et alia potestate gentis suæ princeps. Idemque ille et Hyrcano, ut ad Aretam regem Arabiæ perfugeret et regnum sibi vindicaret, suadebat; et Aretæ, ut et susciperet Hyrcanum et in regnum reduceret, multis quidem Aristobuli moribus obtrectans, multis vero Hyrcanum laudibus extollens [ut hospitio exciperet hortabatur], addens decere eum qui tam amplo præsit imperio, manum porrigere injuria affecto: atqui Hyrcanum injuriam pati, qui principatu, ætatis prærogativa sibi debito, exciderit. Quum autem ambos ita præparasset, noctu cum Hyrcano ex civitate profugit, cursuque citato in oppidum quod Petra dicitur salvus evasit: ea est autem Arabiæ regia. Ibi quum Hyrcanum Aretæ in manus tradidisset, et multa quidem verba fecisset, multis vero muneribus eum subiisset, persuadet ei suppeditare copias quibus in regnum restitueretur. Erant autem istæ peditum equitumque quinquaginta millia: quibus nequaquam restitit Aristobulus, sed primo in congressu superatus Hierosolyma se recipit; et procul dubio vi captus fuisset, nisi dux Romanorum Scaurus adversis horum temporibus imminens obsidionem solvisset. Namque is ex Armenia quidem in Syriam missus erat a Pompejo Magno, qui cum Tigrane bellum gerebat. Quum autem Damascum venisset, nuper admodum a Metello et Lollio captam, et illos inde abduxisset, audito quo in statu res Judæorum essent, veluti ad certum quæstum properabat.

3. Denique mox ut regionem ingressus est, legati ad eum veniunt a fratribus, utroque orante ut sibi opem ferret et auxilium. Sed plus apud eum valebant trecenta talenta ab Aristobulo missa quam jus et æquum. Tot enim acceptis ad Hyrcanum et Arabas legatos mittit Scaurus, Romanorum et Pompeji nomine minas illis intentans, nisi ab obsidione desisterent. Itaque Aretas metu perculsus ex Judæa in Philadelphiam recessit, et Scaurus Damascum repetit. Aristobulo autem non suffecit quod captus non fuerit, sed copiis omnibus coactis hostes persequebatur, prælioque ad

Παπυρῶνα συμβαλὼν αὐτοῖς ὑπὲρ ἑξακισχιλίους κτείνει, μεθ' ὧν καὶ τὸν ἀδελφὸν τὸν Ἀντιπάτρου, Φαλλίωνα.

δ'. Ὑρκανὸς δὲ καὶ Ἀντίπατρος, τῶν Ἀράβων ἀφαιρεθέντες, μετέφερον ἐπὶ τοὺς ἐναντίους τὴν ἐλπίδα. Καὶ ἐπειδὴ Πομπήιος ἐπιὼν τὴν Συρίαν εἰς Δαμασκὸν ἧκεν, ἐπ' αὐτὸν καταφεύγουσι· καὶ δίχα δώρων, αἷς καὶ πρὸς Ἀρέταν δικαιολογίαις χρώμενοι κατηντιβόλουν, μισῆσαι μὲν τὴν Ἀριστοβούλου βίαν, κατάγειν δ' ἐπὶ τὴν βασιλείαν τὸν καὶ τῷ τρόπῳ καὶ καθ' ἡλικίαν προσήκοντα. Οὐ μὴν οὐδ' ὁ Ἀριστόβουλος ὑστέρει, πεποιθὼς τῇ Σκαύρου δωροδοκίᾳ, παρῆν δὲ καὶ αὐτὸς ὡς οἷόν τε ἦν βασιλικώτατα κεκοσμηκὼς ἑαυτόν. Ἀδοξήσας δὲ πρὸς τὰς θεραπείας, καὶ μὴ φέρων δουλεύειν ταῖς χρείαις ταπεινότερον τοῦ σχήματος, ἀπὸ Δίου πόλεως χωρίζεται.

ε'. Πρὸς ταῦτ' ἀγανακτήσας Πομπήιος, πολλὰ καὶ τῶν περὶ Ὑρκανὸν ἱκετευόντων, ὥρμησεν ἐπ' Ἀριστόβουλον, ἀναλαβὼν τήν τε Ῥωμαϊκὴν δύναμιν καὶ πολλοὺς ἐκ τῆς Συρίας συμμάχους. Ἐπεὶ δὲ παρελαύνων Πέλλαν καὶ Σκυθόπολιν ἧκεν ἐς Κορέας, ὅθεν ἡ Ἰουδαίων ἄρχεται χώρα κατὰ τὴν μεσόγειον ἀνιόντων, ἀκούσας συμπεφευγέναι τὸν Ἀριστόβουλον εἰς Ἀλεξάνδρειον (τοῦτο δέ ἐστι φρούριον τῶν πάνυ φιλοτίμως ἐξησκημένων, ὑπὲρ ὄρους ὑψηλοῦ κείμενον), πέμψας καταβαίνειν αὐτὸν ἐκέλευσε. Τῷ δὲ ἦν μὲν ὁρμή, καλουμένῳ δεσποτικώτερον, διακινδυνεύειν μᾶλλον ἢ ὑπακοῦσαι, καθεώρα δὲ τὸ πλῆθος ὀρρωδοῦν καὶ παρῄνουν οἱ φίλοι σκέπτεσθαι τὴν Ῥωμαίων ἰσχὺν, οὖσαν ἀνυπόστατον. Οἷς πεισθεὶς κάτεισι πρὸς Πομπήιον, καὶ πολλὰ περὶ τοῦ δικαίως ἄρχειν ἀπολογηθεὶς ὑπέστρεψε πρὸς τὸ ἔρυμα. Πάλιν τε τἀδελφοῦ προκαλουμένου καταβὰς, καὶ διαλεχθεὶς περὶ τῶν δικαίων, ἄπεισι μὴ κωλύοντος τοῦ Πομπηίου. Μέσος δ' ἦν ἐλπίδος καὶ δέους, καὶ κατῄει μὲν ὡς δυσωπήσων Πομπήιον πάντ' ἐπιτρέπειν αὐτῷ, πάλιν δ' ἀνέβαινεν εἰς τὴν ἄκραν, ὡς μὴ προκαταλύειν δόξειεν ἑαυτόν. Ἐπεὶ μέντοι Πομπήιος ἐξίστασθαί τε τῶν φρουρίων ἐκέλευσεν αὐτῷ καὶ παράγγελμα τῶν φρουράρχων ἐχόντων μόναις πειθαρχεῖν ταῖς αὐτογράφοις ἐπιστολαῖς, ἠνάγκαζεν αὐτὸν ἑκάστοις γράφειν ἐκχωρεῖν, ποιεῖ μὲν τὸ προσταχθὲν, ἀγανακτήσας δὲ ἀνεχώρησεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ παρεσκευάζετο πολεμεῖν πρὸς Πομπήϊον.

ϛ'. Ὁ δ' (οὐ γὰρ ἐδίδου χρόνον ταῖς παρασκευαῖς) εὐθέως εἵπετο, καὶ προσεπέρρωσε τὴν ὁρμὴν ὁ Μιθραδάτου θάνατος, ἀγγελθεὶς αὐτῷ περὶ Ἱεριχοῦντα, ἔνθα τὸ τῆς Ἰουδαίας πιότατον φοίνικά τε πάμπολυν καὶ βάλσαμον τρέφει· τοῦτο λίθοις ὀξέσιν ἐπιτέμνοντες τὰ πρέμνα συλλέγουσι κατὰ τὰς τομὰς ἐκδακρῦον. •Καὶ στρατοπεδευσάμενος ἐν τῷ χωρίῳ μίαν ἑσπέραν, ἕωθεν ἠπείγετο πρὸς τὰ Ἱεροσόλυμα. Καταπλαγεὶς δὲ τὴν ἔφοδον Ἀριστόβουλος ἱκέτης ὑπαντᾷ, χρημάτων τε ὑποσχέσει καὶ τῷ μετὰ τῆς πόλεως ἐπιτρέπειν καὶ ἑαυτὸν χαλεπαίνοντα καταστέλλει τὸν Πομπήιον. Οὐ

Papyronem qui vocatur commisso, supra sex eorum millia occidit; in quibus erat et Phallion Antipatri frater.

4. Hyrcanus vero et Antipater, Arabum privati auxilio, spem in adversarios transtulerunt. Et postquam Pompejus Syria peragrata Damascum pervenerat, ad ipsum confugiunt: et præter munera, in juris sui defensionem eadem, quibus ad Aretam usi sunt, afferentes, ei supplicarunt ut, Aristobuli vi odio habita, regno Hyrcanum restitueret, cui tam ætate quam moribus deberetur. Sed nec Aristobulus sibi deerat, Scauro fretus quem muneribus corruperat: nam et ipse aderat, cultu regio, quoad ejus fieri poterat, splendidissime ornatus. Verum indignum ratus ut obsequiis niteretur, ægreque ferens abjectius quam habitum ejus deceret utilitati servire, ab urbe Dio digreditur.

5. De istis indignatus Pompejus, Hyrcano etiam et qui cum eo erant magnopere ipsum obsecrantibus, adversus Aristobulum profectus est et cum exercitu Romano et multis e Syria auxiliis. Quum autem Pellam et Scythopolin prætervectus Coreas pervenisset, unde Judæorum regio initium capit qua ascenditur per mediterranea, audito Aristobulum in Alexandrium confugisse (hoc autem castellum est magnifice admodum exornatum, in monte præcelso situm), misit qui eum descendere juberent. Illi autem in animo quidem erat, utpote quod nimis imperiose vocaretur, vel quodvis discrimen adire potius quam parere: multitudinem vero in metu esse animadvertebat, et hortabantur amici ut secum reputaret Romanorum vires, quas sustinendo non esset. Quibus obsequutus descendit ad Pompejum, et quum multa pro jure regni sui apud eum dixisset, in munimentum reversus est. Et quum iterum a fratre provocatus descendisset, ac de suo jure cum eo disceptasset, regreditur, non vetante Pompejo. Erat autem inter spem metumque medius, et descendebat quidem Pompejum exoraturus ut ei cuncta permitteret, in arcem vero rursus ascendebat, ne vires ante tempus dimittere videretur. Ceterum posteaquam Pompejus jusserat eum et castellis cedere, et singulos præsidiorum præfectos, quibus mandatum erat ut non nisi manu sua scriptis epistolis obsequerentur, eum coegerat literis monere ut inde migrarent, imperata quidem fecit, sed cum indignatione Hierosolyma concessit, seque ad bellandum cum Pompejo præparavit. •

6. Ille autem (nam tempus ei non concedebat ad bellicos apparatus) statim eum insequebatur, multumque ejus impetum acceleravit Mithridatis mors, ei nunciata apud Hierichuntem, ubi pinguissima Judææ regio palmas plurimas et balsamum nutrit, quod, stipites lapide acuto incidentes, ex incisuris destillans colligunt. Quumque in eo loco per unam noctem castra posuisset, mane Hierosolyma contendebat. Aristobulus autem, ad ejus adventum perterritus, supplex occurrit, et pecuniam promittendo spondendoque semetipsum cum urbe ei permittere, succensentem mitigat Pompejum. Non tamen quidquam eorum fa-

μήν τι τῶν ὡμολογημένων ἔπραττε· τὸν γὰρ ἐπὶ τῇ κομιδῇ τῶν χρημάτων πεμφθέντα Γαβίνιον οἱ τὰ Ἀριστοβούλου φρονοῦντες οὐδὲ τῇ πόλει δέχονται.

ΚΕΦ. Ζ'.

Πρὸς ταῦτα ἀγανακτήσας Πομπήϊος Ἀριστόβουλον μὲν ἐφρούρει, πρὸς δὲ τὴν πόλιν ἐλθὼν περιεσκόπει ποῖ προσβαλεῖ· τήν τε γὰρ ὀχυρότητα τῶν τειχῶν δυσμεταχείριστον ἑώρα καὶ τὴν πρὸ τούτων φάραγγα φοβεράν, τό τε ἱερὸν ἐντὸς τῆς φάραγγος ὀχυρώτατα τετειχισμένον, ὥστε τοῦ ἄστεος ἁλισκομένου δευτέραν εἶναι καταφυγὴν τοῦτο τοῖς πολεμίοις.

β'. Διαποροῦντος δ' ἐπὶ πολὺν χρόνον, στάσις τοῖς ἔνδον ἐμπίπτει, τῶν μὲν Ἀριστοβούλου πολεμεῖν ἀξιούντων καὶ ῥύεσθαι τὸν βασιλέα, τῶν δὲ τὰ Ὑρκανοῦ φρονούντων ἀνοίγειν Πομπηίῳ τὰς πύλας· πολλοὺς δὲ τούτους ἐποίει τὸ δέος, ἀφορῶντας εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων εὐταξίαν. Ἡττώμενον δὲ τὸ Ἀριστοβούλου μέρος εἰς τὸ ἱερὸν ἀνεχώρει, καὶ τὴν συνάπτουσαν ἀπ' αὐτοῦ τῇ πόλει γέφυραν ἀποκόψαντες ἀντισχεῖν εἰς ἔσχατον παρεσκευάζοντο. Τῶν δὲ ἑτέρων δεχομένων Ῥωμαίους τῇ πόλει, καὶ τὰ βασίλεια παραδιδόντων, ἐπὶ μὲν ταῦτα Πομπήϊος ἕνα τῶν ὑφ' ἑαυτὸν στρατηγῶν Πείσωνα εἰσπέμπει μετὰ στρατιᾶς· ὃς διαλαβὼν φρουρᾷ τὴν πόλιν, ἐπειδὴ τῶν εἰς τὸ ἱερὸν καταπεφευγότων οὐδένα λόγοις ἔπειθε συμβῆναι, τὰ πέριξ εἰς προσβολὰς ηὐτρέπιζεν, ἔχων τοὺς περὶ τὸν Ὑρκανὸν εἴς τε τὰς ἐπινοίας καὶ τὰς ὑπηρεσίας προθύμους.

γ'. Αὐτὸς δὲ κατὰ τὸ προσάρκτιον κλίμα τήν τε τάφρον ἔχου καὶ τὴν φάραγγα πᾶσαν, ὕλην συμφορούσης τῆς δυνάμεως. Χαλεπὸν δ' ἦν τὸ ἀναπληροῦν διὰ βάθους ἄπειρον, καὶ τῶν Ἰουδαίων πάντα τρόπον εἰργόντων ἄνωθεν. Κἂν ἀτέλεστος ἔμεινε τοῖς Ῥωμαίοις ὁ πόνος, εἰ μὴ τὰς ἑβδομάδας ἐπιτηρῶν ὁ Πομπήϊος, ἐν αἷς παντὸς ἔργου διὰ τὴν θρησκείαν χεῖρας ἀπίσχουσιν Ἰουδαῖοι, τὸ χῶμα ὕψου, τῆς κατὰ χεῖρα συμβολῆς εἴργων τοὺς στρατιώτας. Ὑπὲρ μόνου γὰρ τοῦ σώματος ἀμύνονται καὶ τοῖς σαββάτοις. Ἤδη δ' ἀναπεπληρωμένης τῆς φάραγγος, πύργους ὑψηλοὺς ἐπιστήσας τῷ χώματι, καὶ προσαγαγὼν τὰς ἐκ Τύρου κομισθείσας μηχανάς, ἐπειρᾶτο τοῦ τείχους. Ἀνέστελλον δὲ οἱ πετροβόλοι τοὺς καθύπερθε κωλύοντας· ἀντεῖχον δ' ἐπὶ πλεῖστον οἱ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος πύργοι, μεγέθει τε καὶ κάλλει διαφέροντες.

δ'. Ἔνθα δή, τῶν Ῥωμαίων πολλὰ κακοπαθούντων, ὁ Πομπήϊος τά τε ἄλλα τῆς καρτερίας τοὺς Ἰουδαίους ἀπεθαύμασε, καὶ μάλιστα τοῦ μηδὲν παραλῦσαι τῆς θρησκείας ἐν μέσοις τοῖς βέλεσιν ἀνειλουμένους. Ὥσπερ γὰρ εἰρήνης βαθείας κατεχούσης τὴν πόλιν, αἵ τε θυσίαι καθ' ἡμέραν καὶ οἱ ἐναγισμοί, καὶ πᾶσα θεραπεία κατὰ τἀκριβὲς ἐξετελεῖτο τῷ Θεῷ· καὶ οὐδὲ κατ' αὐτὴν τὴν ἅλωσιν, περὶ τῷ βωμῷ φονευόμενοι καθ' ἡμέραν, τῶν νομίμων εἰς τὴν θρησκείαν ἀπέστησαν. Τρίτῳ γὰρ μηνὶ τῆς πολιορκίας μόλις ἕνα τῶν πύργων

ciebat quæ promiserat : nam Gabinium, qui ad pecuniam accipiendam missus erat, ne in urbem quidem recipiunt qui ab Aristobulo stabant.

CAP. VII. (V.)

De istis cum indignatione iratus Pompejus Aristobulum inclusum dabat in custodiam, atque ad urbem profectus, circumspiciebat qua ex parte eam invaderet; nam et murorum ejus firmitatem expugnatu difficilem videbat, et vallem pro mœnibus horribilem, fanumque intra ipsam quam munitissimum, adeo ut capta urbe illud alterum hostibus esset perfugium.

2. Dum autem diu multumque secum dubitaret incidit civitati seditio, Aristobuli quidem factione bellum geri postulante regemque liberari, qui vero Hyrcano favebant, Pompejo portas aperiri. Metus autem horum numerum augebat, præsertim cum respicerent ad Romanorum in rebus suo loco agendis peritiam. Denique victa pars Aristobuli concessit in templum, et, ponte quo civitati jungebatur abscisso, sese pararunt ut vim ad extremum sustinerent. Ceteris autem Romanos in urbem recipientibus, eisque regiam tradentibus, ad eam unum e ducibus suis Pisonem mittit Pompejus cum militibus : qui præsidiis per civitatem dispositis, postquam nemini eorum qui in fanum confugerant pacem persuadere poterat, quæcunque circum erant oppugnationi parabat, Hyrcanum habens sociosque ejus consilia et ministeria studiose ei subservientes.

3. Ipse vero a parte septemtrionali fossam vallemque omnem complebat, materia a militibus comportata. Difficile autem erat replere, quum ob immensam profunditatem, tum quod Judæi desuper modis omnibus eos repellerent. Nec Romanis labor successisset, nisi Pompejus septimis diebus observatis, quibus ab omni opere religionis ergo manus abstinent Judæi, aggerem ad fastigium perduxisset, militibus a pugna conserenda inhibitis. Nam a solo corpore etiam sabbatis vim propulsant. Igitur jam valle repleta, quum turres excelsas aggeri imposuisset, et admovisset machinas a Tyro allatas, mœnia tentabat. Lapidum autem jaculatores eos repellebant, qui in alto positi Romanos a conatu prohiberent : turres vero ad eam partem quam diutissime resistebant, magnitudine pariter ac pulchritudine insignes.

4. Tum scilicet Pompejo, quum multum defatigarentur Romani, subiit mirari inter alia Judæorum animi fortitudinem, et præcipue quod nihil de sacro cultu media inter tela versantes remiserint. Nam, ac si in pace profunda fuisset civitas, et quotidiana sacrificia et lustrationes, omnisque cultus accurate admodum peractus erat, nec, quum capto fano ad aram quotidie trucidarentur, legitimis religionis muneribus abstinuerunt. Nam obsidionis mense tertio, quum vix unam de turribus dejecissent, in fanum

καταρρίψαντες εἰσέπιπτον εἰς τὸ ἱερόν. Ὁ δὲ πρῶτος ὑπερβῆναι τολμήσας τὸ τεῖχος Σύλλα παῖς ἦν Φαῦστος Κορνήλιος· καὶ μετ' αὐτὸν ἑκατοντάρχαι δύο, Φούριος καὶ Φάβιος. Εἵπετο δὲ ἑκάστῳ τὸ ἴδιον στῖφος, καὶ περισχόντες πανταχῇ τοὺς Ἰουδαίους, ἔκτεινον, οὓς μὲν τῷ ναῷ προσφεύγοντας, οὓς δὲ ἀμυνομένους πρὸς ὀλίγον.

ε'. Ἔνθα πολλοὶ τῶν ἱερέων, ξιφήρεις τοὺς πολεμίους ἐπιόντας βλέποντες, ἀθορύβως ἐπὶ τῆς θρησκείας ἔμειναν· σπένδοντες δὲ καὶ θυμιῶντες ἀπεσφάττοντο, καὶ τῆς πρὸς τὸ θεῖον θεραπείας ἐν δευτέρῳ τὴν σωτηρίαν τιθέμενοι. Πλεῖστοι δ' ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων ἀντιστασιαστῶν ἀνῃροῦντο, καὶ κατὰ τῶν κρημνῶν ἐρρίπτουν ἑαυτοὺς ἄπειροι· καὶ τὰ περὶ τὸ τεῖχος δ' ἔνιοι, μανιῶντες ἐν ταῖς ἀμηχανίαις, ὑπέπρησαν καὶ συγκαταφλέγονται. Ἰουδαίων μὲν οὖν ἀνῃρέθησαν μύριοι καὶ δισχίλιοι, Ῥωμαίων δὲ ὀλίγοι μὲν πάνυ νεκροί, τραυματίαι δ' ἐγένοντο πλείους.

ϛ'. Οὐδὲν δ' οὕτως ἐν ταῖς τότε συμφοραῖς καθήψατο τοῦ ἔθνους, ὡς τὸ τέως ἀόρατον ἅγιον ἐκκαλυφθὲν ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων. Παρελθὼν γοῦν σὺν τοῖς περὶ αὐτὸν ὁ Πομπήιος εἰς τὸν ναόν, ἔνθα μόνῳ θεμιτὸν ἦν παριέναι τῷ ἀρχιερεῖ, τὰ ἔνδον ἐθεάσατο, λυχνίαν τε καὶ λύχνους καὶ τράπεζαν καὶ σπονδεῖα καὶ θυμιατήρια, ὁλόχρυσα πάντα, πλῆθός τε ἀρωμάτων σεσωρευμένων, καὶ τῶν ἱερῶν χρημάτων εἰς τάλαντα δισχίλια. Οὔτε δὲ τούτων οὔτ' ἄλλου τινὸς τῶν ἱερῶν κειμηλίων ἥψατο, ἀλλὰ καὶ μετὰ μίαν τῆς ἁλώσεως ἡμέραν καθᾶραί τε τὸ ἱερὸν τοῖς νεωκόροις ἐκέλευσε καὶ τὰς ἐξ ἔθους ἐπιτελεῖν θυσίας, αὖθις ἀποδείξας Ὑρκανὸν ἀρχιερέα, τά τε ἄλλα προθυμότατον ἑαυτὸν ἐν τῇ πολιορκίᾳ παρασχόντα, καὶ διότι τὸ κατὰ τὴν χώραν πλῆθος ἀπέστησεν Ἀριστοβούλου συμπολεμεῖν ὡρμημένον. Ἐκ τούτου, ὅπερ ἦν προσῆκον ἀγαθῷ στρατηγῷ, τὸν λαὸν εὐνοίᾳ πλέον ἢ δέει προσηγάγετο. Ἐν δὲ τοῖς αἰχμαλώτοις ἐλήφθη καὶ ὁ Ἀριστοβούλου πενθερός, ὁ δ' αὐτὸς ἦν καὶ θεῖος αὐτῷ. Καὶ τοὺς μὲν αἰτιωτάτους τοῦ πολέμου πελέκει κολάζει· Φαῦστον δὲ καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ γενναίως ἀγωνισαμένους λαμπροῖς ἀριστείοις δωρησάμενος, τῇ τε χώρᾳ καὶ τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπιτάττει φόρον.

ζ'. Ἀφελόμενος δὲ τοῦ ἔθνους καὶ τὰς ἐν Κοίλῃ Συρίᾳ πόλεις ὅσας εἷλεν, ὑπέταξε τῷ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Ῥωμαίων στρατηγῷ κατατεταγμένῳ καὶ τοῖς ἰδίοις ὅροις περιέκλεισεν. Ἀνακτίζει δὲ καὶ Γάδαρα, ὑπὸ Ἰουδαίων κατεστραμμένην, Γαδαρίτῃ τινὶ τῶν ἰδίων ἀπελευθέρων Δημητρίῳ χαριζόμενος. Ἠλευθέρωσε δ' ἀπ' αὐτῶν καὶ τὰς ἐν τῇ μεσογείῳ πόλεις, ὅσας μὴ φθάσαντες κατέσκαψαν, Ἵππον, Σκυθόπολίν τε καὶ Πέλλαν, καὶ Σαμάρειαν καὶ Μάρισσαν, πρὸς αἷς Ἄζωτον, καὶ Ἰάμνειαν καὶ Ἀρέθουσαν, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς παραλίους, Γάζαν, Ἰόπην, Δῶρα, καὶ τὴν πάλαι μὲν Στράτωνος πύργον καλουμένην, ὕστερον δὲ μετακτισθεῖσαν ὑφ' Ἡρώδου βασιλέως λαμπροτάτοις κατα-

irruptum est. Primus autem murum transilire ausus est Faustus Cornelius Sullæ filius, et post eum centuriones duo, Furius et Fabius. Singulos autem sequebatur sua militum cohors, et Judæos undique conclusos occidebant, alios quidem ad fanum confugientes, alios vero paullisper resistentes.

5. Tum multi sacerdotum, quum hostes strictis gladiis irruentes viderent, intrepide in sacris peragendis manserunt; et, dum libarent thusque adolerent, mactabantur, suæ etiam saluti præferentes religionem erga Deum. Plurimi autem e gentilibus suis partis adversæ interempti erant, et innumeri sese per præcipitia dejiciebant; nonnullique, ex difficultatibus in insaniam acti, quæ circa murum erant succenderunt, ipsique combusti sunt. Atque Judæorum quidem ad duodecim millia occubuerunt, Romanorum vero perpauci, aliquammulti tamen sauciati erant.

6. Nihil autem gravius in illa clade Judæorum genti accidit quam quod locus sanctus antea oculis inaccessus ab alienigenis patefactus esset. Pompejus quippe cum iis quos secum habuit, templum ingressus, quo soli pontifici penetrare fas est, quæ intus erant, candelabrum cum lychnis et mensam et vasa libatoria et thuribula, ex auro omnia, spectavit, et multitudinem aromatum congestorum, et sacram pecuniam ad duo millia talentorum. Neque tamen ista vel aliud quicquam de sacra supellectile attigit, sed et fanum postridie quam captum esset, purgare jussit æditLos, et sacra solennia celebrare, quum Hyrcanum iterum pontificem declarasset, quod tum ad alia semet in obsidione promptissimum præstitisset, tum magnam regionis incolarum multitudinem ad defectionem ab Aristobulo perpulisset, quæ una cum illo militatum ire properaret. Qua re fiebat ut, sicuti bonum imperatorem deceret, populum benevolentia potius quam timore sibi conciliarit. Comprehensus autem est inter captivos etiam Aristobuli socer, qui et ipse ei patruus. Et illos quidem, qui maxime belli auctores exstiterant, securi percussit: Fausto vero iisque qui una cum eo fortiter pugnaverant, præclara præmia persolvit, regionique et Hierosolymis tributum imperat.

7. Quum autem genti abstulisset etiam quas in Cœle-Syria ceperat civitates, illi, qui tunc temporis constitutus erat Romanorum legatus, eam subjecit, intraque suos fines conclusit. Instauravit autem, in gratiam cujusdam e libertis suis Demetrii Gadarensis, etiam Gadara, a Judæis eversa. Mediterraneas præterea civitates ab eorum imperio liberavit, quotquot jam ante non exciderant, Hippum, Scythopolimque et Pellam et Samariam et Marissam, itemque Azotum et Iamniam, et Arethusam, similiter et maritimas, Gazam, Jopen, Dora, et quæ olim quidem Stratonis turris vocabatur, postea vero, alium in modum splendide et magnifice ab Herode rege ædificata, mutato nomine

σκευάσμασι καὶ μετονομασθεῖσαν Καισάρειαν. Ἃς πάσας τοῖς γνησίοις ἀποδοὺς πολίταις κατέταξεν εἰς τὴν Συριακὴν ἐπαρχίαν. Παραδοὺς δὲ ταύτην τε καὶ τὴν Ἰουδαίαν καὶ τὰ μέχρις Αἰγύπτου καὶ Εὐφράτου Σκαύρῳ διέπειν, καὶ δύο τῶν ταγμάτων, αὐτὸς διὰ Κιλικίας εἰς Ῥώμην ἠπείγετο, τὸν Ἀριστόβουλον ἄγων μετὰ τῆς γενεᾶς αἰχμάλωτον. Δύο δ' ἦσαν αὐτῷ θυγατέρες καὶ δύο υἱεῖς, ὧν ὁ ἕτερος μὲν Ἀλέξανδρος ἐκ τῆς ὁδοῦ διαδιδράσκει, σὺν δὲ ταῖς ἀδελφαῖς ὁ νεώτερος Ἀντίγονος εἰς Ῥώμην ἐκομίζετο.

ΚΕΦ. Η'.

Κἀν τούτῳ Σκαῦρος εἰς τὴν Ἀραβίαν ἐμβαλὼν, τῆς μὲν Πέτρας εἴργετο ταῖς δυσχωρίαις· ἐπόρθει δὲ καὶ τὰ περὶ Πέλλαν, κἀν τούτῳ δὲ κακοπαθῶν. Ἐλίμωττε γὰρ ἡ στρατιὰ, καὶ πρὸς τοῦτο Ὑρκανὸς ἐπεβοήθει δι' Ἀντιπάτρου τἀπιτήδεια πέμπων, ὃν καὶ καθίησι Σκαῦρος ὄντα συνήθη πρὸς Ἀρέταν, ὅπως ἐπὶ χρήμασι διαλύσαιτο τὸν πόλεμον. Πείθεται δ' ὁ Ἄραψ τριακόσια δοῦναι τάλαντα, κἀπὶ τούτοις Σκαῦρος ἐξῆγε τῆς Ἀραβίας δύναμιν.

β'. Ὁ δ' ἀποδρὰς τῶν Ἀριστοβούλου παίδων Πομπήιον Ἀλέξανδρος, χρόνῳ συναγαγὼν χεῖρα συχνὴν, βαρὺς ἦν Ὑρκανῷ, καὶ τὴν Ἰουδαίαν κατέτρεχεν· ἐδόκει δ' ἂν ταχέως καταλῦσαι αὐτὸν, ὅς γε ἤδη καὶ τὸ καταρριφθὲν ὑπὸ Πομπηίου τεῖχος ἐν Ἱεροσολύμοις ἀνακτίζειν ἐθάρρει προσελθὼν, εἰ μὴ Γαβίνιος εἰς Συρίαν πεμφθεὶς Σκαύρου διάδοχος τά τε ἄλλα γενναῖον ἀπέδειξεν ἑαυτὸν ἐν πολλοῖς καὶ ἐπ' Ἀλέξανδρον ὥρμησεν. Ὁ δὲ δείσας πρὸς τὴν ἔφοδον δύναμίν τε πλείω συνέλεγεν, ὡς γενέσθαι μυρίους μὲν ὁπλίτας, χιλίους δὲ καὶ πεντακοσίους ἱππεῖς, καὶ τὰ ἐπιτήδεια τῶν χωρίων ἐτείχιζεν, Ἀλεξάνδρειόν τε καὶ Ὑρκάνειον καὶ Μαχαιροῦντα πρὸς τοῖς Ἀραβίοις ὄρεσι.

γ'. Γαβίνιος δὲ μετὰ μέρους τῆς στρατιᾶς Μάρκον Ἀντώνιον προπέμψας αὐτὸς εἵπετο τὴν ὅλην ἔχων δύναμιν. Οἱ δὲ περὶ Ἀντίπατρον ἐπίλεκτοι, καὶ τὸ ἄλλο τάγμα τῶν Ἰουδαίων, ὧν Μάλιχος ἦρχε καὶ Πειθόλαος, συμμίξαντες τοῖς περὶ Μάρκον Ἀντώνιον ἡγεμόσιν, ὑπήντων Ἀλεξάνδρῳ. Καὶ μετ' οὐ πολὺ παρῆν ἅμα τῇ φάλαγγι Γαβίνιος. Ἑνουμένην δὲ τὴν τῶν πολεμίων δύναμιν οὐχ ὑπομείνας Ἀλέξανδρος ἀνεχώρει, καὶ πλησίον ἤδη Ἱεροσολύμων γενόμενος ἀναγκάζεται συμβαλεῖν, καὶ κατὰ τὴν μάχην ἑξακισχιλίους ἀποβαλὼν, ὧν τρισχίλιοι μὲν ἔπεσον, τρισχίλιοι δὲ ἐζωγρήθησαν, φεύγει σὺν τοῖς καταλειφθεῖσιν εἰς Ἀλεξάνδρειον.

δ. Γαβίνιος δὲ πρὸς τὸ Ἀλεξάνδρειον ἐλθὼν, ἐπειδὴ πολλοὺς εὗρεν ἐστρατοπεδευμένους, ἐπειρᾶτο συγγνώμης ὑποσχέσει περὶ τῶν ἡμαρτημένων πρὸ μάχης αὐτοὺς προσαγαγέσθαι. Μηδὲν δὲ μέτριον φρονούντων ἀποκτείνας πολλοὺς, τοὺς λοιποὺς κατέκλεισεν εἰς τὸ ἔρυμα. Κατὰ ταύτην ἀριστεύει τὴν μάχην ὁ ἡγεμὼν Μάρκος Ἀντώνιος, πανταχοῦ μὲν γενναῖος ἀεὶ

Cæsarea appellata est. Quas omnes, civibus indigenis redditas, provinciæ Syriæ attribuit. Quum autem et istam et Judæam, et cuncta ad Ægyptum usque et Euphratem Scauro, qui eas regeret, tradidisset, cum duabus legionibus ipse via Ciliciæ Romam contendebat, captivum ducens Aristobulum cum sua prole. Erant autem ei filiæ duæ, totidemque filii : quorum alter quidem Alexander, dum iter facerent, aufugit; junior vero Antigonus cum suis sororibus Romam deportabatur.

CAP. VIII.

Interea Scaurus, in Arabiam ingressus, Petram quidem ne accederet locorum difficultate prohibetur : quæ vero circa Pellam erant depopulabantur; in hoc tamen malis conflictatur. Nam exercitus fame laborabat : atque ad eam levandam conferebat Hyrcanus, per Antipatrum mittens necessaria; quem etiam ad Aretam, quasi familiarem, delegat Scaurus, ut pecunia ille pacem ab ipso redimeret. Atque persuasum est Arabi, ut trecenta daret talenta : et his conditionibus Scaurus ex Arabia exercitum educebat.

2. Alexander autem, qui ex Aristobuli liberis e Pompeji manibus elapsus erat, progressu temporis magno exercitu coacto, infestus erat Hyrcano, et Judæam incursabat; et celeriter eum deturbaturus esse videbatur, qui jam Hierosolyma accedens dejectum a Pompejo murum instaurare audebat, nisi Gabinius, Scauri successor missus in Syriam, tum in multis aliis rebus præclare se fortiterque gessisset, tum in Alexandrum expeditionem fecisset. Hujus autem adventu ille perterritus, militum etiam numerum ita augebat, ut facti essent decies mille pedites, et mille quingenti equites; et loca opportuna muris muniebat, Alexandriumque et Hyrcanium, et Machærunta apud montes Arabiæ.

3. Atqui Gabinius, Antonio cum parte copiarum parte præmisso, ipse cum toto exercitu sequebatur. Delecti autem Antipatri comites, aliaque Judæorum manus, quibus præerant Malichus et Pitholaus, quum sese Marci Antonii ducibus junxissent, obviam ibant Alexandro; et non multo post una cum gravi armatura aderat Gabinius. Verum Alexander, quod hostium copias in unum collatas sustinere non poterat, discedit; quumque Hierosolymis appropinquaret, coactus est prælio decertare, acieque sex millibus amissis, quorum tria quidem millia ceciderunt. tria vero millia capta sunt, cum reliquis fugit in Alexandrium.

4. Gabinius autem ubi Alexandrium venit, quum multos castra metatos esse deprehendisset, promissa delictorum venia conabatur eos ante prælium ad se pertrahere. Quum autem illi nihil mediocre sentirent, plerisque interfectis, reliquos in castellum conclusit. In hoc prælio strenue se gessit dux Marcus Antonius, qui quidem ubique fortis ap-

φανεὶς, οὐδαμοῦ δ' οὕτως. Γαβίνιος δὲ, τοὺς ἐξαιρήσοντας τὸ φρούριον καταλιπὼν, αὐτὸς ἀπῄει, τὰς μὲν ἀπορθήτους πόλεις καθιστάμενος, τὰς δὲ κατεστραμμένας ἀνακτίζων. Συνεπολίσθησαν γοῦν, τούτου κελεύσαντος, Σκυθόπολίς τε καὶ Σαμάρεια καὶ Ἀνθηδὼν καὶ Ἀπολλωνία καὶ Ἰάμνεια καὶ Ῥαφία καὶ Μάρισσά τε καὶ Ἀδώρεος, καὶ Γάμαλα καὶ Ἄζωτος, ἄλλαι τε πολλαὶ, τῶν οἰκητόρων ἀσμένως ἐφ' ἑκάστην συνθεόντων.

ε'. Μετὰ δὲ τὴν τούτων ἐπιμέλειαν ἐπανελθὼν πρὸς τὸ Ἀλεξάνδρειον, ἐπέρρωσε τὴν πολιορκίαν· ὥστε Ἀλέξανδρος, ἀπογνοὺς περὶ τῶν ὅλων, ἐπικηρυκεύεται πρὸς αὐτὸν, συγγνωσθῆναί τε τῶν ἡμαρτημένων δεόμενος καὶ τὰ συμμένοντα φρούρια παραδιδοὺς, Ὑρκάνειον καὶ Μαχαιροῦντα· αὖθις δὲ καὶ τὸ Ἀλεξάνδρειον ἐνεχείρισεν. Ἃ πάντα Γαβίνιος, ἐναγούσης τῆς Ἀλεξάνδρου μητρὸς, κατέσκαψεν, ὡς μὴ πάλιν ὁρμητήριον γένοιτο δευτέρου πολέμου. Παρῆν δὲ μειλισσομένη τὸν Γαβίνιον κατὰ δέος τῶν ἐπὶ τῆς Ῥώμης αἰχμαλώτων, τοῦ τε ἀνδρὸς καὶ τῶν ἄλλων τέκνων. Μετὰ δὲ ταῦτα εἰς Ἱεροσόλυμα Γαβίνιος Ὑρκανὸν καταγαγὼν, καὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ παραδοὺς κηδεμονίαν αὐτῷ, καθίστησι τὴν ἄλλην πολιτείαν ἐπὶ προστασίᾳ τῶν ἀρίστων· διεῖλε δὲ πᾶν τὸ ἔθνος εἰς πέντε συνόδους τὸ μὲν Ἱεροσολύμοις προστάξας, τὸ δὲ Γαδάροις, οἱ δ' ἵνα συντελῶσιν εἰς Ἀμαθοῦντα, τὸ δὲ τέταρτον εἰς Ἱεριχοῦντα κεκλήρωτο, καὶ τῷ πέμπτῳ Σέπφωρις ἀπεδείχθη πόλις τῆς Γαλιλαίας. Ἀσμένως δὲ τῆς ἐξ ἑνὸς ἐπικρατείας ἐλευθερωθέντες, τὸ λοιπὸν ἀριστοκρατίᾳ διῳκοῦντο.

ϛ'. Μετ' οὐ πολύ γε μὴν αὐτοῖς ἀρχὴ γίνεται θορύβων Ἀριστόβουλος, ἀποδρὰς ἐκ Ῥώμης, ὃς αὖθις πολλοὺς Ἰουδαίων ἐπισυνίστη, τοὺς μὲν ἐπιθυμοῦντας μεταβολῆς, τοὺς δ' ἀγαπῶντας αὐτὸν πάλαι. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον καταλαβόμενος τὸ Ἀλεξάνδρειον ἀνατειχίζειν ἐπειρᾶτο. Ὡς δὲ Γαβίνιος ὑπὸ Σισέννᾳ καὶ Ἀντωνίῳ καὶ Σερουϊλίῳ στρατιὰν ἔπεμψεν ἐπ' αὐτὸν, γνοὺς ἀνεχώρει ἐπὶ Μαχαιροῦντος· καὶ τὸν μὲν ἄχρηστον ὄχλον ἀπεφορτίσατο, μόνους δ' ἐπήγετο τοὺς ὡπλισμένους, ὄντας εἰς ὀκτακισχιλίους, ἐν οἷς καὶ Πειθόλαος ἦν ὁ ἐξ Ἱεροσολύμων ὑποστράτηγος αὐτομολήσας μετὰ χιλίων· Ῥωμαῖοι δ' ἐπηκολούθουν, καὶ γενομένης συμβολῆς μέχρι πολλοῦ μὲν οἱ περὶ τὸν Ἀριστόβουλον διεκαρτέρουν γενναίως ἀγωνιζόμενοι· τέλος δὲ βιασθέντες ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων πίπτουσι μὲν πεντακισχίλιοι, περὶ δὲ δισχιλίους ἀνέφυγον εἴς τινα λόφον, οἱ δὲ λοιποὶ χίλιοι σὺν Ἀριστοβούλῳ, διακόψαντες τὴν φάλαγγα τῶν Ῥωμαίων, εἰς Μαχαιροῦντα συνελαύνονται. Ἔνθα δὴ τὴν πρώτην ἑσπέραν ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐρειπίοις ἐναυλισάμενος, ἐν ἐλπίσι μὲν ἦν ἄλλην συναθροίσειν δύναμιν, ἀνοχὴν τοῦ πολέμου διδόντος, καὶ τὸ φρούριον κακῶς ὠχύρου. Προσπεσόντων δὲ Ῥωμαίων, ἐπὶ δύο ἡμέρας ἀντισχὼν ὑπὲρ δύναμιν, ἁλίσκεται, καὶ μετ' Ἀντιγόνου τοῦ παιδὸς, ὃς ἀπὸ Ῥώμης αὐτῷ συναπέδρα, δεσμώ-

paruit, ita vero nusquam. Tum Gabinius, relictis qui castellum expugnarent, ipse discessit, et urbes quidem non vastatas in meliorem statum redigit, subversas vero instaurat. Itaque jussu ejus habitari cœperunt Scythopolisque et Samaria, et Anthedon, et Apollonia, et Iamnia, et Raphia, itemque Marissa et Adoreus, et Gamala, et Azotus, aliæque multæ, incolis libenter admodum in eas confluentibus.

5. Postquam vero ista ita curaverat, reversus ad Alexandrium urgebat obsidionem, adeo ut Alexander, desperans rebus suis omnibus, legatos ad eum mitteret, et peccatorum veniam petens, et de castellis quæ permanebant tradens Hyrcanium et Machæruntem. Postea etiam Alexandrium ei dedidit. Quæ omnia Gabinius funditus eruit, id suadente Alexandri matre, ne iterum sedes alterius belli fierent. Aderat autem, ut Gabinium obsequiis emolliret, viro suo ceterisque liberis Romæ captivis metuens. At post hæc Gabinius, Hyrcano Hierosolyma deducto, eique fani cura mandata, reliquum reipublicæ ita constituit, ut optimates rebus præessent: omnemque gentem in conventus divisit, edixitque ut una pars Hierosolymis, Gadaris altera, aliique ad Amathuntem convenirent, quarta vero pars Hierichuntem sortita est, quintæque Sepphoris Galilææ civitas assignata est. Atque libenter unius dominatione liberati in posterum ab optimatibus regebantur.

6. Ceterum non multo post illis tumultus creat Aristobulus, Roma elapsus, qui multos Judæorum rursus coegit, partim quidem qui mutationis cupidi erant, partim vero qui illum olim dilexerant. Et primum quidem Alexandrio occupato, id reficere tentabat. Ubi autem Gabinius adversus eum misit exercitum, ducibus Sisenna et Antonio et Servilio, ea re cognita in Machæruntem concedit: et turbam quidem inutilem excussit, solos vero armatos secum ducebat, ad octo fere millia, in quibus et Pitholaus erat, qui Hierosolymis legatus cum mille hominibus ad eum perfugit. Romani autem sequebantur, commissoque prælio, aliquamdiu cum suis Aristobulus fortiter dimicando perseverabat: at tandem vi Romanorum subacti ad quinque millia ceciderunt, et duo circiter millia in tumulum quendam confugerunt; mille vero reliqui cum Aristobulo, perrupta Romanorum acie, in Machæruntem se recipere coacti sunt. Ubi rex, quum in ruinis prima vespera tetendisset, fore sperabat ut alias copias, cessante aliquantisper bello, contraheret; et castellum male muniebat. Impressionem vero facientibus Romanis, quum duos dies supra vires restitisset, captus, et cum Antigono filio, qui simul Roma profugerat, vinctus ad Gabinium adductus est,

της ἐπὶ Γαβίνιον ἀνήχθη, καὶ ἀπὸ Γαβινίου πάλιν εἰς Ῥώμην. Τοῦτον μὲν οὖν ἡ σύγκλητος εἶρξε, τὰ τέκνα δ' αὐτοῦ διῆγεν εἰς Ἰουδαίαν, Γαβινίου δι' ἐπιστολῶν δηλώσαντος τῇ Ἀριστοβούλου γυναικὶ τοῦτο ἀντὶ τῆς παραδόσεως τῶν ἐρυμάτων ὡμολογηκέναι.

ζ'. Γαβινίῳ δ' ἐπὶ Πάρθους ὡρμημένῳ στρατεύειν γίνεται Πτολεμαῖος ἐμπόδιον· ὃν, ὑποστρέψας ἀπ' Εὐφράτου, κατῆγεν εἰς Αἴγυπτον, ἐπιτηδείοις εἰς ἅπαντα χρώμενος κατὰ τὴν στρατιὰν Ὑρκανῷ καὶ Ἀντιπάτρῳ. Καὶ γὰρ χρήματα καὶ ὅπλα καὶ σῖτον καὶ ἐπικούρους ὁ Ἀντίπατρος προσῆγε· καὶ τοὺς ταύτῃ Ἰουδαίους, φρουροῦντας τὰς κατὰ τὸ Πηλούσιον ἐμβολὰς, παρεᾶσαι Γαβίνιον ἔπεισε. Τῆς δ' ἄλλης Συρίας πρὸς τὸν Γαβινίου χωρισμὸν κινηθείσης, καὶ Ἰουδαίους πάλιν ἀπέστησεν Ἀλέξανδρος ὁ Ἀριστοβούλου· μεγίστην δὲ συγκροτήσας δύναμιν ὥρμητο πάντας τοὺς κατὰ τὴν χώραν Ῥωμαίους ἀνελεῖν. Πρὸς ὃ Γαβίνιος δείσας (ἤδη δὲ παρῆν ἀπ' Αἰγύπτου τοῖς τῇδε θορύβοις ἠπειγμένος) ἐπί τινας μὲν τῶν ἀφεστώτων Ἀντίπατρον προπέμψας μετέπεισε. Συνέμενον δὲ Ἀλεξάνδρῳ τρεῖς μυριάδες, κἀκεῖνος ὥρμητο πολεμεῖν· οὕτως ἔξεισι πρὸς μάχην· ὑπήντων δ' οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ συμβαλόντων περὶ τὸ Ἰταβύριον ὄρος, μύριοι μὲν ἀναιροῦνται, τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος ἐσκεδάσθη φυγῇ. Καὶ Γαβίνιος ἐλθὼν εἰς Ἱεροσόλυμα πρὸς τὸ Ἀντιπάτρου βούλημα κατεστήσατο τὴν πολιτείαν. Ἔνθεν ὁρμήσας Ναβαταίων τε μάχῃ κρατεῖ καὶ Μιθραδάτην καὶ Ὀρσάνην φυγόντας ἐκ Πάρθων κρύφα μὲν ἀπέπεμψε, παρὰ δὲ τοῖς στρατιώταις ἔλεγεν ἀποδρᾶναι.

η'. Κἀν τούτῳ Κράσσος αὐτῷ διάδοχος ἐλθὼν παραλαμβάνει Συρίαν. Οὗτος εἰς τὴν ἐπὶ Πάρθους στρατείαν τόν τε ἄλλον τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ναοῦ χρυσὸν πάντα περιεῖλε, καὶ τὰ δισχίλια τάλαντα ἦρεν, ὧν ἀπέσχετο Πομπήιος. Διαβὰς δὲ τὸν Εὐφράτην αὐτός τε ἀπώλετο καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ. Περὶ ὧν οὐ νῦν καιρὸς λέγειν.

θ'. Πάρθους δὲ μετὰ τὸν Κράσσον ἐπιδιαβαίνειν εἰς Συρίαν ὡρμημένους ἀνέκοπτε Κάσσιος εἰς τὴν ἐπαρχίαν διαφυγών. Περιποιησάμενος δ' αὐτὴν ἐπὶ Ἰουδαίαν ἠπείγετο· καὶ Ταριχέας μὲν ἑλὼν, εἰς τρισμυρίους Ἰουδαίων ἀνδραποδίζεται. Κτείνει δὲ καὶ Πειθόλαον, τοὺς Ἀριστοβούλου στασιαστὰς ἐπισυνιστάντα· τοῦ φόνου δὲ ἦν σύμβουλος Ἀντίπατρος. Τούτῳ γήμαντι γυναῖκα τῶν ἐπισήμων ἐξ Ἀραβίας, Κύπρον τοὔνομα, τέσσαρες μὲν υἱεῖς γίγνονται, Φασάηλος, καὶ ὁ βασιλεὺς αὖθις Ἡρώδης, πρὸς οἷς Ἰώσηπος καὶ Φερώρας καὶ Σαλώμη θυγάτηρ. Ἐξοικειούμενος δὲ τοὺς πανταχοῦ δυνατοὺς φιλίαις τε καὶ ξενίαις, μάλιστα προσηγάγετο τὸν Ἀράβων βασιλέα διὰ τὴν ἐπιγαμίαν· κἀπειδὴ τὸν πρὸς Ἀριστόβουλον ἀνείλετο πόλεμον, ἐκείνῳ παρακαταθήκην ἔπεμψε τὰ τέκνα. Κάσσιος δὲ, κατὰ συνθήκας ἡσυχάζειν Ἀλέξανδρον ἀναγκάσας, ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ὑπέστρεψε, Πάρθους διαβαίνειν ἀνείρξων· περὶ ὧν ἐν ἑτέροις ἐροῦμεν.

iterumque Romam a Gabinio. Et hunc quidem senatus in carcerem inclusit, ejus vero liberos in Judæam transmittebat, propterea quod Gabinius literis significarat, id se Aristobuli conjugi pro traditione castellorum spopondisse.

7. Gabinio autem, quum bellum Parthis inferre properaret, impedimento erat Ptolemæus; quem, reversus ab Euphrate, in Ægyptum reducebat, Hyrcano et Antipatro usus ad necessaria omnia in expeditionem suppeditanda. Nam et pecunias et arma et frumentum et auxilia ad eum adducebat Antipater: et Judæis in ea parte, qui custodes erant aditum juxta Pelusium, transmittere Gabinium persuasit. Quum autem reliqua Syria ad discessum Gabinii commota esset, Judæos etiam iterum ad defectionem impulit Alexander Aristobuli filius, maximisque conflatis copiis, omnes in ea regione Romanos perimendi impetum cepit. Quam rem Gabinius veritus (jam enim ex Ægypto redierat eo turbis istis impulsus) ad quosdam e defectoribus præmisso Antipatro, in contrariam sententiam eos adduxit. Verum cum Alexandro manserunt triginta millia, et ille bellandi desiderio tenebatur: adeoque ad pugnam egreditur. Atque obviam ibant Judæi, et apud montem Itabyrium congressi ad decem quidem millia sternuntur; cetera vero multitudo fuga dissipata erat. Et Gabinius Hierosolyma profectus ex Antipatri sententia rerum statum ordinavit. Hinc digressus et Nabatæos prælio superat, et Mithradatem et Orsanen Parthorum perfugas clam quidem dimittit, militibus vero dicebat quod aufugerint.

8. Interea Crassus, qui venerat ut ei succederet, Syriam regendam suscipit. Ille in Parthicam expeditionem et omne aliud aurum in templo Hierosolymitano abstulit, et duo millia talentorum, a quibus abstinuerat Pompejus. Euphraten vero quum trajecisset, et ipse periit et exercitus ejus. De quibus nunc non est narrandi tempus.

9. Post Crassum autem Parthos in Syriam transgredi properantes inhibuit Cassius, qui in istam provinciam se fuga receperat. Ea autem occupata in Judæam festinabat; quumque Taricheas cepisset, Judæorum triginta circiter millia in servitium abducit. Etiam Pitholaum interficit, seditionis cum Aristobulo participes colligentem: necis vero ejus suasor erat Antipater. Huic autem, qui uxorem duxerat ex nobili quadam Arabiæ familia, nomine Cypron, quattuor nascuntur liberi, Phasaelus, et Herodes, postea rex, et præter hos Josephus et Pheroras et filia Salome. Quum autem omnes, qui ubique potentes essent, sibi conciliaret amicitia et hospitalitate, potissimum affinitate devinxit Arabum regem; et postquam adversus Aristobulum bellum susceperat, liberos ei, apud quem deponerentur, misit. At Cassius, quum Alexandrum pactionibus ad quiescendum adegisset, ad Euphraten reversus est, Parthos transitu prohibiturus: de quibus alibi dicemus.

ΚΕΦ. Θ'.

Καῖσαρ δὲ Πομπηίου καὶ τῆς συγκλήτου φυγόντων ὑπὲρ τὸν Ἰόνιον, Ῥώμης καὶ τῶν ὅλων κρατήσας, ἀνίησι μὲν τῶν δεσμῶν τὸν Ἀριστόβουλον· παραδοὺς δ' αὐτῷ δύο τάγματα, κατὰ τάχος ἔπεμψεν εἰς Συρίαν, ταύτην τε ῥᾳδίως ἐλπίσας καὶ τὰ περὶ τὴν Ἰουδαίαν δι' αὐτοῦ προσάξεσθαι. Φθάνει δὲ ὁ φθόνος καὶ τὴν Ἀριστοβούλου προθυμίαν καὶ τὰς Καίσαρος ἐλπίδας. Φαρμάκῳ γοῦν ἀναιρεθεὶς ὑπὸ τῶν τὰ Πομπηίου φρονούντων, μέχρι πολλοῦ μὲν οὐδὲ ταφῆς ἐν τῇ πατρῴᾳ χώρᾳ μετεῖχεν· ἔκειτο δ' ἐν μέλιτι συντηρούμενος ὁ νεκρὸς αὐτοῦ, ἕως ὑπ' Ἀντωνίου Ἰουδαίοις ἐπέμφθη, τοῖς βασιλικοῖς μνημείοις ἐνταφησόμενος.

β'. Ἀναιρεῖται δὲ καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀλέξανδρος πελέκει ὑπὸ Σκιπίωνος ἐν Ἀντιοχείᾳ, Πομπηίου τοῦτ' ἐπιστείλαντος καὶ γενομένης κατηγορίας πρὸ τοῦ βήματος ὧν Ῥωμαίους ἔβλαψε. Τοὺς δ' ἀδελφοὺς αὐτοῦ Πτολεμαῖος ὁ Μενναίου παραλαβών, ὃς ἐκράτει τῆς ὑπὸ τῷ Λιβάνῳ Χαλκίδος, Φιλιππίωνα τὸν υἱὸν ἐπ' αὐτοὺς εἰς Ἀσκάλωνα πέμπει. Κἀκεῖνος ἀποσπάσας τῆς Ἀριστοβούλου γυναικὸς Ἀντίγονον, καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ πρὸς τὸν πατέρα ἀνήγαγεν. Ἁλοὺς δ' ἔρωτι γαμεῖ τὴν νεωτέραν, καὶ μετὰ ταῦθ' ὑπὸ τοῦ πατρὸς δι' αὐτὴν κτείνεται· γαμεῖ γὰρ Πτολεμαῖος τὴν Ἀλεξάνδραν, ἀνελὼν τὸν υἱόν, καὶ διὰ τὸν γάμον κηδεμονικώτερος ἦν πρὸς τοὺς αὐτῆς ἀδελφούς.

γ'. Ἀντίπατρος δὲ μετὰ τὴν Πομπηίου τελευτὴν μεταβὰς ἐθεράπευε Καίσαρα· κἀπειδήπερ Μιθραδάτης ὁ Περγαμηνός, μεθ' ἧς ἦγεν ἐπ' Αἴγυπτον δυνάμεως, εἰργόμενος τῶν κατὰ τὸν Πηλούσιον ἐμβολῶν, ἐν Ἀσκάλωνι κατείχετο, τούς τε Ἄραβας ξένος ὢν ἔπεισεν ἐπικουρῆσαι, καὶ αὐτὸς ἧκεν ἄγων Ἰουδαίων εἰς τρισχιλίους ὁπλίτας. Παρώρμησε δὲ καὶ τοὺς ἐν Συρίᾳ δυνατοὺς ἐπὶ τὴν βοήθειαν, τῶν τ' ἐποίκων τοῦ Λιβάνου Πτολεμαῖον, καὶ Ἰάμβλιχον· δι' οὓς αἱ ταύτῃ πόλεις ἑτοίμως συνεφήψαντο τοῦ πολέμου. Καὶ θαρρῶν ἤδη Μιθραδάτης τῇ προσγενομένῃ δι' Ἀντίπατρον ἰσχύϊ, πρὸς τὸ Πηλούσιον ἐξελαύνει, κωλυόμενός τε διεξελθεῖν, ἐπολιόρκει τὴν πόλιν. Γίνεται δὲ κἀν τῇ προσβολῇ διασημότατος Ἀντίπατρος· τὸ γὰρ καθ' αὑτὸν μέρος τοῦ τείχους διαρρήξας πρῶτος εἰσεπήδησεν εἰς τὴν πόλιν μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ.

δ'. Καὶ Πηλούσιον μὲν ἑάλω· πρόσω δ' αὐτοὺς ἰόντας εἶργον αὖθις οἱ τὴν Ὀνίου προσαγορευομένην χώραν κατέχοντες Ἰουδαῖοι Αἰγύπτιοι. Τούτους δὲ Ἀντίπατρος οὐ μόνον μὴ κωλύειν ἔπεισεν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐπιτήδεια τῇ δυνάμει παρασχεῖν. Ὅθεν οὐδ' οἱ κατὰ τὴν Μέμφιν ἔτι εἰς χεῖρας ἦλθον, ἑκούσιοι δὲ προσέθεντο Μιθραδάτῃ. Κἀκεῖνος ἤδη τὸ Δέλτα περιελθὼν συνέβαλλε τοῖς λοιποῖς Αἰγυπτίοις εἰς μάχην κατὰ χῶρον ὃς Ἰουδαίων στρατόπεδον καλεῖται. Κινδυνεύοντα δὲ αὐτὸν ἐν τῇ παρατάξει σὺν ὅλῳ τῷ δεξιῷ κέρατι ῥύεται περιελθὼν Ἀντίπατρος παρὰ τὸν αἰγιαλὸν τοῦ ποταμοῦ·

CAP. IX. (VII.)

Cæsar autem, quum Pompejus et senatus trans mare Ionium fugissent, Roma rerumque summa potitus, Aristobulum vinculis solvit; traditisque ei duabus legionibus celeriter in Syriam misit, spei plenus et hanc facillime et cuncta Judææ proxima per illum subjici posse. Verum et promptam Aristobuli voluntatem et Cæsaris spem irritam reddidit invidia. Nam veneno peremptus a Pompejanis, aliquamdiu etiam sepultura in solo patrio carebat; corpusque ejus melle conservatum jacebat, donec ab Antonio missum est Judæis, in patriis monumentis sepeliendum.

2. Porroque filius ejus Alexander a Scipione securi trucidatur Antiochiæ, idque jussu Pompeji, instituta etiam in eum accusatione pro tribunali ob ea quibus Romanos læserat. Ejus fratres ad se recepit Ptolemæus Mennæi filius, qui Chalcidem sub Libano imperio regebat, Ascalonem ad eos misso Philippione filio suo. Atque ille Antigonum ab Aristobuli conjuge abstractum, et sorores ejus ad patrem adducebat. Captus autem amore juniorem uxorem duxit, et postea a patre propter ipsam occiditur. Nam Ptolemæus, filio interfecto, Alexandram in matrimonium accipit, et nuptiarum gratia majori cura dignatus est ejus fratres.

3. Antipater autem, post obitum Pompeji, mutatis partibus Cæsari studebat: et quia Mithradates Pergamenus cum copiis quas ducebat in Ægyptum, prohibitus ab aditibus juxta Pelusium, apud Ascalonem detinebatur, et Arabibus, apud quos hospes erat, persuasit ut suppetias ei ferrent, et ipse secum habens Judæorum peditum tria circiter millia subsidio profectus est. Præterea viros in Syria potentes ad auxilium suppeditandum excitavit, et ex Libani incolis Ptolemæum et Iamblichum: quibus factum est ut illius regionis civitates alacriter belli societatem coirent. Jamque Mithradates, copiis fretus ab Antipatro adductis, Pelusium ire festinat; quumque pertransire trajectu prohiberetur, urbem obsidebat. At Antipater in hac oppugnatione gloriam insignissimam adeptus est: nam quum muri, qua is erat, partem diffregisset, primus in urbem cum suis insiluit.

4. Et Pelusium quidem captum est: eos vero ulterius euntes rursus prohibebant Ægyptii Judæi, regionem quæ Oniæ dicebatur incolentes. Verum iis persuasit Antipater non modo ne obstarent, sed etiam ut copiis necessaria præberent. Unde factum est ut nec ii qui circa Memphin erant manus consererent, sed ultro sese traderent Mithradati. Atque ille, quum Delta circuivisset, pugnam cum ceteris Ægyptiis commisit, in loco qui Judæorum Castra appellatur: quumque in periculo esset in acie cum omni dextro cornu, Antipater, fluminis ripam circumgressus, cum li-

τῶν γὰρ καθ' ἑαυτὸν ἐκράτει τὸ λαιὸν ἔχων κέρας. Ἔπειτα προσπεσὼν τοῖς διώκουσι Μιθραδάτην, ἀπέκτεινέ τε πολλούς, καὶ μέχρι τοσούτου τοὺς καταλειπομένους ἐδίωξεν, ὡς καὶ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν ἑλεῖν· ὀγδοήκοντα δὲ μόνους τῶν ἰδίων ἀπέβαλε, καὶ Μιθραδάτης ἐν τῇ τροπῇ περὶ ὀκτακοσίους. Σωθεὶς δ' αὐτὸς παρ' ἐλπίδα, μάρτυς ἀβάσκανος γίνεται πρὸς Καίσαρα τῶν Ἀντιπάτρου κατορθωμάτων.

ε'. Ὁ δὲ τότε μὲν τὸν ἄνδρα τοῖς ἐπαίνοις καὶ ταῖς ἐλπίσιν εἰς τοὺς ὑπὲρ ἑαυτοῦ κινδύνους ἐπέρρωσεν. Ἐν οἷς πᾶσι παραβολώτατος ἀγωνιστὴς γενόμενος, καὶ πολλὰ τρωθεὶς καθόλου σχεδὸν τοῦ σώματος, εἶχε τὰ σημεῖα τῆς ἀρετῆς. Αὖθις δὲ καταστησάμενος τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον, ὡς ἐπανῆκεν εἰς Συρίαν, πολιτείᾳ τε αὐτὸν τῇ Ῥωμαίων ἐτίμησε καὶ ἀτελείᾳ, τῆς τε ἄλλης τιμῆς καὶ φιλοφρονήσεως ἕνεκεν ζηλωτὸν ἐποίησε, καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην δὲ δι' αὐτὸν ἐπεκύρωσεν Ὑρκανῷ.

ΚΕΦ. Ι'.

Κατ' αὐτὸ δὲ καὶ Ἀντίγονος ὁ Ἀριστοβούλου, πρὸς τὸν Καίσαρα παρὼν, γίνεται παραδόξως Ἀντιπάτρῳ μείζονος προκοπῆς αἴτιος. Δέον γοῦν ἀποδύρεσθαι περὶ τοῦ πατρὸς πεφαρμάχθαι δοκοῦντος ἐκ τῶν πρὸς Πομπήιον διαφορῶν, καὶ περὶ τἀδελφοῦ τὴν Σκιπίωνος ὠμότητα μέμφεσθαι, καὶ μηδὲν εἰς τὸν ἔλεον παραμῖξαι φθονερὸν πάθος, ὁ δ' ἐπὶ τούτοις Ὑρκανοῦ καὶ Ἀντιπάτρου κατηγόρει παρελθὼν, ὡς παρανομώτατα μὲν αὐτὸν μετὰ τῶν ἀδελφῶν πάσης ἀπελαύνοιεν τῆς πατρίου γῆς, πολλὰ δ' εἰς τὸ ἔθνος αὐτοὶ διὰ κόρον ἐξυβρίζοιεν· καὶ ὅτι τὴν εἰς Αἴγυπτον συμμαχίαν οὐκ ἐπ' εὐνοίᾳ αὐτῷ πέμψειαν, ἀλλὰ κατὰ δέος τῶν πάλαι διαφορῶν, καὶ τὴν πρὸς τὸν Πομπήιον φιλίαν ἀποσκευαζόμενοι.

β'. Πρὸς ταῦθ' ὁ Ἀντίπατρος ἀπορρίψας τὴν ἐσθῆτα τὸ πλῆθος ἐπεδείκνυε τῶν τραυμάτων, καὶ περὶ μὲν τῆς εἰς Καίσαρα εὐνοίας οὐκ ἔφη λόγου δεῖν αὐτῷ, κεκραγέναι γὰρ τὸ σῶμα σιωπῶντος· Ἀντιγόνου δὲ θαυμάζειν τὴν τόλμαν, εἰ πολεμίου Ῥωμαίων υἱὸς ὢν καὶ Ῥωμαίων δραπέτου, καὶ τὸ νεωτεροποιὸς εἶναι καὶ στασιώδης αὐτὸς πατρῷον ἔχων, παρὰ τῷ Ῥωμαίων ἡγεμόνι κατηγορεῖν ἐπικεχείρηκεν ἑτέρων, καὶ πειρᾶται τυχεῖν ἀγαθοῦ τινος, δέον ἀγαπᾶν ὅτι ζῇ· καὶ γὰρ νῦν ἐφίεσθαι πραγμάτων οὐ τοσοῦτον δι' ἀπορίαν, ἀλλ' ἵνα Ἰουδαίους διαστασιάσῃ παρελθὼν, καὶ χρήσηται κατὰ τῶν δόντων ταῖς ἀφορμαῖς.

γ'. Τούτων Καῖσαρ ἀκούσας Ὑρκανὸν μὲν ἀξιώτερον τῆς ἀρχιερωσύνης ἀπεφήνατο, Ἀντιπάτρῳ δὲ δυναστείας αἵρεσιν ἔδωκεν. Ὁ δ' ἐπὶ τῷ τιμήσαντι τὸ μέτρον τῆς τιμῆς θέμενος πάσης ἐπίτροπος Ἰουδαίας ἀποδείκνυται, καὶ προσεπιτυγχάνει τὰ τείχη τῆς πατρίδος ἀνακτίσαι κατεστραμμένα. Τὰς μὲν δὴ τιμὰς ταύτας Καῖσαρ ἀπέστελλεν ἐν τῷ Καπετωλίῳ χαραχθῆναι, τῆς τε αὐτοῦ δικαιοσύνης σημεῖον καὶ τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῆς ἐσόμενον.

beravit: nam secum habens lævum cornu oppositos sibi superaverat. Dein facto in eos impetu, qui Mithradatem persequerentur, et multos occidit et reliquos eousque fugientes egit, donec castra illorum ceperit: de suis autem octoginta tantum amisit, at Mithradates dum fugeret octingentos. Ille vero, præter spem servatus, testimonium apud Cæsarem absque omni invidia perhibet de rebus ab Antipatro præclare gestis.

5. Unde ille tunc quidem Antipatrum et spe et laudibus ad subeunda pro se pericula promptiorem reddidit. In quibus omnibus quum bellator fuerit audacissimus, et multa toto fere corpore vulnera acceperit, habebat quibus fortitudinem ostentaret. Post autem quum res in Ægypto ordinasset Cæsar, in Syriam reversus eum et Romana civitate donavit et immunitate, fecitque, et aliis honoribus eum augendo et amicissime tractando, ut ipsi invideretur; atque ejus insuper gratia pontificatum confirmavit Hyrcano.

CAPUT X. (VIII.)

Sub idem autem tempus et Antigonus Aristobuli filius, quum ad Cæsarem venisset, in causa erat præter opinionem quod Antipater plus auctoritate valeret. Nam quum oportuerit eum patris fortunam deplorare, qui veneno sublatus videbatur ob inimicitias quæ illi cum Pompejo intercesserant, et queri de Scipionis in fratrem crudelitate, nihilque quod invidiam moveret adhibere dum misericordiam imploraret, ille in medium prodiens præterea Hyrcanum et Antipatrum accusabat, ac si ipsum quidem iniquissime cum fratribus suis omni de terra patria abegissent, multisque ipsi gentem injuriis ex petulantia affecissent; quodque in Ægyptum auxilia ei non ex benevolentia miserint, sed metu veterum inimicitiarum, et ut amicitiam cum Pompejo institutam deprecarentur.

2. Ad hæc Antipater veste abjecta vulnerum multitudinem palam faciebat, et de sua quidem in Cæsarem benevolentia non opus esse sibi dicebat verba facere; nam corpus etiam se tacente clamare: Antigoni vero audaciam mirari, qui, quum hostis Romanorum sit filius et fugitivi Romanorum, et novarum rerum studiosus seditiosusque patrem imitetur, apud Romanorum præsidem contra alios accusationem instituerit, et emolumenti aliquid comparare studeat, quum isto contentus esse deberet quod vivat: nam et nunc non propter inopiam rebus interesse adeo desiderare, sed ut inter Judæos seditionem concitet, et facultatibus contra largitores utatur.

3. Quum ista Cæsar audisset, Hyrcanum quidem pontificatu digniorem esse pronunciavit, Antipatro autem potestatis quam vellet optionem dedit. Ille vero, honoris modum et mensuram dantis arbitrio permittens, totius Judææ procurator declaratus est, et præter hoc impetravit ut subversa patriæ mœnia instaurare sibi daretur. Et hos quidem honores Cæsar misit tabulis incidendos in Capitolio, in perpetuum suæque justitiæ et Antipatri virtutis monumentum.

δ'. Ἀντίπατρος δὲ Καίσαρα προπέμψας ἐκ τῆς Συρίας εἰς Ἰουδαίαν ὑπέστρεψεν. Καὶ πρῶτον μὲν τὸ τεῖχος ἀνεδείματο τῆς πατρίδος ὑπὸ Πομπηΐου κατεστραμμένον, καὶ τοὺς ἀνὰ τὴν χώραν θορύβους ἐπιὼν κατέστελλεν, ἀπειλητὴς ἅμα καὶ σύμβουλος ὢν ἑκάστοις, ὅτι τὰ μὲν Ὑρκανοῦ φρονοῦντες ἐν ὄλβῳ καὶ καθ' ἡσυχίαν βιώσονται, τῶν τε ἰδίων κτημάτων καὶ κοινῆς εἰρήνης ἀπολαύοντες· εἰ δὲ πείθοιντο ταῖς ψυχραῖς ἐλπίσι τῶν νεωτερίζειν ἐπὶ κέρδεσιν οἰκείοις ἐθελόντων, αὐτόν τε πειράσουσιν ἀντὶ κηδεμόνος δεσπότην καὶ Ὑρκανὸν ἀντὶ βασιλέως τύραννον, Ῥωμαίους γε μὴν καὶ Καίσαρα πολεμίους ἀνθ' ἡγεμόνων καὶ φίλων· οὐ γὰρ ἀνέξεσθαι μετακινούμενον ἐκ τῆς ἀρχῆς, ὃν αὐτοὶ κατέστησαν. Ἅμα δὲ ταῦτα λέγων δι' ἑαυτοῦ καθίστατο τὴν χώραν, ὁρῶν τὸν Ὑρκανὸν νωθῆ τε καὶ βασιλείας ἀτονώτερον. Φασάηλον μὲν δὴ, τῶν παίδων τὸν πρεσβύτατον, Ἱεροσολύμων καὶ τῶν πέριξ στρατηγὸν καθίστησι· τὸν δὲ μετ' αὐτὸν Ἡρώδην, ἐπὶ τοῖς ἴσοις ἔστειλεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν κομιδῇ νέον.

ε'. Ὁ δὲ, ὢν φύσει δραστήριος, ὕλην εὐθέως εὑρίσκει τῷ φρονήματι. Καταλαβὼν οὖν Ἐζεκίαν τὸν ἀρχιληστὴν, τὰ προσεχῆ τῇ Συρίᾳ κατατρέχοντα μετὰ μεγίστου στίφους, αὐτόν τε συλλαβὼν ἀποκτείνει καὶ πολλοὺς τῶν λῃστῶν· ὃ δὴ μάλιστα τοῖς Σύροις κατώρθωκε κεχαρισμένον. Ὑμνεῖτο γοῦν ἀνά τε τὰς κώμας καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν Ἡρώδης, ὡς εἰς εἰρήνην αὐτοῖς παρὼν καὶ τὰς κτήσεις ἀνασεσωκώς. Γίνεται δ' ἐκ τούτου καὶ Σέξτῳ Καίσαρι γνώριμος, ὄντι συγγενεῖ τοῦ μεγάλου Καίσαρος, καὶ διοικοῦντι τὴν Συρίαν. Πρὸς δὲ τὸν ἀδελφὸν εὐδοκιμοῦντα καὶ Φασάηλος ἐφιλοτιμεῖτο τὴν ἀγαθὴν ἔριν, τοὺς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις εὐνουστέρους καθιστάμενος, καὶ δι' αὑτοῦ μὲν ἔχων τὴν πόλιν, μηδὲν δ' ἀπειροκάλως εἰς τὴν ἐξουσίαν ἐξυβρίζων. Ἔνθεν Ἀντιπάτρῳ θεραπεία τε ἦν ἐκ τοῦ ἔθνους βασιλικὴ, καὶ τιμαὶ παρὰ πάντων ὡς δεσπότῃ τῶν ὅλων· οὐ μὴν αὐτὸς τῆς πρὸς Ὑρκανὸν εὐνοίας ἢ πίστεώς τι μετεκίνησεν.

ς'. Ἀμήχανον δ' ἐν εὐπραγίαις φθόνον διαφυγεῖν. Ὑρκανὸς γοῦν ἤδη μὲν καὶ καθ' ἑαυτὸν ἡσυχῇ πρὸς τὸ κλέος τῶν νεανίσκων ἐδάκνετο, μάλιστα δ' ἐλύπει τὰ Ἡρώδου κατορθώματα· καὶ κήρυκες ἐπάλληλοι τῆς καθ' ἕκαστον εὐδοξίας προστρέχοντες, πολλοὶ δὲ τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις βασκάνων ἠρέθιζον, οἷς ἢ τὸ τῶν παίδων ἢ τὸ Ἀντιπάτρου σωφρονικὸν προσίστατο, λέγοντες ὡς Ἀντιπάτρῳ καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ παραχωρήσας τῶν πραγμάτων, καθέζοιτο τοὔνομα μόνον βασιλέως ἔχων ἔρημον ἐξουσίας· καὶ μέχρι ποῦ πλανηθήσεται καθ' ἑαυτοῦ βασιλεῖς ἐπιτρέφων; οὐδὲ γὰρ εἰρωνεύεσθαι τὴν ἐπιτροπὴν αὐτοὺς ἔτι, φανεροὺς δ' εἶναι δεσπότας παρωσαμένους ἐκεῖνον, εἴ γε μήτε ἐντολὰς δόντος μήτε ἐπιστείλαντος αὐτοῦ, τοσούτους παρὰ τὸν Ἰουδαίων νόμον ἀνῄρηκεν Ἡρώδης· ὃν, εἰ μὴ βασιλεύς ἐστιν, ἀλλ' ἔτι ἰδιώτης, δεῖν ἐπὶ δίκην ἥκειν, ἀποδώσοντα λόγον

4. Antipater vero, deducto e Syria Cæsare, in Judæam reversus est. Et primum quidem patriæ muros a Pompejo dirutos refecit, et regionem obiens tumultus qui in ea erant compescebat, partim minando, partim singulis consulendo, fore, si ab Hyrcano starent, ut feliciter et quiete vitam agerent, suisque bonis et pace communi fruentes; sin vero spe vana ab iis ducerentur, qui privati quæstus gratia res novas moliri studeant, ipsum experturos esse pro curatore dominum, et Hyrcanum pro rege tyrannum, itemque Romanos et Cæsarem pro ducibus et amicis hostes: non enim passuros eum ab imperio summoveri, quem constituissent ipsi. Atque simul ac ista diceret, res regionis solus ordinavit, quod Hyrcanum et segniorem et remissiorem videret quam regnum posceret. Et Phasaelum quidem, filiorum natu maximum, Hierosolymorum agrique finitimi præfectum constituit: Herodem vero, illi ætate proximum, cum pari potestate misit in Galilæam, adolescentulum admodum.

5. Ille vero, natura factus ad res gerendas, statim invenit materiam animi magnitudini. Itaque quum offendisset Ezeciam latronum ducem, magna manu finitima Syriæ incursantem, et illum nactus interficit multosque latronum: quod sane maxime Syris gratum præstitit, adeoque omnium sermone per vicos et in urbibus celebratus erat Herodes, ut qui præsentia sua pacem illis dederit et omnes facultates in tuto collocarit. Quo factum est ut etiam Sexto Cæsari innotesceret, cognato magni Cæsaris et Syriam administranti. Phasaelo autem cum fratre gloriam adepto pulchra erat contentio, dum Hierosolymitarum erga se benevolentiam augere studet, ut qui urbem quidem per se regeret, sed ita ut nihil inhoneste faceret potestate sua ad aliorum injuriam abutendo. Hinc Antipater a gente more regio colebatur, et ab universis, quasi omnium dominus exstitisset, habebatur in honore. Nec tamen vel minimum discessit a sua erga Hyrcanum fide et benevolentia.

6. Verum fieri non potest ut invidiam quisquam in secundis rebus effugiat. Nam Hyrcanum quidem ipsum jam ante tacite mordebat juvenum gloria, maximeque animum ejus sollicitabant res ab Herode præclare gestæ: insuper et crebri nuncii bonæ utriusque famæ unus alium præcurrentes, multi etiam in regia invidi et obtrectatores stimulos subjiciebant, quibus aut Antipatri aut filiorum ejus obstabat prudentia, dicentes quod Antipatro ejusque filiis cedens rerum administratione, sederet regis solum nomen habens, idque sine omni potestate: et quousque in errore sit versaturus, reges in sui perniciem nutriens? nec enim eos amplius simulare procurationem, sed manifestos esse dominos, ipso deturbato, si quidem Herodes, neque suis mandatis neque literis fretus, tantam multitudinem contra legem Judæorum interfecerit; eumque, si jam regnum non teneat, sed adhuc privatus sit, ad judicium venire debere, rationem et ipsi et

αὐτῷ τε καὶ τοῖς πατρίοις νόμοις, οἳ κτείνειν ἀκρίτως οὐκ ἀφιᾶσι.

ζʹ. Τούτοις κατὰ μικρὸν Ὑρκανὸς ἐξεκαίετο, καὶ τὴν ὀργὴν τελευταῖον ἐκρήξας ἐκάλει κριθησόμενον τὸν Ἡρώδην. Ὁ δὲ καὶ τοῦ πατρὸς παραινοῦντος καὶ τῶν πραγμάτων διδόντων παρρησίαν ἀνῄει, φρουραῖς διαλαβὼν πρότερον τὴν Γαλιλαίαν. Ἤει δὲ μετὰ καρτεροῦ στίφους, ὡς μήτε καταλύειν δόξειεν Ὑρκανὸν ἁδρὰν ἄγων δύναμιν, μήτε γυμνὸς ἐμπέσοι τῷ φθόνῳ. Σέξτος δὲ Καῖσαρ δείσας περὶ τῷ νεανίᾳ, μή τι παρὰ τοῖς ἐχθροῖς ἀποληφθεὶς πάθῃ, πέμπει πρὸς τὸν Ὑρκανὸν τοὺς παραγγελοῦντας διαρρήδην ἀπολύειν Ἡρώδην τῆς φονικῆς δίκης. Ὁ δὲ καὶ ἄλλως ὡρμημένος (ἠγάπα γὰρ Ἡρώδην) ἀποψηφίζεται.

ηʹ. Καὶ ὃς, ὑπολαμβάνων ἄκοντος τοῦ βασιλέως διαφυγεῖν, εἰς Δαμασκὸν ἀνεχώρησε πρὸς Σέξτον, παρασκευαζόμενος οὐδ' αὖθις ὑπακοῦσαι καλοῦντι. Καὶ πάλιν οἱ πονηροὶ παρώξυνον Ὑρκανὸν, κατ' ὀργήν τε οἴχεσθαι τὸν Ἡρώδην λέγοντες καὶ παρεσκευασμένον κατ' αὐτοῦ. Πιστεύων δ' ὁ βασιλεὺς οὐκ εἶχεν ὅ,τι χρὴ δρᾶν, ὡς ἑώρα μείζονα τὸν διάφορον. Ἐπεὶ δὲ ὑπὸ Σέξτου Καίσαρος στρατηγὸς ἀνεδείχθη Κοίλης Συρίας καὶ Σαμαρείας, οὐ μόνον τε κατ' εὔνοιαν τὴν ἐκ τοῦ ἔθνους, ἀλλ' ὅτι δυνάμει φοβερὸς ἦν, εἰς ἔσχατον δέους κατέπεσεν, ὅσον οὔπω προσδοκῶν ἐπ' αὐτὸν ὁρμήσειν μετὰ στρατιᾶς.

θʹ. Καὶ οὐ διήμαρτε τῆς οἰήσεως. Ὁ γὰρ Ἡρώδης, κατ' ὀργὴν τῆς περὶ τὴν δίκην ἀπειλῆς στρατιὰν ἀθροίσας, ἐπὶ Ἱεροσολύμων ἦγε, καταλύσων τὸν Ὑρκανόν. Κἂν ἔφθη τοῦτο ποιήσας, εἰ μὴ προεξελθόντες ὅ τε πατὴρ καὶ ἀδελφὸς ἔκλασαν αὐτοῦ τὴν ὁρμὴν, παρακαλοῦντες αὐτὸν ἀπειλῇ καὶ ἀνατάσει μόνῃ μετρῆσαι τὴν ἄμυναν, φείσασθαι δὲ τοῦ βασιλέως, ὑφ' ᾧ μέχρι τοσαύτης δυνάμεως προῆλθε· δεῖν τε, εἰ κληθεὶς ἐπὶ δίκην παρώξυνται, καὶ περὶ τῆς ἀφέσεως εὐχαριστεῖν, μὴ πρὸς μὲν τὸ σκυθρωπὸν ἀπαντᾶν, περὶ δὲ τῆς σωτηρίας ἀχάριστον εἶναι. Εἰ δὲ δὴ λογιστέον εἴη καὶ πολέμου ῥοπὰς βραβεύεσθαι τῷ Θεῷ, πλεῖον εἶναι τῆς στρατιᾶς τὸ ἄδικον. Διὸ δὴ καὶ περὶ τῆς νίκης οὐ χρῆναι κατὰ πᾶν εὔελπιν εἶναι, μέλλοντά τε συμβάλλειν βασιλεῖ καὶ συντρόφῳ, καὶ πολλάκις μὲν εὐεργέτῃ, χαλεπῷ δὲ οὐδέποτε, πλὴν ὅσον πονηροῖς συμβούλοις χρώμενος ἐπισείσειεν αὐτῷ σκιὰν ἀδικήματος. Πείθεται δὲ τούτοις Ἡρώδης, ὑπολαβὼν εἰς τὰς ἐλπίδας αὔταρκες εἶναι καὶ τὸ τὴν ἰσχὺν ἐπιδείξασθαι τῷ ἔθνει.

ιʹ. Κἀν τούτῳ γίνεται περὶ Ἀπάμειαν ταραχὴ Ῥωμαίων καὶ πόλεμος ἐμφύλιος, Καικιλίου μὲν Βάσσου διὰ τὴν εἰς Πομπήιον εὔνοιαν δολοφονήσαντος Σέξτον Καίσαρα, καὶ τὴν ἐκείνου δύναμιν παραλαβόντος, τῶν δ' ἄλλων Καίσαρος στρατηγῶν ἐπὶ τιμωρίᾳ τοῦ φόνου Βάσσῳ συμβαλόντων μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως. Οἷς καὶ διὰ τὸν ἀνῃρημένον καὶ διὰ τὸν περιόντα Καίσαρα, φίλους ὄντας ἀμφοτέρους, ὁ Ἀντίπατρος διὰ τῶν παίδων ἔπεμψε

legibus patriis redditurum, quæ homines non condemnatos occidi prohibeant..

7. His paullatim accendebatur Hyrcanus, tandemque ira excandescens Herodem ad causam dicendam accersit. Ille vero et patris monitu, et quod fiduciam ei adderent res gestæ, ascendebat, firmata prius præsidiis Galilæa. Ibat autem valida manu stipatus, ut nec Hyrcanum deturbaturus videretur magnis adductis copiis, neque in invidos nudus armis incideret. Sextus autem Cæsar adolescenti metuens, ne ab inimicis interceptus mali aliquid pateretur, ad Hyrcanum mittit qui ei expresse denunciarent, ut Herodem sententia capitali liberaret. Hyrcanus autem, per se quoque id cupiens (nam Herodem diligebat), eum absolvit.

8. Atque is, invito rege evasisse ratus, Damascum se contulit ad Sextum, ita comparatus, ut nequaquam obtemperaret, si denuo accitus esset. Rursumque ab improbis irritabatur Hyrcanus, qui dicerent et Herodem iratum abiisse, et paratum esse contra ipsum. Rex autem his fidem habens quid agendum esset nesciebat, ut qui inimicum se potentiorem esse viderit. Postquam vero a Sexto Cæsare Cœlesyriæ et Samariæ præses fuerat declaratus, non solum ex gentis in eum benevolentia, sed quod et potentia terribilis esset, in timorem extremum incidit, jamjamque illum contra se exspectans cum exercitu esse venturum.

9. Neque opinione falsus est. Namque Herodes, iratus ei ob intentatam sibi accusationem, quum exercitum coegisset, Hierosolyma eum ducebat, Hyrcanum regno deturbaturus: idque facere occupasset, nisi pater et frater prius ei obviam profecti impetum ejus fregissent, ipsum obsecrantes ut ultra minas et terrorem in vindicta non procederet, sed regi parceret, sub quo ad tantam potentiam provectus sit: atque debere, si indignaretur quod in judicium vocatus esset, et gratias agere quod fuerit absolutus, non ad severiora se recipere, et pro salute accepta ingratum semet ostendere. Quodsi vero reputandum sit Deum belli casus regere et moderari, plus valituram esse iniquitatem quam exercitum: quocirca non oportere ipsum etiam de victoria omnino bene sperare, qui congressurus esset et cum rege, et socio, deque se quidem sæpenumero bene merito, difficili autem nunquam, nisi in quantum malis usus consiliariis videretur eum injuria affecisse. Istis autem flectitur Herodes, ratus sufficere sibi ad futuras spes quod potentiam suam genti demonstrasset.

10. Atque interea tumultus inter Romanos oritur apud Apameam, et bellum civile, ex eo quidem quod Cæcilius Bassus, ex sua in Pompejum benevolentia, Sextum Cæsarem dolo necaverit, ejusque militem occupaverit; alii vero Cæsaris duces, ut Sexti necem ulciscerentur, cum omnibus copiis suis Bassum adorti fuerint. Quibus tam interempti quam superstitis Cæsaris causa, amborum sui amicorum, subsidium per filios suos misit Antipater. Quum autem

συμμαχίαν. Μηκυνομένου δὲ τοῦ πολέμου, Μοῦρκος μὲν ἀπὸ τῆς Ἰταλίας Σέξτου παραγίνεται διάδοχος.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Συνίσταται δὲ Ῥωμαίοις κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ὁ μέγας πόλεμος, Κασσίου καὶ Βρούτου ἄφνω κτεινάντων δόλῳ Καίσαρα, κατασχόντα τὴν ἀρχὴν ἐπ' ἔτη τρία καὶ μῆνας ἑπτά. Μεγίστου δὲ ἐπὶ τῷ φόνῳ γενομένου κινήματος, καὶ διαστασιασθέντων τῶν δυνατῶν, ἕκαστος ἐλπίσιν οἰκείαις ἐχώρει πρὸς ὃ συμφέρειν ὑπελάμβανε. Καὶ δὴ ἧκε Κάσσιος εἰς Συρίαν, καταληψόμενος τὰς περὶ Ἀπάμειαν δυνάμεις. Ἔνθα Βάσσῳ τε Μοῦρκον καὶ τὰ διεστῶτα τάγματα διαλλάξας, ἐλευθεροῖ μὲν Ἀπάμειαν τῆς πολιορκίας, ἡγούμενος δ' αὐτὸς τῆς στρατιᾶς ἐπῄει φορολογῶν τὰς πόλεις, καὶ παρὰ δύναμιν τὰς εἰσπράξεις ποιούμενος.

β'. Κελευσθὲν δὲ καὶ Ἰουδαίοις εἰσενεγκεῖν ἑπτακόσια τάλαντα, δείσας Ἀντίπατρος τὴν ἀπειλὴν τοῦ Κασσίου, τοῖς τε υἱοῖς διεῖλεν εἰσπράττειν τὰ χρήματα καί τισιν ἄλλοις τῶν ἐπιτηδείων κατὰ τάχος, ἐν οἷς καὶ Μαλίχῳ τινὶ τῶν διαφόρων. Οὕτως ἤπειγεν ἡ ἀνάγκη. Πρῶτος δ' ἀπεμειλίξατο Κάσσιον Ἡρώδης, τὴν ἑαυτοῦ μοῖραν ἐκ τῆς Γαλιλαίας κομίσας ἑκατὸν τάλαντα, καὶ διὰ τοῦτο ἐν τοῖς μάλιστα φίλος ἦν. Τοὺς δὲ λοιποὺς εἰς βραδυτῆτα κακίσας, αὐταῖς ἐθυμοῦτο ταῖς πόλεσι. Γόφναν γοῦν καὶ Ἀμμαοῦν καὶ δύο ἑτέρας τῶν ταπεινοτέρων ἐξανδραποδισάμενος, ἐχώρει μὲν ὡς καὶ Μάλιχον ἀναιρήσων, ὅτι μὴ σπεύσας εἰσέπραξεν· ἐπέσχε δὲ τήν τε τούτου καὶ τῶν ἄλλων πόλεων ἀπώλειαν Ἀντίπατρος, ταχέως ἑκατὸν ταλάντοις θεραπεύσας Κάσσιον.

γ'. Οὐ μὴν Μάλιχος, ἀναχωρήσαντος Κασσίου, τῆς χάριτος ἀπεμνημόνευσεν Ἀντιπάτρῳ· κατὰ δὲ τοῦ πολλάκις σωτῆρος ἐπιβουλὴν ἀνεσκευάζετο, σπεύδων ἀνελεῖν τὸν ἐμπόδιον αὐτοῦ τοῖς ἀδικήμασιν ὄντα. Ἀντίπατρος δὲ τήν τε ἰσχὺν καὶ τὸ πανοῦργον τἀνδρὸς ὑποδείσας, διαβαίνει τὸν Ἰορδάνην, στρατὸν ἀθροίσων εἰς τὴν τῆς ἐπιβουλῆς ἄμυναν. Φωραθεὶς δὲ Μάλιχος ἀναιδείᾳ τῶν Ἀντιπάτρου παίδων περιγίνεται. Τόν τε γὰρ Ἱεροσολύμων φρουρὸν Φασάηλον καὶ Ἡρώδην πεπιστευμένον τὰ ὅπλα, πολλαῖς ἀπολογίαις καὶ ὅρκοις ἐκγοητεύσας, διαλλακτὰς αὑτῷ πρὸς τὸν πατέρα πείθει γενέσθαι. Πάλιν γοῦν ὑπ' Ἀντιπάτρου σώζεται, πείσαντος Μοῦρκον τὸν τότε στρατηγοῦντα Συρίας, ὃς ὥρμητο κτεῖναι Μάλιχον ἐφ' οἷς ἐνεωτέρισε.

δ'. Συστάντος δὲ τοῦ πρὸς Κάσσιον καὶ Βροῦτον πολέμου Καίσαρί τε τῷ νέῳ καὶ Ἀντωνίῳ, Κάσσιος καὶ Μοῦρκος στρατιὰν ἀθροίσαντες ἐκ τῆς Συρίας, ἐπειδὴ μέγα μέρος εἰς τὰς χρείας Ἡρώδης ἔδοξε συμβεβλῆσθαι, τότε μὲν αὐτὸν Συρίας ἁπάσης ἐπιμελητὴν καθιστᾶσι, δύναμιν πεζήν τε καὶ ἱππικὴν δόντες· μετὰ δὲ τὴν τοῦ πολέμου κατάλυσιν ἀποδείξειν Κάσσιος ὑπέσχετο καὶ Ἰουδαίας βασιλέα. Συνέβη δ' Ἀντιπάτρῳ τήν τε ἰσχὺν τοῦ παιδὸς καὶ τὴν ἐλπίδα αἰτίαν ἀπωλείας γενέσθαι.

bellum traheretur, Murcus ex Italia venit, qui Sexto succederet.

CAP. XI. (IX.)

Sub idem autem tempus Romanis magnum bellum conflatum est, quod Cassius et Brutus derepente Cæsarem dolo occidissent, postquam annos tres et sex menses imperium tenuerat. Maximo deinde ex illa cæde motu concitato, virisque primariis inter se dissidentibus, ad id propria quisque spe ducebatur, quod maxime in rem suam facere existimabat. Adeoque Cassius in Syriam veniebat, copias occupaturus quæ ad Apameam erant. Ubi quum et Murcum Basso et legiones, quæ ab eo dissenserant, conciliasset, obsidione quidem liberat Apameam, ipse vero exercitum ducens urbes peragrabat tributa colligens, et exigens etiam plus quam solvendo erant.

2. Quum autem Judæis quoque imperasset septingenta talenta afferre, Antipater, Cassii minas veritus, pecuniæ exactionem, ut illico fieret, inter filios divìdit et quosdam alios e necessariis suis, in quibus erat et Malichus quidam ipsi parum amicus. Ita eum urgebat necessitas. Primus autem Cassium demulsit Herodes, qui centum talenta sibi mandata ex Galilæa attulit, adeoque inter præcipuos ejus amicos habebatur. At vero quum ceteris tarditatem vitio vertisset et exprobrasset, ipsis civitatibus irascebatur. Itaque, Gophna et Ammaunte et aliis duabus inferioris notæ in servitutem redactis, eo quidem processit ac si et Malichum etiam interfecturus esset, quod in exigendo pecuniam parum properasset. Verum quominus et hunc et alias civitates perditum iret, obstitit Antipater, qui protenus Cassium centum talentis delinivit.

3. Nequaquam tamen Malichus, post Cassii discessum, gratiam Antipatro referebat; sed ei, qui sæpiuscule ipsum conservaverat, insidias moliebatur, eum e medio tollere festinans, qui ipsius iniquitati impedimento erat. Atqui Antipater, hominis et potentiam et calliditatem subveritus, ultra Jordanem se recipit, exercitum ad ulciscendas insidias collecturus. Malichus autem deprehensus impudentia Antipatri filiis imposuit. Quum enim tam Phasaelum Hierosolymorum custodem, quam Herodem armis præfectum, et multum semet excusando crebroque jurejurando adhibito, decepisset, persuadet eis patrem ipsi reconciliare. Atque ita denuo ab Antipatro servatur, Murco tunc Syriæ præside ab eo exorato, qui Malichum occidere statuerat, quod novis rebus studuisset.

4. Cum autem bellum juveni Cæsari et Antonio ortum esset cum Cassio et Bruto, Cassius et Murcus, exercitu in Syria coacto, quandoquidem magnam partem eorum quibus illis opus erat visus erat Herodes contulisse, tunc quidem ipsum Syriæ omnis procuratorem constituunt, equitum illi manu peditumque attributa: quum autem bellum confectum esset, promittebat Cassius fore ut etiam Judææ regem declararet. Verum accidit ut Antipatro filii potentia et spes de eo concepta exitii causa essent. Nam harum

Ταῦτα γὰρ δείσας ὁ Μάλιχος διαφθείρει τινὰ τῶν βασιλικῶν οἰνοχόων χρήμασι, δοῦναι φάρμακον Ἀντιπάτρῳ· καὶ ὁ μὲν ἀγώνισμα τῆς Μαλίχου παρανομίας γενόμενος κατὰ τὸ συμπόσιον θνήσκει, τά τε ἄλλα δραστήριος ἀνὴρ ἐν ἀφηγήσει πραγμάτων καὶ τὴν ἀρχὴν ἀνακτησάμενός τε Ὑρκανῷ καὶ διαφυλάξας.

ε'. Μάλιχος δὲ καθ' ὑπόνοιαν τῆς φαρμακείας ὀργιζόμενον τὸ πλῆθος ἀρνούμενος ἔπειθεν· καὶ δυνατώτερον ἑαυτὸν κατεσκεύαζεν, ὁπλίτας συγκροτῶν. Οὐ γὰρ ἠρεμήσειν Ἡρώδην ὑπελάμβανεν· ὃς δὴ καὶ παρῆν αὐτίκα στρατὸν ἄγων, ἐπὶ τιμωρίᾳ τοῦ πατρός. Φασαήλου δὲ τοῦ ἀδελφοῦ συμβουλεύσαντος αὐτῷ μὴ φανερῶς τὸν ἄνδρα μετιέναι (διαστασιάσειν γὰρ τὸ πλῆθος), τότε μὲν ἀπολογούμενόν τε προσίεται τὸν Μάλιχον, καὶ τῆς ὑπονοίας ἀπολύειν ὁμολογεῖ, λαμπρὰν δὲ πομπὴν ἐπὶ τῷ πατρὶ κηδείας ἐτέλεσεν.

ς'. Τραπεὶς δ' ἐπὶ Σαμάρειαν στάσει τεταραγμένην κατεστήσατο τὴν πόλιν· ἔπειτα καθ' ἑορτὴν ὑπέστρεφεν εἰς Ἱεροσόλυμα, τοὺς ὁπλίτας ἄγων. Καὶ πέμπων Ὑρκανός (ἐνῆγε γὰρ δεδοικὼς τὴν ἔφοδον Μάλιχος) ἐκώλυε τοὺς ἀλλοφύλους εἰσαγαγεῖν ἐφ' ἁγνεύοντας τοὺς ἐπιχωρίους. Ὁ δὲ τῆς προφάσεως καταφρονήσας καὶ τοῦ προστάσσοντος, εἰσέρχεται διὰ νυκτός. Καὶ πάλιν Μάλιχος προσιὼν ἔκλαιεν Ἀντίπατρον· ἀνθυπεκρίνετο δὲ μόλις Ἡρώδης τὸν θυμὸν ἐπέχων, καὶ Κασσίῳ δι' ἐπιστολῶν τὴν τοῦ πατρὸς ἀναίρεσιν ἀπωδύρετο, καὶ ἄλλως μισοῦντι Μάλιχον. Ὁ δ' αὐτῷ μετιέναι τὸν φονέα τοῦ πατρὸς ἀντεπεστείλας, καὶ τοῖς ὑφ' ἑαυτὸν χιλιάρχοις λάθρα προσέταξεν Ἡρώδῃ βοηθεῖν εἰς πρᾶξιν δικαίαν.

ζ'. Κἀπειδὴ Λαοδίκειαν ἑλόντος αὐτοῦ συνῄεσαν οἱ πανταχόθεν δυνατοὶ, δωρεάς τε καὶ στεφάνους φέροντες, Ἡρώδης μὲν τοῦτον τῇ τιμωρίᾳ τὸν καιρὸν ἀφώρισε. Μάλιχος δ' ὑποπτεύσας, ὡς ἐν Τύρῳ γίνεται, τόν τε υἱὸν ὁμηρεύοντα παρὰ τοῖς Τυρίοις ὑπεξαγαγεῖν ἔγνω λάθρα, καὶ αὐτὸς εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀποδρᾶναι παρεσκευάζετο. Παρώξυνε δ' αὐτὸν ἡ τῆς σωτηρίας ἀπόγνωσις, ἐνθυμεῖσθαι καὶ μείζονα· τότε γὰρ ἔθνος ἐπαναστήσειν Ῥωμαίοις ἤλπισε, Κασσίου τῷ πρὸς Ἀντώνιον πολέμῳ περισπωμένου, καὶ βασιλεύσειν αὐτὸς Ὑρκανὸν καταλύσας εὐμαρῶς.

η'. Ἐπεγέλα δὲ ἄρα τὸ χρεὼν αὐτοῦ ταῖς ἐλπίσιν. Ὁ γοῦν Ἡρώδης, προϊδόμενος αὐτοῦ τὴν ὁρμὴν, τόν τε Ὑρκανὸν κἀκεῖνον ἐπὶ δεῖπνον καλεῖ. Παρεστῶτα δ' ἔπειτα τῶν οἰκετῶν τινα πρὸς ἑαυτὸν καλέσας, ἐξέπεμψεν ὡς ἐπὶ τὴν τοῦ δείπνου παρασκευὴν, τῷ δὲ ὄντι προειπεῖν τοῖς χιλιάρχοις ἐξελθεῖν ἐπὶ τὴν ἐνέδραν. Κἀκεῖνοι τῶν Κασσίου προσταγμάτων ἀναμνησθέντες ἐπὶ τὸν πρὸ τῆς πόλεως αἰγιαλὸν ἐξῄεσαν ξιφήρεις. Ἔνθα περιστάντες τὸν Μάλιχον, πολλοῖς τραύμασιν ἀναιροῦσιν· Ὑρκανὸς δὲ παραχρῆμα μὲν ἐκλυθεὶς ὑπ' ἐκπλήξεως ἔπεσε, μόλις δ' ἀνενεγκὼν Ἡρώδην διηρώτα τίς ὁ κτείνας εἴη Μάλιχον. Ἀποκριναμένου δέ τινος τῶν χιλιάρχων, « τοῦ Κασσίου πρόσταγμα », « Κάσσιος ἄρα,

rerum metu Malichus quendam e pocillatoribus regiis pecunia corrumpit, ut venenum daret Antipatro. Atque ille quidem, quum is esset adversus quem contendebat Malichi iniquitas, in convivio moritur, vir alioqui strenuus et acer in rebus gerendis, et qui regnum recuperavit Hyrcano eique conservavit.

5. Celerum Malichus, quum populum sibi iratum haberet propter veneni suspicionem, infitiando eos placabat, et milites colligendo se ipsum potentiorem reddebat. Non enim Herodem quieturum esse arbitrabatur: qui etiam mox cum exercitu aderat, ut patrem ulcisceretur. Sed quum Phasaelus frater ei consuluisset, ne virum palam persequeretur (nam in multitudine seditionem concitaturum esse), tunc quidem et Malichum semet excusantem admittit, et se suspicione eum liberare fatetur, patris vero funus splendidis cohonestavit exsequiis.

6. Quum autem in Samariam transisset seditione perturbatam, civitatem composuit et constituit. Deinde Hierosolyma, quum festum ageretur, reversus est, ducens armatos. Hyrcanus autem mittens nuncium (ita enim suadebat Malichus Herodis adventum veritus) prohibebat eum ab introductione alienigenarum in cœtum gentilium lustratum. Ille vero, insuper habens et prætextum adhibitum et eum qui ita ei edixerat, nocte ingreditur. Iterumque Malichus ad eum veniens Antipatrum plorabat : vicissim vero simulabat Herodes, licet vix iram potuit cohibere, literisque ad Cassium (qui et propter alia Malichum oderat) de patris nece graviter conquerebatur. Ille non modo Herodi rescripsit ut patris mortem ulcisceretur, sed etiam tribunis, quibus præerat, clam præcepit ut Herodem in facinore justo adjuvarent.

7. Et quoniam, capta a Cassio Laodicea, omnes ubique optimates ad eum convenerant, munera et coronas ferentes, hoc quidem ultioni tempus constituit Herodes. Malichus autem, suspicione ei injecta, quum Tyri esset, et filium suum tunc apud Tyrios obsidem clam subducere statuit, et ipse fugam in Judæam parabat. Porro salutis desperatio eum ad majora etiam cogitanda incitabat : nam et gentem ad defectionem a Romanis perducturum esse speravit, Cassio in bello contra Antonium occupato, ipsumque regnaturum esse, Hyrcano facillime deturbato.

8. Verum spem ab eo conceptam irridebant fata. Etenim Herodes, quum prævideret quo ferret ejus animus, et Hyrcanum et ipsum ad convivium invitat. Deinde vero servorum quendam sibi adstantem ad se vocavit, misitque specie ad parandam cœnam, re autem vera antedicturum tribunis, ut ad insidias egrederentur. Atque illi, quum mandata Cassii in memoriam revocassent, in littus ante urbem cum gladiis exierunt, ubi Malichum circumseptum, multis datis vulneribus, interficiunt. Hyrcanus autem statim, animo defectus præ stupore, concidit; quumque ægre ad se rediisset, quærit ab Herode, quisnam Malichum occidisset. Et cum unus e tribunis respondisset, « Cassius, qui id imperaverat », « Cassius igitur, inquit, et me et patriam meam

ἔφη, κἀμὲ καὶ τὴν πατρίδα μου σώζει, τὸν ἀμφοτέρων ἐπίβουλον ἀνελών· » εἴτε δὲ φρονῶν Ὑρκανὸς οὕτως εἴθ' ὑπὸ δέους ὁμόσε τῇ γε πράξει χωρῶν εἶπεν, ἄδηλον ἦν. Ἀλλὰ γὰρ Μάλιχον μὲν οὕτως Ἡρώδης μετῆλθεν.

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Κασσίου δὲ ἀναχωρήσαντος ἐκ τῆς Συρίας, πάλιν στάσις ἐν Ἱεροσολύμοις γίνεται, Ἕλικος μετὰ στρατιᾶς ἐπαναστάντος Φασαήλῳ, καὶ κατὰ τὴν ὑπὲρ Μαλίχου τιμωρίαν ἀμύνεσθαι θέλοντος Ἡρώδην εἰς τὸν ἀδελφόν. Ἡρώδης δὲ ἔτυχε μὲν ὢν παρὰ Φαβίῳ τῷ στρατηγῷ κατὰ Δαμασκὸν, ὡρμημένος δὲ βοηθεῖν ὑπὸ νόσου κατείχετο. Κἀν τούτῳ Φασάηλος, καθ' ἑαυτὸν Ἕλικος περιγενόμενος, Ὑρκανὸν ὠνείδιζεν εἰς ἀχαριστίαν, ὧν τε Ἕλικι συμπράξειε, καὶ ὅτι περιορῴη τὸν ἀδελφὸν τὸν Μαλίχου τὰ φρούρια καταλαμβάνοντα· πολλὰ γὰρ ἤδη κατείληπτο, καὶ τὸ πάντων ὀχυρώτατον, Μασάδα.

β'. Οὐ μὴν αὐτῷ τι πρὸς τὴν Ἡρώδου βίαν ἤρκεσεν, ὃς ἀναρρωσθεὶς τά τε ἄλλα παραλαμβάνει, κἀκεῖνον ἐκ τῆς Μασάδας ἱκέτην ἀφῆκεν. Ἐξήλασε δὲ καὶ ἐκ τῆς Γαλιλαίας Μαρίωνα τὸν Τυρίων τύραννον, ἤδη τρία κατεσχηκότα τῶν ἐρυμάτων· τοὺς δὲ ληφθέντας Τυρίους ἔσωσε μὲν πάντας, ἔστι δ' οὓς καὶ δωρησάμενος ἀπέπεμψεν, εὔνοιαν ἑαυτῷ παρὰ τῆς πόλεως καὶ τῷ τυράννῳ μῖσος παρασκευαζόμενος. Ὁ δὲ Μαρίων ἠξίωτο μὲν τῆς τυραννίδος ὑπὸ Κασσίου, τυραννίσι πᾶσαν διαλαβόντος τὴν Συρίαν· κατὰ δὲ τὸ πρὸς Ἡρώδην ἔχθος συγκατήγαγεν Ἀντίγονον τὸν Ἀριστοβούλου, καὶ τὸ πλέον διὰ Φάβιον, ὃν Ἀντίγονος χρήμασι προσποιησάμενος βοηθὸν εἶχε τῆς καθόδου. Χορηγὸς δ' ἦν ἁπάντων ὁ κηδεστὴς Πτολεμαῖος Ἀντιγόνῳ.

γ'. Πρὸς οὓς Ἡρώδης ἀντιταξάμενος ἐπὶ τῶν ἐμβολῶν τῆς Ἰουδαίας, κρατεῖ τῇ μάχῃ, καὶ τὸν Ἀντίγονον ἐξελάσας, ὑπέστρεψεν εἰς Ἱεροσόλυμα πᾶσιν ἀγαπητὸς ὢν ἐπὶ τῷ κατορθώματι. Καὶ γὰρ οἱ μὴ προσέχοντες πάλαι τότε ᾠκειοῦντο διὰ τὴν πρὸς Ὑρκανὸν ἐπιγαμίαν αὐτῷ. Πρότερον μὲν γὰρ ἦκτο γυναῖκα τῶν ἐπιχωρίων, οὐκ ἄσημον (Δωρὶς ἐκαλεῖτο), ἐξ ἧς ἐγέννησεν Ἀντίπατρον· τότε δὲ γήμας τὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀριστοβούλου θυγατέρα, θυγατριδῆν τε Ὑρκανοῦ Μαριάμμην, οἰκεῖος τῷ βασιλεῖ γίνεται.

δ'. Ἐπεὶ δὲ Κάσσιον περὶ Φιλίππους ἀνελόντες ἀνεχώρησαν, εἰς μὲν Ἰταλίαν Καῖσαρ, ἐπὶ δὲ τὴν Ἀσίαν Ἀντώνιος, πρεσβευομένων τῶν ἄλλων πόλεων πρὸς Ἀντώνιον εἰς Βιθυνίαν, ἧκον καὶ Ἰουδαίων οἱ δυνατοὶ, κατηγοροῦντες Φασαήλου τε καὶ Ἡρώδου, βίᾳ μὲν αὐτοὺς κρατεῖν τῶν πραγμάτων, ὄνομα δὲ μόνον περιεῖναι Ὑρκανῷ τίμιον. Πρὸς ἃ παρὼν Ἡρώδης καὶ τεθεραπευκὼς οὐκ ὀλίγοις Ἀντώνιον χρήμασιν οὕτω διέθηκεν, ὡς μηδὲ λόγου τῶν ἐχθρῶν ἀνέχεσθαι. Καὶ τότε μὲν οὕτω διελύθησαν.

ε'. Αὖθις δὲ οἱ ἐν τέλει Ἰουδαίων ἑκατὸν ἄνδρες

servat incolumem, qui amborum insidiatorem peremit: » utrum autem ex animo ista dixerit, an quod præ timore facinus probaret, incertum est. Sed enim Malichum hoc modo ultus est Herodes.

CAP. XII. (X.)

At postquam Cassius e Syria discessit, iterum Hierosolymis orta est seditio, facto in Phasaelum impetu a Felice cum exercitu, ut qui vellet Malichi necem ulcisci Herodis culpam in fratrem persequendo. Erat autem Herodes quidem Damasci, apud Fabium ducem; quumque magno desiderio teneretur auxilium ferendi, adversa valetudine impediebatur. Interea Phasaelus etiam suis copiis superavit Felicem, probrumque ingrati objiciebat Hyrcano, et ob ea quibus Felici studuisset, quodque Malichi fratrem castella occupare sivisset: jam enim multa tenuerat, omniumque validissimum, Masadam.

2. Non tamen ei quicquam satis præsidii fuit contra Herodis vim; qui mox, ut convaluit, et alia recepit, et illum ex Masada supplicem dimisit. Præterea Marionem Tyriorum tyrannum, tribus jam castellis potitum, ex Galilæa pepulit: Tyriisque, quos ceperat, vitam concessit omnibus, nonnullis etiam dona dedit et abire permisit, et sibimet civitatis benevolentiam concilians, ejusdemque odium in tyrannum concitans. Marion autem a Cassio quidem obtinuerat tyrannidem, qui Syriam omnem tyrannidibus occupaverat: ex suo vero in Herodem odio Antigono Aristobuli filio opem ferebat, eoque magis propter Fabium, quem Antigonus sibi pecunia conciliatum reditus adjutorem habebat. Cuncta vero Antigono suppeditabat Ptolemæus affinis.

3. Adversus istos quum aciem in ipso aditu Judææ instruxisset Herodes, pugna fit superior, fugatoque Antigono reversus est Hierosolyma, ex re præclare gesta omnibus gratus acceptusque. Etenim qui antea ei parum favebant, tunc sese ei adjunxerunt propter illius cum Hyrcano affinitatem. Nam prius quidem ex indigenis habuerat uxorem, non ignobilem, quæ Doris vocabatur; ex qua sustulit Antipatrum: tunc autem, in matrimonium ducta Mariamne, filia Alexandri Aristobuli filii, Hyrcanique ex filia nepte, regi necessitudine conjungitur.

4. Sed ubi, Cassio circa Philippos interfecto, discesserunt, Cæsar quidem in Italiam, Antonius vero in Asiam, quum legati ab aliis civitatibus ad Antonium missi essent in Bithyniam, veniebant etiam Judæorum primates, qui Phasaelum et Herodem accusarent, dicentes illos quidem rerum summam vi tenere, Hyrcano vero tantum superesse nomen honorificum. Istis quum interesset Herodes et magna pecunia Antonium sibi conciliasset, ita eum affecit, ut inimicis ne dicendi quidem potestatem faceret. Et tunc quidem ita dimissi sunt.

5. Denuo autem e Judæorum primariis centum viri An-

ἧκον εἰς τὴν πρὸς Ἀντιόχειαν Δάφνην ἐπ' Ἀντώνιον, ἤδη τῷ Κλεοπάτρας ἔρωτι δεδουλωμένον· οἳ, προστησάμενοι τοὺς ἀξιώματι καὶ λόγῳ σφῶν δυνατωτάτους, κατηγόρουν τῶν ἀδελφῶν. Ὑπήντα δὲ Μεσσάλας ἀπολογούμενος, συμπαρεστῶτος Ὑρκανοῦ διὰ τὸ κῆδος. Καὶ Ἀντώνιος ἀκούσας ἑκατέρων Ὑρκανοῦ διεπυνθάνετο τοὺς ἐπιτηδειοτέρους ὄντας ἄρχειν. Τοῦ δὲ τοὺς περὶ τὸν Ἡρώδην προκρίναντος, ἡσθεὶς (ἦν γὰρ ἤδη καὶ ξένος αὐτοῖς πατρῷος δεχθεὶς ὑπ' Ἀντιπάτρου φιλοφρόνως, ὅτε εἰς τὴν Ἰουδαίαν σὺν Γαβινίῳ παρέβαλε) τετράρχας ἀποδείκνυσι τοὺς ἀδελφούς, πᾶσαν διοικεῖν τὴν Ἰουδαίαν ἐπιτρέπων.

ς'. Προσαγανακτούντων δὲ τῶν πρέσβεων, πεντεκαίδεκα μὲν συλλαβὼν εἵργνυσιν, οὓς καὶ ἀνελεῖν ὥρμησε· τοὺς δὲ λοιποὺς μεθ' ὕβρεως ἀπήλασε. Πρὸς δ μείζων ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις γίνεται ταραχή. Χιλίους γοῦν πάλιν ἔπεμψαν πρέσβεις εἰς Τύρον, ἔνθα διέτριβεν Ἀντώνιος ἐπὶ Ἱεροσολύμων ὡρμημένος· ἐπὶ τούτους κεκραγότας ἐκπέμπει τὸν ἄρχοντα τῶν Τυρίων, κολάζειν προστάξας οὓς ἂν λάβῃ, συγκατασκευάζειν τε τὴν ἀρχὴν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ κατασταθεῖσι τετράρχαις.

ζ'. Πρὸ δὲ τούτου πολλὰ παρῄνει προελθὼν ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν Ἡρώδης σὺν Ὑρκανῷ, μήθ' ἑαυτοῖς ἀπωλείας αἰτίους, μήτε τῇ πατρίδι πολέμου γίνεσθαι φιλονεικοῦντας ἀκρίτως. Τῶν δὲ ἔτι μᾶλλον ἀγανακτούντων, Ἀντώνιος ἐκπέμψας ὁπλίτας, πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινε, πολλοὺς δὲ ἔτρωσεν· ὧν οἵ τε πεσόντες ταφῆς καὶ οἱ τραυματίαι θεραπείας ἠξιώθησαν ὑπὸ Ὑρκανοῦ· οὐ μὴν οἱ διαφυγόντες ἠρέμουν, ἀλλὰ τὰ μετὰ τὴν πόλιν συνταράσσοντες, παρώξυναν τὸν Ἀντώνιον, ὥστε καὶ τοὺς δεσμώτας ἀποκτεῖναι.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Μετὰ δὲ ἔτη δύο Βαρζαφάρνου τοῦ Πάρθων σατράπου σὺν Πακόρῳ τῷ βασιλέως υἱῷ Συρίαν κατασχόντος Λυσανίας διαδεδεγμένος ἤδη τὴν ἀρχήν, τοῦ πατρὸς τελευτήσαντος (Πτολεμαῖος δ' ἦν οὗτος ὁ Μενναίου), πείθει τὸν σατράπην ὑποσχέσει χιλίων ταλάντων καὶ πεντακοσίων γυναικῶν καταγαγεῖν ἐπὶ βασιλείᾳ τὸν Ἀντίγονον, καταλῦσαι δὲ τὸν Ὑρκανόν. Τούτοις ὑπαχθεὶς Πάκορος αὐτὸς μὲν ᾔει κατὰ τὴν παράλιον, Βαρζαφάρνην δὲ διὰ τῆς μεσογείου προσέταξεν ἐμβαλεῖν. Τῶν δ' ἐπιθαλαττίων Τύριοι Πάκορον οὐκ ἐδέξαντο, καίτοι Πτολεμαέων καὶ Σιδωνίων δεδεγμένων. Ὁ δὲ οἰνοχόῳ τινὶ τῶν βασιλικῶν ὁμωνύμῳ μοῖραν τῆς ἵππου παραδούς, ἐμβαλεῖν ἐκέλευσεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, κατασκεψόμενόν τε τὰ τῶν πολεμίων, καὶ πρὸς ἃ δέοι βοηθήσοντα Ἀντιγόνῳ.

β'. Τῶν δὲ ληιζομένων τὸν Κάρμηλον, πολλοὶ Ἰουδαῖοι συνδραμόντες πρὸς Ἀντίγονον προθύμους ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν εἰσβολὴν παρεῖχον. Ὁ δ' αὐτοὺς ἐπὶ τὸν καλούμενον Δρυμὸν προέπεμψε, τὸ χωρίον καταλαβεῖν· ἐν ᾧ γενομένης συμβολῆς, ὠσάμενοι τοὺς πολεμίους καὶ διώξαντες ἐπὶ Ἱεροσολύμων ἔθεον· γενόμενοι δὲ

tonium, Cleopatræ amori mancipatum, ad Daphnen Antiochiæ convenerunt: qui, factis sibi ductoribus e suis dignitate et eloquentia plurimum valentibus, in fratres accusationem instituunt. Occurrebat autem eis Messala juvenum causam agens, Hyrcano adstante propter affinitatem. Auditis deinde utrisque ab Hyrcano quæsivit Antonius, utri ad imperandum magis essent idonei. Quumque is Herodem et suos prætulisset, lætatus (nam cum patre illorum jam olim hospitium fecerat, summa cum humanitate ab Antipatro exceptus, eo tempore quo in Judæam cum Gabinio trajecerat) fratres tetrarchas constituit, illis permittens Judæam omnem imperio regere.

6. Legatis autem id ægre ferentibus, quindecim eorum comprehensos in custodiam dedit, quos etiam occidere voluit: reliquos vero cum contumelia abegit. Unde major tumultus Hierosolymis excitatur. Denique mille legatos iterum Tyrum miserunt; ubi commorabatur Antonius, quum vellet in Hierosolyma irruere. Adversus hos, quum clamorem sustulissent, mittit Tyriorum administratorem, eique præcepit, ut de iis quos caperet supplicium sumeret, et illis principatum confirmaret qui ab ipso tetrarchæ erant constituti.

7. Ante hæc autem Herodes, usque ad littus cum Hyrcano progressus, multis eos hortabatur, ne aut sibimet exitii auctores fierent, aut patriæ belli, dum temere et inconsulto ad contentionem venirent. Illis autem magis adhuc indignantibus, Antonius, missis armatis, multos occidit, multosque vulneravit: quorum et mortuos sepultura et saucios curatione dignatus est Hyrcanus. Non tamen ii qui fuga dilapsi sunt quietos se tenebant, sed civitatem conturbando adeo Antonium exacerbarunt, ut etiam vinctos interfecerit.

CAP. XIII. (XI.)

Biennio autem post, quum Barzapharnes Parthorum satrapa et Pacorus regis filius Syriam occupassent, Lysanias qui in principatum successerat post mortem patris (ille autem Ptolemæus erat Mennæi filius), satrapæ persuadet, ipsi mille talenta et quingentas mulieres pollicendo, Antigonum in regnum reducere et Hyrcanum deturbare. His inductus Pacorus ipse quidem per oram maritimam profectus est, Barzapharni vero præcepit per mediterranea impressionem facere. Sed maritimorum Tyrii Pacorum excluserunt, quamvis Ptolemaidenses et Sidonii eum admiserint. Ille vero, quum pocillatori cuidam regio, ipsi cognomini, equitatus partem tradidisset, jussit irruptionem facere in Judæam, ut et res hostium specularetur, et Antigonum, si quidem opus esset, adjuvaret.

2. Illis autem Carmelum populantibus, multi Judæi ad Antigonum confluebant, seque paratos esse ostendebant una cum eo irrumpere. Ille vero ad locum qui Drymus appellatur eos præmisit, ut regionem occuparent; ubi pugna commissa, depulsisque hostibus et fugatis, Hierosolyma cursu petebant; auctique plurium accessione usque ad re-

πλείους μέχρι τῶν βασιλείων προῆλθον. Ὑρκανοῦ δὲ καὶ Φασαήλου δεξαμένων αὐτοὺς κρατερῷ στίφει, μάχη κατὰ τὴν ἀγορὰν συρρήγνυται, καθ' ἣν τρεψάμενοι τοὺς πολεμίους οἱ περὶ Ἡρώδην κατακλείουσιν εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ φρουροὺς αὐτῶν ἄνδρας ἑξήκοντα ταῖς πλησίον οἰκίαις ἐγκατέστησαν. Τούτους μὲν οὖν ὁ στασιάζων πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς λαὸς ἐπελθὼν ἐμπίπρησιν. Ἡρώδης δὲ τοῦ δήμου πολλοὺς κατ' ὀργὴν τῶν ἀπολωλότων ἀναιρεῖ συμβαλών· καὶ καθ' ἡμέραν ἐπεκθεόντων ἀλλήλοις κατὰ λόχους φόνος ἦν ἀδιάλειπτος.

γ'. Ἐνστάσης δὲ ἑορτῆς, ἣ Πεντηκοστὴ καλεῖται, τά τε περὶ τὸ ἱερὸν πάντα καὶ ἡ πόλις ὅλη πλήθους τῶν ἀπὸ τῆς χώρας ἀναπίμπλαται τὸ πλέον ὁπλιτῶν. Καὶ Φασάηλος μὲν τὸ τεῖχος, Ἡρώδης δὲ μετ' οὐ πολλῶν ἐφρούρει τὰ βασίλεια, καὶ τοῖς πολεμίοις ἐπιδραμὼν ἀσυντάκτοις κατὰ τὸ προσάρκτιον, πλείστους μὲν ἀναιρεῖ, τρέπεται δὲ πάντας· καὶ τοὺς μὲν εἰς τὴν πόλιν, τοὺς δὲ εἰς τὸ ἱερὸν, τοὺς δὲ εἰς τὸ ἔξω χαράκωμα συγκλείει. Κἂν τούτῳ διαλλακτὴν μὲν Ἀντίγονος παρακαλεῖ Πάκορον εἰσαφεῖναι. Φασάηλος δὲ πεισθεὶς τῇ τε πόλει καὶ ξενίᾳ τὸν Πάρθον εἰσδέχεται μετὰ πεντακοσίων ἱππέων, προφάσει μὲν ἥκοντα τοῦ παῦσαι τὴν στάσιν, τὸ δ' ἀληθὲς Ἀντιγόνῳ βοηθόν. Τὸν γοῦν Φασάηλον ἐνεδρεύων ἀνέπεισε πρὸς Βαρζαφάρνην πρεσβεύσασθαι περὶ καταλύσεως, καίτοι γε πολλὰ ἀποτρέποντος Ἡρώδου καὶ παραινοῦντος ἀνελεῖν τὸν ἐπίβουλον, ἀλλὰ μὴ ταῖς ἐπιβουλαῖς ἑαυτὸν ἐκδιδόναι· φύσει γὰρ ἀπίστους εἶναι τοὺς βαρβάρους. Ἔξεισι δ' Ὑρκανὸν παραλαβὼν καὶ Πάκορος, ὡς ἧττον ὑποπτεύοιτο, καὶ καταλιπὼν παρ' Ἡρώδῃ τινὰς τῶν ἐλευθέρων καλουμένων ἱππέων, τοῖς λοιποῖς προέπεμπε Φασάηλον.

δ'. Ὡς δ' ἐγένοντο κατὰ τὴν Γαλιλαίαν, τοὺς μὲν ἐπιχωρίους ἀφεστῶτας καὶ ἐν τοῖς ὅπλοις ὄντας καταλαμβάνουσι, τῷ σατράπῃ δ' ἐνετύγχανον πανούργως σφόδρα, καὶ ταῖς φιλοφρονήσεσι τὴν ἐπιβουλὴν καλύπτειν ἐνεκελεύοντο. Δῶρα γοῦν δοὺς αὐτοῖς, ἔπειτ' ἀναχωροῦντας ἐλόχα. Τοῖς δὲ αἴσθησις γίνεται τῆς ἐπιβουλῆς, καταχθεῖσιν εἴς τι τῶν παραθαλασσίων χωρίων, ὃ καλεῖται Ἐκδίππων. Ἐκεῖ γὰρ τήν τε ὑπόσχεσιν ἤκουσαν τῶν χιλίων ταλάντων, καὶ ὡς Ἀντίγονος τὰς πλείστας τῶν παρ' αὐτοῖς γυναικῶν ἐν ταῖς πεντακοσίαις καθωσίωσε Πάρθοις, ὅτι τε προλοχίζοιντο μὲν αὐτοῖς αἱ νύκτες ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἀεὶ, πάλαι δ' ἂν καὶ συνελήφθησαν, εἰ μὴ περιέμενον ἐν Ἱεροσολύμοις Ἡρώδην πρότερον λαβεῖν, ὡς μὴ προπυθόμενος τὰ κατ' αὐτοὺς φυλάξαιτο. Ταῦτ' οὐκέτι λόγος ἦν μόνον, ἀλλὰ καὶ φύλακας ἤδη πόρρωθεν αὐτῶν ἔβλεπον.

ε'. Οὐ μὴν Φασάηλος, καίτοι πολλὰ παραινοῦντος Ὀφελλίου φεύγειν (πέπυστο γὰρ οὗτος παρὰ Σαραμάλλα τοῦ πλουσιωτάτου τότε Σύρων τὴν σύνταξιν τῆς ἐπιβουλῆς ὅλην), καταλιπεῖν Ὑρκανὸν ὑπέμεινεν, ἀλλὰ τῷ σατράπῃ προσελθὼν ἄντικρυς ὠνείδιζε τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ μάλισθ' ὅτι γένοιτο τοιοῦτος χρημάτων ἕνεκεν. Πλείω γε μὴν αὐτὸς ὑπὲρ σωτηρίας ὑπισχνεῖται δώσειν

giam procedebant. Quum autem eos valida manu excepissent Hyrcanus et Phasaelus, in foro prælio confligitur: in quo hostibus vi Herodianorum in fugam versis, eos in fanum concludunt, virosque sexaginta, qui illos custodirent, in vicinis domibus collocarunt. Ceterum populus, seditionem in fratres faciens, illos aggressus concremavit. Herodes autem, ob peremptos ira excandescens, pugna populo conserta, multos illorum interficit: et aliis quotidie in alios turmatim incursantibus, continua facta est cædes.

3. At festo instante, quod Pentecoste appellatur, loca omnia circa templum et tota urbs plebe rustica repleta est et pleraque armata. Et Phasaelus quidem muros, Herodes vero cum paucis regiam tutabatur, factoque in hostes inordinatos incursu ad urbis partem borealem, complures quidem perimit, universos vero in fugam vertit, et alios in urbem, alios in fanum, rursus alios in vallum exterius concludit. Interea supplex petit Antigonus ut Pacorus pacis arbiter in urbem admittatur. Atque Phasaelus exoratus urbe et hospitio Parthum cum equitibus quingentis excipit, specie quidem ad seditionem componendam venientem, re autem vera ad opem Antigono ferendam. Denique Phasaelum fraude doloque perpulit ut ad Barzapharnem legatus de bello finiendo proficisceretur, quamvis multum dissuadente Herode et hortante ut insidiatorem e medio tolleret, sed non se ipsum ejus insidiis capi pateretur; natura quippe barbaros esse perfidos. Exiit autem Pacorus cum Hyrcano, quo minus suspectus esset, relictisque apud Herodem nonnullis equitibus, qui Eleutheri (*liberi*) vocantur, cum ceteris Phasaelum deducebat.

4. Sed ubi ad Galilæam venerunt, indigenas quidem ad defectionem perductos atque armatos offendunt, satrapam vero callide admodum adeunt, et adhortantur ut amicissime eos tractando insidias tegeret. Itaque primum eos muneribus donavit, deinde discedentibus insidiabatur. Illi autem, in maritimum quendam locum deducti, cui nomen Ecdippon, fraudem intelligunt. Ibi enim de mille talentis promissis audierunt, et quod Antigonus quingentarum mulierum maximam partem e suis devovisset Parthis, quodque sibi semper a barbaris noctu præstruerentur insidiæ, et jam diu comprehensi fuissent, nisi exspectassent donec Hierosolymis captus foret Herodes, ne, si præscivisset quid de illis fieret, sibi cavere in mentem ei veniret. Neque tum verba istæc erant, sed jam custodes procul ab ipsis conspiciebant.

5. Non tamen Phasaelus, quamvis eum multis moneret Ofellius ut aufugeret, (nam ille a Saramalla, qui tum erat Syrorum locupletissimus, omnia de compositis insidiis audiverat,) Hyrcanum deserere sustinuit, sed ad satrapam profectus, ei in os exprobrabat insidias, et maxime quod pecuniæ gratia tam perfidus exstitisset. Atqui ipse plus pro salute daturum esse promittebat quam Antigonus pro

ὧν Ἀντίγονος ὑπὲρ βασιλείας ὑπέσχηται. Πρὸς ταῦτα πανούργως ὁ Πάρθος ἀπολογίαις τε καὶ ὅρκοις ἀποσκευασάμενος τὴν ὑποψίαν ᾤχετο πρὸς Πάκορον. Εὐθέως δὲ τῶν καταλειφθέντων Πάρθων οἷς προσετέτακτο Φασάηλόν τε καὶ Ὑρκανὸν συνελάμβανον, τά τε ἄλλα πρὸς τῇ ἐπιορκίᾳ καὶ τὸ ἄπιστον αὐτοῖς καταρωμένους.

ϛ'. Ἐν δὲ τούτῳ καὶ τὸν Ἡρώδην ὁ πεμφθεὶς οἰνοχόος ἐπεβούλευε συλλαβεῖν, ἔξω τοῦ τείχους ἀπατήσας προελθεῖν, ὥσπερ ἐντολὰς εἶχεν. Ὁ δ' ἀπ' ἀρχῆς ὑποπτεύων τοὺς βαρβάρους, καὶ τότε πεπυσμένος εἰς τοὺς πολεμίους ἐμπεπτωκέναι τὰ μηνύοντα τὴν ἐπιβουλὴν αὐτῷ γράμματα, προελθεῖν οὐκ ἐβούλετο, καίτοι μάλα ἀξιοπίστως τοῦ Πακόρου φάσκοντος δεῖν αὐτὸν ὑπαντῆσαι τοῖς τὰς ἐπιστολὰς κομίζουσιν· οὔτε γὰρ ἑαλωκέναι τοῖς πολεμίοις αὐτάς, καὶ περιέχειν οὐκ ἐπιβουλήν, ἀλλ' ὁπόσα διεπράξατο Φασάηλος. Ἔτυχε δὲ παρ' ἄλλων προακηκοὼς τὸν ἀδελφὸν συνειλημμένον, καὶ προσῄει Ὑρκανοῦ θυγάτηρ Μαριάμμη, συνετωτάτη γυναικῶν, καταντιβολοῦσα μὴ προϊέναι, μηδ' ἐμπιστεύειν ἑαυτὸν ἤδη φανερῶς ἐπιχειροῦσι τοῖς βαρβάροις.

ζ'. Ἔτι δὲ τῶν περὶ Πάκορον σκεπτομένων πῶς ἂν κρύφα τὴν ἐπιβουλὴν ἀπαρτίσειαν (οὐ γὰρ ἐκ τοῦ φανεροῦ οἷόν τε ἦν ἀνδρὸς οὕτω συνετοῦ περιγενέσθαι), προλαβὼν Ἡρώδης μετὰ τῶν οἰκειοτάτων προσώπων, νύκτωρ ἐπὶ Ἰδουμαίας ἐχώρει λάθρα τῶν πολεμίων. Αἰσθόμενοι δ' οἱ Πάρθοι κατεδίωκον. Κἀκεῖνος τὴν μὲν μητέρα καὶ τὴν ἀδελφὴν καὶ τὴν καθωμολογημένην παῖδα μετὰ τῆς μητρὸς καὶ τοῦ νεωτάτου τῶν ἀδελφῶν προστάξας ὁδεύειν, αὐτὸς ἀσφαλῶς μετὰ τῶν θεραπόντων ἀνέκοπτε τοὺς βαρβάρους, καὶ πολλοὺς κατὰ πᾶσαν προσβολὴν ἀποκτείνας εἰς Μασάδαν τὸ φρούριον ἀφῖκτο.

η'. Καὶ βαρυτέρους κατὰ τὴν φυγὴν Πάρθων Ἰουδαίους ἐπείρασεν, ἐνοχλήσαντας μὲν διηνεκῶς, ἀπὸ δ' ἑξήκοντα τῆς πόλεως σταδίων καὶ παραταξαμένους ἐπιεικῶς πολὺν χρόνον. Ἔνθα κρατήσας Ἡρώδης καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἀποκτείνας, αὖθις εἰς μνήμην τοῦ κατορθώματος ἔκτισε τὸ χωρίον καὶ βασιλείοις πολυτελεστάτοις ἐκόσμησε, καὶ ἀκρόπολιν ὀχυρωτάτην ἀνεδείματο, Ἡρώδειόν τε ἐκάλεσεν ἀφ' ἑαυτοῦ. Τηνικαῦτα γε μὴν φεύγοντες, καθ' ἡμέραν αὐτῷ προσεγίνοντο πολλοί· καὶ κατὰ Θρῆσαν γενομένῳ τῆς Ἰδουμαίας Ἰώσηπος ἀδελφὸς ὑπαντήσας, συνεβούλευε τοὺς πολλοὺς τῶν ἑπομένων ἀποφορτίσασθαι· μὴ γὰρ ἂν τοσοῦτον ὄχλον δέξασθαι τὴν Μασάδαν. Ἦσαν δ' ὑπὲρ ἐννεακισχιλίους. Πεισθεὶς οὖν Ἡρώδης τοὺς μὲν βαρυτέρους τῆς χρείας διαφῆκεν ἀνὰ τὴν Ἰδουμαίαν, δοὺς ἐφόδια· μετὰ δὲ τῶν ἀναγκαιοτάτων τοὺς ἀλκιμωτάτους κατασχὼν εἰς τὸ φρούριον διασώζεται. Καταλιπὼν δ' ἐνταῦθα ταῖς γυναιξὶν ὀκτακοσίους φύλακας, καὶ διαρκῆ τἀπιτήδεια πρὸς πολιορκίαν, αὐτὸς εἰς τὴν Ἀραβικὴν Πέτραν ἠπείγετο.

regno promiserit. Ad hæc Parthus astute admodum se gerit, quumque id egisset ut excusationibus et crebro jurejurando omnem a se suspicionem dimoveret, ad Pacorum ibat. Ac statim Parthorum qui remanserant quidam, quibus jussum erat, Phasaelum atque Hyrcanum comprehendunt, et ob alia præter perjurium et ob perfidiam eos detestantes.

6. Interea autem et Herodem pocillator, qui missus erat, per insidias capere moliebatur, extra murum fraude ipsum deducendo, prout in mandatis habebat. Ille vero, ut qui jam inde a principio barbaros suspicaretur, et tunc audisset in hostium manus incidisse literas quæ insidias ei indicarent, prodire nolebat, quanquam causam satis idoneam Pacorus obtenderet, oportere eum literas afferentibus obviam ire : non enim eas ab hostibus esse interceptas, aut quicquam de insidiis, sed quæ Phasaelus gessisset, illis contineri. Jam dudum autem ab aliis acceperat Herodes, fratrem esse comprehensum, ipsumque adierat Hyrcani filia Mariamne, mulierum sapientissima, orans atque obsecrans ut nec prodiret, neque barbaris se crederet jam palam ipsi perniciem machinantibus.

7. Adhuc autem Pacoro suisque deliberantibus, quonam tandem pacto insidias adornarent (nec enim fieri poterat ut tantæ sapientiæ vir ex aperto circumveniretur), nocte Herodes assumptis sibi propinquissimis in Idumæam insciis hostibus se conferebat. Quod quum rescirent Parthi, persequebantur. Et ille quidem, quum matrem et sororem desponsatamque puellam cum matre et fratre suo natu minimo via incedere jussisset, ipse cum famulis caute arcebat barbaros, multisque, quoties impetum in eum facerent, interemptis, ad Masadam castellum perveniebat.

8. Judæos autem in fuga Parthis infestiores expertus est, qui ei quidem molestias perpetuo crearunt, sexagesimo vero ab urbe stadio cum eo aliquamdiu justa acie dimicarunt : ubi Herodes, quum eos superasset multosque interfecisset, postea in memoriam rei præclare gestæ locum ædificavit et regia magnificentissima exornavit, arcemque munitissimam condidit, ac de suo nomine Herodeum appellavit. Et tunc quidem quum fugerent, quotidie ei multi se adjungebant, quumque ad Thresam Idumææ venisset, occurrit ei frater ejus Josephus, et consilium dedit ut turbæ sequentium majorem partem dimitteret : haud enim posse Masadam tantam multitudinem capere. Erant autem supra novem millia. Ei obsecutus Herodes, annis graviores quam ut usui esse possent per Idumæam dimisit, dato illis viatico; et cum maxime necessariis et robustissimis, quos secum retinuit, in castellum salvus evasit. Deinde octoginta ibi relictis in mulierum custodiam, itemque rerum omnium ad obsidionem necessariarum copia, ipse in Petram Arabiæ ire contendebat.

θʹ. Πάρθοι δ' ἐν Ἱεροσολύμοις ἐφ' ἁρπαγὴν τραπόμενοι, τῶν φυγόντων εἰς τὰς οἰκίας εἰσέπιπτον καὶ τὸ βασίλειον, ἀπεχόμενοι μόνον τῶν Ὑρκανοῦ χρημάτων· ἦν δ' οὐ πλείω τριακοσίων ταλάντων. Ἐπετύγχανον δὲ καὶ τῶν ἄλλων οὐχ ὅσοις ἤλπισαν· ὁ γὰρ Ἡρώδης ἐκ πολλοῦ τὴν ἀπιστίαν τῶν βαρβάρων ὑφορώμενος, εἰς τὴν Ἰδουμαίαν τὰ λαμπρότατα τῶν κειμηλίων προανεσκευάστο, καὶ τῶν αὐτῷ προσεχόντων ὁμοίως ἕκαστος. Πάρθοι δὲ μετὰ τὰς ἁρπαγὰς ἐπὶ τοσοῦτον ὕβρεως ἐχώρησαν, ὡς ἐμπλῆσαι μὲν ἀκηρύκτου πολέμου τὴν χώραν ἅπασαν, ἀνάστατον δὲ ποιῆσαι τὴν Μαρισσαίων πόλιν, μὴ μόνον τε καταστῆσαι βασιλέα Ἀντίγονον, ἀλλὰ καὶ παραδοῦναι αὐτῷ Φασάηλον καὶ Ὑρκανὸν δεσμώτας αἰκίσασθαι. Ὁ δὲ Ὑρκανοῦ μὲν προσπεσόντος αὐτὸς τὰ ὦτα λωβᾶται τοῖς ὀδοῦσιν, ὡς μηδὲ αὖθις ἐν μεταβολῇ ποτὲ δύναιτο τὴν ἀρχιερωσύνην ἀναλαβεῖν· δεῖ γὰρ ὁλοκλήρους ἀρχιερᾶσθαι.

ιʹ. Τῆς Φασαήλου δὲ ἀρετῆς ὑστερίζει, φθάσαντος πέτρᾳ προσαράξαι τὴν κεφαλὴν, ὡς γε σιδήρου καὶ χειρῶν εἴργετο. Κἀκεῖνος μὲν, Ἡρώδου γνήσιον ἑαυτὸν ἀποδείξας ἀδελφὸν, καὶ Ὑρκανὸν ἀγεννέστατον, ἀνδρειότατα θνήσκει, ποιησάμενος τὴν καταστροφὴν τοῖς κατὰ τὸν βίον ἔργοις πρέπουσαν. Κατέχει δὲ καὶ ἄλλος λόγος, ὡς ἀνενέγκαι μὲν ἐκ τῆς τότε πληγῆς, πεμφθεὶς δ' ἰατρὸς ὑπ' Ἀντιγόνου, θεραπεῦσαι δῆθεν αὐτὸν, ἐμπλήσειε τὸ τραῦμα δηλητηρίων φαρμάκων, καὶ διαφθείρειεν αὐτόν. Ὁπότερον δ' ἂν ἀληθὲς ᾖ, τὴν ἀρχὴν ἔχει λαμπράν. Φασὶ γοῦν αὐτὸν, καὶ πρὶν ἐκπνεῦσαι, πυθόμενον παρὰ γυναίου τινὸς ὡς Ἡρώδης διαφύγοι, « νῦν » εἰπεῖν « εὔθυμος ἄπειμι, τὸν μετελευσόμενον τοὺς ἐχθροὺς ζῶντα καταλιπών. »

ιαʹ. Ὁ μὲν οὖν οὕτω τελευτᾷ. Πάρθοι δὲ, καίτοι διημαρτηκότες ὧν μάλιστα ἐπεθύμουν γυναικῶν, καθιστᾶσι μὲν ἐν Ἱεροσολύμοις Ἀντιγόνῳ τὰ πράγματα, δεσμώτην δ' Ὑρκανὸν ἀνάγουσιν εἰς τὴν Παρθυηνήν.

ΚΕΦ. ΙΔʹ.

Ἡρώδης δὲ συντονώτερον ἤλαυνεν εἰς τὴν Ἀραβίαν, ὡς ἔτι τἀδελφοῦ ζῶντος ἐπειγόμενος χρήματα παρὰ τοῦ βασιλέως λαβεῖν, οἷς μόνοις πείσειν ὑπὲρ Φασαήλου τὴν τῶν βαρβάρων ἤλπισε πλεονεξίαν. Ἐλογίζετο γὰρ, εἰ τῆς πατρῴας φιλίας ἀμνημονέστερος ὁ Ἄραψ γένοιτο καὶ τοῦ δοῦναι δωρεὰν μικρολογώτερος, δανείσασθαι παρ' αὐτοῦ τὰ λύτρα ῥύσιον θεὶς τὸν τοῦ λυτρουμένου παῖδα· καὶ γὰρ ἐπήγετο τὸν ἀδελφιδοῦν ὄντα ἐτῶν ἑπτά· τάλαντα δὲ ἦν ἕτοιμος τριακόσια δοῦναι, προστησάμενος Τυρίους παρακαλοῦντας. Τὸ χρεὼν δ' ἄρα τὴν αὐτοῦ σπουδὴν ἔφθακει, καὶ Φασαήλου τεθνηκότος εἰς κενὸν Ἡρώδης φιλάδελφος ἦν. Οὐ μὴν οὐδὲ παρὰ Ἄραψιν ηὕρισκε φιλίαν μένουσαν. Ὁ γοῦν βασιλεὺς αὐτῶν Μάλιχος προπέμψας κατὰ τάχος ἐκ τῆς χώρας προσέτασσεν ἀναστρέφειν, προφάσει μὲν χρώμενος Πάρθοις (ἐπικηρυκεύσασθαι γὰρ αὐτοὺς ἐκβαλεῖν

9. Parthi autem, Hierosolymis ad direptionem versi, in fugientium domos irruebant, itidemque in regiam, tantum ab Hyrcani pecuniis abstinentes; erant autem non supra talenta trecenta. Quin et ceterorum res offenderunt spe sua minores: nam Herodes jam pridem barbarorum perfidiam suspicans, e supellectile sua splendidissima quæque antea in Idumæam deportanda curaverat; atque affinium ejus quisque similiter fecerat. Ceterum Parthi post istam direptionem eo injuriarum processerunt, ut regionem omnem bello acri et non indicto compleverint, et Marissæorum urbem funditus everterint, atque non solum Antigonum regem constituerint, verum etiam Phasaelum et Hyrcanum vinctos ei tradiderint ut cruciarentur. At ille Hyrcani quidem, genibus ejus advoluti, auriculas ipsemet mordicus abstulit, ut nunquam in posterum, si rerum mutatio accideret, possit pontificatum recipere: nam integros esse oportet qui isto munere funguntur.

10. Verum Antigonum prævenit virtus Phasaeli, qui caput ad saxum allidere occupaverat, quum nec ferri copiam nec manus liberas haberet. Atque ille quidem, quum sese fratrem Herodis germanum ostendisset, et Hyrcanum abjectissimum, viriliter admodum magnoque animo moritur, exitu facto convenienter iis quæ in vita gesserat. Alii autem ferunt quod ex illa quidem plaga melius se habuerit, sed medicus missus ab Antigono, specie eum curandi, venenatis medicamentis vulnus impleverit, ipsumque peremerit. Utrum autem horum verum sit, præclarum habet initium. Denique aiunt ipsum, priusquam animam efflaret, audito a quadam muliercula quod Herodes evaserit, dixisse, « nunc lubenti animo discedo, qui ultorem inimicorum in vivis reliquerim. »

11. Et ille quidem hunc exitum habuit. Parthi autem, quamvis mulierum, quas maxime cupiebant, spes eos frustrata esset, res tamen Hierosolymis in Antigoni gratiam constituunt, vinctumque in Parthiam Hyrcanum abducunt.

CAP. XIV. (XI.)

Herodes autem eo magis properabat in Arabiam, quasi adhuc vivo fratre suo festinans ut pecunias a rege acciperet, quibus solis pro Phasaelo exoratum iri sperabat Parthorum avaritiam. Etenim cogitabat, si Arabs minus memor esset paternæ amicitiæ, animoque illiberaliori quam ut aliquid dono daret, fore ut mutuum ab eo sumeret redemptionis pretium, ipsius filio quem vellet redimere pignori opposito: nam et fratris filium septennem secum ducebat, trecentaque talenta dare decreverat, Tyriis interpositis qui pro eo intercederent. Sed studium ejus prævenerat fati decretum, et mortuo Phasaelo nequicquam fratrem amore prosequebatur Herodes. Non tamen vel apud Arabas amicitiam sibi manentem reperiebat. Namque rex eorum Malichus nunciis præmissis quamprimum e regione reverti jubebat, Parthos quidem in causa esse simulans (illos quip-

Ἡρώδην τῆς Ἀραβίας), τῷ δὲ ὄντι προαιρούμενος κατασχεῖν τὰ Ἀντιπάτρου χρέα, καὶ μηδὲν εἰς τὰς ἐκείνου δωρεὰς ἀντιπαρασχεῖν χρῄζουσι τοῖς τέκνοις δυσωπεῖσθαι. Συμβούλοις δ' ἐχρῆτο τῆς ἀναιδείας τοῖς ὁμοίως ἀποστερεῖν τὰς Ἀντιπάτρου παρακαταθήκας ἐθέλουσιν· ἦσαν δὲ περὶ αὐτὸν οἱ δυνατώτατοι.

β'. Ἡρώδης μὲν δὴ πολεμίους τοὺς Ἄραβας εὑρὼν δι' ἃ φιλτάτους ἤλπισε, καὶ τοῖς ἀγγέλοις ἀποκρινάμενος ὡς ὑπηγόρευε τὸ πάθος, ὑπέστρεψεν ἐπ' Αἴγυπτον. Καὶ τὴν μὲν πρώτην ἑσπέραν κατά τι τῶν ἐπιχωρίων ἱερῶν αὐλίζεται, τοὺς ἀπολειφθέντας ἀναλαβών· τῇ δ' ἑξῆς εἰς Ῥινοκούρουραν προσελθόντι τὰ περὶ τὴν τἀδελφοῦ τελευτὴν ἀπαγγέλλεται. Προσλαβὼν δὲ πένθους ὅσον ἦν, ὡς ἀπεθήκατο φροντίδας, ᾔει προσωτέρω. Καὶ δὴ βραδέως ὁ Ἄραψ μετανοήσας ἔπεμψε διὰ τάχους τοὺς ἀνακαλέσοντας τὸν ὑβρισμένον. Ἔφθανε δὲ καὶ τούτους Ἡρώδης εἰς Πηλούσιον ἀφικόμενος, ἔνθα τῆς παρόδου μὴ τυγχάνων ὑπὸ τῶν ἐφορμούντων τοῖς ἡγεμόσιν ἐντυγχάνει. Κἀκεῖνοι, τήν τε φήμην καὶ τὸ ἀξίωμα τἀνδρὸς αἰδεσθέντες, προπέμπουσιν αὐτὸν εἰς Ἀλεξάνδρειαν. Ὁ δὲ παρελθὼν εἰς τὴν πόλιν ἐδέχθη μὲν λαμπρῶς ὑπὸ Κλεοπάτρας, στρατηγὸν ἐλπιζούσης ἕξειν εἰς ἃ παρεσκευάζετο· διακρουσάμενος δὲ τὰς παρακλήσεις τῆς βασιλίδος, καὶ μήτε τὴν ἀκμὴν τοῦ χειμῶνος ὑποδείσας μήτε τοὺς κατὰ τὴν Ἰταλίαν θορύβους, ἐπὶ Ῥώμης ἔπλει.

γ'. Κινδυνεύσας δὲ περὶ τὴν Παμφυλίαν, καὶ τοῦ φόρτου τὸ πλεῖον ἐκβαλών, μόλις εἰς Ῥόδον διασώζεται, σφόδρα τῷ πρὸς Κάσσιον πολέμῳ τετρυχωμένην. Δεχθεὶς δὲ ὑπὸ Πτολεμαίου καὶ Σαππινίου τῶν φίλων, καίπερ ἐν ἀπορίᾳ χρημάτων ὤν, ναυπηγεῖται τριήρη μεγίστην. Ἐν ᾗ μετὰ τῶν φίλων εἰς Βρεντέσιον καταπλεύσας, κἀκεῖθεν εἰς Ῥώμην ἐπειχθείς, πρώτῳ διὰ τὴν πατρῴαν φιλίαν ἐνετύγχανεν Ἀντωνίῳ, καὶ τάς τε αὐτοῦ καὶ τοῦ γένους συμφορὰς ἐκδιηγεῖται· ὅτι τε τοὺς οἰκειοτάτους ἐν φρουρίῳ καταλιπὼν πολιορκουμένους διὰ χειμῶνος πλεύσειεν ἐπ' αὐτὸν ἱκέτης.

δ'. Ἀντωνίου δὲ ἥπτετο πρὸς τὴν μεταβολὴν οἶκτος, καὶ κατὰ μνήμην μὲν τῆς Ἀντιπάτρου ξενίας, τὸ δὲ ὅλον καὶ διὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ παρόντος ἀρετὴν ἔγνωκε τότε βασιλέα καθιστᾶν Ἰουδαίων, ὃν πρότερον αὐτὸς ἐποίησε τετράρχην. Ἐνῆγε δ' οὐκ ἔλαττον τῆς εἰς Ἡρώδην φιλοτιμίας ἡ πρὸς Ἀντίγονον διαφορά· τοῦτον γὰρ δὴ στασιώδη τε καὶ Ῥωμαίων ἐχθρὸν ὑπελάμβανε. Καίσαρα μὲν οὖν εἶχεν ἑτοιμότερον αὐτοῦ, τὰς Ἀντιπάτρου στρατείας ἀνανεούμενον, ἃς κατ' Αἴγυπτον αὐτοῦ τῷ πατρὶ συνδιήνεγκε, τήν τε ξενίαν, καὶ τὴν ἐν ἅπασιν εὔνοιαν, ὁρῶντά γε μὴν καὶ τὸ Ἡρώδου δραστήριον. Συνῆγε δὲ καὶ τὴν βουλήν, ἐν ᾗ Μεσσάλας καὶ μετ' αὐτὸν Ἀτρατῖνος, παραστησάμενοι τὸν Ἡρώδην, τάς τε πατρῴας εὐεργεσίας καὶ τὴν αὐτοῦ πρὸς Ῥωμαίους εὔνοιαν διεξῄεσαν, ἀποδεικνύντες ἅμα καὶ πολέμιον τὸν Ἀντίγονον, ἐξ ὧν οὐ μόνον διηνέχθη τάχιον, ἀλλ' ὅτι καὶ τότε διὰ Πάρθων λάβοι τὴν ἀρχήν,

pe per legatos petiisse ut Herodem Arabia pelleret), re autem vera secum statuens quæ debita erant Antipatro nequaquam persolvere, et nihil omnino flecti ad gratiam aliquam liberis ejus ad inopiam redactis pro beneficiis acceptis referendam. Impudentiæ vero suasores habebat quibus in animo erat similiter Antipatri depositum intervertere: erant autem isti primates.

2. Proinde Herodes ubi Arabas ex ea sibi causa hostes esse deprehendit, unde amicissimos fore existimabat, atque tale responsum nunciis dederat quale dolor ei suggessit, iter convertit in Ægyptum. Et prima quidem vespera in fanum quoddam rusticanum divertit, ut reciperet quos reliquerat. Postero autem die quum Rhinocururam pervenisset, fratris mors ei nunciatur: et quum justo dolori indulsisset, deposita cura perrexit. At vero, quum Arabem sero facti pœnituisset, quam celerrime misit qui revocarent eum quem contumeliose tractaverat. Herodes autem eos etiam longe præcurrens in Pelusium pervenerat, ubi transitu prohibitus ab iis qui in statione erant, loci rectores convenit. Atque illi famam viri et dignitatem reveriti Alexandriam eum deducunt. Ingressus autem civitatem splendide a Cleopatra exceptus est, spei plena fore ut ducem haberet ad ea quæ paraverat; verum quum reginæ preces rejecisset, nihilque subveritus esset aut tempestatis asperitatem aut tumultus in Italia, Romam navigabat.

3. Circa Pamphyliam vero periclitatus, et majori parte oneris ejecta, ægre in Rhodum, bello adversus Cassium vehementer vexatam, evadit incolumis. Ab amicis vero Ptolemæo et Sappinio exceptus, licet pecuniæ inops fuerit, triremem maximam ædificat. Qua conscensa inde cum amicis solvit et Brundusium appulit, atque inde continuo Romam profectus Antonium, propter amicitiam quæ ei cum patre intercessit, primum adibat, eique tam suas quam familiæ suæ calamitates exponit, quodque, suis maxime necessariis in castello obsidione cincto relictis, per medias tempestates supplex ad eum navigasset.

4. Tantæ autem mutationis misericordia commovetur Antonius, Antipatri quidem recordatione cujus usus fuerat hospitio, maxime vero propter ipsius etiam qui præsens aderat virtutem, tunc proposuit eum Judæorum regem constituere, quem ipse tetrarcham antea fecerat. Ceterum non minus quam suo erga Herodem studio, odio in Antigonum pertrahebatur: namque hunc et seditiosum et Romanis inimicum esse suspicabatur. Immo vero Cæsarem *Augustum* illo etiam multo paratiorem habebat, memoria repetentem Antipatri militiam, qua in Ægypto cum ipsius patre functus fuerat, ejusque hospitium, et in omnibus benevolentiam, quum et præter hæc Herodis quoque strenuitatem cerneret. Porro senatum convocabat, in quo Messala et post eum Atratinus, producto Herode, et patris ipsius beneficia erga Romanos et benevolentiam narrando percensuerunt, simulque hostem Antigonum demonstrantes, non solum quod intra breve tempus is dissidere cœpisset, sed etiam quod tunc

Ῥωμαίους ὑπεριδών. Τῆς δὲ συγκλήτου πρὸς ταῦτα κεκινημένης, ὡς παρελθὼν Ἀντώνιος καὶ πρὸς τὸν κατὰ Πάρθων πόλεμον βασιλεύειν Ἡρώδην συμφέρειν ἔλεγεν, ἐπιψηφίζονται πάντες. Λυθείσης δὲ τῆς βουλῆς, Ἀντώνιος μὲν καὶ Καῖσαρ μέσον ἔχοντες Ἡρώδην ἐξῄεσαν· προῆγον δὲ σὺν ταῖς ἄλλαις ἀρχαῖς οἱ ὕπατοι, θύσοντές τε καὶ τὸ δόγμα ἀναθήσοντες εἰς τὸ Καπετώλιον. Τὴν δὲ πρώτην Ἡρώδου τῆς βασιλείας ἡμέραν, Ἀντώνιος εἱστία αὐτόν.

ΚΕΦ. ΙΕ΄.

Παρὰ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον Ἀντίγονος ἐπολιόρκει τοὺς ἐν Μασάδᾳ, τοῖς μὲν ἄλλοις ἐπιτηδείοις διαρκουμένους, σπανίζοντας δὲ ὕδατος. Διὸ καὶ Ἰώσηπος, ὁ ἀδελφὸς Ἡρώδου, σὺν διακοσίοις τῶν οἰκείων δρασμὸν ἐβουλεύετο εἰς Ἄραβας, ἀκηκοὼς τῶν εἰς Ἡρώδην ἁμαρτημάτων Μαλίχῳ μεταμέλειν. Κἂν ἔφθη καταλιπὼν τὸ φρούριον, εἰ μὴ περὶ τὴν νύκτα τῆς ἐξόδου συνέβη πλεῖστον ὗσαι· τῶν γὰρ ἐκδοχείων ὕδατος ἀναπλησθέντων οὐκέτ' ἔχρῃζε φυγῆς, ἀλλ' ἐπεξῄεσαν ἤδη τοῖς περὶ Ἀντίγονον· καὶ τὰ μὲν φανεροῖς συμπλεκόμενοι, τὰ δὲ λοχῶντες συχνοὺς διέφθειρον. Οὐ μὴν ἐν ἅπασιν εὐστόχουν, ἔστι δ' ὅπῃ καὶ αὐτοὶ πταίοντες ἀνέστρεφον.

β΄. Κἂν τούτῳ Βεντίδιος ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς, πεμφθεὶς ἐκ Συρίας Πάρθους ἀνείργειν, μετ' ἐκείνους εἰς Ἰουδαίαν παρέβαλε, λόγῳ μὲν ὡς βοηθήσων τοῖς περὶ Ἰώσηπον, ἔργῳ δ' Ἀντίγονον ἀργυριούμενος. Ἔγγιστα γοῦν Ἱεροσολύμων αὐλισάμενος, ὡς ἐνεπλήσθη χρημάτων, αὐτὸς μὲν ἀνεχώρει μετὰ τῆς πλείστης δυνάμεως· Σίλωνα δὲ σὺν μέρει καταλέλοιπεν, ὡς μὴ κατάφωρον τὸ λῆμμα ποιήσειε πάντας ἀπαναστήσας. Ἀντίγονος δὲ πάλιν ἐλπίζων Πάρθους ἐπαμύνειν αὐτῷ, καὶ Σίλωνα τέως ἐθεράπευσεν, ὡς μηδὲν ἐνοχλοίη πρὸς τὰς ἐλπίδας.

γ΄. Ἤδη δὲ Ἡρώδης καταπεπλευκὼς ἐκ τῆς Ἰταλίας εἰς Πτολεμαΐδα, καὶ συναγηοχὼς δύναμιν οὐκ ὀλίγην ξένων τε καὶ ὁμοφύλων, ἤλαυνε διὰ τῆς Γαλιλαίας ἐπ' Ἀντίγονον, συλλαμβανόντων Βεντιδίου τε καὶ Σίλωνος, οὓς Δέλλιος, ὑπ' Ἀντωνίου πεμφθεὶς, Ἡρώδην συγκατάγειν ἔπεισεν. Ἐτύγχανε δὲ Βεντίδιος μὲν ἐν ταῖς πόλεσι τὰς διὰ Πάρθους ταραχὰς καθιστάμενος, Σίλων δ' ἐν Ἰουδαίᾳ, χρήμασιν ὑπ' Ἀντιγόνου διεφθαρμένος. Οὐ μὴν Ἡρώδης ἰσχύος ἠπόρει, προϊόντι δὲ αὐτῷ καθ' ἡμέραν ηὔξετο τὰ τῆς δυνάμεως, καὶ πλὴν ὀλίγων, πᾶσα ἡ Γαλιλαία προσέθετο. Προὔκειτο μὲν οὖν τὸ ἀναγκαιότατον ἀγώνισμα Μασάδα, καὶ τὸ ῥύσασθαι πρῶτον τοὺς οἰκείους ἐκ τῆς πολιορκίας. Γίνεται δ' ἐμπόδιον Ἰόπη· ταύτην γὰρ ἐχρῆν πολεμίαν οὖσαν ἐξελεῖν πρότερον, ὡς μὴ χωροῦντος ἐπὶ Ἱεροσολύμων κατὰ νώτου τι τοῖς ἐχθροῖς ἔρυμα καταλίποιτο. Συνῆπτε δὲ καὶ Σίλων ἀσμένως τῆς ἀπαναστάσεως πρόφασιν εὑρών. Ὡς δὲ προσέκειντο Ἰουδαῖοι διώκοντες, ἐπὶ τούτους Ἡρώδης ἐκδραμὼν μετ' ὀλίγου

contemptis Romanis a Parthis regnum accepisset. His autem commoto senatu, quum Antonius in medium progressus dixisset quod etiam ad Parthicum bellum expediret ut rex fiat Herodes, omnes assentiunt. Dimisso autem senatu, medium Herodem stipantes Antonius et Cæsar exierunt, consules vero eos deducebant, una cum aliis magistratibus, ad sacrificandum et decretum in Capitolio reponendum. Ac primo regni Herodis die convivio eum excipiebat Antonius.

CAP. XV. (XII.)

Toto autem hoc tempore Antigonus eos qui in Masadam inclusi erant, oppugnabat, ceteris quidem victui necessariis abundantes, sed aquæ penuria laborantes. Quare etiam Josephus frater Herodis cum ducentis suorum ad Arabas fugere decrevit, quod audierat Malichum commissorum in Herodem pœnitere. Et protenus castellum reliquisset, nisi nocte, qua exiturus erat, largiter pluere contigisset : nam cisternis aqua repletis, illi non amplius opus erat fuga; sed in Antigonianos eruptionem fecerunt, et partim prælio aperto, partimque insidiis multos occiderunt. Non tamen illis omnia ad votum cedebant, sed et ipsi aliquando victi pedem referebant.

2. Interea Ventidius Romanorum dux, missus ad Parthos Syria arcendos, post illos in Judæam venit, verbo quidem ut Josepho et sociis ejus auxilium ferret, re autem vera ut Antigonum pecunia mulctaret. Itaque quum proxime Hierosolyma tetendisset, ubi primum affatim pecuniæ acceperat, ipse quidem cum copiarum parte majori discessit, Silonem vero cum parte reliquit, ne quæstum sordidum palam faceret, si omnes abduxisset. Antigonus autem sperans iterum Parthos sibi succurrere, Silonem etiam interea coluit, ne qua re spem suam turbaret et impediret.

3. Jam vero Herodes, quum ab Italia Ptolemaidem navigasset, et copias non mediocres partim externorum, partim popularium contraxisset, properabat per Galilæam adversus Antigonum, adjuvantibus Ventidio et Silone, quibus Dellius ab Antonio missus persuasit ut Herodi reducendo operam darent. Et Ventidius quidem in eo erat ut excitatas propter Parthos in urbibus turbas componeret, Silo vero in Judæa *manebat*, pecuniis ab Antigono corruptus. Non tamen Herodes virium egebat, sed ipsi progredienti quotidie copiæ augebantur, omnisque Galilæa, paucis exceptis, stabat ab ejus partibus. Et ei quidem maxime incumbebat ut Masada potiri contenderet, et ante omnia affines suos obsidione liberaret. Sed impedimento erat Jope : nam illa, quum hostis esset, prius capienda erat, ne qua a tergo relinqueretur hostibus munitio, dum Hierosolyma peteret. Atque his Silo se libenter adjunxit, cur exercitum moveret causam nactus. Quum autem illi persequentes

στίφους τρέπεται ταχέως, καὶ Σίλωνα διασώζει κακῶς ἀμυνόμενον.

δ'. Ἔπειτα Ἰόπην ἑλὼν πρὸς τὴν Μασάδαν ῥυσόμενος τοὺς οἰκείους ἠπείγετο. Καὶ τῶν ἐπιχωρίων οὓς μὲν πατρῴα φιλία προσῆγεν, οὓς δὲ τὸ αὐτοῦ κλέος, οὓς δὲ τῆς ἐξ ἀμφοῖν εὐεργεσίας ἀμοιβὴ, πλείστους γε μὴν ἐλπὶς, ὡς ἐκ βασιλέως βεβαίου. Δυσκίνητος δὲ ἤδη δύναμις ἤθροιστο. Προϊόντα δ' Ἀντίγονος ἐνήδρευε, τἀπιτήδεια τῶν παρόδων προλοχίζων, ἐν οἷς οὐδὲν ἢ μικρὰ τοὺς πολεμίους ἔβλαπτεν. Ἡρώδης δὲ τούς τε ἐκ Μασάδας οἰκείους παραλαβὼν ῥᾳδίως καὶ Ῥῆσαν τὸ φρούριον, ᾔει πρὸς τὰ Ἱεροσόλυμα. Συνῆπτε δὲ αὐτῷ τὸ μετὰ Σίλωνος στρατιωτικὸν, καὶ πολλοὶ τῶν ἐκ τῆς πόλεως τὴν ἰσχὺν καταπλαγέντες.

ε'. Στρατοπεδευσαμένου δὲ κατὰ τὸ πρὸς δύσιν κλίμα τοῦ ἄστεος, οἱ ταύτῃ φύλακες ἐτόξευόν τε καὶ ἐξηκόντιζον αὐτούς· ἄλλοι δὲ, κατὰ στῖφος ἐκθέοντες ἀπεπειρῶντο τῶν προτεταγμένων. Ἡρώδης δὲ τὸ μὲν πρῶτον κηρύσσειν περὶ τὸ τεῖχος ἐκέλευεν, ὡς ἐπ' ἀγαθῷ τε παρείη τοῦ δήμου καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς πόλεως, μηδὲν μήτε τοὺς φανεροὺς ἐχθροὺς ἀμυνόμενος, δώσων δὲ καὶ τοῖς διαφορωτάτοις ἀμνηστίαν. Ἐπεὶ δὲ ἀντιπαρηγοροῦντες οἱ περὶ τὸν Ἀντίγονον οὔτε κατακούειν τῶν κηρυγμάτων εἴων τινὰς οὔτε μεταβάλλεσθαι, τὸ λοιπὸν ἀμύνασθαι τοὺς ἀπὸ τοῦ τείχους ἐπέτρεπε τοῖς σφετέροις· οἱ δὲ ταχέως ἅπαντας ἀπὸ τῶν πύργων ἐτρέψαντο τοῖς βέλεσιν.

ς'. Ἔνθα δὴ καὶ Σίλων ἀπεκαλύψατο τὴν δωροδοκίαν. Ἐπισκευασάμενος γὰρ πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν, σπάνιν ἐπιτηδείων ἀναβοᾶν, καὶ χρήματά τε εἰς τροφὰς ἀπαιτεῖν, ἀπάγειν τε σφᾶς χειμεριοῦντας εἰς τοὺς ἐπιτηδείους τόπους, ἐπειδὴ τὰ περὶ τὴν πόλιν ἦν ἔρημα, πάντα τῶν περὶ Ἀντίγονον προανασκευασαμένων, ἐκίνει τε τὸ στρατόπεδον καὶ ἀναχωρεῖν ἐπειρᾶτο. Ἡρώδης δ' ἐντυγχάνων τοῖς τε ὑπὸ τὸν Σίλωνα ἡγεμόσι, καὶ κατὰ πλῆθος τοῖς στρατιώταις, ἐδεῖτο μὴ καταλιπεῖν αὐτὸν, ὑπό τε Καίσαρος καὶ Ἀντωνίου καὶ τῆς συγκλήτου προπεμφθέντα· λύσειν γὰρ αὐθημερὸν αὐτῶν τὰς ἀπορίας. Καὶ μετὰ τὴν δέησιν εὐθέως ὁρμήσας αὐτὸς εἰς τὴν χώραν, τοσαύτην αὐτοῖς ἐπιτηδείων ἀφθονίαν ἐκόμισεν, ὡς πάσας ἀποκόψαι τὰς Σίλωνος προφάσεις. Εἴς τε τὰς ἑξῆς ἡμέρας μὴ διαλιπεῖν τὴν χορηγίαν προνοούμενος, ἐπέστελλε τοῖς περὶ Σαμάρειαν (ᾠκείωτο δὲ ἡ πόλις αὐτῷ) σῖτον καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον καὶ βοσκήματα κατάγειν εἰς Ἱεριχοῦντα. Ταῦτ' ἀκούσας Ἀντίγονος διέπεμψε περὶ τὴν χώραν, εἴργειν καὶ λοχᾶν τοὺς σιτηγοὺς κελεύων. Οἱ δ' ὑπήκουον καὶ πολὺ πλῆθος ὁπλιτῶν ὑπὸ τὴν Ἱεριχοῦντα συνηθροίσθη· διεκαθέζοντο δ' ἐπὶ τῶν ὀρέων παραφυλάσσοντες τοὺς τἀπιτήδεια ἐκκομίζοντας. Οὐ μὴν Ἡρώδης ἠρέμει, δέκα δὲ σπείρας ἀναλαβὼν, ὧν πέντε μὲν Ῥωμαϊκαὶ, πέντε δ' Ἰουδαίων ἦσαν, ἔχουσαι καὶ μισθοφόρους μιγάδας, πρὸς οἷς ὀλίγους τῶν ἱππέων, ἐπὶ τὴν Ἱεριχοῦντα παραγίνεται. Καὶ τὴν μὲν πό-

instarent Judæi, hos excurrens Herodes cum parva manu cito in fugam vertit, et Silonem servat ægre se defendentem.

4. Deinde capta Jope, suos liberaturus ad Masadam festinabat. Et ex indigenis alii quidem propter paternam amicitiam illi se adjungebant, alii vero propter ipsius gloriam, et nonnulli ut utrique ob beneficia gratiam referrent : plurimi vero propter spes, quas in eo, ut in rege deinceps certo futuro, habebant. Jamque validissimæ coactæ erant copiæ. Sed quum procederet, ei insidiabatur Antigonus, loca opportuna occultis militibus occupans, quibus nihil aut parum admodum hostibus nocebat. Herodes autem, et suis ex Masada facile receptis et Resa castello capto, Hierosolyma adibat. Ipsi vero sese junxerunt Silonis milites, cum multis ex civitate tanta potentia perterritis.

5. Quum autem ad urbis partem occidentalem castra fecisset, qui illac dispositi erant custodes sagittis eos et missilibus impetebant, alii vero turmatim excurrentes exercitus in acie positos tentabant. Herodes autem primum quidem proclamari jussit circa mœnia, sese et propter populi commodum et civitatis salutem adesse, ne ab apertis quidem adversariis pœnas repetiturum, sed etiam inimicissimorum in se peccata oblivioni daturum. Deinde vero quum vociferationibus ex adverso obstarent Antigoniani, quominus aut præcones exaudire aut sententiam mutare quispiam posset, quod reliquum erat, suis imperat Antigonus hostes a mœnibus arcere : atque illi statim sagittis cunctos e turribus in fugam verterunt.

6. Ibi sane et Silo palam fecit se pecunia corruptum esse. Nam quum multos e militibus instruxisset, qui et clamitarent commeatus esse penuriam, et pecuniam ad alimoniam peterent, seque in idonea loca ad hibernandum deduci postularent, quandoquidem vastati erant agri circa urbem, cunctis ab Antigoni militibus antea sublatis, et exercitum movebat et discedere conabatur. Verum Herodes et duces Siloni subjectos conveniens et milites in magna multitudine, rogabat ne se derelinquerent, paulo ante missum a Cæsare et Antonio et senatu : se enim eo ipso die ab inopia eos liberaturum esse. Ac post eas preces in agros profectus, tantam eis commeatus copiam apportavit, ut omnes Siloni prætextus occluderet. Atque providens ne deinceps cibariis milites deficerentur, imperabat Samariæ civibus (nam ei sese adjunxerat urbs ista) ut frumentum et vinum et oleum et pecudes Hierichuntem deportarent. Hæc ubi audivit Antigonus, per agros dimisit qui frumentatores prohibendos et circumveniendos esse juberent. Atque istis obtemperatum est, ac ingens armatorum multitudo ad Hierichuntem coacta est, et hinc inde montibus insidebant, ut illos observarent qui commeatus exportabant. Non tamen Herodes quietem agebat, sed assumptis decem cohortibus, quarum quinque Romanorum, alteræ Judæorum erant, quibus permiscebantur etiam aliquot mercede conducti, ac præterea equites nonnulli, Hierichuntem pervenit. Et urbem quidem vacuam reperit,

λιν καταλελειμμένην εὑρίσκει, πεντακοσίους δὲ τὰ ἄκρα κατειληφότας σὺν γυναιξὶ καὶ γενεαῖς, αὐτοὺς μὲν οὖν ἀπολύει λαβών· Ῥωμαῖοι δ' εἰσπεσόντες, τὸ λοιπὸν ἄστυ διήρπασαν, πλήρεις καταλαμβάνοντες τὰς οἰκίας παντοίων κειμηλίων. Ἱεριχοῦντος μὲν οὖν φρουρὰν ὁ βασιλεὺς καταλιπὼν ὑπέστρεψε, καὶ χειμεριοῦσαν τὴν Ῥωμαίων στρατιὰν εἰς τὰς προσκεχωρηκυίας διαφῆκεν Ἰδουμαίαν καὶ Γαλιλαίαν καὶ Σαμάρειαν. Ἐπέτυχε δὲ καὶ Ἀντίγονος παρὰ τῆς Σίλωνος δωροδοκίας, ὑποδέξασθαι τοῦ στρατοῦ μοῖραν ἐν Λύδδοις, θεραπεύων Ἀντώνιον.

quingentos vero homines cum uxoribus et liberis arces occupasse: et ipsos quidem captos dimittit, Romani vero, facto in reliquam urbem impetu, eam diripuerunt, domos omnigenis opibus refertas deprehendentes. Et rex quidem, relicto Hierichunte præsidio, reversus est, Romanumque exercitum in civitates, quæ deditionem fecerant, Idumææ et Galilææ et Samariæ hiematurum dimisit. Etiam Antigonus a Silone impetravit pecuniis corrupto, ut partem exercitus intra Lydda acciperet, captans Antonii gratiam.

ΚΕΦ. ΙϚʹ.

Καὶ Ῥωμαῖοι μὲν ἐν ἀφθόνοις διῆγον, ἀνειμένοι τῶν ὅπλων. Ἡρώδης δ' οὐχ ἠρέμει, ἀλλὰ τὴν μὲν Ἰδουμαίαν δισχιλίοις πεζοῖς καὶ τετρακοσίοις ἱππεῦσι διελάμβανε, πέμψας τὸν ἀδελφὸν Ἰώσηπον, ὡς μή τι νεωτερισθείη πρὸς Ἀντιγόνου· αὐτὸς δὲ τὴν μητέρα, καὶ ὅσους ἐκ Μασάδας οἰκείους ἐξήγαγε, μεταγαγὼν εἰς Σαμάρειαν, καὶ καταστησάμενος ἀσφαλῶς, ᾔει τὰ λοιπὰ τῆς Γαλιλαίας καταστρεψόμενος καὶ τὰς Ἀντιγόνου φρουρὰς ἐξελάσων.

βʹ. Πρὸς δὲ τὴν Σέπφωριν ἐν νιφετῷ σφοδροτάτῳ διανύσας, ἀκμητὶ παραλαμβάνει τὴν πόλιν, πρὸ τῆς ἐφόδου τῶν φυλάκων ἐκφυγόντων. Ἔνθα τοὺς ἑπομένους ὑπὸ τοῦ χειμῶνος κακωθέντας ἀναλαβὼν (πολλὴ δ' ἦν ἀφθονία τῶν ἐπιτηδείων) ἐπὶ τοὺς ἐν τοῖς σπηλαίοις ὥρμητο λῃστὰς, οἳ πολλὴν τῆς χώρας κατατρέχοντες οὐκ ἐλάττω κακὰ πολέμου διετίθεσαν τοὺς ἐπιχωρίους. Προπέμψας δὲ πεζῶν τρία τέλη καὶ μίαν ἴλην ἱππέων πρὸς Ἄρβηλα κώμην, αὐτὸς μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας ἐπῆλθε μετὰ τῆς λοιπῆς δυνάμεως. Οὐ μὴν πρὸς τὴν ἔφοδον ἔδεισαν οἱ πολέμιοι, μετὰ δὲ τῶν ὅπλων ἀπήντων, τὴν μὲν ἐμπειρίαν πολεμικὴν ἔχοντες, τὸ δὲ θράσος λῃστρικόν. Συμβαλόντες γοῦν τῷ σφετέρῳ δεξιῷ τὸ εὐώνυμον κέρας τῶν Ἡρώδου τρέπονται. Περιελθὼν δὲ ταχέως Ἡρώδης ἐκ τοῦ καθ' ἑαυτὸν δεξιοῦ, προσεβοήθει, καὶ τὸ μὲν οἰκεῖον ἐπέστρεφεν ἐκ τῆς φυγῆς, τοῖς δὲ διώκουσιν ἐμπίπτων, ἀνέκοπτε τὴν ὁρμὴν, μέχρι τὰς κατὰ στόμα προσβολὰς μὴ φέροντες ἐνέκλιναν.

γʹ. Ὁ δὲ ἕως Ἰορδάνου κτείνων εἵπετο, καὶ πολὺ μὲν αὐτῶν μέρος διέφθειρεν, οἱ λοιποὶ δ' ὑπὲρ τὸν ποταμὸν ἐσκεδάσθησαν, ὥστε τὴν Γαλιλαίαν κεκαθάρθαι φόβων, πλὴν καθόσον οἱ τοῖς σπηλαίοις ἐμφωλεύοντες ὑπελείποντο, καὶ ἐπὶ τούτοις ἔδει διατριβῆς. Διὸ δὴ πρῶτον τοῖς στρατιώταις τὰς ἐκ τῶν πεπονημένων ἐπικαρπίας ἀπεδίδου, διανέμων ἑκάστῳ δραχμὰς ἑκατὸν πεντήκοντα ἀργυρίου, καὶ τοῖς ἡγεμόσι πολυπλασίονα διέπεμψεν εἰς οὓς ἐχειμέριζον σταθμούς. Φερώρᾳ δὲ τῷ νεωτάτῳ τῶν ἀδελφῶν ἐπέστελλε τῆς τε ἀγορᾶς αὐτοῖς ποιεῖσθαι πρόνοιαν καὶ τειχίζειν Ἀλεξάνδρειον. Κἀκεῖνος ἀμφοτέρων ἐπεμελήθη.

δʹ. Ἐν δὲ τούτῳ περὶ μὲν Ἀθήνας διῆγεν Ἀντώνιος·

CAP. XVI. (XII.)

Et Romani quidem in magna rerum abundantia vivebant, dum ab armis quiescerent. At Herodes otium non agebat, sed Idumæam peditibus bis mille et equitibus quadringentis occupabat, misso illuc fratre Josepho, ne quid novi ab Antigono tentaretur. Ipse autem, matre cum aliis quos ex Masada liberaverat affinibus suis in Samariam translata, ibique in tuto collocata, in Galilæam contendit, ut cetera ejus expugnaret, atque Antigoni præsidia inde abigeret.

2. Quumque Sepphorin, licet vehementissime ningeret, pervenisset, facillime civitatem accipit, custodibus ejus, antequam in eam impressionem faceret, fuga dilapsis. Ibique suis militibus, quos hiems afflixerat, recreatis (nam summa erat commeatus copia), adversus latrones in speluncis degentes profectus est, qui, magnam regionis partem incursionibus vexantes, non minoribus quam si bellum grassaretur cladibus incolas afficiebant. Præmissis autem tribus peditum cohortibus et equitum turma in vicum Arbelam, ipse quadragesimo die cum reliquis copiis supervenit. Nec tamen ejus incursum hostes extimuere, sed armati obviam ibant, bellica peritia freti et latrocinali ferocitate. Prælio autem commisso, dextra ipsorum aciei pars in fugam vertit Herodis sinistram. At Herodes, quum e dextro suo cornu celeriter hostes circuivisset, opem ferebat, et non solum suos e fuga revocabat, sed in persequentes irruendo impetum illorum repressit, usque dum plagas cominus illatas non sustinentes terga darent.

3. Atque ille eos ad Jordanem usque cædendo persequebatur, et magnam illorum partem perimebat, reliqui vero fluvio trajecto diversis viis dilapsi sunt: quare contigit Galilæam omni metu liberari, nisi ab iis qui relicti erant in speluncis latitantes, eorumque causa necesse erat ut diutius ibi moraretur. Quamobrem primum militibus ex laboribus suis fructum reddebat, centum et quinquaginta argenti drachmas singulis dividendo, ducibusque multo plures misit in stationes ubi hiemabant. Pheroræ autem, fratrum suorum natu minimo, mandabat ut, quod ad rerum venalium copiam attineret, illis prospiceret et consuleret, et Alexandrium communiret. Atque ille rem utramque curabat.

4. Eodem autem tempore Athenis quidem commorabatur

Βεντίδιος δ' ἐπὶ τὸν πρὸς Πάρθους πόλεμον Σίλωνά τε καὶ Ἡρώδην μετεπέμπετο, καταστήσασθαι πρότερον ἐπιστέλλων τὰ περὶ Ἰουδαίαν. Ἡρώδης μὲν ἀσμένως Σίλωνα πρὸς Βεντίδιον ἀπολύσας, αὐτὸς ἐπὶ τοὺς ἐν τοῖς σπηλαίοις ἐστράτευσεν. Τὰ δὲ σπήλαια ταῦτα πρὸς ἀποκρήμνοις ὄρεσιν ἦν οὐδαμόθεν προσιτὰ, πλαγίας δὲ ἀνόδους μόνον ἔχοντα στενοτάτας· ἡ δὲ κατὰ μέτωπον αὐτῶν πέτρα κατέτεινεν εἰς βαθυτάτας φάραγγας, ὄρθιος ἐπιρρέπουσα ταῖς χαράδραις, ὥστε τὸν βασιλέα μέχρι πολλοῦ μὲν ἀπορεῖν πρὸς τὸ ἀμήχανον τοῦ τόπου, τελευταῖον δ' ἐπινοίᾳ χρήσασθαι σφαλερωτάτῃ. Τοὺς γοῦν ἀλκίμους καθιμῶν ἐν λάρναξιν ἐνίει τοῖς στομίοις· οἱ δὲ ἀπέσφαττόν τε αὐτοὺς σὺν γενεαῖς καὶ πῦρ ἐνίεσαν τοῖς ἀμυνομέναις. Βουληθεὶς δ' ἐξ αὐτῶν καὶ περισῶσαί τινας Ἡρώδης, ἐκήρυξεν ἀποχωρεῖν πρὸς αὐτόν. Τῶν δὲ ἐθελούσιος μὲν οὐδεὶς προσέθετο, καὶ τῶν βιαζομένων δὲ πολλοὶ τῆς αἰχμαλωσίας προείλοντο θάνατον. Ἔνθα καὶ τῶν γηραιῶν τις ἑπτὰ παίδων πατὴρ μετὰ τῆς μητρὸς δεομένους τοὺς παῖδας ἐπιτρέψαι σφίσιν ἐξελθεῖν ἐπὶ δεξιᾷ, κτείνει τρόπῳ τοιῷδε· καθ' ἕνα προϊέναι κελεύσας αὐτὸς ἵστατο παρὰ τὸ στόμιον, καὶ τὸν ἀεὶ προϊόντα τῶν υἱῶν ἀπέσφαττεν. Ἐξ ἀπόπτου δὲ Ἡρώδης ἀποβλέπων τῷ τε πάθει συνεχεῖτο καὶ τῷ πρεσβύτῃ δεξιὰν ὤρεγε, φείσασθαι τῶν τέκνων παρακαλῶν. Ὁ δὲ, πρὸς οὐδὲν ἐνδοὺς τῶν λεγομένων, ἀλλὰ καὶ προσονειδίσας τὸν Ἡρώδην εἰς ταπεινότητα, ἐπὶ τοῖς παισὶν ἀναιρεῖ καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ καταβαλὼν κατὰ τοῦ κρημνοῦ τοὺς νεκροὺς τὸ τελευταῖον καὶ ἑαυτὸν ἔρριψεν.

ε'. Χειροῦται μὲν οὕτω τὰ σπήλαια καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς Ἡρώδης· καταλιπὼν δὲ τοῦ στρατοῦ μοῖραν ὅσην ἀποχρήσειν ὑπελάμβανε πρὸς τὰς ἐπαναστάσεις, καὶ Πτολεμαῖον ἐπ' αὐτῆς, ἐπὶ Σαμάρειαν ὑπέστρεφεν, ὁπλίτας μὲν τρισχιλίους, ἱππεῖς δὲ ἄγων ἑξακοσίους ἐπ' Ἀντίγονον. Ἔνθα πρὸς τὴν ἀποχώρησιν αὐτοῦ λαβόντες ἄδειαν, οἷς ἔθος ἦν θορυβεῖν τὴν Γαλιλαίαν, κτείνουσι μὲν Πτολεμαῖον τὸν στρατηγὸν ἀδοκήτως προσπεσόντες, ἐπόρθουν δὲ τὴν χώραν ποιούμενοι τὰς ἀναφυγὰς εἰς τὰ ἕλη καὶ τὰ δυσερεύνητα τῶν χωρίων. Πυθόμενος δὲ Ἡρώδης τὴν ἐπανάστασιν, διὰ τάχους ἐπεβοήθει, καὶ πολὺ μὲν αὐτῶν πλῆθος διέφθειρε, τὰ φρούρια δὲ πάντα πολιορκίας ἐξελὼν, ἐπιτίμιον τῆς μεταβολῆς εἰσεπράξατο παρὰ τῶν πολεμίων ἑκατὸν τάλαντα.

ς'. Ἤδη δὲ Πάρθων μὲν ἐξεληλαμένων, ἀνῃρημένου δὲ Πακόρου, Βεντίδιος, ἐπιστείλαντος Ἀντωνίου συμμάχους, πέμπει Ἡρώδῃ κατὰ Ἀντιγόνου χιλίους ἱππεῖς καὶ δύο τάγματα. Τούτων τὸν στρατηγὸν Μαχαιρᾶν Ἀντίγονος ἱκέτευε δι' ἐπιστολῶν ἑαυτῷ βοηθὸν ἀφικέσθαι, πολλὰ περί τε τῆς Ἡρώδου βίας καὶ ἐπηρείας τῆς βασιλείας ἀποδυρόμενος, καὶ χρήματα δώσειν ὑπισχνούμενος. Ὁ δὲ (οὐ γὰρ κατεφρόνει τοῦ πέμψαντος, ἄλλως τε καὶ πλεῖον Ἡρώδου διδόντος) εἰς μὲν τὴν προδοσίαν οὐχ ὑπήκουσεν, ὑποκρινόμενος

Antonius: Ventidius vero Silonem et Herodem ad bellum contra Parthos accersebat, illis imperans ut prius Judææ res componerent. Herodes quidem libenter Silonem Ventidio dimisit, ipse vero adversus latrones speluncas tenentes expeditionem fecit. Istæ autem speluncæ in montibus erant præruptis, undique inaccessæ, et obliquas tantum et perangustas quibus ascenditur vias habentes: rupesque ab earum fronte in valles profundissimas se porrigebat, recta et confragosa declivitate, ut aliquamdiu quidem rex propter loci difficultatem quid agendum esset dubitaret, tandemque strategemate uteretur admodum periculoso. Nam robustissimos arculis demissos in speluncarum ostia immittit: atque illi latrones cum familiis mactabant, ignemque repugnantibus injiciebant. Quumque ex illis nonnullos conservare vellet Herodes, ut ad se accederent per præconem jussit. Eorum autem nemo ultro se tradidit, et multi, qui vi coacti id fecerant, servituti mortem prætulerunt. Ubi etiam e senibus quidam, septem natorum pater, orantes cum matre liberos, ut sibi fide dextraque data egredi permitteret, hoc modo occidit: quum singulos exire jussisset, ipse in ostio stabat, et ut filiorum quisque progressus est, eum jugulabat. Herodes autem e specula hæc prospiciens, dolore afficiebatur, senique dextram porrigebat, orans obsecransque ut liberis parceret. Ille vero, quum nihil precibus ejus concessisset, sed et convicia jecisset in Herodem ob generis humilitatem, post liberos etiam uxorem interficit, quumque corpora mortuorum in præceps devolvisset, postremo et semetipsum dejecit.

5. Ita quidem speluncas et qui in illis erant subigit Herodes, quumque exercitus partem tantam reliquisset, quantam ad seditionem comprimendam satis esse arbitraretur, eique Ptolemæum præfecisset, in Samariam reversus est, peditum tria millia et equites sexcentos adversus Antigonum ducens. Jam post ejus discessum licentiam nacti, qui Galilæam turbare consueverunt, Ptolemæum quidem ducem ex improviso adorti interficiunt, agros autem vastabant, fuga se recipientes in paludes et loca scrutatu difficilia. Herodes autem, quum motus istos et tumultus inaudivisset, ad auxilium ferendum properabat, et magnam seditiosorum multitudinem peremit; ubi vero castella omnia obsidione liberaverat, ob hanc rerum perturbationem hostibus centum talentorum mulctam irrogavit.

6. Interim, Parthis jam expulsis et Pacoro occiso, Ventidius jussu Antonii equites mille duasque legiones in auxilium mittit Herodi. Eorum autem ducem Machæram, ut se adjutum veniret, per epistolas rogabat Antigonus, multa et de Herodis violentia et de injuriis regno illatis conquerens, et pecuniam se ei daturum esse promittens. Ille vero (haud enim eum qui ad ipsum miserat contemnendum putabat, præsertim quum et plura daret Herodes) in proditione quidem ei non paruit, simulata vero amicitia

δὲ φιλίαν κατάσκοπος ᾔει τῶν Ἀντιγόνου πραγμάτων, Ἡρώδῃ μὴ πεισθεὶς ἀποτρέποντι. Προαισθόμενος δὲ αὐτοῦ τὴν διάνοιαν Ἀντίγονος τήν τε πόλιν ἀπέκλεισε καὶ ἀπὸ τῶν τειχῶν ὡς πολέμιον ἠμύνατο, μέχρις αἰδούμενος Μαχαιρᾶς εἰς Ἀμμαοῦντα πρὸς Ἡρώδην ἐχώρει, καὶ πρὸς τὴν διαμαρτίαν τεθυμωμένος, ὅσοις ἐπετύγχανεν Ἰουδαίοις ἀνῄρει, μηδεμίαν τῶν Ἡρωδείων φειδὼ ποιούμενος, ἀλλ' ὡς Ἀντιγονείοις χρώμενος ἅπασιν.

ζ'. Ἐφ' οἷς χαλεπήνας Ἡρώδης ὥρμησε μὲν ἀμύνασθαι Μαχαιρᾶν ὡς πολέμιον· κρατήσας δὲ τῆς ὀργῆς ἤλαυνε πρὸς Ἀντώνιον κατηγορήσων τῆς Μαχαιρᾶ παρανομίας. Ὁ δὲ ἐν διαλογισμῷ τῶν ἡμαρτημένων γενόμενος ταχέως μεταδιώκει τε τὸν βασιλέα καὶ πολλὰ δεηθεὶς ἑαυτῷ διαλλάττει. Οὐ μὴν Ἡρώδης ἐπαύσατο τῆς πρὸς Ἀντώνιον ὁρμῆς· ἀκηκοὼς δὲ αὐτὸν μετὰ πολλῆς δυνάμεως προσπολεμοῦντα Σαμοσάτοις (πόλις δέ ἐστιν Εὐφράτου πλησίον καρτερά), θᾶττον ἠπείγετο, τὸν καιρὸν ἐπιτήδειον ὁρῶν πρός τε ἐπίδειξιν ἀνδρείας καὶ τοῦ μᾶλλον ἀρέσασθαι τὸν Ἀντώνιον. Γίνεται γοῦν ἐπελθὼν τέλος αὐτοῖς τῆς πολιορκίας, πολλοὺς μὲν τῶν βαρβάρων ἀποκτείνας, πολλὴν δὲ ἀποτεμόμενος λείαν· ὥστε τὸν μὲν Ἀντώνιον, θαυμάζοντα καὶ πάλαι τῆς ἀρετῆς αὐτὸν, τότε μᾶλλον οὕτως ἔχειν, καὶ πολὺ προσθεῖναι ταῖς τε ἄλλαις τιμαῖς αὐτοῦ καὶ ταῖς εἰς τὴν βασιλείαν ἐλπίσιν, Ἀντίοχον δὲ τὸν βασιλέα ἀναγκασθῆναι τὰ Σαμόσατα παραδοῦναι.

ΚΕΦ. ΙΖ'.

Κἀν τούτῳ θραύεται τὰ κατὰ τὴν Ἰουδαίαν Ἡρώδου πράγματα. Κατελελοίπει μὲν γὰρ Ἰώσηπον τὸν ἀδελφὸν ἐπὶ τῶν ὅλων, παραγγείλας μηδὲν μέχρι τῆς ὑποστροφῆς αὐτοῦ παρακινεῖν πρὸς Ἀντίγονον· οὐ γὰρ δὴ βέβαιον εἶναι Μαχαιρᾶν σύμμαχον ἐξ ὧν ἔδρασεν. Ὁ δὲ ὡς ἤκουσεν ὄντα πορρωτάτω τὸν ἀδελφὸν, ἀμελήσας τῶν παραγγελμάτων ἐπὶ Ἱεριχοῦντος ἐχώρει μετὰ πέντε σπειρῶν, ἃς συνέπεμψε Μαχαιρᾶς· ᾔει δὲ τὸν σῖτον ἁρπάσων ἐν ἀκμῇ τοῦ θέρους. Ἐπιθεμένων δ' ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ ταῖς δυσχωρίαις τῶν ἐναντίων, αὐτός τε θνήσκει, μάλα γενναῖος ἐν τῇ μάχῃ φανεὶς, καὶ τὸ Ῥωμαϊκὸν πᾶν διαφθείρεται. Νεοσύλλεκτοι γὰρ ἐκ τῆς Συρίας ἦσαν αἱ σπεῖραι, καὶ οὐδὲν αὐταῖς ἀνεκέκρατο τῶν πάλαι στρατιωτῶν καλουμένων, ἐπαμύνειν τοῖς ἀπείροις πολέμου δυνάμενον.

β'. Ἀντιγόνῳ δὲ οὐκ ἀπέχρησεν ἡ νίκη, προῆλθε δὲ εἰς τοσοῦτον ὀργῆς, ὥστε καὶ νεκρὸν αἰκίσασθαι τὸν Ἰώσηπον. Κρατήσας γοῦν τῶν σωμάτων ἀποτέμνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καίτοι πεντήκοντα τάλαντα λύτρον αὐτῆς Φερώρα τἀδελφοῦ διδόντος. Τὰ δὲ τῆς Γαλιλαίας μετὰ τὴν Ἀντιγόνου νίκην ἐνεωτερίσθη πρὸς τοσοῦτον ὥστε τοὺς τὰ Ἡρώδου φρονοῦντας τῶν δυνατῶν προσάγοντες εἰς τὴν λίμνην κατέδυσαν οἱ προσέχοντες Ἀντιγόνῳ. Μετεβάλλετο δὲ πολλὰ καὶ τῆς Ἰδουμαίας, ἔνθα Μαχαιρᾶς ἀνετείχιζέ τι τῶν ἐρυμά-

res Antigoni exploratum ivit, Herodi id dissuadenti nihil obsequutus. Antigonus autem, qui præsensit quo animo veniret, et civitate eum exclusit, et tanquam hostem a mœnibus propulsavit, usque adeo ut Machæram puderet et in Ammauntem ad Herodem se reciperet : iratusque quod res tam male ceciderint, in quoscunque Judæos incurrebat, illos occidebat, ne Herodianis quidem vel minimum parcens, sed in omnes, tanquam Antigoniani essent, sæviens.

7. Ista quum ægre tulisset Herodes, voluit quidem Machæram tanquam hostem propellere : iracundia vero cohibita ad Antonium properabat, Machæræ iniquitatem accusaturus. At ille, quum sua secum reputasset delicta, et regem celeriter insequebatur, multisque precibus effecit ut secum in gratiam rediret. Non tamen Herodes ad Antonium velle ire destitit. Sed quum audisset eum magnis viribus oppugnare Samosata (urbs autem est juxta Euphratem valida), eo magis accelerabat, tempus idoneum esse animadvertens quo et fortitudinem demonstraret et Antonio impensius placeret. Denique ubi primum ad eum venit, finem attulit obsidioni, multis barbaris interfectis amplaque præda ablata, ut Antonius quidem, quanquam ejus virtutem antea miraretur, tunc tamen magis eum suspiceret, multumque et ad alios ejus honores et ad spem regni adderet, rex vero Antiochus Samosatorum deditionem facere coactus esset.

CAP. XVII. (XIII.)

Dum hæc gerebantur, res Herodis in Judæa fractæ sunt. Reliquerat quidem Josephum fratrem suum, qui omnia procuraret, cui mandaverat ut ante ipsius reditum nihil quicquam adversus Antigonum moveret. Machæram enim nequaquam firmum habiturum esse socium, quod intelligi possit ex iis quæ fecerit. Ille vero, ubi fratrem longissime abesse rescivit, mandatorum immemor, cum quinque cohortibus, quas cum aliis miserat Machæras, Hierichuntem proficiscebatur. Ibat enim, quum æstas esset adulta, segetes direpturus. Adversariis autem in montibus et locis difficilibus eum adortis, et ipse, quum se in prælio strenuum fortemque admodum ostendisset, occumbit, Romanique ad unum omnes occiduntur. Nam cohortes erant ex Syria non ita pridem collectæ, nec veteranos ullos secum permistos habebant, qui belli imperitis opitulari possent.

2. Antigonus autem victoria minime contentus fuit, sed eo iracundiæ processit, ut Josephum etiam mortuum indigne tractaret. Corporibus enim potitus illius caput abscindit, quamvis frater ejus Pheroras id quinquaginta talentis redimere voluerit. Adeo autem novatæ sunt res Galilææ post Antigoni victoriam, ut primates qui ab Herode stabant ad lacum productos demergerent qui Antigono favebant. Multa etiam in Idumæa mutabantur, ubi Machæras cujusdam castelli, cui nomen est Gittha, mœnia instaurabat.

των· Γιτθὰ καλεῖται. Τούτων δὲ οὐδέπω πέπυστο Ἡρώδης. Μετὰ γὰρ τὴν Σαμοσάτων ἅλωσιν Ἀντώνιος μὲν καταστήσας ἐπὶ τῆς Συρίας Σόσσιον, καὶ προστάξας Ἡρώδῃ βοηθεῖν ἐπ' Ἀντίγονον, αὐτὸς εἰς Αἴγυπτον ἀνεχώρησε, Σόσσιος δὲ δύο μὲν τάγματα προαπέστειλεν εἰς Ἰουδαίαν Ἡρώδῃ συμμαχῶν, αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς λοιπῆς δυνάμεως ἠκολούθει σχεδόν.

γʹ. Ὄντι δὲ Ἡρώδῃ κατὰ τὴν πρὸς Ἀντιόχειαν Δάφνην, ὄνειροι σαφεῖς τὸν τοῦ ἀδελφοῦ θάνατον προσημαίνουσι, καὶ μετὰ ταραχῆς ἐκθορόντι τῆς κοίτης εἰσῄεσαν ἄγγελοι τῆς συμφορᾶς. Ὁ δὲ ὀλίγον μὲν προσοιμώξας τῷ πάθει, τὸ πλεῖον δὲ τοῦ πένθους ὑπερθέμενος, ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς ἠπείγετο. Ποιούμενος δὲ τὴν πορείαν ὑπὲρ δύναμιν, καὶ διανύσας ἐπὶ τὸν Λίβανον, ὀκτακοσίους μὲν τῶν περὶ τὸ ὄρος προσλαμβάνει συμμάχους, Ῥωμαίων δὲ ἓν τάγμα ταύτῃ συνῆψε. Μεθ' ὧν οὐ περιμείνας ἡμέραν εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἐνέβαλε, τούς τε πολεμίους ὑπαντιάσαντας εἰς ὃ καταλελοίπεσαν χωρίον τρέπεται. Καὶ προσέβαλλε μὲν συνεχῶς τῷ φρουρίῳ, πρὶν δὲ ἑλεῖν, χειμῶνι βιασθεὶς χαλεπωτάτῳ, ταῖς πλησίον ἐνστρατοπεδεύεται κώμαις. Ἐπεὶ δ' αὐτῷ μετ' ὀλίγας μὲν ἡμέρας καὶ τὸ δεύτερον παρ' Ἀντωνίῳ τάγμα συνέμιξε, δείσαντες τὴν ἰσχὺν οἱ πολέμιοι διὰ νυκτὸς ἐξέλιπον τὸ ἔρυμα.

δʹ. Καὶ τὸ λοιπὸν ᾔει διὰ Ἱεριχοῦντος σπεύδων ᾗ τάχιστα τοὺς τἀδελφοῦ φονεῖς μετελθεῖν. Ἔνθα καὶ δαιμόνιον αὐτῷ συμβαίνει τέρας, ἐξ οὗ παρ' ἐλπίδα σωθεὶς ἀνδρὸς θεοφιλεστάτου δόξαν ἀπηνέγκατο. Πολλοὶ μὲν γὰρ αὐτῷ τῶν ἐν τέλει κατ' ἐκείνην συνειστιάθησαν τὴν ἑσπέραν· διαλυθέντος δὲ τοῦ συμποσίου, μετὰ τὸ πάντας ἐξελθεῖν εὐθέως ὁ οἶκος συνέπεσεν. Τοῦτο καὶ κινδύνων καὶ σωτηρίας κοινὸν ἐπὶ τῷ μέλλοντι πολέμῳ κρίνας εἶναι σημεῖον, ὑπὸ τὴν ἕω διεκίνει τὴν στρατιάν· καὶ τῶν ἐναντίων εἰς ἑξακισχιλίους ἀπὸ τῶν ὀρῶν κατατρέχοντες ἀπεπειρῶντο τῶν προτεταγμένων, κατὰ χεῖρα μὲν συμπλέκεσθαι τοῖς Ῥωμαίοις οὐ σφόδρα θαρροῦντες, πόρρωθεν δὲ χερμάσι καὶ παλτοῖς ἔβαλλον, ὥστε συχνοὺς κατατιτρώσκειν. Ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς Ἡρώδης παρελαύνων παλτῷ κατὰ τὴν πλευρὰν ἀκοντίζεται.

εʹ. Βουλόμενος δὲ ὁ Ἀντίγονος μὴ μόνον τόλμῃ τῶν σφετέρων, ἀλλὰ καὶ πλήθει περιεῖναι δοκεῖν, Πάππον τινὰ τῶν ἑταίρων μετὰ στρατιᾶς ἐπὶ Σαμάρειαν ἐπιπέμπει. Τούτων μὲν οὖν ἦν Μαχαιρᾶς ἀγώνισμα. Ἡρώδης δὲ τὴν πολεμίαν καταδραμὼν πέντε μὲν πολίχνας καταστρέφεται, δισχιλίους δὲ τῶν ἐν αὐταῖς διαφθείρει, καὶ τὰς οἰκίας ἐμπρήσας ὑπέστρεψεν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον· ηὔλιστο δὲ περὶ τὴν καλουμένην Κανᾶ κώμην.

ϛʹ. Προσεγίνετο δ' αὐτῷ καθ' ἡμέραν πολὺ πλῆθος Ἰουδαίων ἔκ τε αὐτῆς Ἱεριχοῦντος καὶ τῆς ἄλλης χώρας, οἱ μὲν διὰ μῖσος τὸ πρὸς Ἀντίγονον, οἱ δ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ κατορθώμασι κεκινημένοι. Τούς γε μὴν πολλοὺς ἐνῆγεν ἐπιθυμία μεταβολῆς ἄλογος. Καὶ ὁ

Ista autem nondum audierat Herodes. Captis enim Samosatis Antonius, quum Syriæ præfecisset Sossium, eique mandasset ut Herodem adjuvaret contra Antigonum, ipse discessit in Ægyptum, Sossius vero duas legiones Herodi auxiliares præmisit in Judæam, ipseque cum reliquis copiis e vestigio subsequebatur.

3. Ceterum Herodi, quum apud Daphnen Antiochiæ esset somnia manifesta fratris mortem præsignificant; quumque turbatus e lecto exsiluisset, ingressi sunt calamitatis nuncii. Ille vero, quum paululum quidem lamentis ob id quod acciderat indulsisset, luctus vero partem majorem distulisset, in hostes properabat. Itinere autem ultra vires accelerato, ubi ad Libanum pervenit, octingentos quidem montis accolas in auxilium assumit, quum unam Romanorum legionem illic collegisset. Cum quibus, non exspectata luce, irruptionem in Galilæam faciebat, hostesque obviam progressos in locum quem reliquerant avertit. Et continuo quidem castellum oppugnabat, prius vero quam id caperet, gravissima tempestate adactus in proximis pagis castra metatur. Quum autem paucis post diebus et altera legio ab Antonio missa sese ei adjunxisset, hostes viribus ejus perterriti munimentum nocte deserebant.

4. Postea per Hierichuntem ire contendebat, ut quamprimum fratris interfectores ulcisci posset. Ubi ei mirabile quiddam et prodigiosum accidit, ex quo præter spem ereptus atque servatus passim credebatur esse vir Deo carus dilectusque. Nam vespera quidem illa multos e primatibus ad cœnam adhibuit, finitoque convivio, quum omnes exiissent, cœnaculum concidit. Hoc ipsum salutis pariter ac periculorum in bello quod gerendum erat indicium esse ratus, prima luce exercitum educit : atque hostium sex circiter millia, qui de montibus decurrebant, prima agmina lacessebant, ad manus quidem cum Romanis conserendas non satis audaces, sed lapides ac tela in eos eminus jacientes, quibus aliquammulti vulnerati erant. Qua velitatione et ipsi Herodi inter obequitandum latus jaculo transfigitur.

5. Antigonus autem, se non solum suorum audacia, sed etiam numero superiorem videri volens, Pappum e sociis unum cum manu militum in Samariam mittit. Et istis quidem id negotii erat, ut cum Machæra contenderent. At Herodes, quum hostium regionem incursionibus vexasset, urbeculas quinque subjugat, duoque hominum millia ex habitantibus interficit, domibusque incensis in castra revertitur. Stativa autem habuit ad vicum Cana appellatum.

6. In dies autem singulos magna multitudo Judæorum tam ex ipsa Hierichunte quam ex cetera regione ei accedebat, partim pro odio in Antigonum, partim vero rebus ab Herode præclare gestis eo adducti. Ceterum majorem partem impellebat rerum mutandarum cupiditas insana. Atque

μὲν ἠπείγετο συμβαλεῖν, οἱ δὲ περὶ Πάππον οὔτε πρὸς τὸ πλῆθος οὔτε περὶ τὴν ὁρμὴν ὑποδείσαντες αὐτοῦ προθύμως ἀντεπεξῆλθον. Γενομένης δὲ τῆς παρατάξεως, τὰ μὲν ἄλλα μέρη πρὸς ὀλίγον ἀντέσχον, Ἡρώδης δὲ κατὰ μῆνιν τοῦ φονευθέντος ἀδελφοῦ παραβαλλόμενος, ὡς ἂν τίσαιτο τοὺς αἰτίους τοῦ φόνου, ταχέως τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐκράτει, καὶ μετ' ἐκείνους ἐπὶ τὸ συνεστὸς ἀεὶ τρεπόμενος ἅπαντας διώκει. Φόνος τε ἦν πολὺς, τῶν μὲν εἰς τὴν κώμην συνεξωθουμένων ἐξ ἧς ὥρμηντο, τοῦ δὲ προσκειμένου τοῖς ὑστάτοις καὶ κτείνοντος ἀπείρους. Συνεισπίπτει δὲ τοῖς πολεμίοις εἴσω, καὶ πᾶσα μὲν ὁπλιτῶν οἰκία νένακτο, τὰ τέγη δὲ ἦν ὕπερθεν ἀμυνομένων κατάπλεα. Κἀπειδὴ περιῆν τῶν ἔξωθεν, τὰς οἰκήσεις σπαράττων εἷλκε τοὺς ἔνδοθεν· καὶ τοῖς μὲν πολλοῖς ἐπικατασείων τοὺς ὀρόφους ἀθρόως ἀνῄρει, τοὺς ὑποφυγόντας δὲ τῶν ἐρειπίων οἱ στρατιῶται ξιφήρεις ἀνεδέχοντο, καὶ τοσοῦτον ἐσωρεύθη νεκρῶν πλῆθος, ὥστε τὰς ὁδοὺς ἀποφραγῆναι τοῖς κρατοῦσι. Ταύτην τὴν πληγὴν οὐκ ἤνεγκαν οἱ πολέμιοι· τὸ γοῦν ἐπισυλλεγόμενον αὐτῶν πλῆθος ὡς ἐθεάσατο τοὺς ἀνὰ τὴν κώμην διεφθαρμένους, εἰς φυγὴν διεσκεδάσθη. Κἂν εὐθέως τῇ νίκῃ τεθαρρηκὼς Ἡρώδης ἐπὶ Ἱεροσολύμων ἤλασεν, εἰ μὴ χειμῶνι διεκωλύθη σφοδροτάτῳ. Τοῦτο τὸ ἐμπόδιον ἐκείνῳ τε παντελοῦς κατορθώματος καὶ ἥττης τῷ Ἀντιγόνῳ κατέστη, βουλευομένῳ καταλιπεῖν ἤδη τὴν πόλιν.

ζ'. Ἡρώδης δὲ πρὸς ἑσπέραν ἤδη τοὺς φίλους κεκμηκότας ἐπὶ θεραπείᾳ τοῦ σώματος διαφεὶς, καὶ αὐτὸς ὡς ἦν ἔτι θερμὸς ἐκ τῶν ὅπλων λουσόμενος ᾔει στρατιωτικώτερον· εἷς γοῦν αὐτῷ παῖς εἵπετο. Καὶ πρὶν εἰς τὸ βαλανεῖον εἰσελθεῖν, ἐναντίον αὐτοῦ τις ἐκτρέχει τῶν πολεμίων ξιφήρης, ἔπειτα δεύτερος καὶ τρίτος καὶ ἑξῆς πλείους. Οὗτοι καταπεφεύγεσαν μὲν ἐκ τῆς παρατάξεως εἰς τὸ βαλανεῖον ὡπλισμένοι· τέως δὲ ὑποπεπτηχότες καὶ διαλανθάνοντες, ὡς ἐθεάσαντο τὸν βασιλέα, λυθέντες ὑπ' ἐκπλήξεως αὐτὸν μὲν παρέτρεχον γυμνὸν ὄντα τρέμοντες, ἐπὶ δὲ τὰς ἐξόδους ἐχώρουν. Τῶν μὲν οὖν ἄλλων οὐδεὶς παρῆν κατὰ τύχην ὁ συλληψόμενος τοὺς ἄνδρας, Ἡρώδῃ δὲ ἀπέχρη τὸ μηδὲν παθεῖν, ὥστε διαφεύγουσι πάντες.

η'. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ Πάππον μὲν τὸν Ἀντιγόνου στρατηγὸν καρατομήσας (ἀνῄρητο δὲ ἐπὶ τῆς παρατάξεως), πέμπει τὴν κεφαλὴν Φερώρᾳ τῷ ἀδελφῷ, ποινὴν τοῦ φονευθέντος αὐτῶν ἀδελφοῦ· καὶ γὰρ οὗτος ἦν ὁ τὸν Ἰώσηπον ἀνελών. Λωφήσαντος δὲ τοῦ χειμῶνος ἤλαυνεν ἐπὶ Ἱεροσολύμων, καὶ μέχρι τοῦ τείχους ἀγαγὼν τὴν δύναμιν (συνήγετο δὲ αὐτῷ τρίτον ἔτος ἐξ οὗ βασιλεὺς ἐν Ῥώμῃ ἀπεδέδεικτο) πρὸ τοῦ ἱεροῦ στρατοπεδεύεται· ταύτῃ γὰρ ἦν ἐπίμαχον, καθ' ὃ καὶ πρὶν εἷλε Πομπήιος τὴν πόλιν. Διελὼν δὲ εἰς ἔργα τὴν στρατιὰν καὶ τεμὼν τὰ προάστεια, τρία μὲν ἐγείρει χώματα, καὶ πύργους ἐποικοδομεῖν αὐτοῖς κελεύσας, καταλιπὼν τοὺς ἀνυστικωτάτους τῶν ἑταίρων ἐπὶ τῶν ἔργων, αὐτὸς εἰς Σαμάρειαν ᾔει τὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀριστο-

ille quidem, ut congrederetur, festinabat, Pappus vero ejusque milites, neque multitudine neque impetu perterriti, alacriter obviam prodierunt. Pugna autem commissa, aciei quidem pars altera paulisper resistebat, at Herodes ex fraternæ necis recordatione intrepide se periculo objiciens, ac si ipsos necis auctores ulciscatur, sibi oppositos illico superat, ac deinde post illos continuo integros adortus, omnes in fugam versos persequitur. Et multa erat cædes, illis in vicum unde exierant compulsis, ipso novissimis instante et innumeros occidente. Postremo autem una cum hostibus intro irrumpit, erantque domus quidem omnes armatis refertæ, sed tecta superiora eorum plena qui se defendebant. Et quum foris deprehensos superasset, ædibus dilaceratis, abditos in iis extrahebat: atque tecta quidem in plurimos dejiciens magnam stragem edidit, quotquot vero ruinam subterfugerant milites gladiis excipiebant; et tanta mortuorum multitudo in cumulos congesta erat, ut ipsis victoribus viæ obstruerentur. Hanc plagam non tulerunt hostes, adeo ut vulgus illorum confluens, ubi cæsorum numerum in vico conspexerunt, in fugam se disjecerint. Statimque Herodes, sumpto ex victoria animo, ad Hierosolyma perrexisset, nisi hiems asperrima eum prohibuisset. Hæc ei quominus victoria perficeretur obstitit, et ne penitus opprimeretur Antigonus, qui de civitate jam deserenda cogitabat.

7. Herodes autem ad vesperam, quum jam defatigatos amicos corporis reficiendi gratia dimisisset, et ipse, ut erat ab armis calidus, instar militis gregarii lavatum ibat, adeoque unus tantum puer eum sequebatur. Et priusquam balneum intraret, ejus in conspectu quidam ex hostibus stricto gladio se proripiebat, deinde alter, itidemque tertius, et deinceps plures. Et isti quidem ex acie in balneum armati confugerant: tum autem metu perculsi et latitantes, ubi regem viderunt, animo defecti præ stupore, ipsum quidem inermem trementes prætereunt, exitus vero cursu petebant. Porro quum ita ceciderit ut ex aliis nemo adesset qui homines comprehenderet, eoque contentus esset Herodes, quod nihil mali pateretur, fiebat ut omnes salvi effugerent.

8. Postero autem die Pappi Antigoni ducis (in prælio autem sublatus erat), caput amputat, idque Pheroræ fratri suo mittit, pœnam et piaculum ob fratris ipsorum cædem: nam et is erat qui Josephum interfecerat. Quum autem hiems mitior esse cœpisset, Hierosolyma ire properabat, murisque admoto milite (annus autem tertius vertebatur ex quo Romæ rex declaratus fuerat), ante fanum castra collocat: nam hac parte facilior erat expugnatio, quaque antea urbem ceperat Pompejus. Exercitu autem diviso suisque operibus cuique parti assignatis, et excisis in suburbiis arboribus, tres quidem aggeres erigit: quumque turres super eos ædificari jussisset, relictis qui operibus instarent commilitonum impigerrimis, ipse Samariam adibat, sibi uxorem ut acciperet Alexandri filii Aristobuli filiam,

ϐούλου μετιὼν θυγατέρα, καθωμολογημένην, ὡς ἔφαμεν, αὐτῷ, καὶ πάρεργον ποιεῖται τῆς πολιορκίας τὸν γάμον· ἤδη γὰρ ὑπερηφάνει τοὺς πολεμίους.

θ'. Γήμας δὲ ὑπέστρεψεν ἐπὶ Ἱεροσολύμων μετὰ μείζονος δυνάμεως· συνῆπτε δὲ αὐτῷ καὶ Σόσσιος μετὰ πλείστης στρατιᾶς, ἱππέων τε καὶ πεζῶν, ἣν προεκπέμψας διὰ τῆς μεσογείου, τὴν πορείαν αὐτὸς διὰ Φοινίκης ἐποιήσατο. Συναθροισθείσης δὲ τῆς ὅλης δυνάμεως, εἰς ἕνδεκα μὲν τέλη πεζῶν, ἱππεῖς δὲ ἑξακισχιλίους δίχα τῶν ἀπὸ Συρίας συμμάχων, οἳ μέρος οὐκ ὀλίγον ἦσαν, καταστρατοπεδεύονται τοῦ βορείου τείχους πλησίον, αὐτὸς μὲν πεποιθὼς τοῖς τῆς συγκλήτου δόγμασι, δι' ὧν βασιλεὺς ἀπεδέδεικτο, Σόσσιος δὲ Ἀντωνίῳ τῷ πέμψαντι τὴν ὑπ' αὐτῷ στρατιὰν Ἡρώδῃ σύμμαχον.

ΚΕΦ. ΙΗ'.

Τῶν δὲ ἀνὰ τὴν πόλιν Ἰουδαίων τὸ πλῆθος ποικίλως ἐτετάρακτο. Καὶ γὰρ περὶ τὸν ναὸν ἀθροιζόμενον τὸ ἀσθενέστερον εὐδαίμονα καὶ πολλῷ θειωδέστερον τὸν τελευτήσοντα πρὸς τοὺς καιροὺς ἐλογοποίει· καὶ τῶν τολμηροτέρων κατὰ στῖφος ἦσαν λῃστεῖαι πολύτροποι, καὶ μάλιστα περὶ τὴν πόλιν ἁρπαζόντων, ἐπειδὴ μήτε ἵπποις μήτε ἀνδράσιν ὑπελέλειπτο τροφή. Τοῦ γε μὴν μαχίμου τὸ εὐτακτότερον ἐτέτακτο πρὸς ἄμυναν τῆς πολιορκίας, τούς τε χωννύντας εἶργον ἀπὸ τοῦ τείχους, καὶ τοῖς ὀργάνοις ἀντιμηχανώμενον ἀεί τι κώλυμα καινότερον. Ἐν οὐδενὶ δὲ οὕτως ὡς ἐν ταῖς μεταλλείαις περιῆσαν τῶν πολεμίων.

2. Ista magnifice loquutus Herodem, quamvis propositi ex adverso tenacem, aliquantulum inde deducit. Itaque libros ab Alexandro compositos ei legendos tradit, singulisque capitulis insistens, cum eo dispiciebat. Unde callidi consilii occasionem arripit Archelaus, paulatimque culpam in eos quorum nomina scripta erant in libris, et in Pheroram transtulit. Quum autem sibi credere regem videret, « considerandum est, inquit, ne forte adolescens tot sceleratorum insidiis impetatur, non tu ab adolescente. Haud enim constat quid causæ esset cur in scelus adeo magnum inciderit (qui et nunc regno tantum non potitur, spemque habet succedendi), nisi quidam suasores exstitissent, qui ætatis facilitate abuterentur : » nam ab ejusmodi hominibus non solum juvenes deceptos esse, verum etiam senes, domosque clarissimas et integra regna subverti.

3. Consentiebat his dictis Herodes, et nonnihil de sua in Alexandrum ira paulatim remittebat, et in Pheroram exasperabatur : nam ille erat quattuor librorum argumentum. Qui quum vidisset quo propenderet regis animus, et in omnibus apud eum prævalere Archelai amicitiam, quam honeste non potuit, ex impudentia quæsivit salutem. Itaque relicto Alexandro confugit ad Archelaum. Atque ille non se videre aiebat quo modo periculo eum eximat, qui tot criminibus se obstrinxerit, ex quibus clare demonstretur ipsum regi insidiatum esse, omniumque malorum, quibus juvenis conflictetur, causam et auctorem exstitisse, nisi vellet infitiandi versutia deposita omnia de quibus insimularetur confiteri, et a fratre ipsum etiam diligente veniam petere : ad hoc enim se quoque modis omnibus auxilium ei laturum.

4. Paruit Pheroras, et quum ita se comparasset ut quam miserrimus appareret, et veste atra et lacrimis, Herodi ad genua accidit, id quod sæpiuscule potuit, sibi ignosci postulans, et se quidem sceleratum esse confitens, ut qui omnia quæ sibi objicerentur patrarit, mentis vero alienationem et insaniam deplorans, cujus causam in mulieris amorem conferebat. Quum autem Pheroram suimet accusatorem et testem stitisset Archelaus, tum ita Herodem exorabat, ejusque iracundiam mitigabat, familiari usus exemplo : « nam et ego a fratre multo graviora perpessus, naturæ jus ante vindictam posui : quippe in regnis, veluti in magnis corporibus, partem aliquam semper intumescere præ gravitate, quam amputare quidem non oportet, leniter vero curare. »

5. Quum multa ejusmodi diceret, Herodis quidem ani-

ραν μειλίσσεται, διέμενε δ' αὐτὸς ἀγανακτῶν πρὸς Ἀλέξανδρον, καὶ τὴν θυγατέρα διαζεύξας ἀπάξειν ἔφασκεν, ἕως περιέστησεν Ἡρώδην ἀντιπαρακαλεῖν ὑπὲρ τοῦ μειρακίου, καὶ πάλιν αὐτῷ μνηστεύεσθαι τὴν θυγατέρα. Σφόδρα δὲ ἀξιοπίστως Ἀρχέλαος ᾧ βούλεται συνοικίζειν αὐτὴν ἐπέτρεπε, πλὴν Ἀλεξάνδρου· περὶ πλείστου γὰρ ποιεῖσθαι τηρεῖν πρὸς αὐτὸν τὰ τῆς ἐπιγαμίας δίκαια. Φαμένου δὲ τοῦ βασιλέως δῶρον ἕξειν παρ' αὐτοῦ τὸν υἱὸν, εἰ μὴ λύσειε τὸν γάμον, ὄντων μὲν αὐτοῖς ἤδη καὶ τέκνων, στεργομένης δ' οὕτως ὑπὸ τοῦ μειρακίου τῆς γυναικὸς, ἣν παραμένουσαν μὲν ἔσεσθαι δυσώπημα τῶν ἡμαρτημένων, ἀπορραγεῖσαν δὲ αἰτίαν τῆς εἰς ἅπαντα ἀπογνώσεως (μαλακωτέρας γὰρ γίνεσθαι τὰς τόλμας πάθεσιν οἰκείοις περισπωμένας), κατανεύσας μόλις Ἀρχέλαος διαλλάσσεταί τε καὶ διαλλάσσει τῷ νεανίσκῳ τὸν πατέρα. Δεῖν μέντοι πάντως ἔφη πέμπειν αὐτὸν εἰς Ῥώμην, Καίσαρι διαλεξόμενον· γεγραφέναι γὰρ αὐτὸς ἐκείνῳ περὶ πάντων.

ϛ'. Τὸ μὲν οὖν Ἀρχελάου στρατήγημα, δι' οὗ τὸν γαμβρὸν ἐρρύσατο, πέρας εἶχε· μετὰ δὲ τὰς διαλλαγὰς ἐν εὐωχίαις καὶ φιλοφρονήσεσι διῆγον. Ἀπιόντα δὲ αὐτὸν Ἡρώδης δωρεῖται ταλάντων ἑβδομήκοντα δώροις, θρόνῳ τε χρυσῷ διαλίθῳ καὶ εὐνούχοις καὶ παλλακίδι, ἥτις ἐκαλεῖτο Παννυχὶς, τῶν τε φίλων ἐτίμησεν ἕκαστον κατ' ἀξίαν. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ συγγενεῖς, προστάξαντος τοῦ βασιλέως, πάντες Ἀρχελάῳ λαμπρὰ δῶρα ἔδοσαν. Προεπέμφθη δὲ ὑπό τε Ἡρώδου καὶ τῶν δυνατῶν μέχρις Ἀντιοχείας.

ΚΕΦ. ΚϚ'.

Μετ' οὐ πολὺ δὲ εἰς τὴν Ἰουδαίαν παρέβαλεν ἀνὴρ πολὺ τῶν Ἀρχελάου στρατηγημάτων δυνατώτερος, ὃς οὐ μόνον τὰς ὑπ' ἐκείνῳ πολιτευθείσας Ἀλεξάνδρῳ διαλλαγὰς ἀνέτρεψεν, ἀλλὰ καὶ ἀπωλείας αἴτιος αὐτῷ κατέστη. Ὃς ἦν Λάκων, Εὐρυκλῆς τοὔνομα, πόθῳ χρημάτων εἰς τὴν βασιλείαν προσφθαρείς· οὐ γὰρ ἀντεῖχεν ἔτι ἡ Ἑλλὰς αὐτοῦ τῇ πολυτελείᾳ. Λαμπρὰ δὲ Ἡρώδῃ δῶρα προσενεγκὼν, δέλεαρ ὧν ἐθήρᾶτο, καὶ παραχρῆμα πολλαπλασίω λαβὼν, οὐδὲν ἡγεῖτο τὴν καθαρὰν δόσιν, εἰ μὴ δι' αἵματος ἐμπορεύσαιτο τὴν βασιλείαν. Περιέρχεται γοῦν τὸν βασιλέα κολακείᾳ καὶ δεινότητι λόγων καὶ περὶ αὐτοῦ ψευδέσιν ἐγκωμίοις. Ταχέως δὲ συνιδὼν τὸν Ἡρώδου τρόπον, καὶ πάντα λέγων τε καὶ πράττων τὰ πρὸς ἡδονὴν αὐτῷ, φίλος ἐν τοῖς πρώτοις γίνεται. Καὶ γὰρ ὁ βασιλεὺς διὰ τὴν πατρίδα καὶ πάντες οἱ περὶ αὐτὸν ἡδέως προετίμων τὸν Σπαρτιάτην.

β'. Ὁ δὲ, ἐπεὶ τὰ σαθρὰ τῆς οἰκίας κατέμαθε, τάς τε τῶν ἀδελφῶν διαφορὰς, καὶ ὅπως διέκειτο πρὸς ἕκαστον ὁ πατὴρ, Ἀντιπάτρου μὲν ξενίᾳ προκατείληπτο, φιλίᾳ δὲ Ἀλέξανδρον ὑπεκρίνετο, ψευσάμενος ἑταῖρον αὐτὸν εἶναι καὶ Ἀρχελάου πάλαι. Διὸ δὴ καὶ ταχέως ὡς δεδοκιμασμένος ἐδέχθη· συνίστα δὲ ἑαυτὸν

mum erga Pheroram placatiorem reddidit, ipse vero Alexandro succensere non destitit, filiamque ab eo disjunctam abducturum aiebat, donec eo redegerit Herodem, ut contra pro adolescente eum deprecaretur, ut iterum ei filiam desponderet. Archelaus autem probabilitate magna simulavit se velle permittere ut ea cuivis collocaretur, præterquam Alexandro : sibi enim nihil prius et antiquius esse quam ut jura affinitatis adversus illum conserventur. Rege autem sibi filium ab eo donatum iri affirmante, si matrimonium non dirimeret, quod et liberos jam haberent, et uxor ab adolescente impense diligeretur; quæ, si diutius maneat, delictis remedium afferret; sin divelleretur, in causa futura esset cur de omnibus desperetur (molliorem namque fieri audaciam, si animus a domesticis affectibus occupetur), vix tandem Archelaus inflexus reconciliatur, facitque ut pater cum adolescente in gratiam redeat. Omnino tamen eum Romam mitti debere adjicit, cum Cæsare collocuturum; de omnibus enim sese literas ad eum dedisse.

6. Atque ita quidem vafro Archelai consilio, quo generum periculo liberavit, finis aderat, et redintegrata concordia, tempus aliquod conviviis et lætitiis impendebant. Ipsi autem, quum discederet, dono dedit Herodes talenta septuaginta, et solium aureum gemmis distinctum, et eunuchos, et concubinam, cui nomen erat Pannychis, item amicorum ejus quemque pro cujusque merito honoravit. Similiter etiam cognati omnes, jussu illius, Archelao splendida donarunt munera. Eumque tam Herodes quam optimates ad Antiochiam usque prosequuti sunt.

CAP. XXVI. (XVII.)

Non multo autem post in Judæam vir se conferebat consiliorum vafritie longe potentior Archelao, qui non solum gratiæ reconciliationem ab ipso impetratam irritam fecit, sed et Alexandro causa exitii fuit. Ille Laco erat genere, nomine Eurycles, desiderio pecuniæ eo redactus ut in regno vivere jam expeteret : non amplius enim luxum ejus tolerare potuit Græcia. Quum autem Herodi splendida attulisset munera, escam ad ea quæ venaretur captanda, ac statim multiplicata accepisset, puram liberalitatem nihil esse ducebat, nisi sanguine mercaturam faceret regni. Itaque regem adulatione et eloquentiæ vi falsisque laudibus eum efferendo circumvenit; quumque cito Herodis ingenium perspexisset, atque omnia diceret faceretque ad ejus voluntatem, inter amicorum primos numeratur. Nam et rex et qui circa eum erant omnes ejus, utpote Spartani, patriæ gratia rationem non vulgarem libenter habuerunt.

2. Ille vero, ubi domus vitia didicit, fratrumque inimicitias, et quemadmodum pater in singulos esset animatus, Antipatri quidem hospitio primum usus fuerat, simulata vero amicitia colebat Alexandrum, se et Archelai jam olim socium esse mentitus. Quo factum est ut tanquam spectatæ fidei vir sine mora exciperetur, moxque semet fratri

εὐθέως καὶ Ἀριστοβούλῳ τῷ ἀδελφῷ. Πάντων δὲ ἀποπειραθεὶς τῶν προσώπων ἄλλον ἄλλως ὑπήει. Γίνεται δὲ προηγουμένως μισθωτὸς Ἀντιπάτρου, καὶ προδότης Ἀλεξάνδρου, τῷ μὲν ὀνειδίζων, εἰ πρεσβύτατος ὢν περιόψεται τοὺς ἐφεδρεύοντας αὐτοῦ ταῖς ἐλπίσιν, Ἀλεξάνδρῳ δὲ, εἰ γεγεννημένος ἐκ βασιλίδος, καὶ βασιλίδι συνοικῶν, ἐάσει διαδέχεσθαι τὴν ἀρχὴν τὸν ἐξ ἰδιώτιδος, καὶ ταῦτα μεγίστην ἀφορμὴν ἔχων Ἀρχέλαον. Ἦν δὲ πιστὸς τῷ μειρακίῳ σύμβουλος, τὴν Ἀρχελάου φιλίαν πλασάμενος. Δι' ὃ μηδὲν ὑποστελλόμενος Ἀλέξανδρος τά τε κατὰ Ἀντίπατρον ἀπωδύρετο πρὸς αὐτὸν καὶ ὡς Ἡρώδης αὐτῶν τὴν μητέρα κτείνας οὐ παράδοξον εἰ καὶ αὐτοὺς ἀφαιρεῖται τὴν ἐκείνης βασιλείαν. Ἐφ' οἷς ὁ Εὐρυκλῆς οἰκτείρειν τε καὶ συναλγεῖν ὑπεκρίνετο. Τὰ δὲ αὐτὰ καὶ τὸν Ἀριστόβουλον εἰπεῖν δελεάσας, καὶ ταῖς κατὰ τοῦ πατρὸς μέμψεσιν ἐνδησάμενος ἀμφοτέρους, ᾤχετο φέρων Ἀντιπάτρῳ τὰ ἀπόρρητα. Προσεψεύδετο δ' ἐπιβουλὴν, ὡς ἐνεδρευόντων αὐτὸν τῶν ἀδελφῶν, καὶ μόνον οὐκ ἐπιφερόντων ἤδη τὰ ξίφη. Λαβὼν δὲ ἐπὶ τούτοις χρημάτων πλῆθος, ἐπαινέτης ἦν Ἀντιπάτρου πρὸς τὸν πατέρα. Τὸ δὲ τελευταῖον ἐργολαβήσας τὸν Ἀριστοβούλου καὶ Ἀλεξάνδρου θάνατον, κατήγορος αὐτῶν ἐπὶ τοῦ πατρὸς γίνεται. Καὶ προσελθὼν ἀντιδιδόναι τὸ ζῆν ἔφασκεν Ἡρώδῃ τῶν εἰς αὐτὸν εὐεργεσιῶν, καὶ τὸ φῶς ἀμοιβὴν τῆς ξενίας ἀντιπαρέχειν. Πάλαι γὰρ ἐπ' αὐτὸν ἠκονῆσθαι ξίφος, καὶ τὴν Ἀλεξάνδρου τετονῶσθαι δεξιὰν, ἐμποδὼν δὲ αὐτὸς γεγονέναι τῷ τάχει, συνεργεῖν ὑποκριθείς· φάναι γὰρ τὸν Ἀλέξανδρον ὡς οὐκ ἀγαπᾷ βασιλεύσας αὐτὸς Ἡρώδης ἐν ἀλλοτρίοις, καὶ μετὰ τὸν τῆς μητρὸς αὐτῶν φόνον τὴν ἐκείνης ἀρχὴν σπαθήσας· ἀλλ' ἔτι καὶ νόθον εἰσάγει διάδοχον, Ἀντιπάτρῳ τῷ φθόρῳ τὴν παππῴαν αὐτῶν βασιλείαν προτείνων. Τιμωρήσειν γε μὴν αὐτὸν τοῖς Ὑρκανοῦ καὶ Μαριάμμης δαίμοσιν· οὐδὲ γὰρ πρέπειν αὐτὸν διαδέξασθαι παρὰ τοιούτου πατρὸς τὴν ἀρχὴν δίχα φόνου. Πολλὰ δὲ εἶναι τὰ παροξύνοντα καθ' ἡμέραν, ὥστε μηδὲ λαλίας τινὰ τρόπον ἀσυκοφάντητον καταλελεῖφθαι. Περὶ μὲν γὰρ εὐγενείας ἑτέρων μνείας γινομένης, αὐτὸς ἀλόγως ὑβρίζεσθαι, τοῦ πατρὸς λέγοντος, ὁ μόνος εὐγενὴς Ἀλέξανδρος, καὶ τὸν πατέρα διὰ ἀγένειαν ἀδοξῶν. Κατὰ δὲ τὰς θήρας προσκρούειν μὲν σιωπῶν, ἐπαινέσας δὲ προσακούειν εἴρων· πανταχοῦ δὲ ἀμείλικτον εὑρίσκειν τὸν πατέρα, καὶ μόνῳ φιλόστοργον Ἀντιπάτρῳ· δι' ὃν ἡδέως καὶ τεθνήξεσθαι, μὴ κρατήσας τῆς ἐπιβουλῆς· κτείναντι δὲ εἶναι σωτηρίας ἀφορμὴν, πρῶτον μὲν Ἀρχέλαον ὄντα κηδεστὴν, πρὸς ὃν διαφεύξεσθαι ῥᾳδίως, ἔπειτα Καίσαρα, μέχρι νῦν ἀγνοοῦντα τὸν Ἡρώδου τρόπον. Οὐ γὰρ ὡς πρότερον αὐτῷ παραστήσεσθαι πεφρικὼς τὸν ἐφεστῶτα πατέρα, οὐδὲ φθέγξασθαι περὶ τῶν αὐτοῦ μόνον ἐγκλημάτων, ἀλλὰ πρῶτον μὲν κηρύξειν τὰς τοῦ ἔθνους συμφορὰς, καὶ τοὺς μέχρι ψυχῆς φορολογουμένους, ἔπειτα εἰς οἵας τρυφὰς καὶ πράξεις τὰ δι' αἵματος πορισθέντα χρήματα ἀναλωθείη, τούς τε ἐξ

etiam Aristobulo commendari curabat. Pertentatis autem personis omnibus, aliam alio modo subibat. Verum ante omnia fit mercenarius Antipatri et proditor Alexandri, illi quidem exprobrans quod natu maximus eos insuper habeat, qui insidiis id agant ut ipsum spe sua deturbent; Alexandro vero, quod a regina natus et regiæ vir conjugis privatæ mulieris filium in regnum succedere patiatur, præsertim quum Archelaum habeat, qui maximo ipsi futurus sit subsidio. Itaque ab adolescente pro fideli habitus est consiliario, Archelai amicitiam mentitus. Qua re fiebat ut Alexander nihil dissimulans et in sinum ejus quæ haberet contra Antipatrum effunderet, et minime mirandum esse diceret, si Herodes, quum matrem ipsorum interemisset, ipsis quoque regnum illius iret ereptum. Quorum causa Eurycles et misericordia commoveri et condolere simulabat. Quumque Aristobulum ad eadem dicenda illexisset et utrumque querimoniæ laqueis irretivisset, discedebat secreta ad Antipatrum deferens. Verum insuper affinxit ejusmodi commentum, ac si fratres ei parassent insidias, et jam fere in eo essent ut strictis gladiis irruerent. Ob hoc autem multa pecunia donatus ab Antipatro, eum apud patrem egregie laudabat: et ad extremum, quum necem Aristobuli et Alexandri patrandam suscepisset, coram patre accusationem in eos instituit. Ipsoque adito, vitam se Herodi pro beneficiis rependere dicebat, lucisque gratia pro hospitio eum remunerare. Jam pridem enim Alexandrum in eum exacuisse gladium, dextramque intendisse: ipsum vero ne ocius moveret impediisse, ut qui se adjutorem fore simulasset. Alexandrum enim dicere quod non contentus sit Herodes ut ipse regnum alienum occuparit, et post matris ipsorum cædem principatum ejus dilacerarit; sed et insuper spurium sibi successorem faciat, avitum ipsorum regnum pesti Antipatro tradens. Proinde semet Hyrcani manes et Mariamnes ultum ire. Nec enim decere ut ipse successionem ab hujusmodi patre sine cæde suscipiat. Multis autem rebus se ad hoc excitari quotidie, ut cui nihil omnino loqui liceat quod non in calumniam vertatur. Nam si de nobilitate aliorum fiat mentio, sine ratione se contumeliis affici, patre dicente solum Alexandrum nobilem esse, cui et pater ob generis humilitatem male audiat. Inter venandum etiam in offensionem incurrere, si taceat; sin laudaverit, cavillatorem appellari. Patrem autem sibi in omni re immitem inveniri, solique Antipatro indulgentem: ob quem se libenter moriturum esse, si parum succedant insidiæ; sin ipsum occiderit, sibi ad salutem præsidia fore, primum Archelaum socerum suum, deinde Cæsarem, hucusque Herodis mores ignorantem. Non enim ut antea se ei adstiturum, patris præsentiam horrentem et reformidantem, neque verba facturum de iis quas suo tantum nomine afferat criminationibus, sed primum quidem totius gentis miserias se prolaturum, et quod ad necem usque tributis ab ipsa exactis vexarentur; deinde quam luxuriose et facinorose pecunias etiam sanguine partas profuderit; et

ἡμῶν πλουτήσαντας, οἵοι, καὶ τὰς θεραπευθείσας πόλεις, ἐπὶ τίσιν· ζητήσειν δὲ καὶ τὸν πάππον ἐκεῖ καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὰ τῆς βασιλείας μύση πάντα κηρύξειν· ἐφ' οἷς οὐ κριθήσεσθαι πατροκτόνος.

γ'. Τοιαῦτα κατὰ Ἀλεξάνδρου τερατευσάμενος ὁ Εὐρυκλῆς ἐπῄνει πολλὰ τὸν Ἀντίπατρον, ὡς ἄρα μόνος τε εἴη φιλοπάτωρ καὶ διὰ τοῦτο μέχρι νῦν τῆς ἐπιβουλῆς ἐμπόδιον. Μήπω δὲ καλῶς ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τοῖς πρώτοις κατεσταλμένος εἰς ἀνήκεστον ὀργὴν ἐξαγριοῦται. Καὶ πάλιν λαβὼν καιρὸν Ἀντίπατρος ἑτέρους κατὰ τῶν ἀδελφῶν ὑπέπεμπε κατηγόρους, λέγειν ὅτι Ἰουκούνδῳ καὶ Τυράννῳ λάθρα διαλέγοιντο, τοῖς ἱππάρχοις μέν ποτε τοῦ βασιλέως γενομένοις, τότε δ' ἔκ τινων προσκρουσμάτων ἀποπεπτωκόσι τῆς τάξεως. Ἐφ' οἷς Ἡρώδης ὑπεραγανακτήσας εὐθέως ἐβασάνισε τοὺς ἄνδρας. Ἀλλ' οἱ μὲν οὐδὲν τῶν διαβληθέντων ὡμολόγουν. Προσεκομίσθη δέ τις πρὸς τὸν Ἡρώδου φρούραρχον ἐπιστολὴ παρὰ Ἀλεξάνδρου, παρακαλοῦντος ἵνα αὐτὸν δέξηται τῷ φρουρίῳ μετὰ Ἀριστοβούλου τοῦ ἀδελφοῦ κτείναντα τὸν πατέρα, καὶ παράσχῃ τοῖς ὅπλοις χρήσασθαι καὶ ταῖς ἄλλαις ἀφορμαῖς. Ταύτην Ἀλέξανδρος μὲν ἔλεγε τέχνασμα εἶναι Διοφάντου. Γραμματεὺς δ' ἦν ὁ Διόφαντος τοῦ βασιλέως, τολμηρὸς ἀνὴρ καὶ δεινὸς μιμήσασθαι πάσης χειρὸς γράμματα· πολλὰ γοῦν παραχαράξας τελευταῖον ἐπὶ τούτῳ καὶ κτείνεται. Βασανίσας δὲ τὸν φρούραρχον Ἡρώδης οὐδὲν ἤκουσεν οὐδὲ παρ' ἐκείνου τῶν διαβεβλημένων.

δ'. Ἀλλά, καίτοι τοὺς ἐλέγχους εὑρίσκων ἀσθενεῖς, τοὺς υἱοὺς ἐκέλευσε τηρεῖν, ἔτι μέντοι λελυμένους· τὸν δὲ λυμεῶνα τῆς οἰκίας καὶ δραματουργὸν ὅλου τοῦ μύσους Εὐρυκλέα, σωτῆρα καὶ εὐεργέτην καλῶν, πεντήκοντα δωρεῖται ταλάντοις. Ὁ δὲ τὴν ἀκριβῆ φήμην φθάσας εἰς Καππαδοκίαν ἀργυρίζεται καὶ παρὰ Ἀρχελάου, τολμήσας εἰπεῖν ὅτι καὶ διαλλάξειεν Ἡρώδην Ἀλεξάνδρῳ. Διάρας δὲ εἰς τὴν Ἑλλάδα τοῖς ἐκ κακῶν κτηθεῖσιν εἰς ὅμοια κατεχρήσατο. Δὶς γοῦν ἐπὶ Καίσαρος κατηγορηθεὶς ἐπὶ τῷ στάσεως ἐμπλῆσαι τὴν Ἀχαΐαν καὶ περιδύειν τὰς πόλεις φυγαδεύεται. Κἀκεῖνον μὲν οὕτως ἡ Ἀριστοβούλου καὶ Ἀλεξάνδρου ποινὴ περιῆλθεν.

ε'. Ἄξιον δὲ ἀντιθεῖναι τὸν Κῷον Εὐάρατον τῷ Σπαρτιάτῃ. Καὶ γὰρ οὗτος ὢν ἐν τοῖς μάλιστα φίλος Ἀλεξάνδρῳ, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν Εὐρυκλεῖ καιρὸν ἐπιδημήσας, πυνθανομένῳ τῷ βασιλεῖ περὶ ὧν ἐκεῖνος διέβαλλεν ὅρκοις μηδὲν ἀκηκοέναι παρὰ τῶν μειρακίων ἐπιστώσατο. Οὐ μὴν ὤνησε γέ τι τοὺς ἀθλίους· μόνων γὰρ ἦν τῶν κακῶν ἀκροατὴς ἑτοιμότατος Ἡρώδης, καὶ κεχαρισμένος αὐτῷ πᾶς ὁ συμπιστεύων καὶ συναγανακτῶν.

ΚΕΦ. ΚΖ'.

Παρώξυνε δὲ αὐτοῦ καὶ Σαλώμη τὴν ἐπὶ τοῖς τέκνοις ὠμότητα. Ταύτην γὰρ συνδήσασθαι τοῖς κιν-

qui e nobis divitias comparavere, quales sint, et quæ quibus ad diripiendum permissæ sint civitates: tandem vero se requisiturum ibi et avum et matrem, regnique flagitia omnia palam prolaturum: quibus cognitis non fore ut parricida judicetur.

3. Postquam verba ejusmodi portentosa in Alexandrum fecerat Eurycles, multus erat in Antipatri laudibus, ac si is solus patrem diligeret, adeoque etiam nunc obstaret quominus insidiæ fierent. Rex autem, quum nondum se ex superioribus bene recuperasset, in iram insanabilem efferatur. Atque aliam adhuc opportunitatem nactus Antipater alios accusatores fratribus subornabat, qui dicerent eos cum Jucundo et Tyranno clam sermones habere, qui olim quidem regis equitum præfecti erant, tunc vero ob quasdam offensiones ordinibus suis exciderant. Quibus Herodes vehementer iratus viros statim in quæstionem vocavit. Sed illi quidem nihil eorum confitebantur, quorum insimulati erant. Allata est autem epistola ad quendam ab Herode castello præfectum scripta ab Alexandro, obsecrante ut ipsum cum Aristobulo fratre in castellum reciperet, patre interfecto, ipsisque tam armis quam aliis instrumentis uti permitteret. Has literas Alexander Diophanti commentum esse dicebat. Diophantus autem regis erat notarius, homo audax et literarum cujuscunque manus assimulandarum peritus: multas certe quum simulasset, tandem ob hoc facinus morte plectitur. Quum autem de castelli præfecto quæstionem habuisset Herodes, ne ab illo quidem quicquam eorum rescivit, quæ eis objecta erant.

4. Sed quamvis criminationes infirmas admodum esse deprehenderet, filios custodiri jussit, nondum tamen vinculis constrictos. Domus autem suæ perniciem ac totius sceleris machinatorem Euryclem, servatorem et benefactorem appellans, talentis quinquaginta donavit. Ille vero, priusquam certa nunciaret fama, Cappadociam attigit, aususque dicere quod Herodem reconciliasset Alexandro, ab Archelao etiam pecunias capit. Atque inde in Græciam digressus, per scelera quæsitis abusus est ad similia. Apud Cæsarem itaque bis accusatus, quod dissensionibus replevisset Achaiam et civitates spoliaret, in exilium mittitur. Atque ita quidem pœnas Aristobulo et Alexandro pendebat.

5. Convenit autem ut Exaratum Coum huic Spartano conferamus. Namque is quum amicissimus esset Alexandro, eodemque tempore quo Eurycles eo migrarit, percontanti regi de iis quorum ille eos insimulabat, jurejurando fidem fecit, nihil se ab adolescentibus auditu accepisse. Non tamen id miseris quicquam profuit: nam maledictorum duntaxat Herodes auditor erat attentissimus, et quotus quisque secum iisdem crederet et iisdem moveretur, apud eum gratiosus erat.

CAP. XXVII. (XVII.)

Porro et Salome crudelitatem ejus in filios exasperabat. Nam et hanc volens Aristobulus secum periculis involvere,

δύνοις ὁ Ἀριστόβουλος θέλων, οὖσαν ἑκυρὰν καὶ τηθίδα, διαπέμπεται σώζειν αὑτὴν παραινῶν· παρεσκευάσθαι γὰρ βασιλέα κτείνειν αὐτὴν διαβληθεῖσαν ἐφ' οἷς καὶ πρότερον, ὅτι Συλλαίῳ τῷ Ἄραβι γήμασθαι σπουδάζουσα, λάθρα τὰ τοῦ βασιλέως ἀπόρρητα διαγγέλλοι πρὸς αὐτὸν ἐχθρὸν ὄντα. Τοῦθ' ὥσπερ τελευταία θύελλα χειμαζομένους τοὺς νεανίσκους ἐπεβάπτισεν· ἡ γὰρ Σαλώμη δραμοῦσα πρὸς βασιλέα τὴν παραίνεσιν ἐμήνυσε. Κἀκεῖνος μηκέτι καρτερήσας δεσμεῖ μὲν ἀμφοτέρους τοὺς υἱεῖς, καὶ διαχωρίζει ἀπ' ἀλλήλων, πέμπει δὲ πρὸς Καίσαρα διὰ τάχους Οὐολούμνιόν τε τὸν στρατοπεδάρχην καὶ τὸν φίλον Ὄλυμπον, ἐγγράφως τὰς μηνύσεις φέροντας. Οἱ δὲ ὡς εἰς Ῥώμην πλεύσαντες ἀπέδοσαν τὰ ἀπὸ τοῦ βασιλέως γράμματα, σφόδρα μὲν ἠχθέσθη Καῖσαρ ἐπὶ τοῖς νεανίσκοις, οὐ μὴν ᾤετο δεῖν ἀφελέσθαι τὸν πατέρα τὴν κατὰ τῶν υἱῶν ἐξουσίαν. Ἀντιγράφει γοῦν κύριον μὲν αὐτὸν καθιστὰς, εὖ μέντοι ποιήσειν λέγων, εἰ μετὰ κοινοῦ συνεδρίου τῶν τε ἰδίων συγγενῶν καὶ τῶν κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἡγεμόνων ἐξετάσειε τὴν ἐπιβουλήν· κἂν μὲν ἐνέχωνται, κτείνειν, ἂν δὲ μόνον ὦσι δρασμὸν βεβουλευμένοι, κολάσειν μετριώτερον.

β'. Τούτοις Ἡρώδης πείθεται, καὶ παραγενόμενος εἰς Βηρυτὸν, ἔνθα προσέταξε Καῖσαρ, συνήγαγε τὸ δικαστήριον. Προκαθέζονται δὲ οἱ ἡγεμόνες, γραφὲν αὐτοῖς ὑπὸ Καίσαρος, Σατορνῖνός τε καὶ οἱ περὶ Πεδάνιον πρέσβεις· σὺν οἷς καὶ Οὐολούμνιος ὁ ἐπίτροπος, ἔπειτα οἱ τοῦ βασιλέως συγγενεῖς καὶ φίλοι, Σαλώμη τε καὶ Φερώρας, μεθ' οὓς οἱ πάσης Συρίας ἄριστοι, πλὴν Ἀρχελάου τοῦ βασιλέως· τοῦτον γὰρ, ὄντα κηδεστὴν Ἀλεξάνδρου, δι' ὑποψίας εἶχεν Ἡρώδης. Τούς γε μὴν υἱεῖς οὐ προήγαγεν εἰς τὴν δίκην μάλα προμηθῶς. Ἤδει γὰρ ὅτι καὶ μόνον ὀφθέντες ἐλεηθήσονται πάντως· εἰ δὲ δὴ καὶ λόγου μεταλάβοιεν, ῥᾳδίως Ἀλέξανδρον ἀπολύσεσθαι τὰς αἰτίας. Ἀλλ' οἱ μὲν ἐν Πλατάνῃ, κώμῃ Σιδωνίων, ἐφρουροῦντο.

γ'. Καταστὰς δὲ ὁ βασιλεὺς ὡς πρὸς παρόντας διετείνετο. Κατηγόρει τε τὴν μὲν ἐπιβουλὴν ἀσθενῶς, ὡς ἂν ἀπορούμενος εἰς αὐτὴν ἐλέγχων, λοιδορίας τε καὶ σκώμματα καὶ ὕβρεις καὶ πλημμελείας μυρίας εἰς αὐτὸν, ἃ καὶ θανάτου χαλεπώτερα, τοῖς συνέδροις ἀπέφαινεν. Ἔπειτα μηδενὸς ἀντιλέγοντος ἐποικτισάμενος ὡς αὐτὸς ἁλίσκοιτο, καὶ νικῶν νίκην πικρὰν κατὰ τέκνων, ἐπηρώτα τὴν γνώμην ἕκαστον. Καὶ πρῶτος Σατορνῖνος ἀπεφήνατο κατακρίνειν μὲν τῶν νεανίσκων, ἀλλ' οὐ θάνατον· οὐ γὰρ εἶναι θεμιτὸν αὐτῷ, τριῶν παρεστώτων τέκνων· ἑτέρου τέκνοις ἀπώλειαν ἐπιψηφίσασθαι. Σύμψηφοι δὲ αὐτῷ καὶ οἱ δύο πρεσβευταὶ γίνονται, καὶ τούτοις ἕτεροί τινες ἠκολούθησαν. Οὐολούμνιος δὲ τῆς σκυθρωπῆς ἀποφάσεως ἤρξατο καὶ μετ' αὐτὸν πάντες θάνατον κατακρίνουσι τῶν μειρακίων, οἱ μὲν κολακεύοντες, οἱ δὲ μισοῦντες Ἡρώδην, καὶ οὐδεὶς δι' ἀγανάκτησιν. Ἔνθα δὴ μετέωρος ἥ τε Συρία πᾶσα καὶ τὸ Ἰουδαϊκὸν ἦν, ἐκδεχομένων τὸ τέλος τοῦ δράματος· οὐδεὶς μέντοι ὑπε-

quam et socrum habebat et amitam, ad eam monitum mittit ut saluti suæ consuleret : quippe regem paratum esse ipsam occidere, eorundem quorum et antea accusatam, quod scilicet Syllæo Arabi nubere cupiens, occulte illi, cum quo regi intercedebant inimicitiæ, secreta ejus nunciarit. Hoc tanquam extrema procella juvenes obruit tempestate vexatos. Salome enim protinus contendit ad regem, monitionem quam acceperat ei indicans. Atque ille, ut qui non amplius semet cohibere potuerit, filium utrumque constringi, et locis diversis custodiri jubet. Deinde ad Cæsarem e vestigio mittit Volumnium militiæ præfectum et amicum suum Olympum, in scriptis ferentes indicia. Isti vero quum Romam appulsi regis literas tradidissent, vehementer quidem Cesar juvenum vicem dolebat, verum ut patri auferretur potestas in filios haud faciendum censebat. Denique rescribit ei, per se licere ut ipse suorum dominus esset, bene tamen facturum dicens, si in communi concilio et cognatorum suorum et provinciæ præsidum de insidiis quæreret : et, si convicti fuerint, morte plecti debere ; si fugam tantum meditati sint, leviori pœna affici.

2. Istis morem gerit Herodes, quumque Berytum, ubi jusserat Cæsar, pervenisset, cogit judicium. Primum autem locum tenebant præsides provinciarum, quibus a Cæsare scriptum fuerat, Saturninus, et Pedanius, quique cum eo legati erant, et cum his Volumnius procurator, deinde cognati amicique regis, et Salome etiam et Pheroras, post quos Syriæ omnis optimates, præter Archelaum regem : hunc enim, quod Alexandri socer esset, suspectum habebat Herodes. Ceterum filios, provido admodum consilio, in judicium non produxit. Probe enim norat, si tantummodo aspicerentur, misericordiam omnino emerituros esse : si vero etiam dicendi copiam nacti essent, facile Alexandrum objecta diluturum. At illi quidem in Platane, Sidoniorum vico, custodiebantur.

3. Exorsus autem rex in eos, tanquam præsentes fuissent, invehebatur. Et insidias quidem illis languide objiciebat, ut qui probationibus earumque indiciis egeret, sed convicia, et dicteria, et contumelias, et delicta innumera in se admissa, quæ et morte graviora, assessoribus palam faciebat. Deinde quum nemo contradiceret, miserabiliter questus, ac si ipse damnatus esset, qui tam acerbam vinceret contra filios victoriam, rogabat singulos sententiam. Et primus Saturninus protulit, se quidem condemnare adolescentulos, sed non capitis : non enim ipsi fas esse, quum tres adstantes habeat filios, exitium alterius filiis decernere. Idem duobus etiam legatis visum est, eosque nonnulli alii sequuti sunt. At tristem sententiam primus Volumnius dixit; cunctique post eum morte damnabant adolescentes, aut Herodis adulatione, aut odio, nemo autem ex indignatione. Tum vero Syria omnis et Judæa suspensis animis tantæ tragœdiæ exitum exspectabat; nullus tamen suspicabatur Herodis

λάμβανεν ἔσεσθαι μέχρι τεκνοκτονίας ὠμὸν Ἡρώδην. Ὁ δὲ σύρας τοὺς υἱεῖς εἰς Τύρον, κἀκεῖθεν διαπλεύσας εἰς Καισάρειαν, τρόπον ἀναιρέσεως τοῖς μειρακίοις ἐσκέπτετο.

δ'. Παλαιός δέ τις τοῦ βασιλέως στρατιώτης ὄνομα Τήρων, ἔχων υἱὸν σφόδρα συνήθη καὶ φίλον Ἀλεξάνδρῳ, καὶ αὐτὸς ἠγαπηκὼς ἰδίᾳ τὰ μειράκια, δι' ὑπερβολὴν ἀγανακτήσεως ἔκφρων ἐγένετο, καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐβόα περιιὼν πεπατῆσθαι τὸ δίκαιον, ἀπολωλέναι τὴν ἀλήθειαν, συγκεχύσθαι τὴν φύσιν, ἀνομίας γέμειν τὸν βίον, καὶ πάνθ' ὅσα μὴ φειδομένῳ τοῦ ζῆν ὑπηγόρευε τὸ πάθος. Τέλος δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ τολμήσας προσελθεῖν, « ἀλλ' ἐμοὶ μὲν, ἔφη, κακοδαιμονέστατος εἶναι δοκεῖς, « ὅστις κατὰ τῶν φιλτάτων πείθῃ τοῖς πονηροτάτοις, « εἴ γε Φερώρᾳ καὶ Σαλώμης καταγνοὺς πολλάκις θά« νατον, πιστεύεις τούτοις κατὰ τῶν τέκνων, οἵ σε τῶν « γνησίων περικόπτοντες διαδόχων ἐπ' Ἀντιπάτρῳ κα« ταλείπουσι μόνῳ, τὸν αὐτοῖς εὐμεταχείριστον αἱρού« μενοι βασιλέα. Σκέψαι μέντοι γε μή ποτε κἀκείνῳ « γένηται μῖσος ἐν τοῖς στρατιώταις, ὁ τῶν ἀδελφῶν « θάνατος. Οὐ γάρ ἐστιν ὅστις οὐκ ἐλεεῖ τὰ μειράκια, « τῶν δὲ ἡγεμόνων καὶ φανερῶς ἀγανακτοῦσι πολλοί. » Ταῦθ' ἅμα λέγων ὠνόμαζε τοὺς ἀγανακτοῦντας. Ὁ δὲ βασιλεὺς εὐθέως ἐκείνους τε καὶ αὐτὸν καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ συνελάμβανεν.

ε'. Ἐφ' ᾧ τῶν ἐκ τῆς αὐλῆς τις κουρέων, Τρύφων ὄνομα, προεκπηδήσας ἔκ τινος φρενοβλαβείας, ἑαυτοῦ μηνυτὴς γίνεται· « κἀμὲ γὰρ, ἔφη, Τήρων οὗτος ἀνέπειθεν, « ὅταν θεραπεύω τῷ ξυρῷ σε διαχρήσασθαι, μεγάλας « τέ μοι παρὰ Ἀλεξάνδρου δωρεὰς ὑπισχνεῖτο. » Ταῦτα ἀκούσας Ἡρώδης τόν τε Τήρωνα σὺν τῷ παιδὶ καὶ τὸν κουρέα βασάνοις διήλεγχε. Καὶ τῶν μὲν ἀρνουμένων, τοῦ δὲ μηδὲν πλέον λέγοντος, στρεβλοῦν ἐκέλευσε τὸν Τήρωνα σφοδρότερον. Ὁ δὲ υἱὸς οἰκτείρας ὑπέσχετο τῷ βασιλεῖ πάντα μηνύσειν, εἰ χαρίσαιτο τὸν πατέρα αὐτῷ. Κἀκείνου δόντος εἶπεν ὡς ὁ πατὴρ αὐτοῦ, πεισθεὶς Ἀλεξάνδρῳ, θελήσειεν αὐτὸν ἀνελεῖν. Τοῦτο οἱ μὲν εἰς ἀπαλλαγὴν τῆς τοῦ πατρὸς αἰκίας πεπλάσθαι, τινὲς δὲ ἀληθὲς ἔλεγον.

ς'. Ἡρώδης γε μὴν ἐν ἐκκλησίᾳ τῶν τε ἡγεμόνων καὶ Τήρωνος κατηγορήσας, τὸν λαὸν ἐπ' αὐτοὺς ἐστρατολόγησεν· αὐτόθι γοῦν ἀναιροῦνται μετὰ τοῦ κουρέως, ξύλοις βαλλόμενοι καὶ λίθοις. Πέμψας δὲ καὶ τοὺς υἱεῖς εἰς Σεβαστὴν, οὖσαν οὐ πόρρω τῆς Καισαρείας, προσέταξεν ἀποπνῖξαι. Καὶ τελεσθέντος αὐτῷ ταχέως τοῦ προστάγματος, τοὺς νεκροὺς εἰς Ἀλεξάνδρειον ἐκέλευσεν ἀνακομισθῆναι τὸ φρούριον, συνταφησομένους Ἀλεξάνδρῳ τῷ μητροπάτορι. Τὸ μὲν οὖν Ἀλεξάνδρου καὶ Ἀριστοβούλου τέλος τοιοῦτον.

ΚΕΦ. ΚΗ'.

Ἀντιπάτρῳ δὲ ἀδήριτον ἔχοντι τὴν διαδοχὴν μῖσος ἀφόρητον ἐκ τοῦ ἔθνους ἐπεγείρεται, πάντων ἐπισταμένων ὅτι τὰς διαβολὰς τοῖς ἀδελφοῖς πάσας ἐπισυντά-

crudelitatem ad filiorum cædem processuram. Verum ille filios Tyrum traxit, quumque inde Cæsaream navigasset, quo mortis genere perimeret adolescentes, deliberabat.

4. Interea vetus quidam regis miles, Tero nomine, qui filium habebat Alexandro valde familiarem et amicum, et ipse adolescentes privatim dilexerat, præ nimia indignatione mente excidit; et primo quidem circumcursans clamitabat conculcatam esse justitiam, interiisse veritatem, naturam confusam esse, vitam iniquitatis esse plenam, et alia omnia quæ dolor vitam contemptui habenti suggereret. Tandem vero regem ipsum adire ausus, « at mihi, inquit, miserrimus esse videris, qui adversus carissimos nequissimis « credis, si quidem contra filios tuos Pheroræ et Salomæ « fidem habeas, quos sæpe damnandos judicasti; qui te le« gitimis successoribus spoliantes Antipatro soli relinquunt, « regem sibi maxime obnoxium optantes. Atqui certe tua « interest dispicere annon forsan ipse militibus invisus sis « futurus ex nece fratrum. Nullus est enim qui non adole« scentium misereatur, ducum autem plurimi etiam palam « indignantur. » Simul atque ista dicebat, nominabat eos quibus mota erat indignatio. Rex autem statim illos ipsumque cum filio comprehendi jubet.

5. Quo facto aulicus quidam e regis tonsoribus, Trypho nomine, nescio qua exagitatus insania, prosiliens sui indicium facit, « ac mihi quoque, inquit, Tero iste persuadere « voluit ut quando te tondeam occiderem: et magna inde « Alexandrum daturum munera pollicebatur. » His auditis Herodes et Teronem ejusque filium et tonsorem quæstioni subdidit. Quumque illi pernegarent, et tonsor nihil amplius diceret, Teronem vehementius torqueri jussit. Filius autem misertus regi promisit se patefacturum omnia, si patrem sibi condonare vellet. Quumque ille fidem dedisset, ipsius occidendi patrem suum habuisse voluntatem aiebat, ab Alexandro impulsum. Hoc quidem nonnulli, ut patrem tormentis eriperet, fictum, alii autem verum esse affirmabant.

6. Ceterum Herodes, et ducibus et Terone pro concione accusatis, populum congregatum in eos incitavit, adeoque ibidem una cum tonsore lignorum et lapidum ictibus interficiuntur. Quum autem filios misisset Sebasten, quæ non longe aberat a Cæsarea, eos strangulari præcepit; factoque sine mora quod imperaverat, mortuos in Alexandreum castellum asportari jussit, cum Alexandro materno avo sepeliendos. Et vitæ quidem finem ejusmodi habuere Alexander et Aristobulus.

CAP. XXVIII. (XVIII.)

In Antipatrum vero, quum jam successionis jus non controversum haberet, exortum est gentis odium intolerabile, utpote quod norint omnes istum omnium in fratres suos

ξειεν οὗτος. Ὑποικούρει δὲ καὶ δέος οὐ μέτριον, αὐξανομένην ὁρῶντι τὴν τῶν ἀνῃρημένων γενεάν. Ἦσαν γὰρ Ἀλεξάνδρῳ μὲν ἐκ Γλαφύρας υἱεῖς δύο, Τιγράνης καὶ Ἀλέξανδρος· Ἀριστοβούλῳ δὲ ἐκ Βερενίκης τῆς Σαλώμης θυγατρὸς Ἡρώδης μὲν καὶ Ἀγρίππας καὶ Ἀριστόβουλος υἱοὶ, θυγατέρες δὲ Ἡρωδιὰς καὶ Μαριάμμη. Τὴν μὲν οὖν Γλαφύραν Ἡρώδης μετὰ τῆς προικὸς ἀπέπεμψεν εἰς Καππαδοκίαν, ὡς ἀνεῖλεν Ἀλέξανδρον, τὴν Ἀριστοβούλου δὲ Βερενίκην συνῴκισε θείῳ πρὸς μητρὸς Ἀντιπάτρου. Τὴν γὰρ Σαλώμην οὖσαν διάφορον ἐξοικειούμενος ὁ Ἀντίπατρος τοῦτον ἐπραγματεύσατο τὸν γάμον. Περιέθει δὲ καὶ Φερώραν δώροις τε καὶ ταῖς ἄλλαις θεραπείαις, καὶ τοὺς Καίσαρος φίλους, οὐκ ὀλίγα πέμπων εἰς τὴν Ῥώμην χρήματα. Οἵ γε μὴν περὶ Σατουρνῖνον ἐν Συρίᾳ πάντες ἐπλήσθησαν τῶν ἀπ' αὐτοῦ δωρεῶν· ἐμισεῖτο δὲ διδοὺς πλεῖον, ὡς ἂν οὐκ ἐκ τοῦ μεγαλοψύχου χαριζόμενος, ἀλλὰ ἀναλίσκων κατὰ δέος. Συνέβαινε δὴ τοὺς μὲν λαμβάνοντας οὐδὲν μᾶλλον εὔνους γίνεσθαι, χαλεπωτέρους δὲ ἐχθροὺς οἷς μὴ διδῴη. Λαμπροτέρας δὲ καθ' ἡμέραν ἐποιεῖτο τὰς διαδόσεις, ὁρῶν τὸν βασιλέα, παρ' ἃς αὐτὸς ἐλπίδας εἶχεν, ἐπιμελούμενον τῶν ὀρφανῶν, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς ἀνῃρημένοις μετάνοιαν ἐμφαίνοντα, δι' ὧν ἠλέει τοὺς ἐξ ἐκείνων.

β'. Συναγαγὼν γάρ ποτε Ἡρώδης συγγενεῖς τε καὶ τοὺς φίλους, παραστησάμενός τε τὰ παιδία, καὶ δακρύων ἐμπλήσας τοὺς ὀφθαλμοὺς, εἶπεν, « ἐμὲ τοὺς πατέρας τούτων σκυθρωπὸς ἀφείλετο δαίμων, ταῦτα δέ μοι μετὰ τῆς φύσεως συνίστησιν ἔλεος ὀρφανίας. Πειρῶμαι δὲ, εἰ καὶ πατὴρ ἐγενόμην ἀτυχέστατος, πάππος γοῦν φανῆναι μετριώτερος, καὶ μετ' ἐμὲ κηδεμόνας αὐτοῖς καταλιπεῖν τοὺς ἐμοὶ φιλτάτους. Ἐγγυῶ δὲ τὴν μὲν σὴν, Φερώρα, θυγατέρα τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν ἀδελφῶν Ἀλεξάνδρου παίδων, ἵνα ᾖς αὐτῷ κηδεμὼν ἀναγκαῖος, τῷ σῷ δὲ παιδὶ, Ἀντίπατρε, τὴν Ἀριστοβούλου θυγατέρα· γένοιο γὰρ ἂν οὕτω πατὴρ τῆς ὀρφανῆς· καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς ὁ ἐμὸς Ἡρώδης λήψεται, πρὸς μητρὸς ὢν ἀρχιερέως πάππου. Ὁ ἀγαπῶν μὲν οὖν ἐμὲ ταύτην ἐχέτω τὴν γνώμην, ἣν διακόψει μηδεὶς ἐμὲ φιλῶν. Ἐπεύχομαι δὲ καὶ τῷ Θεῷ συναρμόσασθαι τοὺς γάμους ἐπὶ συμφέροντι τῆς ἐμῆς βασιλείας καὶ τῶν ἐμῶν ἐκγόνων, τά τε παιδία ταυτὶ γαληνοτέροις ἐπιδεῖν ὄμμασιν ἢ τοὺς πατέρας αὐτῶν. »

γ'. Ἔτι ταῦτα εἰπὼν ἐδάκρυσέ τε καὶ τῶν παίδων συνήρμοσε τὰς δεξιάς· ἔπειτα κατασπασάμενος ἕκαστον φιλοφρόνως διέλυσε τὸν σύλλογον. Ἐπαγνώθη δ' εὐθὺς Ἀντίπατρος καὶ δῆλος ἦν ἅπασιν ὀδυνώμενος. Ὑπελάμβανε γὰρ εἶναι καὶ παρὰ τῷ πατρὶ τὴν τῶν ὀρφανῶν τιμὴν ἑαυτοῦ κατάλυσιν· αὖθίς τε κινδυνεύσειν περὶ τῶν ὅλων, εἰ πρὸς Ἀρχελάῳ καὶ Φερώραν ὄντα τετράρχην βοηθὸν ἔχοιεν οἱ Ἀλεξάνδρου παῖδες. Συνελογίζετο δὲ τὸ ἑαυτοῦ μῖσος καὶ τὸν τῶν ὀρφανῶν ἔλεον ἐκ τοῦ ἔθνους, ὅση τε σπουδὴ ζώντων, καὶ ὅση μνήμη παρὰ Ἰουδαίοις

calumniarum auctorem exstitisse. Quin et timor subibat non mediocris, quum videret interfectorum sobolem in dies adolescere. Erant enim Alexandro quidem ex Glaphyra filii duo, Tigranes et Alexander; Aristobulo vero ex Berenice Salomes filia, Herodes et Agrippa et Aristobulus filii, filiæque Herodias et Mariamne. Et Glaphyram quidem cum dote sua in Cappadociam dimisit Herodes, postquam Alexandrum interfecerat; Berenicen autem Aristobuli conjugem fratri matris Antipatri matrimonio junxit. Ut enim Salomen, quam infensam habebat, sibi reconciliaret Antipater, nuptias istas excogitavit. Insuper Pheroram muneribus aliisque obsequiis atque amicos præterea Cæsaris ambiebat, magnam pecuniæ vim Romam mittendo. Porro Saturninum et qui cum eo erant in Syria omnes donis explevit. Eo autem magis invisus erat, quo plura donabat, ut qui non ex munificentia largiretur, sed ex metu prodigeret. Adeoque eveniebat ut accipientes quidem nihilo magis benevoli fierent, acerbiores vero inimici quibus nihil dederat. In munerum autem distributione quotidie largior erat et profusior, quum, præter spem quam ipse conceperat, videret regem pueros curare parentibus orbatos, et ex prolis eorum miseratione palam præ se ferre quod cædis peremptorum eum pœnituerit.

2. Quum enim Herodes, cognatis aliquando et amicis congregatis, pueros in conspectum dedisset et lacrimis opplesset oculos, dicebat, « horum quidem patres mihi tristis fortuna eripuit, at istos orbitatis miseratio simulque natura ipsa mihi commendat. Jam vero operam do ut, si quidem pater fuerim infelicissimus, avum tamen memet ostendam commodiorem, illisque post me relinquam curatores mihi amicissimos. Despondeo igitur tuam quidem filiam, Pherora, natu maximo fraternorum Alexandri puerorum, ut ei curator sis necessitudine conjunctus; tuo vero, Antipater, filio Aristobuli filiam, ut qui hoc modo fias pupillæ pater; ejusque sororem meus Herodes accipiet, ex matre pontificem pro avo habens. Et me quidem quotusquisque amat meam eat in sententiam, quam nemo me diligens irritam reddet. Insuper et Deum precor ut una mecum has faciat prosperetque nuptias, in regni mei meorumque nepotum emolumentum; atque hos pueros vultu sereniori quam patres ipsorum aspiciat.

3. Dum ista diceret, lacrimavit, et liberorum dextras conjunxit: deinde singulos benigne admodum complexus, concilium dimisit. Statim autem diriguit Antipater, omnibusque manifestum erat quod ei dolebat. Pupillorum namque honore sibi aliquid etiam apud patrem derogatum esse existimabat: iterumque de summa rerum in periculo fore, si Alexandri filii præter Archelaum etiam Pheroram tetrarcham adjutorem haberent. Ad hæc secum reputabat quantum gens ipsius odio et pupillorum misericordia esset commota, quantoque studio in eos ferrentur omnes, quamque penitus

τῶν δι' αὐτὸν ἀπολωλότων ἦν ἀδελφῶν. Ἔγνω δὴ πάντα τρόπον διακόπτειν τὰς ἐγγύας.

δ'. Καὶ τὸ μὲν ὑπιέναι πανούργως ἔδεισε τὸν πατέρα χαλεπὸν ὄντα καὶ πρὸς τὰς ὑποψίας κινούμενον εὐθέως. Ἐτόλμησε δὲ προσελθὼν ἱκετεύειν ἄντικρυς μὴ στερίσκειν αὐτὸν ἧς ἠξίωσε τιμῆς, μηδὲ αὐτῷ μὲν ὄνομα βασιλείας, δύναμιν δὲ ὑπάρχειν ἄλλοις· οὐ γὰρ κρατήσειν τῶν πραγμάτων, εἰ πρὸς Ἀρχελάῳ πάππῳ καὶ Φερώραν κηδεστὴν ὁ Ἀλεξάνδρου παῖς προσλάβοι. Κατηντιβόλει δὲ πολλῆς οὔσης γενεᾶς κατὰ τὸ βασίλειον μεταθεῖναι τοὺς γάμους. Ἦσαν γὰρ δὴ τῷ βασιλεῖ γυναῖκες μὲν ἐννέα, τέκνα δὲ ἐκ τῶν ἑπτά· αὐτὸς μὲν Ἀντίπατρος ἐκ Δωρίδος, Ἡρώδης δὲ ἐκ Μαριάμμης τῆς τοῦ ἀρχιερέως θυγατρὸς, Ἀντίπας δὲ καὶ Ἀρχέλαος ἐκ Μαλθάκης τῆς Σαμαρείτιδος, καὶ θυγάτηρ Ὀλυμπιὰς, ἣν ὁ ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ Ἰώσηπος εἶχεν, ἐκ δὲ τῆς Ἱεροσολυμίτιδος Κλεοπάτρας Ἡρώδης καὶ Φίλιππος, ἐκ δὲ Παλλάδος Φασάηλος. Ἐγένοντο δὲ αὐτῷ καὶ ἄλλαι θυγατέρες, Ῥωξάνη τε καὶ Σαλώμη, ἡ μὲν ἐκ Φαίδρας, ἡ δὲ ἐξ Ἐλπίδος. Δύο δὲ εἶχεν ἀτέκνους, ἀνεψιάν τε καὶ ἀδελφιδῆν· χωρὶς δὲ τούτων δύο ἀδελφὰς Ἀλεξάνδρου καὶ Ἀριστοβούλου τὰς ἐκ Μαριάμμης. Οὔσης δὲ πολυπροσώπου τῆς γενεᾶς ὁ Ἀντίπατρος ἐδεῖτο μετατεθῆναι τοὺς γάμους.

ε'. Χαλεπῶς δὲ ὁ βασιλεὺς ἠγανάκτησε, καταμαθὼν αὐτοῦ τὸ πρὸς τοὺς ὀρφανοὺς ἦθος, ἔννοιά τε αὐτῷ παρέστη περὶ τῶν ἀνῃρημένων, μή ποτε κἀκεῖνοι γένοιντο τῶν Ἀντιπάτρου διαβολῶν ἀγώνισμα. Τότε μὲν οὖν πολλὰ πρὸς ὀργὴν ἀποκρινάμενος ἀπελαύνει τὸν Ἀντίπατρον. Αὖθις δ' ὑπαχθεὶς αὐτοῦ ταῖς κολακείαις μεθηρμόσατο· καὶ αὐτῷ μὲν τὴν Ἀριστοβούλου συνῴκισε θυγατέρα, τὸν δὲ υἱὸν αὐτοῦ τῇ Φερώρα θυγατρί.

ς'. Καταμάθοι δ' ἄν τις ὅσον ἴσχυσεν ἐν τούτῳ κολακεύων Ἀντίπατρος, ἐκ τοῦ Σαλώμην ἐν ὁμοίοις οὖσαν ἀποτυχεῖν. Ταύτην γὰρ δὴ, καίπερ οὖσαν ἀδελφὴν καὶ πολλὰ διὰ Ἰουλίας τῆς Καίσαρος γυναικὸς ἱκετεύουσαν γαμηθῆναι τῷ Ἄραβι Συλλαίῳ, διωμόσατο μὲν ἐχθροτάτην ἕξειν, εἰ μὴ παύσαιτο τῆς σπουδῆς, τὸ δὲ τελευταῖον ἄκουσαν Ἀλεξᾷ τινι τῶν φίλων συνῴκισε, καὶ τῶν θυγατέρων αὐτῆς, τὴν μὲν τῷ Ἀλεξᾶ παιδὶ, τὴν δὲ ἑτέραν τῷ πρὸς μητρὸς Ἀντιπάτρου θείῳ. Τῶν δὲ ἐκ Μαριάμμης θυγατέρων ἡ μὲν ἀδελφῆς υἱὸν Ἀντίπατρον εἶχεν, ἡ δὲ ἀδελφοῦ Φασάηλον.

Judæorum memoriæ insederint fratres propter ipsum exitio dati. Itaque modis omnibus statuebat sponsalia dirimere.

4. Et quidem ut callide in patris gratiam se insinuaret veritus est, ut qui difficilis esset, et statim levissima suspicione moveretur. Eum vero adire ausus coram supplicavit ne se honore privaret quo ipsum dignatus esset; neque se quidem nudum regni nomen habere, penes alios vero potestatem esse sineret: haud enim posse se rerum potiri, si Alexandri filius præter avum Archelaum etiam Pheroram socerum accipiat. Enixe itaque orabat ut nuptias mutatum iret, præsertim quum tam numerosa esset in regia progenies. Nam regi uxores quidem novem erant, liberi vero ex septem illarum suscepti: Antipater quidem ipse ex Doride, Herodes vero ex Mariamne pontificis filia, Antipas et Archelaus ex Malthace Samaritide, filiaque Olympias, quam fratris ejus filius Josephus habebat; Herodes vero et Philippus ex Cleopatra Hierosolymitide, necnon Phasaelus ex Pallade. Ei etiam natæ erant aliæ filiæ, Roxane et Salome, una quidem ex Phædra, altera vero ex Elpide. Duas autem uxores habebat quæ steriles erant, consobrinam et fratris filiam; et præterea duas Alexandri et Aristobuli sorores ex Mariamne. Quum igitur multiplex adeo soboles superesset, obsecrabat Antipater ut alio modo fierent nuptiæ.

5. Rex autem, ubi perspexit ejus erga pupillos ingenii indolem, vehementer indignatus est, ipsumque subiit cogitatio de occisis, ne forte id etiam omni studio contenderit Antipater, ut illi calumniis obruerentur. Et tunc quidem, quum multa iracunde respondisset, Antipatro repulsam dedit. Postea vero, blanditiis illius mollitus victusque, nuptiarum pactionem mutavit: ac ipsi quidem Aristobuli filiam collocavit, ejus vero filium Pheroræ filiæ.

6. Inde autem licet animadvertere, quantum in hoc Antipater valuit adulando, quod idem in simili causa impetrare non potuit Salome. Hanc enim, quamvis soror esset et multis precibus, intercedente Julia uxore Cæsaris, contenderet ut Syllæo Arabi nupta daretur, pro inimicissima habiturum esse juravit, nisi ab hoc studio desisteret: tandemque invitam Alexæ cuidam ex amicis suis matrimonio junxit, ejusque filiarum unam Alexæ filio, alteram materno Antipatri avunculo. Filiarum autem ex Mariamne una quidem nupta erat Antipatro sororis filio, altera vero fratris filio Phasaelo.

ΚΕΦ. ΚΘ'.

Διακόψας δὲ τὰς τῶν ὀρφανῶν ἐλπίδας ὁ Ἀντίπατρος καὶ πρὸς τὸ συμφέρον αὐτῷ τὰς ἐπιγαμίας ποιησάμενος, ὡς ἐπὶ βεβαίοις μὲν ὥρμει ταῖς ἐλπίσι, προσβαλὼν δὲ τῇ κακίᾳ τὸ πεποιθὸς ἀφόρητος ἦν. Τὸ γὰρ ἑκάστου μῖσος ἀποσκευάσασθαι μὴ δυνάμενος ἐκ τοῦ φοβερὸς εἶναι τὴν ἀσφάλειαν ἐπορίζετο. Συνήργει δὲ καὶ Φερώρας ὡς ἂν ἤδη βασιλεῖ βεβαίῳ. Γίνεται δὲ καὶ γυναικῶν σύνταγμα κατὰ τὴν αὐλὴν, ὃ νεωτέρους ἐκίνησε θορύβους. Ἡ γὰρ Φερώρα γυνὴ, μετὰ τῆς

CAP. XXIX. (XVIII.)

Quum autem pupillis spem omnem præcidisset Antipater, et affinitates prout maxime in rem facerent suam junxisset, quasi firma stabilique spe nitebatur, adjectaque malitiæ fiducia intolerabilis evadebat. Nam quum singulorum odium excutere non posset, securitatem sibi ex terrore quærebat. Etiam Pheroras ipsi, tanquam regi certo futuro, operam suam commodabat. Porro conflatum est in aula mulierum quoque sodalitium, quod novas excitavit turbas. Etenim Pheroræ uxor, cum matre ac sorore sua, necnon et

μητρὸς καὶ τῆς ἀδελφῆς προσλαβοῦσα τὴν Ἀντιπάτρου μητέρα, πολλὰ μὲν ἠσέλγαινε κατὰ τὸ βασίλειον, ἐτόλμησε δὲ καὶ τοῦ βασιλέως ὑβρίσαι δύο θυγατέρας· διὸ μάλιστα αὐτὴν ἐκεῖνος προβέβλητο· μισούμεναί γε μὴν ὑπ' αὐτοῦ τῶν ἄλλων ἐπεκράτουν. Μόνη δὲ τῆς ὁμονοίας αὐτῶν ἀντίπαλος ἦν Σαλώμη, καὶ βασιλεῖ διέβαλλε τὴν σύνοδον, ὡς οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τῶν αὐτοῦ πραγμάτων εἴη. Γνοῦσαι δὲ ἐκεῖναι τὴν διαβολὴν, καὶ ὡς ἀγανακτήσειεν Ἡρώδης, τῆς μὲν φανερᾶς συνόδου καὶ τῶν φιλοφρονήσεων ἐπαύσαντο, τοὐναντίον δὲ ὑπεκρίνοντο καὶ διαφέρεσθαι πρὸς ἀλλήλας ἀκούοντος βασιλέως, αἷς συνυπεκρίνετο καὶ Ἀντίπατρος, ἐν τῷ φανερῷ προσκρούων Φερώρᾳ· συνουσίαι δὲ ἦσαν αὐτῶν λάθρα καὶ κῶμοι νυκτερινοὶ, τήν τε ὁμόνοιαν ἡ παρατήρησις ἐπέτεινεν. Ἠγνόει δὲ οὐδὲν Σαλώμη τῶν πραττομένων καὶ πάνθ' Ἡρώδῃ διήγγελλεν.

β'. Ἐξεκαίετο δ' ἐκεῖνος εἰς ὀργὴν, καὶ μάλιστα δ' ἐπὶ τὴν Φερώρα γυναῖκα· ταύτην γὰρ πλέον ἡ Σαλώμη διέβαλλεν. Ἀθροίσας γοῦν συνέδριον τῶν τε φίλων καὶ συγγενῶν, ἄλλα τε πολλὰ τῆς ἀνθρώπου κατηγόρει καὶ τὴν εἰς τὰς αὐτοῦ θυγατέρας ὕβριν, ὅτι τε Φαρισαίοις μὲν χορηγήσειε μισθοὺς κατ' αὐτοῦ, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτῷ κατασκευάσειε πολέμιον, ἐνδησαμένη φαρμάκοις. Τελευταῖον δὲ εἰς Φερώραν ἀπέστρεψε τὸν λόγον, δυοῖν θάτερον ἑλέσθαι λέγων, ἢ αὐτὸν ἀδελφὸν, ἢ τὴν γυναῖκα. Τοῦ δὲ θᾶττον ἀπολείψειν τὸ ζῆν ἢ τὴν γυναῖκα φήσαντος, οὐκ ἔχων ὅ τι χρὴ δρᾷν, μετέβαινεν ἐπ' Ἀντίπατρον, ᾧ παρήγγειλε μήτε τῇ Φερώρα γυναικὶ μήτε αὐτῷ μήτε ἄλλῳ τινὶ τῶν ἐκείνης διαλέγεσθαι. Ὁ δὲ φανερῶς μὲν οὐ μετέβαινε τὸ πρόσταγμα, λάθρα δὲ διενυκτέρευε σὺν ἐκείνοις· καὶ δεδοικὼς ἐπιτηροῦσαν τὴν Σαλώμην πραγματεύεται διὰ τῶν ἐπὶ τῆς Ἰταλίας φίλων τὴν εἰς Ῥώμην ἀποδημίαν αὐτῷ. Γραψάντων γὰρ ἐκείνων δεῖν Ἀντίπατρον πεμφθῆναι διὰ χρόνου πρὸς Καίσαρα, ὁ δὲ οὔ τι μελλήσας ἐξέπεμψε, θεραπείαν τε λαμπρὰν καὶ πλεῖστα δοὺς χρήματα, τήν τε διαθήκην κομίζειν· ἐν ᾗ βασιλεὺς μὲν Ἀντίπατρος ἐγέγραπτο, Ἀντιπάτρου δὲ Ἡρώδης διάδοχος ὁ ἐκ Μαριάμμης τῆς τοῦ ἀρχιερέως θυγατρὸς γεγονώς.

γ'. Ἔπλευσε δὲ καὶ Συλλαῖος ὁ Ἄραψ ἐπὶ Ῥώμης, ἠμεληκὼς μὲν τῶν Καίσαρος προσταγμάτων, ἀγωνιούμενος δὲ πρὸς Ἀντίπατρον, περὶ ὧν ἐξεδίκαστο Νικολάῳ τάχιον. Οὐ μικρὸς δὲ αὐτῷ καὶ πρὸς Ἀρέταν ἦν ἀγὼν τὸν αὐτοῦ βασιλέα. Τούτου γὰρ ἄλλους τε φίλους ἀνῃρήκει καὶ Σόεμον, τῶν ἐν Πέτρᾳ τὸν δυνατώτατον. Πείσας δὲ πολλοῖς χρήμασι Φαβάτον τὸν Καίσαρος διοικητὴν, ἐχρῆτο βοηθῷ καὶ καθ' Ἡρώδου. Πλείονα δὲ δοὺς Ἡρώδης ἀφίστησί τε ἀπὸ Συλλαίου Φαβάτον καὶ δι' αὐτοῦ τὰ κελευσθέντα ὑπὸ Καίσαρος εἰσέπραττεν. Ὁ δὲ μηδὲν ἀποδοὺς ἔτι καὶ κατηγόρει Φαβάτου πρὸς Καίσαρα, διοικητὴν εἶναι λέγων οὐ τῶν ἐκείνου, τῶν δὲ Ἡρώδου συμφερόντων. Ἐφ' οἷς ὀργισθεὶς Φαβάτος (ἦν δὲ ἔτι παρ' Ἡρώδῃ μάλιστα τιμώμενος)

matre Antipatri, multa quidem in regia insolenter agebat: duas vero regis filias contumeliose tractare ausa est. Quare illam præcipue aversatus est. Ceterum odio habitæ ab illo ceteris dominabantur. Sola vero Salome earum concordiæ adversabatur, congressusque apud regem accusabat, ut qui rebus illius in damnum cederent. Illæ autem, ubi intellexerant delationem, quamque ægre rem tulisset Herodes, cessarunt quidem palam convenire et in familiaritate versari; contrarium vero simulabant, atque discordare ab invicem audiente rege. Cum quibus eadem etiam præ se ferebat Antipater, in conspectu omnium Pheroram lacessens: congressus vero occultos habebant, et nocturnas comessationes agebant, et ad earum concordiam firmandam conferebat observatio. Nihil autem eorum quæ agerent molirenturve ignorabat Salome, et Herodi cuncta nunciabat.

2. Ille vero iracundia exardebat, maximeque adversus Pheroræ conjugem: nam hanc magis accusabat Salome. Advocatis igitur amicis cognatisque in concilium, et alia multa mulieri objiciebat et injurias filiabus suis illatas, quodque Pharisæis præmia, ut ipsi adversarentur, dedisset, fratremque ipsi hostem fecisset, veneficiis suis irretitum. Tandem vero se ad Pheroram convertit, dicens se ei alterum e duobus eligendi optionem dare, aut ut fratrem sibi haberet, aut uxorem. Quumque ille se vitam citius amissurum esse quam uxorem dixisset, incertus quid ageret, sermonem ad Antipatrum transfert, eique denunciavit ut neque cum Pheroræ uxore, neque cum ipso, neque alio quopiam ad eam pertinente colloqueretur. Ille palam quidem nihil faciebat contra quam præceptum erat, clam vero cum illis pernoctabat; atque veritus ne ipsum observaret Salome, enititur efficitque per amicos in Italia degentes ut Romam proficisceretur. Etenim, quum illi scripsissent mitti oportere Antipatrum aliquanto post tempore ad Cæsarem, ille nihil moratus eum misit, dato ipsi et splendido famulitio et plurima pecunia, et testamento deferendo, in quo scriptum erat ut Antipater quidem regnaret, Antipatro vero in regnum succederet Herodes, ex Mariamne pontificis filia procreatus.

3. Etiam Syllæus Arabs Romam navigavit, quum quidem nihil eorum curasset quæ Cæsar imperaverat; de iis vero adversus Antipatrum disceptaturus, ob quæ antea a Nicolao in judicium vocatus fuerat. Porroque causam non levem dicturus erat contra Aretam regem suum. Hujus enim et amicos alios interfecerat et Soemum, omnium in Petra potentissimum. Quumque grandi pecunia Fabato per suasisset Cæsaris procuratori, operam illius adhibuit etiam contra Herodem. Plus autem largitus Herodes et Fabatum a Syllæo alienat, et per eum exigebat quicquid Cæsar imperaverat. At quum ille nihil reddidisset, Fabatum apud Cæsarem accusabat, procuratorem esse dicens qui majorem Herodis quam ipsius rationem habebat. Quibus commotus ad iracundiam Fabatus (adhuc enim maximo in honore erat

γίνεται προδότης Συλλαίου τῶν ἀπορρήτων, τῷ τε βασιλεῖ φησὶν ὅτι Συλλαῖος διαφθείρειεν αὐτοῦ τὸν σωματοφύλακα Κόρινθον χρήμασιν, ὃν δεῖ φυλάττεσθαι. Πείθεται δ' ὁ βασιλεύς· καὶ γὰρ ἐτέθραπτο μὲν ὁ Κόρινθος ἐν τῇ βασιλείᾳ, γένος δ' ἦν Ἄραψ. Συλλαμβάνει δ' εὐθέως οὐχ αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ δύο ἑτέρους Ἄραβας, εὑρὼν παρ' αὐτῷ τὸν μὲν φίλον Συλλαίου, τὸν δὲ φύλαρχον. Οἱ δὲ βασανιζόμενοι πεῖσαι Κόρινθον ὡμολόγησαν ἐπὶ πολλοῖς χρήμασιν Ἡρώδην ἀνελεῖν. Οὗτοι μὲν οὖν ἀνακριθέντες καὶ παρὰ Σατορνίνῳ τῷ διέποντι τὴν Συρίαν ἀνεπέμφθησαν εἰς Ῥώμην.

(ΙΘ'.) δ'. Ἡρώδης δ' οὐκ ἀνίει Φερώραν, βιαζόμενος ἀπαλλαγῆναι τῆς γυναικός· οὐδ' ἐπενόει μηχανὴν, δι' ἧς ἂν τιμωρήσαιτο τὴν ἄνθρωπον, πολλὰς τοῦ μίσους ἔχων αἰτίας, ἕως ὑπεραλγήσας σὺν αὐτῇ καὶ τὸν ἀδελφὸν ἐκβάλλει. Φερώρας δὲ, ἀγαπήσας τὴν ὕβριν, ἀπαλλάσσεται μὲν εἰς τὴν ἑαυτοῦ τετραρχίαν, ὀμόσας ἕξειν ἕνα τῆς φυγῆς ὅρον, τὸν Ἡρώδου θάνατον, καὶ μηδέποτε πρὸς ζῶντα ὑποστρέψειν· ἐπανῆλθε δὲ οὐδὲ πρὸς νοσοῦντα τὸν ἀδελφὸν, καίτοι λιπαρῶς μεταπεμπόμενον. Ἐβούλετο γὰρ αὐτῷ τινας ἐντολὰς καταλείψειν ὡς τεθνηξόμενος. Ἀλλ' ὁ μὲν παρ' ἐλπίδα σώζεται. Μετ' οὐ πολὺ δὲ νοσεῖ Φερώρας, εὑρίσκεται δὲ Ἡρώδης μετριώτερος· καὶ γὰρ ἧκει πρὸς αὐτὸν καὶ συμπαθῶς ἐθεράπευεν· οὐ μὴν ὑπερίσχυσε τοῦ πάθους. Μετὰ γὰρ ἡμέρας ὀλίγας ἀποθνήσκει Φερώρας, ὃν καίπερ ἀγαπήσας Ἡρώδης μέχρι τελευταίας ἡμέρας, ὅμως καὶ αὐτὸν ἀνελεῖν ἐφημίσθη φαρμάκῳ. Τόν γε μὴν νεκρὸν εἰς Ἱεροσόλυμα κομίσας πένθος τε μέγιστον ὅλῳ τῷ ἔθνει κατήγγειλε, καὶ κηδείας ἠξίωσε λαμπροτάτης. Ἕνα μὲν δὴ τῶν Ἀλεξάνδρου καὶ Ἀριστοβούλου φονέων τοιοῦτον περιέρχεται τέλος.

ΚΕΦ. Λ'.

Μετέβαινε δ' ἐπὶ τὸν αὐθέντην Ἀντίπατρον ἡ ποινὴ, τὸν Φερώρα θάνατον ἀρχὴν λαβοῦσα. Τῶν τούτου γάρ τινες ἀπελευθέρων, κατηφεῖς τῷ βασιλεῖ προσελθόντες, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ διεφθάρθαι φαρμάκοις ἔλεγον· προσενεγκεῖν μὲν γὰρ αὐτῷ τι τὴν γυναῖκα τῶν οὐ συνήθως ἐσκευασμένων, φαγόντα δὲ εὐθέως εἰς τὴν νόσον καταπεσεῖν· ἀγηοχέναι τε πρὸ δυοῖν ἡμερῶν τὴν μητέρα ταύτης καὶ τὴν ἀδελφὴν γύναιον ἐκ τῆς Ἀραβίας φαρμάκων ἔμπειρον, ὅπως φίλτρον σκευάσῃ τῷ Φερώρᾳ, δεδωκέναι δὲ ἀντὶ τούτου θανάσιμον, Συλλαίου πραγματευσαμένου· τούτῳ γὰρ ἦν γνώριμον.

β'. Πληγεὶς οὖν ὁ βασιλεὺς ὑποψίαις πλείοσι, θεραπαίνας τε καί τινας τῶν ἐλευθέρων ἐβασάνιζεν. Ἐβόα δέ τις ἐν ταῖς ἀλγηδόσι, « Θεὸς, ὁ γῆν καὶ οὐρανὸν διέπων, μετέλθοι τὴν τούτων ἡμῖν τῶν κακῶν αἰτίαν, τὴν Ἀντιπάτρου μητέρα. » Ταύτης τῆς ἀρχῆς ὁ βασιλεὺς λαβόμενος ἐπεξῄει πρόσω τὴν ἀλήθειαν ἐπιζητῶν. Ἡ δὲ γυνὴ, τήν τε φιλίαν τῆς Ἀντιπάτρου

apud Herodem) Syllæi secreta enunciat, regique indicat quod Syllæus Corinthum ejus satellitem pecunia corrupisset, quem in custodiam dari oporteat. Neque rex id facere dubitavit: nam Corinthus quidem in regia educatus fuerat, genere autem Arabs erat. Mox igitur illum comprehendit, ac præterea duos alios Arabas apud ipsum deprehensos, unum quidem Syllæi amicum, alterum vero tribûs præfectum. Qui quæstioni subditi, confessi sunt se magna pecunia Corintho persuasisse ut Herodem occideret. Et illi quidem, de istis a Saturnino interrogati, Romam missi sunt.

(XIX.) 4. At Herodes non dimittit Pheroram, volens eum compellere ad uxorem repudiandam; neque quo modo mulierem plecteret inveniebat, licet in eam odii causas haberet, donec gravi dolore percitus fratrem etiam ipsum cum ea ejicit. Pheroras autem, injuria æquo animo accepta, in suam quidem tetrarchiam discedit, juravitque unum sibi exilii finem fore mortem Herodis, et nequaquam ad eum dum viveret reversurum esse: atque ad fratrem ægrotantem noluit se recipere, multis licet precibus accersitus. Illi quippe tanquam morituro in animo erat nonnulla ei in mandatis relinquere. Sed ille quidem præter spem revalescit. Non multo autem post in morbum incidit Pheroras, animoque mitiori esse Herodem comperit. Etenim ad eum venit, vicemque ejus dolens operam dabat ut curaretur, sed morbum superare non valuit: nam paucos post dies moritur Pheroras. Quem licet ad extremum usque diem dilexisset Herodes, tamen quod illum veneno peremisset fama vulgatum est. Ceterum quum mortuum Hierosolyma deportasset, et luctu maximo a tota gente prosequendum edixit, et splendidissima dignatus est sepultura. Adeoque unus quidem de interfectoribus Alexandri et Aristobuli hunc vitæ exitum sortitus est

CAP. XXX. (XIX.)

ζ'. Ταῦτα ἐνετέλλετο, καὶ παρὰ τῶν ἐν Ῥώμῃ πρέσβεων ἧκον ἐπιστολαί, δι' ὧν Ἀκμὴ μὲν ἀνῃρημένη κελεύσαντος Καίσαρος ἐδηλοῦτο, θανάτῳ δὲ Ἀντίπατρος κατάκριτος· ἔγραφόν γε μὴν ὡς εἰ καὶ φυγαδεύειν αὐτὸν ἐθελήσειεν ὁ πατήρ, ἐπιτρέποι Καῖσαρ. Ὁ δὲ βραχὺ μὲν πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν ἀνήνεγκεν. Αὖθις δέ (καὶ γὰρ ἐνδείᾳ τροφῆς καὶ βηχὶ σπασμώδει διετείνετο) τῶν ἀλγηδόνων ἡττηθεὶς φθάσαι τὴν εἱμαρμένην ἐπεβάλλετο. Λαβὼν δὲ μῆλον ᾔτησε καὶ μαχαίριον (εἰώθει γὰρ ἀποτέμνων ἐσθίειν), ἔπειτα περιαθρήσας μή τις ὁ κωλύων εἴη, ἐπῆρε τὴν δεξιὰν ὡς πλήξων ἑαυτόν. Προσδραμὼν δὲ ἐκώλυσεν Ἀχίαβος ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ τὴν χεῖρα κατασχών. Οἰμωγὴ δ' εὐθὺς ἤρθη μεγίστη κατὰ τὸ βασίλειον ὡς οἰχομένου τοῦ βασιλέως· καὶ ταχέως ἀκούσας Ἀντίπατρος, ἀνεθάρρει τε καὶ γεγηθὼς τοὺς φύλακας ἱκέτευεν ἐπὶ χρήμασιν ἐξαφιέναι λύσαντας αὐτόν. Ὁ δὲ ἡγεμὼν οὐ μόνον ἐκώλυσεν, ἀλλὰ καὶ βασιλεῖ δραμὼν ἀνήγγειλε τὴν ἐπιβουλήν. Ἀνέκραγε δὲ ἐκεῖνος ἰσχυρότερον τῆς νόσου καὶ παραχρῆμα πέμψας τοὺς δορυφόρους ἀπέκτεινε τὸν Ἀντίπατρον. Θάψαι δὲ τὸν νεκρὸν αὐτοῦ προστάξας ἐν Ὑρκανείῳ, πάλιν τὰς διαθήκας ἐπανορθοῦται, καὶ διάδοχον μὲν Ἀρχέλαον, τὸν πρεσβύτατον υἱόν, ἀδελφὸν δὲ Ἀντίπα, γράφει, τετράρχην δὲ Ἀντίπαν.

η'. Μετὰ δὲ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ παιδὸς ἐπιβιοὺς πέντε ἡμέρας τελευτᾷ, βασιλεύσας ἀφ' οὗ μὲν ἀποκτείνας Ἀντίγονον ἐκράτησε τῶν πραγμάτων ἔτη τέσσαρα καὶ τριάκοντα, ἀφ' οὗ δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων ἀπεδείχθη βασιλεύς, ἑπτὰ καὶ τριάκοντα. Καὶ κατὰ μὲν τὰ ἄλλα πάντα τύχῃ δεξιᾷ χρησάμενος, εἰ καί τις ἕτερος, ὅστις γε κατεκτήσατο βασιλείαν ἰδιώτης ὤν, καί, τοσούτῳ χρόνῳ φυλάξας, ἰδίοις τέκνοις κατέλιπεν· ἐν δὲ τοῖς κατ' οἶκον, ἀτυχέστατος. Πρὶν δὲ γνῶναι τὴν τελευτὴν αὐτοῦ τὸ στρατιωτικόν, προελθοῦσα μετ' ἀνδρὸς ἡ Σαλώμη διαφῆκε τοὺς δεσμώτας οὓς κτείνειν ὁ βασιλεὺς ἐνετείλατο, μεταπεισθῆναι αὐτὸν λέγουσα, καὶ πάλιν ἀναπέμπειν ἕκαστον εἰς τὰ ἴδια. Τούτων δὲ οἰχομένων, ἐδήλου ἤδη τοῖς στρατιώταις, καὶ συνῆγεν αὐτοὺς εἰς ἐκκλησίαν μετὰ τοῦ λοιποῦ πλήθους ἐν τῷ καθ' Ἱεριχοῦντα ἀμφιθεάτρῳ. Ἔνθα παρελθὼν Πτολεμαῖος, ὁ καὶ τὸν σημαντῆρα δακτύλιον παρὰ τοῦ βασιλέως πεπιστευμένος, τόν τε βασιλέα κατευδαιμονίζει, καὶ τὸ πλῆθος παρακαλεῖ, τήν τε ἀπολειφθεῖσαν τοῖς στρατιώταις ἀνεγίνωσκεν ἐπιστολήν, ἐν ᾗ πολλὰ περὶ τῆς εἰς τὸν διάδοχον εὐνοίας παρεκάλει. Μετὰ δὲ τὴν ἐπιστολὴν λύσας τὰς διαθήκας ἀνεγίνωσκεν, ἐν αἷς Φίλιππος μὲν τοῦ Τράχωνος καὶ τῶν γει-

« novi, inquit, Judæos morte quidem mea festos dies « acturos; aliorum vero causa lugeri possum et funus splendidum consequi, dummodo meis mandatis obsequi velitis. Hos autem viros in custodia clausos, simulatque « animam exhalavero, omnes interficite, quo et universa « Judæa et singulæ domus vel invitæ mea morte illacri« mentur. »

7. Ista mandabat, et a legatis qui Romæ erant veniebant literæ, quibus significabatur Acmen jussu Cæsaris interfectam esse, et Antipatrum morte damnatum. Scriptum vero erat, si pater eum in exsilium dare mallet, id quoque permisisse Cæsarem. Atqui ille paululum quidem ad vitæ cupiditatem rediit. Rursus vero (nam et inedia et tussi convulsiva distinebatur) victus doloribus fatum antevertere statuit. Sumpto igitur pomo, cultellum etiam poposcit (solitus enim erat sectum comedere), deinde circumspiciens ne quis esset qui ei obstaret, tanquam se percussurus dextram levavit. Verum Achiabus ejus sobrinus accurrens, manu illius prehensa, impediit. Ululatus autem maximus statim sublatus est in regia, ac si rex mortuus fuisset. Quem simul atque audiverat Antipater, fiduciam resumit, lætatusque custodes obsecrabat ut ipsum promissa pecunia solutum dimitterent. Dux vero illorum non tantum prohibuit, sed et regi insidias renunciatum currebat: atque ille fortius exclamavit quam morbus commode pateretur, continuoque missis satellitibus Antipatrum occidit. Quum autem in mandatis dedisset ut cadaver ejus in Hyrcaneo sepeliretur, rursus testamentum corrigit, et successorem quidem scripsit Archelaum filium natu maximum, Antipæ fratrem, Antipam vero tetrarcham.

8. Postquam autem a filii cæde quinque dies vixerat, mortem obit, quum scilicet regnasset annos quidem triginta quattuor, ex quo Antigono interfecto rerum potitus est, triginta vero septem, ex quo rex a Romanis declaratus est. Et in ceteris quidem omnibus secunda fortuna usus est, si quis unquam alius, qui quidem regnum, quod privatus adeptus erat, tantoque conservavit tempore, filiis suis reliquit: in rebus vero domesticis infelicissimus fuit. Salome autem, antequam regis mortem resciret exercitus, cum marito progressa, dimisit eos qui in custodia erant, quos occidi jusserat rex; ipsum dicens mutasse consilium, et suam quemque domum remittere. At quum isti abiissent, tum militibus rem indicabat, eosque cum cetera multitudine in concionem coegit in amphitheatro Hierichuntino: ubi Ptolemæus, cui creditus erat a rege annulus signatorius, prodiens et regis fortunam prædicat et populo consolationem adhibet, et relictas militibus literas legebat, in quibus multis hortabatur ut benevolos se præstarent successori. Deinde post literas istas testamentum resignabat et recitabat, in quo Philippus quidem Trachonis et viciniarum re-

τνειώντων χωρίων κληρονόμος, τετράρχης δὲ, ὡς προείπομεν, Ἀντίπας, βασιλεὺς δὲ Ἀρχέλαος ἀπεδείκνυτο. Τούτῳ δὲ τόν τε δακτύλιον τὸν ἑαυτοῦ Καίσαρι φέρειν ἐνετέλλετο, καὶ τὰς διοικήσεις τῆς βασιλείας σεσημασμένας· κύριον γὰρ ἁπάντων ὧν διατάξειε καὶ βεβαιωτὴν τῶν διαθηκῶν εἶναι Καίσαρα· τά γε μὴν λοιπὰ κατὰ τὰς προτέρας διαθήκας φυλάττειν.

θ'. Βοὴ δὲ εὐθὺς ἐγένετο τῶν Ἀρχελάῳ συνηδομένων, καὶ κατὰ στῖφος οἱ στρατιῶται μετὰ τοῦ πλήθους περιιόντες ὑπισχνοῦντο μὲν τὴν ἑαυτῶν εὔνοιαν, συνηύχοντο δὲ καὶ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ. Μετὰ ταῦτα πρὸς ταφὴν ἐτράποντο τοῦ βασιλέως. Παρέλιπε δὲ οὐδὲν ὁ Ἀρχέλαος εἰς πολυτέλειαν, ἀλλὰ πάντα τὸν βασίλειον κόσμον προήνεγκε συμπομπεύσοντα τῷ νεκρῷ. Κλίνη μὲν ὁλόχρυσος ἦν διάλιθος, στρωμνὴ δὲ ἁλουργὴς ποικίλη, τὸ σῶμα δὲ ἐπ' αὐτῆς πορφύρᾳ κεκαλυμμένον, καὶ διάδημα μὲν ἐπέκειτο τῇ κεφαλῇ, στέφανος δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ χρυσοῦς, τὸ δὲ σκῆπτρον παρὰ τὴν δεξιάν. Καὶ περὶ μὲν τὴν κλίνην οἵ τε υἱεῖς καὶ τὸ πλῆθος τῶν συγγενῶν, ἐφ' οἷς οἱ δορυφόροι, καὶ τὸ Θράκιον στῖφος, Γερμανοί τε καὶ Γαλάται, διεσκευασμένοι πάντες ὡς εἰς πόλεμον. Προῆγε δὲ ἡ λοιπὴ δύναμις, ὡπλισμένοι τοῖς ἡγεμόσι καὶ ταξιάρχοις ἀκολουθοῦντες ἐν κόσμῳ· πεντακόσιοι δὲ ὑπ' αὐτοῖς τῶν οἰκετῶν καὶ ἀπελευθέρων ἀρωματοφόροι. Σταδίους δὲ ἐκομίσθη τὸ σῶμα διακοσίους εἰς Ἡρώδειον, ὅπου κατὰ τὰς ἐντολὰς ἐτάφη. Καὶ τὰ μὲν περὶ Ἡρώδην τοιοῦτον ἔσχε πέρας.

gionum hæres declarabatur, Antipas vero, ut jam ante diximus, tetrarcha, rex vero Archelaus. Huic autem et annulum ad Cæsarem ferre mandabat et administrationis rationes sigillo munitas: omnium enim quæ constitueret dominum et testamenti confirmatorem esse Cæsarem, reliqua vero juxta superius testamentum servari.

9. Confestim autem clamor sublatus est Archelao congratulantium, militesque turmatim cum populo eum stipantes, et suam quidem ei promittebant, Deique benevolentiam ei comprecabantur. Post hæc ad regem sepeliendum se convertebant. Nihil autem quod ad magnificentiam faceret omisit Archelaus, sed omnem ornatum regium protulit, ut cum pompa efferretur mortuus. Lectus quidem erat totus ex auro, gemmis distinctus, stragula vero murice vario refulgens, superque ea corpus purpura coopertum; et capiti quidem impositum erat diadema, corona vero desuper aurea, et dextra sceptrum habebat. Ac lectum stipabant et filii et cognatorum multitudo, quibus proximi satellites, et agmen Thracium, et Germani et Galli, similiter ornati ac si in bellum iretur. Ceteri vero milites præibant, armis instructi, duces suos ordinumque ductores modeste decenterque sequentes: atque post hos quingenti famuli et liberti aromata ferentes. Corpus autem per ducenta stadia delatum est in Herodeum, ubi, prout fuerat mandatum, sepultum est. Et quæ ad Herodem quidem spectant hujusmodi finem habebant.

ΛΟΓΟΣ Β'.

α'. Ὅπως Ἀρχέλαος, πενθήσας τὸν πατέρα καὶ τὸ πλῆθος ἑστιάσας, ἐθεράπευσεν ἐφ' οἷς ᾐτοῦντο.

β'. Ὅπως οὐκ ὀλίγους τῶν πενθούντων τοὺς διὰ ἀετὸν ὑπὸ τοῦ Ἡρώδου ἀποκτανθέντας σοφιστὰς, καὶ στάσιν κατ' αὐτοῦ ἐγειρόντων, ἀπέκτεινε καὶ μάλιστα τῶν συνελθόντων ἐν τῷ Πάσχα.

γ'. Ὅπως, ἀπερχομένου Ἀρχελάου εἰς Ῥώμην, Σαβῖνος ἀνιὼν εἰς Ἱεροσόλυμα ὑπήντα, καὶ τότε μὲν παρακληθεὶς ὑπὸ Οὐάρου ἀποστρέφεται, ἔπειτα ἀπελθόντος Ἀρχελάου πάλιν ἀνελθὼν τά τε βασίλεια παραλαμβάνειν ἐπειρᾶτο καὶ τὰ χρήματα πάντα κομίζεσθαι, εἰ καὶ μὴ ἐδυνήθη.

δ'. Ὅπως Ἀντίπας ἠμφισβήτησε τῆς βασιλείας τῷ Ἀρχελάῳ, καὶ οἷα ἑκάτερος εἶπεν ἑαυτῷ συνιστάμενος.

ε'. Ὅπως Σαβίνου ἐπελθόντος Ἱεροσολύμοις, καὶ βιαζομένου τε τοὺς φόρους λαμβάνειν καὶ τὰ βασιλικὰ χρήματα διερευνῶντος, συστραφὲν τὸ πλῆθος πόλεμον κατ' αὐτοῦ συνεστήσατο, ἐκ δὲ τούτου καὶ ἡ πᾶσα χώρα ἐστασιάσθη.

ς'. Περὶ τῶν ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ἰουδαίων ἐπαναστάντων, καὶ σχῆμα βασιλείας αὐτοῖς περιθεμένων.

ζ'. Ὅπως Οὔαρος ἐπελθὼν τήν τε στάσιν κατέπαυσεν καὶ τοὺς αἰτίους ἐκόλασεν.

η'. Ὅπως Ἰουδαῖοι παραγεγονότες πρὸς Καίσαρα κατηγόρησαν Ἡρώδου καὶ τῶν αὐτοῦ παίδων, ἀξιοῦντες μηκέτι βασιλεύεσθαι· καὶ ὡς Ἀρχέλαος ἀντέθηκε τὰς αἰτίας ἀποσκευαζόμενος.

θ'. Ὅπως Καῖσαρ τὸ μὲν ἥμισυ τῆς βασιλείας Ἀρχελάῳ δοὺς ἐθνάρχην προσεῖπεν, τὸ δὲ λοιπὸν εἰς δύο διελὼν τετραρχίας,

LIBER II.

1. Quomodo Archelaus, quum patrem luxisset et populum convivio excepisset, in iis quæ postulabant illis gratificatus est.

2. Quomodo multos ex illis, qui sophistas ob aquilam revulsam occisos ab Herode lugebant, et seditionem contra ipsum movebant, interfecit, præsertimque eos qui Paschatis tempore convenerant.

3. Quomodo Sabinus, Archelao Romam abeunte, quum Hierosolyma ascenderet, ei in via occurrebat, et tunc quidem hortatu Vari reversus est: deinde, quum Varus abiisset, rursus illuc ascendens, et regiam occupare studebat, et pecuniam omnem auferre, quanquam frustra id tentavit.

4. Quomodo Antipas cum Archelao de regno contenderit, quæque uterque in sui defensionem dixerit.

5. Quomodo, postquam Hierosolyma venerat Sabinus, vimque adhibebat ad tributa capienda, et regias pecunias exquirebat, populus factis agminibus bellum in eum concitavit, atque inde per totam Judæam orta est seditio.

6. De iis qui in Judæa insurrectionem fecerant, et regni insigne sibimet imposuerunt.

7. Quomodo Varus, postquam eo venerat, et seditionem composuit et in ejus auctores animadvertit.

8. Quomodo Judæi, quum ad Cæsarem pervenissent, Herodem ejusque filios accusarunt, postulantes ut non amplius regibus subjiciantur: et quomodo Archelaus semet eis opposuit et accusationes diluit.

9. Quomodo Cæsar, quum regni quidem dimidium Archelao dedisset, ethnarcham eum appellavit; reliquum vero in duas

τὴν μὲν Φιλίππῳ, τὴν δὲ Ἀντιπάτρῳ, τῷ καὶ Ἀντίπᾳ καὶ Ἡρώδῃ, δέδωκε, καὶ ὅση ἑκάστῳ πρόσοδος γέγονε, καὶ τίνα καὶ τῇ λοιπῇ τοῦ Ἡρώδου γενεᾷ Καῖσαρ ἀπένειμεν

ι'. Περὶ τοῦ ψευσαμένου ἑαυτὸν Ἀλέξανδρον εἶναι καὶ ὅπως ἀνεγνωρίσθη.

ια'. Ὅπως Ἀρχέλαος, ἐνάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας καὶ τῆς οὐσίας ἀφαιρεθεὶς, ἀϊδίῳ φυγῇ ζημιοῦται, οἵους τε ὀνείρους αὐτὸς καὶ ἡ γυνὴ εἶδον· καὶ ὅπως ἡ αὐτοῦ ἀρχὴ, εἰς ἐπαρχίαν περιγραφεῖσα, ἐπίτροπον ἐδέξατο.

ιβ'. Περὶ τοῦ Γαλιλαίου Ἰούδα τοῦ τοὺς ἐπιχωρίους εἰς ἀπόστασιν ἐνάγοντος, καὶ τῶν τριῶν παρὰ Ἰουδαίοις αἱρέσεων, Σαδδουκαίων, Φαρισαίων, καὶ Ἐσσηνῶν.

ιγ'. Θάνατος Σαλώμης τῆς ἀδελφῆς Ἡρώδου καὶ Αὐγούστου Καίσαρος, καὶ Τιβερίου ἀναγόρευσις, καὶ ποίας πόλεις ἔκτισαν Ἡρώδης τε καὶ Φίλιππος οἱ τετράρχαι.

ιδ'. Ὅπως ΙΙίλατος, ἐπίτροπος πεμφθεὶς Ἰουδαίας, καὶ τὰς Καίσαρος εἰκόνας εἰσαγαγὼν εἰς Ἱεροσόλυμα, παρακληθείς τε ὑπὸ τοῦ πλήθους αὖθις αὐτὰς ἐξήγαγεν, καὶ ὅπως πάλιν τὸν ἱερὸν θησαυρὸν, ἤτοι τὸν Κορβωνᾶν, πρὸς καταγωγὴν ὑδάτων ἐξαναλίσκων, εἰς στάσιν αὐτοὺς ἠρέθισε, καὶ οὐκ ὀλίγους ἀπέκτεινεν.

ιε'. Ὅπως κατήγορος Ἡρώδου πρὸς Τιβέριον Ἀγρίππας ὁ Ἀριστοβούλου, τοῦ ἀναιρεθέντος ὑπὸ τοῦ πατρὸς σὺν τῷ ἀδελφῷ, παῖς ἀφικόμενος, οὐ προσεδέχθη, ἐδέθη δὲ μᾶλλον καὶ προσῃκίσθη, διὰ τὸ ἐπεύξασθαι Γαΐῳ τὴν βασιλείαν.

ιϛ'. Ὅπως, ἀποθανόντος Τιβερίου καὶ Γαΐου κρατήσαντος, τῶν τε δεσμῶν ἀπολύεται καὶ τὴν Φιλίππου τετραρχίαν ἀποθανόντος ἤδη λαμβάνει· ἔπειτα καὶ τὴν ἀδελφοῦ ἐκείνου Ἡρώδου, φυγαδευθέντος μετὰ τῆς γυναικὸς Ἡρωδιάδος εἰς Ἱσπανίαν, διά τε τὴν πλεονεξίαν καὶ τὸ κατηγορηθῆναι ὑπὸ Ἀγρίππα.

ιζ'. Ὅπως Γάϊος Πετρώνιον ἀπέστειλεν ἀναθεῖναι τὰς αὐτοῦ εἰκόνας ἐν τῷ ναῷ, καὶ ὡς Ἰουδαῖοι παγγενεὶ ἐν Πτολεμαΐδι αὐτῷ προϋπήντησαν, δεόμενοι μὴ τοῦτο ποιῆσαι· ἐν ᾧ καὶ Πτολεμαΐδος ἔκφρασις καὶ Βηλέου ποταμοῦ, καὶ τοῦ Μέμνονος τάφου, καὶ τῆς ὑαλίνης ψάμμου. Καὶ ὅπως πεισθεὶς Πετρώνιος ἀνῆγεν τὴν τῶν εἰκόνων ἀνάθεσιν.

ιη'. Ὅπως ἀποθανόντος Γαΐου Κλαύδιος ἐκράτησεν ὅλων, Ἀγρίππα συμβουλῇ διαλλαγείσης τῆς συγκλήτου πρὸς αὐτόν· καὶ ὅπως Κλαύδιος δωρεῖται αὐτὸν τῇ πατρῴᾳ βασιλείᾳ πάσῃ, ἔτι δὲ καὶ ἑτέρων προσθήκῃ, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀδελφὸν, τὸν καὶ ἐπὶ θυγατρὶ τῇ Βερενίκῃ γαμβρὸν, βασιλείᾳ τῆς Χαλκίδος.

ιθ'. Ὅπως ἀρξάμενος Ἀγρίππας τειχίζειν Ἱεροσόλυμα τελευτᾷ, καὶ ἡ βασιλεία πάλιν ἐπαρχία γίνεται, καὶ ἐπίτροπος ἀποστέλλεται· ἔπειτα καὶ Ἡρώδης ὁ τῆς Χαλκίδος βασιλεύων τελευτᾷ, καὶ καθίστησιν εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν Κλαύδιος τὸν ἀδελφιδοῦν Ἀγρίππαν, τὸν τοῦ Ἀγρίππα υἱόν. Καὶ ὅτι οὗτοι μὲν ἦσαν Ἀριστοβούλου, ἡ δὲ Ἀλεξάνδρου γενεὰ τῆς μεγάλης Ἀρμενίας ἐβασίλευσεν.

κ'. Ὅπως ἐπιτρόπου Κουμάνου ἐν τῇ ἄλλῃ ἐπαρχίᾳ σταλέντος, θόρυβος καὶ φθορὰ τὴν πόλιν κατέσχεν, τὴν ἀρχὴν ἐκ τῆς τοῦ στρατιώτου ἀσχημοσύνης λαβοῦσα, καὶ περὶ μυρίους ἀπέθανον. Καὶ ὡς τούτου παυθέντος ἑτέρα στάσις γίνεται πάλιν, διὰ τὸ πυρίκαυστον ποιῆσαι τὸν νόμον τινὰ στρατιώτην ἐν Σαμαρείᾳ.

κα'. Ὅπως διὰ τὸν ἀναιρεθέντα Γαλιλαῖον παρὰ τῶν ἐν Σαμαρείᾳ Ἰουδαίων πολὺς πάλιν πόλεμος γέγονεν, καὶ οἷα ἐδίκασε Κλαύδιος περὶ τῶν αὐτῶν· καὶ ὅπως ἐκ τῆς Χαλκίδος εἰς μείζονα βασιλείαν μετέθηκε Κλαύδιος τὸν Ἀγρίππαν.

κβ'. Ὅπως τελευτήσαντος Κλαυδίου Νέρων κρατεῖ, καὶ δίδωσι μὲν βασιλεύειν τὴν μικρὰν Ἀρμενίαν τῷ Ἡρώδου Ἀριστοβούλῳ, τῷ δὲ Ἀγρίππᾳ προστίθησι τέσσαρας πόλεις σὺν ταῖς τοπαρχίαις· εἰς δὲ τὴν λοιπὴν Ἰουδαίαν ἐπίτροπον ἀποστέλλει Φήλικα, ὃς ἄλλους τε πολλοὺς κρατήσας ἀνεσταύρωσεν καὶ τὸν ἀρχιλῃστὴν Ἐλεάζαρον, εἴκοσιν ἔτεσι τὴν χώραν λῃζοῦντα, ζωγρήσας ἀνέπεμψεν εἰς Ῥώμην.

tetrarchias quum divisisset, unam Philippo, alteram vero Antipatro, qui et Antipas et Herodes vocabatur, donavit: et quantus erat uniuscujusque reditus; et quænam ceteris ex Herodis stirpe Cæsar distribuit.

10. De eo qui sese pro Alexandro gessit, et quomodo patefactus est.

11. Quomodo Archelaus, nono anno et regno et facultatibus privatus, perpetuo exsilio mulctatur, et quænam somnia ipse et uxor somniarunt; et quomodo ejus principatus, in provinciæ formam redactus, procuratorem accepit.

12. De Juda Galilæo qui populares suos ad defectionem impellebat; et de tribus Judæorum sectis, Sadducæis, Pharisæis, et Essenis.

13. Obitus Salomes sororis Herodis et Augusti Cæsaris, et Tiberii imperatoris inauguratio; et quales urbes condiderunt Herodes et Philippus tetrarchæ.

14. Quomodo Pilatus, ad Judæam procurandam missus, quum Cæsaris effigies in Hierosolyma intulisset, a populo multis precibus interpellatus rursus eas educebat; et quomodo sacrum thesaurum, scilicet Corbonam, ad aquam in urbem derivandam consumens, populum ad seditionem concitavit, et multos occidit.

15. Quomodo Agrippas, filius Aristobuli una cum fratre a patre occisi, ad Tiberium veniens Herodem accusaturus, ab eo non solum repulsam tulit, sed et in vincula conjectus est et male habitus, quod precatus esset ut Caius regnaret.

16. Quomodo, mortuo Tiberio et Caio imperium adepto, vinculis solvitur, et Philippi jam mortui tetrarchiam obtinet; deinde illam Herodis ejus fratris, relegati cum uxore Herodiade in Hispaniam, et ob avaritiam et quod ab Agrippa fuerat accusatus.

17. Quomodo Caius in Judæam misit Petronium, ut ipsius imagines in templo dedicaret, utque Judæi fere universi et usque ad Ptolemaidem obviam processerunt, ut istud non faceret obsecrantes: ubi et Ptolemaidis descriptio, et Belei fluvii, et Memnonis sepulchri, et arenarum vitrearum. Et quomodo Petronius eo adductus est ut desisteret ab imaginum dedicatione.

18. Quomodo, Caio mortuo, rerum potitur Claudius, senatu ipsi reconciliato ab Agrippæ consilio: et quomodo Claudius protinus eum donat regno paterno universo, cum aliorum quorundam accessione; insuper et fratrem, qui et gener ei erat filiæ Berenicæ nuptiis, regno Chalcidis.

19. Quomodo Agrippa, quum Hierosolyma muris circumdare cœpisset, moritur; et regnum iterum fit provincia, misso in illud procuratore: deinde et Herodes, Chalcidis rex, moritur, et Claudius Agrippam ex fratre nepotem, Agrippæ filium, in ejus regno constituit. Quodque illi quidem erant ex Aristobulo, Alexandri autem posteri in Armenia majori regnaverunt.

20. Quomodo, Cumano ad alteram provinciam procurandam misso, tumultus et cædes in urbe facta est, orta ex eo quod indecore se gesserit miles; et circiter mille perierunt. Utque sedato hoc tumultu, iterum alia oritur seditio, eo quod miles quidam in Samaria legem igne cremaverit.

21. Quomodo, propter Galilæum a Judæis Samaritanis occisum, grave rursus ortum est bellum, et quale de istis judicium tulit Claudius; et quomodo de Chalcide in regnum majus Agrippam transtulit Claudius.

22. Quomodo, Claudio vita defuncto, Nero imperat, et Armeniam quidem minorem regnandam dedit Aristobulo Herodis filio, Agrippæ vero adjicit quattuor urbes cum toparchiis illarum: in reliquam autem Judæam procuratorem mittit Felicem, qui et alios comprehensos in crucem sustulit, et latronum principem Eleazarum, per annos viginti regionem populantem, vivum captum Romam misit.

κγʹ. Περὶ τῶν καλουμένων Σικαρίων, ἔτι δὲ καὶ περὶ τῶν ἀπατησάντων ψευδοπροφητῶν, καὶ τοῦ Αἰγυπτίου, καὶ τῶν ἀναπειθόντων μὴ ὑποκεῖσθαι Ῥωμαίοις, καὶ περὶ τῆς γενομένης ἐν Καισαρείᾳ μεταξὺ Ἰουδαίων καὶ Ἑλλήνων στάσεως περὶ τῆς πόλεως· καὶ ὅπως ἀφίκοντο πρὸς Νέρωνα ἐξ ἑκατέρου μέρους, δικασόμενοι περὶ αὐτῆς.

κδʹ. Περὶ τοῦ ἐπιτρόπου Ἀλβίνου τοῦ μετὰ Φῆστον, ὅτι τὸν τρόπον κακοήθης ἦν, καὶ ὁ μετ' αὐτὸν Φλῶρος πολὺ χείρων φανεὶς ἀγαθώτατον ἐκεῖνον ἀπέδειξεν.

κεʹ. Ὅπως καὶ οἱ Καισαρέων Ἕλληνες ἐνίκησαν παρὰ Νέρωνι τῆς πόλεως ἄρχειν, καὶ ὁ Ἰουδαϊκὸς πόλεμος τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν, διά τε τήν του Καισαρέως ἐν τῇ γάστρᾳ τῶν ὀρνέων θυσίαν, καὶ διὰ τὸ ἐκ τοῦ ἱεροῦ θησαυροῦ ἑπτακαίδεκα τάλαντα τὸν Φλῶρον λαβεῖν.

κϛʹ. Περὶ Βερενίκης τῆς ἀδελφῆς Ἀγρίππα, οἷά τε πέπονθεν.

κζʹ. Ὅπως σβεσθείσης τῆς στάσεως πάλιν ὁ Φλῶρος ἀνῆψεν αὐτὴν, τῷ παραγγεῖλαι μὲν τοῖς Ἰουδαίοις ὑπαντῆσαι τοῖς στρατιώταις καὶ ἀσπάσασθαι, ἀντιπαραγγεῖλαι δὲ τοῖς στρατιώταις μὴ ἀντασπάσασθαι, καὶ εἴ τι τολμήσαιεν εἰπεῖν χρῆσθαι κατ' αὐτῶν τοῖς ὅπλοις.

κηʹ. Ὅπως ἐξελθὼν τῆς πόλεως Φλῶρος Κεστίῳ ἔγραψεν ὡς Ἰουδαῖοι ἀπέστησαν, ὁ δὲ Νεαπολιτανὸν χιλίαρχον ἔπεμψεν μαθησόμενον τὰ κατ' αὐτούς· καὶ ὡς αὐτὸς, σὺν Ἀγρίππᾳ εἰσελθὼν εἰς τὴν πόλιν, εὗρεν εἰρηνεύουσαν μὲν πρὸς Ῥωμαίους, καταβοῶσαν δὲ τοῦ Φλώρου· καὶ ὁ μὲν ὑποστρέφει πρὸς τὸν πέμψαντα, ὁ δὲ βασιλεὺς συμβουλεύει περὶ εἰρήνης τῷ ἔθνει θαυμασιωτάτην συμβουλήν.

κθʹ. Ὅπως, τοῦ Ἀγρίππα καταπαύσαντος τὴν στάσιν, ἔπειτα πειρωμένου καὶ πρὸς τὸν Φλῶρον καταλλάσσειν αὐτοὺς, θυμωθέντες αὐτόν τε τῆς πόλεως ἐξεκήρυξαν, καὶ τὸ φρούριον Μασάδαν ὠχυρώσαντο, τοὺς ἐν αὐτῷ Ῥωμαίους κατασφάξαντες.

λʹ. Ὅπως, Ἐλεαζάρου υἱοῦ Ἀνανίου τοῦ ἀρχιερέως στρατηγοῦντος, τὰς ὑπὲρ τοῦ Καίσαρος θυσίας ἀπέρριψαν, καὶ μᾶλλον ἀνήφθη ὁ πόλεμος.

λαʹ. Ὅπως οἱ δυνατοὶ, πρεσβεύσαντες πρὸς Ἀγρίππαν, ἔλαβον παρ' αὐτοῦ στρατιώτας, οἷς ἐχρήσαντο κατὰ Ἐλεαζάρου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ στασιαστῶν· ἐν ᾧ καὶ περὶ τῆς τῶν Ξυλοφορίων ἑορτῆς, καὶ περὶ τῶν Σικαρίων.

λβʹ. Ὅπως Μανάϊμος υἱὸς Ἰούδα τοῦ Γαλιλαίου, τοῦ ἐπὶ Κυρηνίου στασιάσαντος, ἐπανέστη τῷ Ἐλεαζάρῳ· καὶ ὅ τι ποιήσας ἀπώλετο, αὐτός τε καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ βασιλικοὶ παρὰ τῶν σὺν Ἐλεαζάρῳ.

λγʹ. Ὅπως, Καισαρέων τοὺς παρ' αὐτοῖς Ἰουδαίους διαχρησαμένων, ἐπανέστη τὸ Ἰουδαϊκὸν ἅπαν, καὶ πολλὰ δεινὰ καὶ τραγῳδίας μεστὰ τοῖς τε Σύροις καὶ τοῖς προσχώροις ἐνεδείξαντο.

λδʹ. Ὅτι καὶ Σκυθοπολῖται, καίτοι συμμαχήσαντας αὐτοῖς, τοὺς παρ' αὐτοῖς Ἰουδαίους ἀπέκτειναν· ἐν ᾧ καὶ τὸ περὶ Σίμωνος διήγημα τοῦ ἑαυτόν τε καὶ τὴν γενεὰν διαχρησαμένου, καὶ ὅπως πανταχοῦ Ἰουδαῖοι παρὰ τῶν Ἑλλήνων κατειργάζοντο.

λεʹ. Περὶ τῶν φεισαμένων τῶν παρ' αὐτοῖς μετοικούντων Ἰουδαίων, καὶ περὶ τῶν φονευθέντων ἐν τῇ βασιλείᾳ Ἀγρίππα παρὰ γνώμην αὐτοῦ.

λϛʹ. Ὅπως οἵ τε ἄλλοι τοὺς παρ' αὐτοῖς ἀφειδῶς ἀπέκτειναν, καὶ οἱ Ἀλεξανδρεῖς πέντε μυριάδας διεχρήσαντο.

λζʹ. Ὅσα Κέστιος ἀπὸ Ἀντιοχείας ἐλθὼν εἰς Ἱεροσόλυμα ἔπραξεν, καὶ ὅσας πόλεις εἷλεν, καὶ ὅσους ἀπέκτεινεν· καὶ ὅπως πλησιάζοντος τῇ πόλει ἐπεξελθόντες Ἰουδαῖοι πολλοὺς μὲν ἀνεῖλον, ἔπειτα δὲ ἡττηθέντες εἰς τὴν πόλιν ἀνέστρεψαν· καὶ ὅπως ὁ τοῦ Γιώρα Σίμων, συμπλακεὶς αὐτοῖς, πολλοὺς ἀπέκτεινεν.

ληʹ. Ὅπως πρεσβευσάμενος Ἀγρίππας περὶ εἰρήνης οὐδὲν ἤνυσε, τῶν στασιαστῶν ἐναντιωθέντων.

λθʹ. Ὅπως Κέστιος, ἐξαίφνης ἐπιπεσὼν αὐτοῖς, εἴς τε τὴν ἐνδοτέρω πόλιν καὶ τὸ ἱερὸν συνήλασε· καὶ ὡς, δυνάμενος καὶ

23. De iis qui Sicarii appellati erant, ut et de pseudoprophetis qui multos deceperant, et de Ægyptio quodam, illisque qui populo persuadebant ne Romanis subditi manerent; et de seditione Cæsareæ inter Judæos et Græcos de jure civitatis orta; et ut quidam ex utraque parte ad Neronem se conferebant, ea de re disceptaturi.

24. De Albino procuratore post Festum, quod maligno fuerit ingenio; quodque Florus ejus successor, eo multo pejor visus, fecerit ut ille pro optimo haberetur.

25. Quomodo Græci Cæsareenses a Nerone obtinuerunt ut civitatis imperium haberent; ortumque est bellum Judaicum, partim ex Cæsareensi quodam in vase Samio avibus sacra faciente, partim ex eo quod Florus septemdecim talenta e sacro thesauro abstulerit.

26. De Berenice sorore Agrippæ, et quænam passa est.

27. Quomodo Florus exstinctam seditionem resuscitavit, Judæis quidem imperando ut militibus obviam irent eosque salutarent, contra vero militibus suis præcipiendo ut non resalutarent Judæos, et si quid petulanter isti loqui auderent, statim adversus eos armis uterentur.

28. Quomodo Florus, urbe egressus, Cestio scripsit de Judæorum defectione; atque ille tribunum Neapolitanum misit, quænam apud ipsos facta essent cogniturum: utque is, cum Agrippa in urbem ingressus, invenit eam pacem cum Romanis colentem, Florumque clamoribus insectantem: atque ille quidem revertitur ad eum qui ipsum miserat, rex vero genti consilium dat de pace admiratione dignissimum.

29. Quomodo seditione ab Agrippa sedata, quum mox tentaret Judæos Floro reconciliare, illi, ira incensi, et ipsi voce præconis ut urbe exiret denunciarunt, et Masadam castellum, Romanis qui in eo erant occisis, muniemnt.

30. Quomodo, Eleazaro Ananiæ pontificis filio exercitum ducente, sacra pro Cæsare fieri solita rejecerunt, atque inde magis accenditur bellum.

31. Quomodo primores, missa ad Agrippam legatione, ab ipso acceperunt milites, quibus usi sunt contra Eleazarum et qui ab eo stabant seditiosos: ubi etiam de festo Ligniferii agitur, et de Sicariis.

32. Quomodo Manahemus filius Judæ Galilæi, qui contra Quirinum seditionem moverat, insurgebat contra Eleazarum: et quonam facto periit, et ipse et qui cum eo erant, et regii omnes per eos qui Eleazaro favebant.

33. Quomodo, postquam Cæsareenses Judæos apud ipsos omnes interfecerant, gens universa Judæorum insurgebat, et multa horrenda et facinoribus tragicis plena in Syros illisque finitimos ediderunt.

34. Quomodo et Scythopolitæ Judæos qui apud ipsos erant, licet auxiliarios suos, occiderunt: ubi narratio de Simone, qui et semet familiamque suam interfecit, atque ut passim Judæi a Græcis cædebantur.

35. De illis qui Judæis apud ipsos degentibus parcebant, et de Judæis in regno Agrippæ præter ipsius sententiam trucidatis.

36. Quomodo et alii Judæos qui apud ipsos erant, interemeruut, nemini parcentes; et Alexandrini millia quinquaginta mactarunt.

37. Quæ Cestius Antiochia profectus Hierosolyma gessit, et quot urbes cepit, et quot homines peremit: et quomodo Judæi, quum ad urbem appropinquaret, impetu in eum facto multos quidem occiderunt; postea vero superati, in urbem se receperunt: et quomodo Simon Gioræ filius, cum illis conflictatus, multos necavit.

38. Quomodo factum est ut Agrippa, legatione pro pace suscepta, nihil profecerit, seditiosis ipsi adversantibus.

39. Quomodo Cestius, ex improviso eos adortus, in urbem interiorem et templum impressionem fecit: et quomodo, quum

τὴν πόλιν ἑλεῖν, ἀπεστράφη, τοῦ Φλώρου χρήμασι τόν τε στρατοπεδάρχην καὶ τοὺς ἱππάρχους πείσαντος μεταπεῖσαι αὐτόν· καὶ ὡς αὖθις ἐπιχειρήσας συντόμως ἀνεχώρησεν.

μ'. Ὅπως Κέστιος ἀπροφασίστως τῆς πόλεως ἀνέζευξε, καὶ οἷα κατὰ τὴν ὑποστροφὴν παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἔπαθεν.

μα'. Ὅπως Δαμασκηνοὶ τοὺς παρ' ἑαυτοῖς Ἰουδαίους ἀνεῖλον, καὶ ὑποστρέψαντες Ἰουδαῖοι τά τε κατὰ τὴν πόλιν παρεσκευάσαντο, καὶ στρατηγοὺς προεβάλλοντο ἄλλους, καὶ αὐτὸν τὸν συγγραφέα.

μβ'. Περὶ Ἰωσήπου, ὅπως τὰ κατὰ τὴν στρατηγίαν διῴκησεν.

μγ'. Περὶ Ἰωάννου τοῦ ὕστερον τυραννήσαντος· καὶ ὅσα εἰς τὸν Ἰώσηπον διεπράξατο.

μδ'. Ὅπως τὰ ἐν Ἱεροσολύμοις διέκειτο Ἀνάνου διοικοῦντος· καὶ οἷα ἐν τῇ Ἀκραβατηνῇ Σίμων ὁ τοῦ Γιώρα ἔπραττεν.

urbem capere potuisset, retrocessit, utpote quod Florus pecunia eo adduxisset castrorum præfectum et equitum magistros, ut ei id ipsi persuaderent : utque rursus oppugnationem aggressus brevi recessit.

40. Quomodo Cestius temere castra movit ab urbe, et quænam, dum revertitur, a Judæis passus est.

41. Quomodo Damasceni Judæos apud ipsos degentes interfecerunt, et Judæi a persequendo Cestio reversi quæ ad urbem spectabant præpararunt, et alios crearunt duces, interque eos hunc ipsum scriptorem.

42. De Josepho, quomodo quæ hujus gubernationis erant ordinavit.

43. De Joanne, qui postea pro tyranno se gessit : et quænam in Josephum machinatus est.

44. Quomodo se res Hierosolymorum habebant sub Anani administratione : et quænam in Acrabatena a Simone Gioræ filio gesta erant.

ΚΕΦ. Α'.

Ἀρχελάῳ δὲ νέων ἦρξε θορύβων ἡ τῆς ἐπὶ Ῥώμην ἀποδημίας ἀνάγκη. Πενθήσας γὰρ ἡμέρας ἑπτὰ τὸν πατέρα, καὶ τὴν ἐπιτάφιον ἑστίασιν πολυτελῆ τῷ πλήθει παρασχὼν (ἔθος δὲ τοῦτο παρὰ Ἰουδαίοις πολλοῖς πενίας αἴτιον, διὰ τὸ πλῆθος ἑστιᾷν οὐκ ἄνευ ἀνάγκης, εἰ γὰρ παραλίποι τις οὐχ ὅσιος), μεταλαμβάνει μὲν ἐσθῆτα λευκὴν, πρόεισι δὲ εἰς τὸ ἱερὸν, ἔνθα ποικίλαις αὐτὸν εὐφημίαις ὁ λαὸς ἐκδέχεται. Κἀκεῖνος τὸ πλῆθος ἀφ' ὑψηλοῦ βήματος καὶ χρυσοῦ θρόνου δεξιωσάμενος, τῆς τε σπουδῆς ἣν ἐνεδείξαντο περὶ τὴν κηδείαν τοῦ πατρὸς εὐχαριστεῖ, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν θεραπείας ὡς πρὸς βέβαιον ἤδη βασιλέα. Φείδεσθαί γε μὴν ἐπὶ τοῦ παρόντος οὐ μόνον ἔφη τῆς ἐξουσίας, ἀλλὰ καὶ τῶν ὀνομάτων, ἕως ἂν αὐτῷ Καῖσαρ ἐπικυρώσῃ τὴν διαδοχὴν, ὁ κατὰ τὰς διαθήκας τῶν ὅλων δεσπότης· οὐδὲ γὰρ ἐν Ἱεριχοῦντι τῆς στρατιᾶς τὸ διάδημα περιαπτούσης αὐτῷ δέχεσθαι. Τοῦ μέντοι προθύμου καὶ τῆς εὐνοίας, ὥσπερ τοῖς στρατιώταις, οὕτω καὶ τῷ δήμῳ πλήρεις ἀποδώσειν τὰς ἀμοιβὰς, ὁπότ' ἂν ὑπὸ τῶν κρατούντων βασιλεὺς ἀποδειχθῇ βεβαίως· σπουδάσειν γὰρ ἐν πᾶσι πρὸς αὐτοὺς φανῆναι τοῦ πατρὸς ἀμείνων.

β'. Ἐπὶ τούτοις ἡδόμενον τὸ πλῆθος εὐθέως ἀπεπειρᾶτο τῆς διανοίας αὐτοῦ μεγάλοις αἰτήμασιν. Οἱ μὲν γὰρ ἐβόων ἐπικουφίζειν τὰς εἰσφορὰς, οἱ δὲ ἀναιρεῖν τὰ τέλη, τινὲς δὲ ἀπολύειν τοὺς δεσμώτας. Ἐπένευε δ' ἑτοίμως ἅπασι, θεραπεύων τὸ πλῆθος. Ἔπειτα θύσας μετὰ τῶν φίλων ἐν εὐωχίᾳ ἦν. (Β'.) Ἔνθα δὴ περὶ δείλην ἀθροισθέντες οὐκ ὀλίγοι τῶν νεωτερίζειν προαιρουμένων ἤρξαντο τοῦ ἰδίου πένθους, ὅτε τὸ κοινὸν ἐπὶ τῷ βασιλεῖ πέπαυτο, κατολοφυρόμενοι τοὺς κολασθέντας ὑφ' Ἡρώδου διὰ τὸν ἐκκοπέντα χρυσοῦν ἀετὸν τῆς πύλης τοῦ ναοῦ. Ἦν δὲ τὸ πένθος οὐχ ὑπεσταλμένον, ἀλλ' οἰμωγαὶ διαπρύσιοι, καὶ θρῆνος ἐγκέλευστος, κοπετοί τε περιηχοῦντες ὅλην τὴν πόλιν, ὡς ἂν ἐπ' ἀνδράσιν οὓς ἔφασκον ὑπὲρ τῶν πατρίων νόμων καὶ τοῦ ναοῦ παραπολέσθαι. Τιμωρεῖν δὲ αὐτοῖς ἀνεβόων ἐκ τῶν ὑφ' Ἡρώδου τετιμημένων χρῆναι, καὶ πρῶτον τὸν ὑπ' ἐκείνου κατασταθέντα παύειν ἀρχιερέα· προσή-

CAP. I.

Archelao autem turbarum novarum initium attulit Romam proficiscendi necessitas. Quum enim per dies septem patrem luxisset, epulasque funebres magnificas populo dedisset (hic autem mos multos apud Judæos ad inopiam redegit, quod necessitate tenerentur populum convivio adhibendi; nam qui omitteret, pro impio habebatur), vestem candidam induit, et procedit in templum, ubi variis lætisque acclamationibus populus eum excepit. Atque ille ex alto tribunali solioque aureo multitudinem comiter alloquutus, et gratias illis agit pro studio quod in patris funere curando ostenderunt, proque ea, quam ipsi tribuerunt, observantia, quasi jam certus constitutus fuisset rex. Ceterum se in præsentia abstinere dicebat non solum a potestate, sed etiam a nominibus, donec ei successionem confirmatum iverit Cæsar, qui ex testamento rerum omnium dominus sit : neque enim apud Hierichuntem, quum exercitus ipsi diadema impositurus esset, illud accipere voluisse. Verumtamen alacritatis ergo et benevolentiæ, sicuti militibus, ita et populo, plenas se relaturum esse gratias, quando a rerum potientibus certus declaratus sit rex : operam enim daturum esse ut erga ipsos in omnibus se patre meliorem ostendat.

2. Istis lætata multitudo statim animi ejus periculum faciebat, magna ab illo postulando. Namque alii clamabant, oportere tributa levari, alii vectigalia tolli, quidam vero vinctos solvi debere. Cunctis autem, ut a populo gratiam iniret, prompte annuebat. Deinde, re divina facta, cum amicis convivia inibat. (II.) Ibi igitur sub vesperam non pauci ex illis qui novis rebus studebant congregati, quando pro rege in communi luctu esse desierunt, vicem suam lamentare cœperunt, eos lugentes quos supplicio affecerat Herodes propter aquilam auream e templi porta excisam. Erat autem luctus non occultus, sed magni ejulatus, fletus consulto excitatus, et planctus quibus tota personabat civitas, utpote virorum causa quos pro legibus patriis ac templo interiisse dicebant. Eorum autem mortis pœnas ab illis, quos habuerat Herodes in pretio, repetendas esse clamitabant, atque inprimis pontificem abdicandum

κειν γὰρ αὐτοῖς εὐσεβέστερον αἱρεῖσθαι καὶ καθαρώτερον.

γ'. Πρὸς ἃ παρωξύνετο μὲν Ἀρχέλαος, ἐπείχετο δὲ τὴν ἄμυναν ὑπὸ τῆς περὶ τὴν ἔξοδον ἐπείξεως, δεδοικὼς μήποτε τὸ πλῆθος ἐκπολεμώσας κατεσχεθείη τῷ κινήματι. Διὸ πειθοῖ μᾶλλον ἢ βίᾳ καταστέλλειν ἐπειρᾶτο τοὺς νεωτερίζοντας, καὶ τὸν στρατηγὸν ὑποπέμψας παύσασθαι παρεκάλει. Τοῦτον εἰς τὸ ἱερὸν παρελθόντα, πρὶν φθέγξασθαί τι, λίθοις ἀπήλαυνον οἱ στασιασταὶ, καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν ἐπὶ σωφρονισμῷ προσιοῦσιν (ἐνίει δὲ πολλοὺς Ἀρχέλαος) πάντα πρὸς ὀργὴν ἀπεκρίναντο, δῆλοί τε ἦσαν οὐκ ἠρεμήσοντες εἰ πλήθους ἀπολάβοιντο. Καὶ δὴ τῆς τῶν ἀζύμων ἐνστάσης ἑορτῆς (Πάσχα παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις καλεῖται, πολύ τι θυμάτων πλῆθος ἐκδεχομένη), κάτεισι μὲν ἄπειρος ἐκ τῆς χώρας λεὼς ἐπὶ τὴν θρησκείαν. Οἱ δὲ τοὺς σοφιστὰς πενθοῦντες ἐν τῷ ἱερῷ συνειστήκεισαν, τροφὴν τῇ στάσει ποριζόμενοι. Πρὸς ὃ δείσας Ἀρχέλαος, πρὶν δι' ὅλου τοῦ πλήθους δραμεῖν τὴν νόσον, ὑποπέμπει μετὰ σπείρας χιλίαρχον, προστάξας βίᾳ τοὺς ἐξάρχοντας τῆς στάσεως κατασχεῖν. Πρὸς οὓς τὸ πλῆθος ἅπαν παροξύνεται, καὶ τοὺς μὲν πολλοὺς τῆς σπείρας βάλλοντες λίθοις διέφθειραν, ὁ δὲ χιλίαρχος ἐκφεύγει τραυματίας μόλις. Ἔπειθ' οἱ μὲν ὡς μηδενὸς δεινοῦ γεγονότος ἐτράποντο πρὸς τὴν θυσίαν, οὐ μὴν Ἀρχελάῳ δίχα φόνου καθεκτὸν ἔτι τὸ πλῆθος ἐφαίνετο. Τὴν δὲ στρατιὰν ἐπαφίησιν αὐτοῖς ὅλην, τοὺς μὲν πεζοὺς διὰ τῆς πόλεως ἀθρόους, τοὺς δὲ ἱππεῖς ἀνὰ τὸ πεδίον· οἳ, θύουσιν ἑκάστοις ἐξαίφνης προσπεσόντες, διαφθείρουσι μὲν περὶ τρισχιλίους, τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος εἰς τὰ πλησίον ὄρη διεσκέδασαν. Εἵποντο δὲ κήρυκες Ἀρχελάου, κελεύοντες ἕκαστον ἀναχωρεῖν ἐπ' οἴκου, καὶ πάντες ᾤχοντο τὴν ἑορτὴν ἀπολιπόντες.

ΚΕΦ. Β'.

Αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς μητρὸς καὶ τῶν φίλων Ποπλᾶ καὶ Πτολεμαίου καὶ Νικολάου κατῄει πρὸς θάλασσαν, καταλιπὼν ἐπίτροπόν τε τῶν βασιλείων καὶ κηδεμόνα τῶν οἰκείων, Φίλιππον. Συνεξῄει δὲ ἅμα τοῖς τέκνοις Σαλώμη, καὶ οἱ τοῦ βασιλέως ἀδελφοί τε καὶ γαμβροὶ, τὸ μὲν δοκεῖν, συναγωνιούμενοι περὶ τῆς διαδοχῆς Ἀρχελάῳ, τὸ δ' ἀληθὲς, κατηγορήσοντες περὶ τῶν κατὰ τὸ ἱερὸν παρανομηθέντων.

(Γ'.) β'. Συναντᾷ δ' αὐτοῖς κατὰ Καισάρειαν Σαβῖνος ὁ τῆς Συρίας ἐπίτροπος εἰς Ἰουδαίαν ἀνιὼν ἐπὶ φυλακῇ τῶν Ἡρώδου χρημάτων. Τοῦτον ἐπέσχε προσωτέρω χωρεῖν Οὔαρος ἐπελθὼν, ὃν διὰ Πτολεμαίου πολλὰ δεηθεὶς Ἀρχέλαος μετεπέμψατο. Τότε μὲν οὖν Σαβῖνος Οὐάρῳ χαριζόμενος οὔτ' ἐπὶ τὰς ἄκρας ἔσπευσεν οὔτε τὰ ταμιεῖα τῶν πατρῴων χρημάτων ἀπέκλεισεν Ἀρχελάῳ· μέχρι δὲ τῆς Καίσαρος διαγνώσεως ἠρεμήσειν ὑπέσχετο. Διέτριβε δὲ ἐπὶ τῆς Καισαρείας. Ὡς δὲ τῶν ἐμποδιζόντων ὁ μὲν εἰς Ἀντιόχειαν ἀπῆρεν, Ἀρχέλαος δὲ εἰς Ῥώμην ἀνήχθη, διὰ τάχους ἐπὶ Ἱε-

esse ab eo constitutum: æquum enim esse ut eligerent pietate præstantiorem et puriorem.

3. Quibus valde quidem irritabatur Archelaus, verum, quod proficisci omni festinatione pararet, ab ultione abstinebat, veritus ne, multitudine ipsi infesta reddita, ejus motu a profectione impediretur. Quamobrem persuasione magis quam vi tentabat res novas molientes sedare, et per exercitus ducem, quem submiserat, eos ut quiescerent orabat et obsecrabat. Hunc autem seditionis auctores, ubi ad templum venit, priusquam verbum faceret, inde lapidibus repellebant; at aliis post eum, ut ad sanam mentem eos perducerent, illos adeuntibus (multos enim emittebat Archelaus) iracunde omnia responderunt: atque manifestum erat haud fore ut quiescerent, si numero aucti fuissent. Itaque quum instaret Azymorum festum (Pascha apud Judæos appellatur, quo victimarum magna vis immolatur), ingens quidem ad templum hominum multitudo ex regione religionis ergo descendit. Qui vero sophistas lugebant, in fano cœtus habuerunt, nutrimenta seditioni quærentes. Unde metu perculsus Archelaus, antequam in populum omnem invaderet morbus, clam mittit tribunum et militum cohortem, mandato ut seditionis auctores vi cohiberent. In hos universa irritatur multitudo, et magnam quidem cohortis partem jactis in eos lapidibus interfecit, verum centurio vulneratus, ægre licet, effugit. Deinde illi quidem, quasi nihil mali actum esset, ad hostias mactandas se convertebant, sed Archelao sine cæde jam multitudo comprimi non posse videbatur. Quamobrem totum illis immisit exercitum, pedites per civitatem simul omnes, equitesque per campum: qui, singulos dum sacra facerent adorti, circiter tria hominum millia perimunt, reliquam vero multitudinem per montes proximos dissiparunt. Præcones autem Archelai sequebantur, jubentes ut domum quisque suam se reciperent, adeoque omnes festivitate omissa discedebant.

CAP. II.

Ipse autem cum matre, necnon et Popla et Ptolemæo et Nicolao amicis, ad mare descendit, relicto Philippo, ut simul et regiam tueretur, et domum ipsius curaret. Una cum filiis suis egressa est etiam Salome, simulque regis fratres et generi, specie quidem Archelao de successione in regnum adjumento futuri, re autem vera accusationem instituturi de iis quæ contra leges in templum admissa erant.

(III.) 2. Illis autem Cæsareæ obviam fit Sabinus Syriæ præses, in Judæam ascendens ad pecunias Herodis custodiendas. Huic ne ulterius progrederetur obstitit Varus, qui tum supervenerat, multis accitus Archelai precibus, misso ad eum Ptolemæo. Et tunc quidem Sabinus, in gratiam Vari, neque ad arces properavit, neque patris æraria Archelao occlusit, sed, usque dum Cæsar de rebus dijudicaret, se quieturum esse pollicitus est. Cæsareæ autem morabatur. Postea vero quam sibi obstantium unus Antiochiam petiit, atque Archelaus Romam versus navigavit, is illico Hierosolyma

ροσολύμων ὁρμήσας, παραλαμβάνει τὰ βασίλεια. Καὶ μεταπεμπόμενος τούς τε φρουράρχους καὶ διοικητὰς ἐπειρᾶτο διερευνᾶν τοὺς τῶν χρημάτων ἀναλογισμοὺς τάς τε ἄκρας παραλαμβάνειν. Οὐ μὴν οἱ φρούραρχοι τῶν Ἀρχελάου κατημέλουν ἐντολῶν, ἀνέμενον δὲ φρουροῦντες ἕκαστα καὶ τὴν φρουρὰν ἀνατιθέντες Καίσαρι μᾶλλον ἢ Ἀρχελάῳ.

(Δ'.) γ'. Κἀν τούτῳ πάλιν Ἀντίπας ἀμφισβητῶν περὶ τῆς βασιλείας ἐπέξεισιν, ἀξιῶν τῆς ἐπιδιαθήκης τὴν διαθήκην εἶναι κυριωτέραν, ἐν ᾗ βασιλεὺς αὐτὸς ἐγέγραπτο. Συλλήψεσθαι δ' αὐτῷ προὐπέσχετο Σαλώμη, καὶ πολλοὶ τῶν σὺν Ἀρχελάῳ πλεόντων συγγενῶν. Ἐπήγετο δὲ τὴν μητέρα καὶ τὸν ἀδελφὸν Νικολάου Πτολεμαῖον, ῥοπὴν εἶναι δοκοῦντα διὰ τὴν παρ' Ἡρώδῃ πίστιν· γεγόνει γὰρ δὴ τῶν φίλων τιμιώτατος ἐκείνῳ. Πλεῖστον μέντοι πεποίθει διὰ δεινότητα λόγων Εἰρηναίῳ τῷ ῥήτορι· δι' ὃν καὶ τοὺς νουθετοῦντας εἴκειν Ἀρχελάῳ κατὰ τὸ πρεσβεῖον καὶ τὰς ἐπιδιαθήκας διεκρούσατο. Μεθίστατο δὲ ἐν Ῥώμῃ πάντων πρὸς αὐτὸν ἡ σπουδὴ τῶν συγγενῶν, οἷς διὰ μίσους ἦν Ἀρχέλαος. Καὶ προηγουμένως μὲν ἕκαστος αὐτονομίας ἐπεθύμει, στρατηγῷ Ῥωμαίων διοικουμένης· εἰ δὲ τούτου διαμαρτάνοιεν, βασιλεύειν Ἀντίπαν ἤθελον.

δ'. Συνήργει δὲ αὐτοῖς εἰς τοῦτο καὶ Σαβῖνος δι' ἐπιστολῶν, κατηγορήσας μὲν Ἀρχελάου παρὰ Καίσαρι, πολλὰ δ' ἐπαινέσας Ἀντίπαν. Συντάξαντες δὴ τὰ ἐγκλήματα οἱ περὶ Σαλώμην ἐνεχείρισαν Καίσαρι· καὶ μετ' αὐτοὺς Ἀρχέλαος τά τε κεφάλαια τῶν ἑαυτοῦ δικαίων γράψας καὶ τὸν δακτύλιον τοῦ πατρὸς καὶ τοὺς λόγους εἰσπέμπει διὰ Πτολεμαίου. Προσκεψάμενος δὲ ὁ Καῖσαρ τὰ παρὰ ἀμφοῖν κατ' ἰδίαν, τό τε μέγεθος τῆς βασιλείας καὶ τὸ πλῆθος τῆς προσόδου, πρὸς οἷς τὸν ἀριθμὸν τῆς Ἡρώδου γενεᾶς, προσαναγνοὺς δὲ καὶ τὰ παρὰ Οὐάρου καὶ Σαβίνου περὶ τούτων ἐπεσταλμένα, συνέδριον μὲν ἀθροίζει τῶν ἐν τέλει Ῥωμαίων, ἐν ᾧ καὶ τὸν ἐξ Ἀγρίππα καὶ Ἰουλίας τῆς θυγατρὸς θετὸν παῖδα Γάϊον πρῶτον ἐκάθισεν· ἀποδίδωσι δὲ λόγον αὐτοῖς.

ε'. Ἔνθα καταστὰς ὁ Σαλώμης υἱὸς Ἀντίπατρος (ἦν δὲ τῶν ἐναντιουμένων Ἀρχελάῳ δεινότατος εἰπεῖν) κατηγόρει φάσκων, τοῖς μὲν λόγοις ἀμφισβητεῖν ἄρτι περὶ βασιλείας Ἀρχέλαον, τοῖς δ' ἔργοις πάλαι γεγονέναι βασιλέα, κατειρωνεύεσθαι δὲ νῦν τῶν Καίσαρος ἀκοῶν· ὃν δικαστὴν τῆς διαδοχῆς οὐ περιέμεινεν, εἴ γε μετὰ τὴν Ἡρώδου τελευτὴν ἐγκαθέτους μὲν ὑποπέμψας τοὺς περιθήσοντας αὐτῷ τὸ διάδημα, προκαθίσας δὲ ἐπὶ θρόνου καὶ χρηματίσας ὡς βασιλεύς, τάξεις τε τῆς στρατιᾶς ἀμείψας καὶ προκοπὰς χαρισάμενος, ἔτι δὲ τῷ δήμῳ πάντα κατανεύσας ὅσων ὡς παρὰ βασιλέως τυχεῖν ἠξίουν, καὶ τοὺς ἐπὶ μεγίσταις αἰτίαις ὑπὸ τοῦ πατρὸς δεδεμένους λύσας, νῦν ἥκει παρὰ τοῦ δεσπότου σκιὰν αἰτησόμενος βασιλείας, ἧς ἥρπασεν ἑαυτῷ τὸ σῶμα, καὶ ποιῶν οὐ τῶν πραγμάτων, ἀλλὰ τῶν ὀνομάτων κύριον Καίσαρα. Προσωνείδιζε δὲ ὡς καὶ τὸ

contendit, et regiam occupat. Quumque accivisset custodiarum præfectos et dispensatores, pecuniarum rationes exquirere conabatur, atque arces in potestatem suam redigere. Non tamen Archelai mandatorum immemores erant præsidiorum præfecti, sed in singulis servandis tuendisque perseverabant, custodiam magis ad Cæsarem quam ad Archelaum referentes.

(IV.) 3. Item eo tempore Antipas quoque ut de regno disceptaret proficiscitur, volens prius testamentum, in quo ipse rex scriptus erat, potiores partes habere quam posterius. Salome autem jam ante promiserat se ei auxilio fore, et multi ex cognatis, Archelao navigationis socii. Una etiam secum ducebat matrem, fratremque Nicolai Ptolemæum, qui magni momenti esse videbatur, quod ei fidebat Herodes: namque illi fuerat amicorum carissimus. Veruntamen in Irenæo oratore, propter dicendi vim, plurimum spei reposuerat: per quem eos redarguit qui monebant ut Archelao cederet, id ipsum postulante ætatis prærogativa et secundo testamento. Romæ autem cognati omnes, quibus invisus erat Archelaus, ejus partibus magno studio accedebant. Et ex professo quidem omnes suis legibus vivere expetebant, sub Romani prætoris administratione; aut, si hoc non impetrarent, ab Antipa imperio regi volebant.

4. Cum his autem una faciebat et Sabinus, literis in hunc finem missis, quibus Archelaum quidem apud Cæsarem accusavit, multis vero Antipam laudavit. Itaque quum criminationes in Archelaum digessissent Salome et qui cum ea erant, eas Cæsari tradiderunt: et post eos Archelaus juris sui capitula in scriptis ei mittit per Ptolemæum, patrisque annulum et regni rationes. Cæsar autem, quum mature secum de iis cogitasset quæ ab utraque parte dicebantur, deque regni magnitudine, et ingenti redituum numero, ac præterea de multiplici Herodis sobole, quumque insuper Vari et Sabini literas perlegisset istis de rebus missas, summæ dignitatis Romanos in concilium congregat, in quo Caio ex Agrippa et Julia filia sua nato, quem ipse adoptaverat, primum locum tribuit: atque illis facit dicendi potestatem.

5. Ibi Antipater Salomes filius (erat autem ex Archelai adversariis in dicendo acerrimus) surrexit, eumque accusabat, dicens Archelaum verbis quidem de regno contendere, re autem vera jam ante factum esse regem, et nunc vanis ludibriis Cæsaris aures implere: quem successionis judicem non exspectet, ut qui post Herodis mortem nonnullos quidem mittendos subornarit diadema sibi impositurος, in solio vero præsederit, et responsa dederit tanquam rex, et ordines exercitus permutarit, novasque dignitates donaverit, et qui, quum populo omnia annuisset quæ velut a rege impetrare volebat, et ob maxima crimina a patre vinctos solvisset, nunc veniat umbram regni a domino petiturus, cujus ad se arripuerat corpus, Cæsarem non rerum, sed nominum dominum faciens. Quin et hoc ei in opprobrium vertebat, quod patris luctui illuserit dissi-

πένθος κατειρωνεύσατο τοῦ πατρὸς, μεθ' ἡμέραν μὲν ἐπισχηματίζων τὸ πρόσωπον εἰς λύπην, νύκτωρ δὲ μέχρι κώμων μεθυσκόμενος, ἐν ᾧ καὶ τὴν ταραχὴν τοῦ πλήθους ἐκ τῆς ἐπὶ τούτοις ἀγανακτήσεως ἔλεγε γεγονέναι· καὶ τὸν ἀγῶνα παντὸς τοῦ λόγου ἐναπηρείσατο τῷ πλήθει τῶν περὶ τὸν ναὸν φονευθέντων· οὓς ἐληλυθέναι μὲν ἐφ' ἑορτὴν, παρὰ δὲ ταῖς ἰδίαις θυσίαις ὠμῶς ἀπεσφάχθαι· καὶ τοσοῦτον ἐν τῷ ἱερῷ σεσωρεῦσθαι νεκρῶν πλῆθος, ὅσον οὐδ' ἂν ἀλλόφυλος ἐσώρευσε πόλεμος ἐπελθὼν ἀκήρυκτος. Ταύτην μέντοι τὴν ὠμότητα προσκεψάμενον αὐτοῦ καὶ τὸν πατέρα μηδ' ἐλπίδος αὐτὸν ἀξιῶσαι ποτὲ βασιλικῆς, ἢ ὅτε χεῖρον τὴν ψυχὴν κάμνων τοῦ σώματος ἀκρατὴς ἦν ὑγιαίνοντος λογισμοῦ, καὶ οὔτε ὃν ἔγραφεν ἐν ταῖς ἐπιδιαθήκαις ᾔδει διάδοχον, καὶ ταῦτα μηδὲν τὸν ἐν ταῖς διαθήκαις μέμψασθαι δυνάμενος, ὃν ἔγραψεν ὑγιαίνων μὲν τὸ σῶμα, καθαρὰν δὲ τὴν ψυχὴν ἔχων πάθους παντός. Εἰ μέντοι καὶ κυριωτέραν τὴν τοῦ κάμνοντος κρίσιν τιθείη τις, ἀποκεχειροτονῆσθαι βασιλείας Ἀρχέλαον ὑφ' ἑαυτοῦ τοῖς εἰς αὐτὴν παρανομηθεῖσιν· ποταπὸν γὰρ ἂν γενέσθαι λαβόντα τὴν ἀρχὴν παρὰ Καίσαρος, τὸν πρὶν λαβεῖν τοσούτους ἀνῃρηκότα;

ϛ'. Πολλὰ τοιαῦτα διεξελθὼν Ἀντίπατρος καὶ τοὺς πλείστους τῶν συγγενῶν παραστησάμενος ἐφ' ἑκάστῳ τῶν κατηγορημένων μάρτυρας, καταπαύει τὸν λόγον. Ἀνίσταται δὲ Νικόλαος ὑπὲρ Ἀρχελάου, καὶ τὸν μὲν ἐν τῷ ἱερῷ φόνον ἀναγκαῖον ἀπέφαινε (πολεμίους γὰρ γεγονέναι τοὺς ἀνῃρημένους οὐ τῆς βασιλείας μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ δικάζοντος αὐτὸν Καίσαρος), τῶν δὲ ἄλλων ἐγκλημάτων συμβούλους ἀπεδείκνυεν αὐτοὺς τοὺς κατηγόρους γεγονέναι. Τήν γε μὴν ἐπιδιαθήκην ἠξίου διὰ τοῦτο μάλιστα εἶναι κυρίαν, ὅτι βεβαιωτὴν ἐν αὐτῇ Καίσαρα καθίστατο τοῦ διαδόχου. Ὁ γὰρ σωφρονῶν ὥστε τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων παραχωρεῖν τῆς ἐξουσίας, οὐ δήπου περὶ κληρονόμου κρίσιν ἐσφάλλετο. Σωφρονῶν δὲ ᾑρεῖτο καὶ τὸν καθιστάμενον ὁ γινώσκων τὸν καθιστάντα.

ζ'. Διεξελθόντος δὲ πάντα καὶ Νικολάου παρελθὼν ὁ Ἀρχέλαος προπίπτει τῶν Καίσαρος γονάτων ἡσυχῇ. Κἀκεῖνος αὐτὸν μάλα φιλοφρόνως ἀναστήσας, ἐνέφηνε μὲν ὡς ἄξιος εἴη τῆς πατρῴας διαδοχῆς, οὐ μήν τι βέβαιον ἀπεφήνατο· διαλύσας δὲ τοὺς συνέδρους ἐκείνης τῆς ἡμέρας, καθ' ἑαυτὸν περὶ ὧν διήκουσεν ἐσκέπτετο, εἴτε χρὴ τῶν ἐν ταῖς διαθήκαις καταστῆσαί τινα διάδοχον, εἴτε καὶ πάσῃ τῇ γενεᾷ διανεῖμαι τὴν ἀρχήν· ἐδόκει γὰρ ἐπικουρίας χρῄζειν τὸ πλῆθος τῶν προσώπων.

ΚΕΦ. Γ'.

Πρὶν δ' ὁρίσαι τι περὶ τούτων Καίσαρα, τελευτᾷ μὲν ἡ Ἀρχελάου μήτηρ Μαλθάκη νοσήσασα, παρὰ Οὐάρου δ' ἐκομίσθησαν ἐκ Συρίας ἐπιστολαὶ περὶ τῆς Ἰουδαίων ἀποστάσεως. Ἣν προϊδόμενος Οὔαρος (ἀνέβη γὰρ δὴ μετὰ τὸν Ἀρχελάου πλοῦν εἰς Ἱεροσόλυμα τοὺς

mulando, quum interdiu quidem vultum ad mœrorem componeret, noctu sese inebrians usque dum saltaret; unde vulgi tumultum ex ejus hanc ob rem indignatione ortum esse dicebat: totiusque orationis contentio et certamen in eo erat et innitebatur, quod tantam populi cædem fecerit in templo: quos quidem ad festum venisse, ad hostias vero quas ipsi mactarint crudeliter esse jugulatos; et in templo tam multa cadavera in acervos congesta esse, quanta nullum alienigenarum bellum congesserit etiam sine denunciatione illatum. Hanc sane crudelitatem illius patrem quoque animo prospexisse, neque ei spem regni facere unquam voluisse, nisi quum animo pejus quam corpore ægrotans haud sanæ mentis compos esset; et quem in secundo testamento scripserit successorem nescivisse, idque nihil quidquam habentem quod de eo queri posset quem in superiori testamento scripserit, quum corpore quidem valeret et animum ab omni perturbatione liberum purumque gereret. Verumtamen, si quis etiam concedat majoris auctoritatis esse morbo laborantis judicium, ipsum se Archelaum regno abdicasse, ex iis quæ in illud contra leges admiserit: qualem enim futurum esse regem quum a Cæsare acceperit imperium, qui antequam illud acciperet, tantam stragem ediderit?

6. Quum hujusmodi multa persequutus esset Antipater et plurimos ex cognatis ad singula, quorum eum accusabat testanda stitisset, finem dicendi facit. Surrexit autem Nicolaus pro Archelao, et cædem in templo factam necessariam fuisse ostendebat; cæsos quippe non solum regni, sed et Cæsaris, ipsius judicis, hostes exstitisse: ipsos vero, qui accusationem instituerint, ad cetera eum crimina consilio suo impulisse. Porro, secundum testamentum maxime ob hanc causam ratum haberi postulabat, quod in eo successorem suum a Cæsare confirmandum esse constituit. Nam qui ita sapuerit ut rerum domino sua cederet potestate, non utique in suo de hærede judicio erraturum fuisse. Sana autem mente eligere hæredem constituendum, qui non ignoraverit eum per quem constitui deberet.

7. Quum autem et Nicolaus omnia dicendo percurrisset, Archelaus progressus ante genua Cæsaris leniter procidit. Atque ille, quum ipsum benigne admodum excitasset, dignum quidem esse ostendit qui patri succederet, nihil tamen certi pronunciavit: consiliariis vero, quos eo die acciverat, dimissis, de iis quæ audiverat secum ipse dispiciebat, utrum horum aliquem qui in testamentis scripti erant successorem constituere deberet, an vero omnibus liberis communiter divideret principatum: nam quum tam multi essent, subsidio egere videbantur.

CAP. III. (V.)

Antequam vero aliquid de istis statueret Cæsar, morbo correpta obiit Malthace, mater Archelai, et e Syria a Varo allatæ sunt literæ de Judæorum defectione. Quam Varus prospiciens (nam postquam ora solverat Archelaus, Hierosolyma ascendit seditionem moventes cohibiturus, utpote

παρακινοῦντας καθέξων, ἐπειδὴ πρόδηλον ἦν τὸ ἔθνος οὐχ ἠρεμῆσον), ἕν τι τῶν τριῶν ἀπὸ Συρίας ταγμάτων, ὅπερ ἦκεν ἄγων, ἐν τῇ πόλει καταλείπει, καὶ αὐτὸς μὲν ὑπέστρεψεν εἰς Ἀντιόχειαν, ἐπελθὼν δὲ Σαβῖνος ἀφορμὴν αὐτοῖς παρέσχε νεωτεροποιίας. Τούς τε γὰρ φρουροὺς παραδιδόναι τὰς ἄκρας ἐβιάζετο καὶ πικρῶς τὰ βασίλεια χρήματα διηρεύνα, πεποιθὼς οὐ μόνον τοῖς ὑπὸ Οὐάρου καταλειφθεῖσι στρατιώταις, ἀλλὰ καὶ πλήθει δούλων ἰδίων, οὓς ἅπαντας ὁπλίσας ὑπηρέταις ἐχρῆτο τῆς πλεονεξίας. Ἐνστάσης δὲ Πεντηκοστῆς (οὕτω καλοῦσι τινὰ ἑορτὴν Ἰουδαῖοι παρ' ἑπτὰ γινομένην ἑβδομάδας, κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν προσηγορίαν ἔχουσαν) οὐχ ἡ συνήθης θρησκεία συνήγαγε τὸν δῆμον, ἀλλὰ ἀγανάκτησις. Συνέδραμε γοῦν πλῆθος ἄπειρον ἔκ τε τῆς Γαλιλαίας καὶ Ἰδουμαίας, Ἱεριχοῦντός τε καὶ τῆς ὑπὲρ Ἰορδάνην Περαίας. Ὑπερεῖχε δὲ πλήθει καὶ προθυμίαις ἀνδρῶν ὁ γνήσιος ἐξ αὐτῆς Ἰουδαίας λαός. Διανείμαντες δὲ σφᾶς αὐτοὺς εἰς τρία μέρη, τριχῇ στρατοπεδεύονται, πρός τε τῷ βορείῳ τοῦ ἱεροῦ κλίματι, καὶ πρὸς τῷ μεσημβρινῷ κατὰ τὸν Ἱππόδρομον, ἡ δὲ τρίτη μοῖρα πρὸς τοῖς βασιλείοις κατὰ δύσιν· περικαθεζόμενοι δὲ πάντοθεν τοὺς Ῥωμαίους ἐπολιόρκουν.

β'. Ὁ δὲ Σαβῖνος πρός τε τὸ πλῆθος αὐτῶν ὑποδείσας καὶ τὰ φρονήματα συνεχεῖς μὲν ἀγγέλους ἔπεμπε παρὰ Οὔαρον, ἐπαμύνειν ἐν τάχει δεόμενος, ὡς εἰ βραδύνοι κατακοπησομένου τοῦ τάγματος· αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὸν ὑψηλότατον τοῦ φρουρίου πύργον ἀναβὰς, ὃς ἐκαλεῖτο Φασάηλος, ἐπώνυμον ἔχων ἀδελφὸν Ἡρώδου διαφθαρέντα ὑπὸ Πάρθων, ἐντεῦθεν κατέσειε τοῖς ἐν τῷ τάγματι στρατιώταις ἐπιχειρεῖν τοῖς πολεμίοις· δι' ἔκπληξιν γὰρ οὐδὲ εἰς τοὺς σφετέρους καταβαίνειν ἐθάρρει. Παραπεισθέντες δὲ οἱ στρατιῶται προπηδῶσιν εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ μάχην καρτερὰν τοῖς Ἰουδαίοις συνάπτουσιν. Ἐν ᾗ μέχρι μὲν οὐδεὶς καθύπερθεν ἐπήμυνε, περιῆσαν ἐμπειρίᾳ πολέμου τῶν ἀπείρων· ἐπεὶ δὲ πολλοὶ Ἰουδαίων ἀναβάντες ἐπὶ τὰς στοὰς κατὰ κεφαλῆς αὐτῶν ἠφίεσαν τὰ βέλη, συνετρίβοντο πολλοὶ, καὶ οὔτε τοὺς ἄνωθεν βάλλοντας ἀμύνασθαι ῥᾴδιον ἦν, οὔτε τοὺς συστάδην μαχομένους ὑπομένειν.

γ'. Καταπονούμενοι δὲ πρὸς ἀμφοτέρων ὑπεμπιπρᾶσι τὰς στοὰς, ἔργα θαυμάσια μεγέθους τε καὶ πολυτελείας ἕνεκεν. Οἱ δὲ ἐπ' αὐτῶν ὑπὸ τῆς φλογὸς ἐξαίφνης περισχεθέντες πολλοὶ μὲν ἐν αὐτῇ διεφθείροντο, πολλοὶ δ' ὑπὸ τῶν πολεμίων, πηδῶντες εἰς αὐτοὺς, τινὲς δ' εἰς τοὐπίσω κατὰ τοῦ τείχους κατεκρημνίζοντο, ἔνιοι δ' ὑπ' ἀμηχανίας τοῖς ἰδίοις ξίφεσι τὸ πῦρ ἔφθανον. Ὅσοι δὲ καθερπύσαντες ἀπὸ τῶν τειχῶν ᾖξαν εἰς τοὺς Ῥωμαίους, εὐμεταχείριστοι διὰ τὴν ἔκπληξιν ἦσαν, μέχρι τῶν μὲν ἀπολωλότων, τῶν δ' ὑπὸ τοῦ δέους σκεδασθέντων, ἐρήμῳ τῷ τοῦ Θεοῦ θησαυρῷ προσπεσόντες οἱ στρατιῶται περὶ τετρακόσια τάλαντα διήρπασαν· ὧν ὅσα μὴ διεκλάπη Σαβῖνος ἤθροισεν.

δ'. Ἰουδαίους δὲ ἥ τε τῶν ἔργων καὶ ἡ τῶν ἀνδρῶν

quod manifestum erat non quieturam esse gentem), trium e Syria legionum, quas secum ducebat, unam in urbe reliquit, et ipse quidem Antiochiam reversus est; quum autem postea venisset Sabinus, novi quid moliendi occasionem præbuit Judæis. Nam et custodibus vim adhibebat ut arces sibi traderent, et cum acerbitate regis pecunias exquirebat, fretus non solum militibus a Varo relictis, sed et servorum suorum non parva manu; quibus omnibus, quum armis eos instruxisset, usus est tanquam avaritiæ suæ ministris. Instante autem Pentecoste (ita festum quoddam appellant Judæi post septem hebdomadas *a paschate* celebratum, ex dierum numero appellationem sortitum) congregatus est populus non ex religionis solennitate, sed ex indignatione. Itaque multitudinis infinitæ factus est concursus ex Galilæa et Idumæa et Hierichunte et Peræa trans Jordanem. Hominum autem numero et animorum alacritate præstabant indigenæ ex ipsa Judæa. Quumque semetipsos in tres turmas divisissent, tribus in locis castra metantur, ad septemtrionalem templi regionem, et ad meridionalem juxta Hippodromum, tertia autem pars ad occidentem prope regiam; et Romanos undique circumsessos oppugnabant.

Quum Neroni narratum esset res apud Judæam male cecidisse, clam quidem, ut verisimile erat, animo consternatus est et metu ictus : at palam arrogantia efferebatur, et ira intumescebat, ducum exercitus negligentia potius quam virtute hostium facta esse quæ acciderant dicens, ipsumque decere existimans propter imperii majestatem tristia spernere et nihili habere, viderique malis omnibus superiorem animum gerere. Ceterum mentis trepidationem arguebant curæ et sollicitudo.

2. Quum autem deliberaret cuinam committeret Orientem motibus agitatum, ut Judæorum rebellium pœnas persequeretur, gentesque vicinas simili insania correptas præverteret, solum Vespasianum invenit rerum necessitatibus parem, et qui in se tanti belli molem posset suscipere, virum a prima adolescentia usque ad senectutem bellis exercitatum, et qui populo Romano jampridem pacasset Occidentem a Germanis perturbatum, armisque vindicasset Britanniam antea parum cognitam : unde patri quoque ipsius Claudio præstitit ut sudore non suo triumpharet.

3. Adeoque hinc bono omine desumpto, quum et stabilem ætatem peritia rerum conjunctam videret et fidei suæ obsides liberos, eorumque ætatem integram manus suppeditantem paternæ prudentiæ, forsan et Deo aliquid de universis præordinante, virum mittit qui cum imperio præesset Syriæ exercitibus, multis blanditiis, quales postulabat necessitas, ad eum incitandum adhibitis et officiosis delinimentis. Ille autem ex Achaia, ubi tum cum Nerone erat, Titum quidem filium suum misit Alexandriam, ut inde quintam et decimam legiones moveret : ipse vero, trajecto Hellesponto, pedibus in Syriam pervenit, ibique Romanas copias et multa regum vicinorum auxilia congregabat.

CAP. II.

Judæi autem, post Cestii cladem inexspectato rerum successu elati, animorum impetus cohibere non poterant, et quasi fortunæ flabellis excitati bellum ulterius producere satagebant. Itaque statim universi, quotquot erant pugnacissimi, congregati Ascalonem contenderunt. Urbs hæc antiqua est, quingentis et viginti stadiis distans ab Hierosolymis, semper odio habita a Judæis, ac propterea tunc primis illorum incursibus propior fore visa est. Excursibus autem duces præerant tres viri et robore et prudentia eminentissimi, Niger Peraita, et Silas Babylonius, prætereaque Joannes Essæus. Et Ascalon valide quidem munita fuerat, præsidiis autem fere destituta erat : eam quippe una peditum cohors et una equitum ala tuebantur, duce Antonio.

β'. Οἱ μὲν οὖν πολὺ ταῖς ὀργαῖς συντονώτερον ὁδεύσαντες, ὡς ἐγγύθεν ὡρμημένοι, καὶ δὴ παρῆσαν. Ὁ δὲ Ἀντώνιος (οὐ γὰρ ἠγνόει μέλλουσαν ἔτι τὴν ἔφοδον αὐτῶν) προεξήγαγε τοὺς ἱππεῖς καὶ οὐδὲν οὔτε πρὸς τὸ πλῆθος οὔτε τὴν τόλμαν ὑποδείσας τῶν πολεμίων, καρτερῶς τὰς πρώτας ὁρμὰς ἀνεδέξατο καὶ τοὺς ἐπὶ τὸ τεῖχος ὠθουμένους ἀνέστειλεν. Οἱ δὲ πρὸς ἐμπείρους τε πολέμων ἄπειροι καὶ πεζοὶ πρὸς ἱππεῖς, ἀσύντακτοί τε πρὸς ἡνωμένους, καὶ πρὸς ὁπλίτας ἐξηρτυμένους εἰκαιότερον ὡπλισμένοι, θυμῷ τε πλέον ἢ βουλῇ στρατηγούμενοι, πρὸς εὐπειθεῖς καὶ νεύματι πάντα πράττοντας ἀντιτασσόμενοι, πονοῦσι ῥαδίως. Ὡς γὰρ αὐτῶν ἤδη συνεταράχθησαν αἱ πρῶται φάλαγγες, ὑπὸ τῆς ἵππου τρέπονται, καὶ τοῖς κατόπιν αὐτῶν ἐπὶ τὸ τεῖχος βιαζομένοις περιπίπτοντες ἀλλήλων ἦσαν πολέμιοι, μέχρι πάντες ταῖς τῶν ἱππέων ἐμβολαῖς εἴξαντες ἐσκεδάσθησαν ἀνὰ πᾶν τὸ πεδίον· τὸ δὲ ἦν πλατὺ καὶ πᾶν ἱππάσιμον. Ὃ δὴ καὶ τοῖς Ῥωμαίοις συνεργῆσαν πλεῖστον εἰργάσατο τῶν Ἰουδαίων φόνον. Τούς τε γὰρ φεύγοντας αὐτῶν φθάνοντες ἐπέστρεφον καὶ τῶν ὑπὸ τοῦ δρόμου συνειλουμένων διεκπαίοντες ἀπείρους ἀνῄρουν· ἄλλοι δὲ ἄλλους, ὅπη τρέποιντο, κυκλούμενοι καὶ περιελαύνοντες κατηκόντιζον ῥαδίως. Καὶ τοῖς μὲν Ἰουδαίοις τὸ ἴδιον πλῆθος ἐρημία παρὰ τὰς ἀμηχανίας κατεφαίνετο, Ῥωμαῖοι δὲ ἐν ταῖς εὐπραγίαις, καίπερ ὄντες ὀλίγοι τῷ πολέμῳ, καὶ περισσεύειν σφᾶς αὐτοὺς ὑπελάμβανον. Καὶ τῶν μὲν προσφιλονεικούντων τοῖς πταίσμασιν, αἰδοῖ τε φυγῆς ταχείας καὶ μεταβολῆς ἐλπίδι, τῶν δὲ μὴ κοπιώντων ἐν οἷς εὐτύχουν, παρέτεινεν ἡ μάχη μέχρι δείλης, ἕως ἀνῃρέθησαν μὲν μύριοι τῶν Ἰουδαίων ἀριθμὸν ἄνδρες, καὶ δύο τῶν ἡγεμόνων, Ἰωάννης τε καὶ Σίλας· οἱ λοιποὶ δὲ τραυματίαι τὸ πλέον, σὺν τῷ περιλειπομένῳ τῶν ἡγεμόνων Νίγερι, τῆς Ἰδουμαίας εἰς πολίχνην τινὰ (Σάλλις καλεῖται) συνέφυγον. Ὀλίγοι δέ τινες καὶ τῶν Ῥωμαίων ἐπὶ τῇσδε τῆς παρατάξεως ἐτρώθησαν.

γ'. Οὐ μὴν οἱ Ἰουδαῖοι τηλικαύτῃ συμφορᾷ κατεστάλησαν τὰ φρονήματα, μᾶλλον δὲ αὐτῶν τὸ πάθος ἤγειρε τὰς τόλμας· ὑπερορῶντές τε τοὺς ἐν ποσὶ νεκροὺς ἐδελεάζοντο τοῖς προτέροις κατορθώμασιν ἐπὶ πληγὴν δευτέραν. Διαλιπόντες γοῦν οὐδὲ ὅσον ἰάσασθαι τὰ τραύματα, καὶ τὴν δύναμιν πᾶσαν ἐπισυλλέξαντες, ὀργιλώτερον καὶ πολὺ πλείους ἐπαλινδρόμουν ἐπὶ τὴν Ἀσκάλωνα. Παρείπετο δὲ αὐτοῖς μετὰ τῆς ἀπειρίας καὶ τῶν ἄλλων πρὸς πόλεμον ἐλασσωμάτων ἡ προτέρα τύχη. Τοῦ γὰρ Ἀντωνίου τὰς παρόδους προλοχίσαντος, ἀδόκητοι ταῖς ἐνέδραις ἐμπεσόντες, καὶ ὑπὸ τῶν ἱππέων πρὶν εἰς μάχην συντάξασθαι κυκλωθέντες, πάλιν πίπτουσι μὲν ὑπὲρ ὀκτακισχιλίους, οἱ λοιποὶ δὲ πάντες ἔφυγον, σὺν οἷς καὶ Νίγερ, πολλὰ κατὰ τὴν φυγὴν εὐτολμίας ἐπιδειξάμενος ἔργα· συνελαύνονται δ' οὖν, προσκειμένων τῶν πολεμίων, εἴς τινα πύργον ὀχυρὸν κώμης Βεζεδὲλ καλουμένης. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀντώνιον, ὡς μήτε τρίβοιντο περὶ τὸν πύργον

2. Et illi quidem, ut qui ira incitati longe majori cum celeritate iter fecerant, ac si ex propinquo venirent, protinus aderant. Antonius vero (non enim nesciebat jam futurum esse ut impetum in urbem facerent) equites prius eduxit, et nihil veritus hostium aut multitudinem aut audaciam, primam aggressionem fortiter sustinuit, et ad mœnia irruentes propulsavit. Illi vero, belli imperiti cum peritis commissi, et pedites cum equitibus, incompositi cum densis et confertis, et leviter armati cum militibus gravi armatura instructis, et majori animo quam consilio militantes, cum dicto audientibus et uno nutu omnia facientibus dimicantes, facile profligantur. Nam ut semel eorum primæ turbatæ erant acies, ab equitibus statim in fugam vertuntur; et iis qui a tergo erant murum versus urgentibus incidentes, sibi invicem hostes erant, donec omnes, incursibus equitum cedentes, per omnem campum dispersi erant : iste autem amplus et totus equitatui commodus. Qui quum Romanos etiam plurimum juvaret, effecit ut Judæorum magna strages ederetur. Nam et illos qui fugerent prævertendo, cursum in eos flectebant, et ex iis qui e fuga se congregassent innumeros transfixos perimebant : alii vero alios, quocunque se verterent, in orbem agentes et exagitantes sagittis facile confecerunt. Et Judæis quidem suorum multitudo, quod de salute desperarent, pro solitudine habebatur : Romani vero prosperis elati, licet ad pugnam pauci essent, tamen se satis superque habere existimabant. Et illis quidem res adversas superare contendentibus, quod et puderet eos cito fugere, et fortunam in melius mutari sperarent, Romanis autem, dum feliciter res cederent, minime delassatis, ad seram usque vesperam pugnatum est, donec a Judæis quidem perempti fuerant viri numero ad decem millia, duoque duces Joannes et Silas; ceteri vero plerique saucii, cum Nigro, qui unus restabat ex ducibus, in quoddam Idumææ oppidulum, cui nomen Sallis, confugerunt. Etiam ex Romanis nonnulli in isto prælio vulnerati erant.

3. Verumtamen Judæi nequaquam tanta clade accepta cecidere animis; sed ex iis quæ passi erant major illis crevit audacia. Et mortuos ante pedes jacentes nihil morati, rebus ante prospere gestis ad cladem alteram alliciebantur. Itaque parvo tempore interjecto, quod ne curandis quidem vulneribus satis esset, copiisque suis omnibus undique collectis, majori cum indignatione multoque plures ad Ascalonem recurrebant. Illos autem, præter rei militaris imperitiam aliaque quibus in bello gerendo laborabant vitia, eadem quæ prius sequuta est fortuna. Nam quum Antonius transitus insidiis jam ante occupasset, ex improviso in eas inciderunt Judæi; et ab equitibus circumdati, priusquam instructa esset acies, iterum quidem cadunt ad octo millia et amplius; ceteri vero omnes in fugam se conjiciebant, inque his Niger, multis dum fugeret magnæ audaciæ facinoribus editis : quumque instarent hostes, compelluntur in turrim bene munitam vici cujusdam, cui nomen Bezedel. Antonius vero cum suis, ne tempus terere

ὄντα δυσάλωτον μήτε ζῶντα τὸν ἡγεμόνα καὶ γενναιότατον τῶν πολεμίων περιίδοιεν, ὑποπιμπρᾶσι τὸ τεῖχος. Φλεγομένου δὲ τοῦ πύργου Ῥωμαῖοι μὲν ἀναχωροῦσι γεγηθότες, ὡς διεφθαρμένου καὶ Νίγερος, ὁ δὲ εἰς τὸ μυχαίτατον τοῦ φρουρίου σπήλαιον καταπηδήσας ἐκ τοῦ πύργου διασώζεται, καὶ μεθ' ἡμέραν τρίτην τοῖς μετ' ὀλοφυρμῶν πρὸς κηδείαν αὐτὸν ἐρευνῶσιν ὑποφθέγγεται· προελθὼν δὲ χαρᾶς ἀνελπίστου πάντας ἐπλήρωσεν Ἰουδαίους, ὡς προνοίᾳ Θεοῦ σωθεὶς αὐτοῖς στρατηγὸς εἰς τὰ μέλλοντα.

(Γ'.) δ'. Οὐεσπασιανὸς δὲ, τὰς δυνάμεις ἀναλαβὼν ἐκ τῆς Ἀντιοχείας, ἣ μητρόπολίς ἐστι τῆς Συρίας, μεγέθους τε ἕνεκα καὶ τῆς ἄλλης εὐδαιμονίας τρίτον ἀδηρίτως ἐπὶ τῆς ὑπὸ Ῥωμαίοις οἰκουμένης ἔχουσα τόπον, ἔνθα μετὰ πάσης τῆς ἰδίας ἰσχύος ἐκδεχόμενον αὐτοῦ τὴν ἄφιξιν καὶ Ἀγρίππαν τὸν βασιλέα κατειλήφει, ἐπὶ Πτολεμαΐδος ἠπείγετο. Καὶ κατὰ ταύτην ὑπαντῶσιν αὐτῷ τὴν πόλιν οἱ τῆς Γαλιλαίας Σέπφωριν νεμόμενοι, τῶν τῇδε εἰρηνικὰ φρονοῦντες· οἳ καὶ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας καὶ τῆς Ῥωμαίων ἰσχύος οὐκ ἀπρονόητοι, πρὶν ἀφικέσθαι Οὐεσπασιανὸν, Κεστίῳ Γάλλῳ πίστεις τε ἔδοσαν καὶ δεξιὰς ἔλαβον καὶ παρεδέξαντο φρουράν. Τότε γε μὴν φιλοφρόνως ἐκδεξάμενοι τὸν ἡγεμόνα προθύμως σφᾶς αὐτοὺς ὑπέσχοντο κατὰ τῶν ὁμοφύλων συμμάχους. Οἷς ὁ στρατηγὸς ἀξιώσασι τέως πρὸς ἀσφάλειαν ἱππεῖς τε καὶ πεζοὺς παραδίδωσιν ὅσους ἀνθέξειν ταῖς καταδρομαῖς, εἴ τι Ἰουδαῖοι παρακινοῖεν, ὑπελάμβανεν· καὶ γὰρ οὐδὲ μικρὸν ἐδόκει τὸ κινδύνευμα πρὸς τὸν μέλλοντα πόλεμον, ἀφαιρεθῆναι τὴν Σέπφωριν, μεγίστην μὲν οὖσαν τῆς Γαλιλαίας πόλιν, ἐρυμνοτάτῳ δὲ ἐπεκτισμένην χωρίῳ, καὶ φρουρὰν ὅλου τοῦ ἔθνους ἐσομένην.

ΚΕΦ. Γ'.

Δύο δ' οὔσας τὰς Γαλιλαίας, τήν τε ἄνω καὶ τὴν κάτω προσαγορευομένην, περιίσχει μὲν ἡ Φοινίκη καὶ Συρία. Διορίζει δὲ ἀπὸ μὲν δύσεως ἡλίου Πτολεμαῒς τοῖς τῆς χώρας τέρμασι καὶ Κάρμηλος, τὸ πάλαι μὲν Γαλιλαίων, νῦν δὲ Τυρίων ὄρος· ᾧ προσίσχει Γαβὰ πόλις ἱππέων, οὕτως ἀγορευομένη διὰ τὸ τοὺς ὑφ' Ἡρώδου τοῦ βασιλέως ἀπολυομένους ἱππεῖς ἐν αὐτῇ κατοικεῖν· ἀπὸ δὲ μεσημβρίας Σαμαρίς τε καὶ Σκυθόπολις μέχρι τῶν Ἰορδάνου ῥείθρων· πρὸς ἕω δὲ Ἱππηνή τε καὶ Γαδαρὶς ἀποτέμνεται, καὶ ἡ Γαυλανῖτις ταύτῃ, καὶ τῆς Ἀγρίππα βασιλείας οἱ ὅροι· τὰ προσάρκτια δὲ αὐτῆς Τύρῳ τε καὶ τῇ Τυρίων χώρᾳ περατοῦται. Καὶ τῆς μὲν κάτω καλουμένης Γαλιλαίας ἀπὸ Τιβεριάδος μέχρι Χαβουλὼν, ἧς ἐν τοῖς παραλίοις Πτολεμαῒς γείτων, τὸ μῆκος ἐκτείνεται, πλατύνεται δὲ ἀπὸ τῆς ἐν τῷ Μεγάλῳ πεδίῳ κειμένης κώμης, ἣ Ξαλὼθ καλεῖται, μέχρι Βηρσάβης, ἣ καὶ τῆς ἄνω Γαλιλαίας εἰς εὖρος ἀρχὴ μέχρι Βακὰ κώμης· αὕτη δὲ τὴν τῶν Τυρίων γῆν ὁρίζει· μηκύνεται δὲ μέχρι Μηρὼθ ἀπὸ Θελλὰ κώμης Ἰορδάνου γείτονος.

β'. Τηλικαῦται δὲ οὖσαι τὸ μέγεθος, καὶ τοσούτοις

tur circa turrim captu difficilem, et ne ducem superstitem eundemque hostium fortissimum sinerent effugere, ignem muro subjiciunt. Quum autem turris conflagraret, Romani quidem gaudio exsultantes discedunt, ac si Niger etiam periisset: ille vero, quum ex turri in abditissimum castelli specum desiliisset, servatur; triduoque post, quum socii lacrimantes eum ut sepeliretur quærerent, eos inferne alloquitur: egressusque gaudio insperato Judæos omnes complevit, tanquam Dei providentia servatus qui ipsos in posterum duceret.

(III.) 4. Vespasianus autem, assumpto secum exercitu ex Antiochia (quæ Syriæ metropolis est, magnitudine simul aliaque felicitate tertium sine dubio inter urbes terrarum orbis Romanæ ditionis locum obtinens), ubi etiam regem Agrippam cum omnibus suis viribus adventum ejus exspectantem offenderat, Ptolemaidem ire contendebat. Atque apud istam civitatem ei occurrunt Galilæi Sepphorim habitantes, qui inter regionis illius incolas paci studebant, et nec suæ salutis, nec Romanorum potentiæ improvidi, antequam veniret Vespasianus, Cestio Gallo fidem dederant et ab eo vicissim acceperant, præsidiumque militare apud se receperant. Ceterum tunc, quum ducem benigne admodum excepissent, alacriter sese etiam contra populares suos belli societatem inire cum illis pollicebantur. Quibus Vespasianus tunc, quum id postulassent, in præsidium dat equites totidem peditesque, quot resistendo fore arbitrabatur incursibus, si quid præter solitum moverent Judæi: non enim se parvum bello futuro discrimen adire existimabat, si sibi auferretur Sepphoris, civitas Galilææ maxima, et in loco natura munitissimo exstructa, quæque genti universæ foret præsidio.

CAP. III. (IV.)

Duæ autem sunt Galilææ, una Inferior, altera Superior appellata, easque Phœnice et Syria circumdant. A solis quidem occasu eas disterminat Ptolemais territorii sui finibus, atque Carmelus, olim quidem Galilæorum, nunc autem Tyriorum mons; cui adhæret Gaba, Urbs Equitum dicta, quod equites ab Herode rege dimissi illic habitent: a meridie autem Samaris et Scythopolis usque ad fluenta Jordanis: ab oriente vero eam terminant Hippene et Gadaris; atque ibidem sunt Gaulanitis, regnique Agrippæ fines: septentrionalia autem ejus Tyrus claudit et Tyriorum regio. Inferioris quidem Galilææ longitudo extenditur a Tiberiade usque ad Chabulon, cui in maritimis vicina est Ptolemais: latitudine autem patet a vico Xaloth nuncupato, qui in Magno campo situs est, usque ad Bersaben; unde etiam Galilææ superioris latitudo incipit usque ad Baca vicum, qui Tyriorum terram a Galilæa dirimit: latitudo vero ejus a Thella vico Jordani proximo usque ad Meroth protenditur.

2. Quum autem utræque tanta fuerint magnitudine, et

ἔθνεσιν ἀλλοφύλοις κεκυκλωμέναι, πρὸς πᾶσαν ἀεὶ πολέμου πεῖραν ἀντέσχον. Μάχιμοί τε γὰρ ἐκ νηπίων, καὶ πολλοὶ πάντοτε Γαλιλαῖοι, καὶ οὔτε δειλία ποτὲ τοὺς ἄνδρας, οὔτε λιπανδρία τὴν χώραν κατέσχεν, ἐπειδὴ πίων τε πᾶσα καὶ εὔβοτος καὶ δένδρεσι παντοίοις κατάφυτος, ὡς ὑπὸ τῆς εὐπαθείας προσκαλέσασθαι καὶ τὸν ἥκιστα γῆς φιλόπονον. Προσησκήθη γοῦν ὑπὸ τῶν οἰκητόρων πᾶσα, καὶ μέρος αὐτῆς οὐδὲν ἀργόν. Ἀλλὰ καὶ πόλεις πυκναὶ, καὶ τὸ τῶν κωμῶν πλῆθος πανταχοῦ πολυάνθρωπον διὰ τὴν εὐθηνίαν, ὡς τὴν ἐλαχίστην ὑπὲρ πεντακισχιλίους πρὸς τοῖς μυρίοις ἔχειν οἰκήτορας.

γ'. Καθόλου δὲ, εἰ καὶ τῷ μεγέθει τις ἐλαττώσειε τῆς Περαίας τὴν Γαλιλαίαν, προέλοιτο δ' ἂν τῇ δυνάμει· ἡ μὲν γὰρ ἐνεργὸς ὅλη, καὶ συνεχής ἐστι καρποφόρος. Ἡ Περαία δὲ πολὺ μὲν μείζων, ἔρημος δὲ καὶ τραχεῖα τὸ πλέον, πρός τε καρπῶν ἡμέρων αὔξησιν ἀγριωτέρα. Τό γε μὴν μαλθακὸν αὐτῆς καὶ πάμφορον, καὶ τὰ πεδία δένδρεσι κατάφυτα ποικίλοις, τὸ πλεῖστον δὲ εἰς ἐλαίαν τε καὶ ἄμπελον καὶ φοινικῶνας ἤσκηται, διαρδομένη χειμάρροις τε τοῖς ἀπὸ τῶν ὀρῶν καὶ πηγαῖς ἀενάοις ἅλις, εἴ ποτε ἐκεῖνοι σειρίῳ φθίνοιεν. Μῆκος μὲν οὖν αὐτῆς ἀπὸ Μαχαιροῦντος εἰς Πέλλαν, εὖρος δὲ ἀπὸ Φιλαδελφείας μέχρις Ἰορδάνου. Καὶ Πέλλῃ μὲν ἣ προειρήκαμεν τὰ πρὸς ἄρκτον ὁρίζεται, τὰ πρὸς ἑσπέραν δὲ Ἰορδάνῃ· μεσημβρινὸν δὲ αὐτῆς πέρας ἡ Μωαβῖτις, καὶ πρὸς ἀνατολὴν Ἀραβία τε καὶ Σιλβωνίτιδι, πρὸς δὲ Φιλαδελφηνῇ καὶ Γεράσοις ἀποτέμνεται.

δ'. Ἡ δὲ Σαμαρεῖτις χώρα μέση μὲν τῆς Ἰουδαίας ἐστὶ καὶ τῆς Γαλιλαίας (ἀρχομένη γὰρ ἀπὸ τῆς ἐν τῷ Μεγάλῳ πεδίῳ κειμένης Γιναίας ὄνομα κώμης, ἐπιλήγει τῆς Ἀκραβατηνῶν τοπαρχίας), φύσιν δὲ τῆς Ἰουδαίας κατ' οὐδὲν διάφορος. Ἀμφότεραι γὰρ ὀρειναὶ καὶ πεδιάδες, εἴς τε γεωργίαν μαλθακαὶ καὶ πολύφοροι, κατάδενδροί τε καὶ ὀπώρας ὀρεινῆς καὶ ἡμέρου μεσταί. Προσάρδεσθαι δὲ οὐδαμοῦ μὲν φύσει δαψιλὲς, ὕονται δὲ τὸ πλέον. Γλυκὺ δὲ νᾶμα πᾶν διαφόρως ἐν αὐταῖς· καὶ διὰ πλῆθος πόας ἀγαθῆς τὰ κτήνη πλέον ἢ παρ' ἄλλοις γαλακτοφόρα. Μέγιστόν γε μὴν τεκμήριον ἀρετῆς καὶ εὐθηνίας τὸ πληθύειν ἀνδρῶν ἑκατέραν.

ε'. Μεθόριος δὲ αὐτῶν ἡ Ἀνουὰθ' Βορκέως προσαγορευομένη κώμη, πέρας αὕτη τῆς Ἰουδαίας τὸ πρὸς βορέαν. Τὰ νότια δὲ αὐτῆς ἐπὶ μῆκος μετρουμένης ὁρίζει προσκυροῦσα τοῖς Ἀράβων ὅροις κώμη, καλοῦσι δ' αὐτὴν Ἰαρδὰν οἱ τῇδε Ἰουδαῖοι. Εὖρός γε μὴν ἀπὸ Ἰορδάνου ποταμοῦ μέχρις Ἰόπης ἀναπέπταται. Μεσαιτάτη δὲ αὐτῆς πόλις τὰ Ἱεροσόλυμα κεῖται· παρ' ὃ καί τινες οὐκ ἀσκόπως ὀμφαλὸν τὸ ἄστυ τῆς χώρας ἐκάλεσαν. Ἀφῄρηται δὲ οὐδὲ τῶν ἐκ θαλάσσης τερπνῶν ἡ Ἰουδαία, τοῖς παραλίοις κατατείνουσα μέχρι Πτολεμαΐδος. Μερίζεται δὲ εἰς ἕνδεκα κληρουχίας· ὧν ἄρχει μὲν ὡς βασίλειον τὰ Ἱεροσόλυμα, προανίσχουσα τῆς περιοίκου πάσης, ὥσπερ ἡ κεφαλὴ σώματος. Αἱ λοιπαὶ δὲ μετ' αὐτὴν διῄρηνται τὰς το-

tot gentibus alienigenis circumdatæ, omni semper belli periculo resistebant. Nam et ab infantia pugnaces et ubique numero abundantes Galilæi; et neque formido unquam viros occupavit, neque eorum penuria regio laboravit, quoniam tota pinguis et pascua est, et omne genus arboribus consita, ita ut vel minime studiosos agriculturæ ubertate sua alliciat. Omnis itaque ab habitantibus exculta est, et nulla ejus pars otiosa. Præterea urbes frequentes, et crebri vici ubique, populosi propter soli bonitatem, ut qui sit minimus supra quinque millia incolarum habeat.

3. In summa autem, etiam si quis Galilæam Perææ faciat magnitudine cedere, erit sane ut huic viribus et potentia eam præferat: universa enim culta est, et passim quidem fructuum ferax. Peræa autem multo quidem major, at pleraque aspera atque deserta est, et agrestior quam ut alat fructus mansuetiores. Ceterum solum molle in ea admodum est ferax, camposque habet variis arboribus consitos, maxime vero occupatum et cultum est oleis et vineis et palmetis, irrigatum etiam torrentibus e montibus, satisque aquæ perennis fontibus, si quando montani Sirio ardente defecerint. Et longitudo sane ejus a Machærunte usque ad Pellam, latitudo vero a Philadelphia ad Jordanem. Et Pella quidem, ut diximus, versus Boream terminatur, Jordane vero ad occidentem, et ad meridiem clauditur Moabitide, ad orientem vero Arabia et Silbonitide, necnon Philadelphene et Gerasis.

4. Samariensis autem regio inter Judæam quidem et Galilæam media est (nam a vico incipiens in Magno campo jacente, nomine Ginæa, desinit in Acrabatenorum toparchiam), soli vero natura et ingenio a Judæa nihil differt. Nam utræque montosæ sunt et campestres, mollesque ad agriculturam, et fertiles admodum, necnon arboribus consitæ, pomisque silvestribus mansuetis abundantes. Non sunt autem natura quidem valde irriguæ, sed copiosi sunt et frequentes in iis imbres. Quæque illic sunt aquæ fluenta dulcem supra modum habent saporem; atque propter boni graminis copiam armenta majori lactis ubertate gaudent quam usquam alibi. Ceterum maximum virtutis et feracitatis argumentum est, quod utraque viris abundet.

5. In utriusque autem confinio est Anuath vicus, qui alias Borceos dicitur, terminus ille Judææ versus septentionem. Meridiana vero pars ejus, si in longitudinem eam metiaris, finem habet vicum Arabibus conterminum, quem istic habitantes Judæi Jardan appellant. Ceterum latitudo ab Jordane fluvio ad Jopen porrigitur. Ipsissimo autem in medio ejus sita est urbs Hierosolyma: qua de causa urbs a nonnullis non sine ratione dicta est regionis umbilicus. Sed nec marinis deliciis caret Judæa, locis maritimis Ptolemaidem usque extensa. Distributa est autem in undecim sortes: quarum prima quidem tanquam regia est Hierosolyma, omni regioni circumjacenti ut caput corpori supereminens et præstans. Ceteræ autem post ipsam divisæ sunt juxta

ταρχίας. Γόφνα δευτέρα, καὶ μετ' αὐτὴν Ἀκραβαττὰ, Θαμνὰ πρὸς ταύταις καὶ Λύδδα καὶ Ἀμμαοῦς καὶ Πέλλη καὶ Ἰδουμαία καὶ Ἐγγαδδαὶ καὶ Ἡρώδειον καὶ Ἱεριχοῦς, μεθ' ἃς Ἰάμνεια καὶ Ἰόπη τῶν περιοίκων ἡγηγοῦνται, κἀπὶ ταύταις ἥ τε Γαμαλιτικὴ καὶ Γαυλανῖτις, Βαταναία τε καὶ Τραχωνῖτις, αἳ καὶ τῆς Ἀγρίππα βασιλείας εἰσὶ μοῖρα. Ἀρχομένη δὲ ἀπὸ Λιβάνου ὄρους καὶ τῶν Ἰορδάνου πηγῶν ἡ χώρα μέχρι τῆς Τιβεριάδος λίμνης εὐρύνεται, ἀπὸ δὲ κώμης καλουμένης Ἀρφᾶς, μέχρις Ἰουλιάδος ἐκτείνεται τὸ μῆκος. Οἰκοῦσι δὲ αὐτὴν μιγάδες Ἰουδαῖοί τε καὶ Σύροι. Τὰ μὲν δὴ περὶ τῆς πέριξ χώρας ὡς ἐνῆν μάλιστα συντόμως ἀπηγγέλκαμεν.

ΚΕΦ. Δ'.

Ἡ δὲ ὑπὸ Οὐεσπασιανοῦ πεμφθεῖσα Σεπφωρίταις βοήθεια χίλιοι μὲν ἱππεῖς, ἑξακισχίλιοι δὲ πεζοὶ, Πλακίδου χιλιαρχοῦντος αὐτῶν, ἐν τῷ Μεγάλῳ πεδίῳ στρατοπεδευσάμενοι διαιροῦνται· καὶ τὸ μὲν πεζὸν ἐν τῇ πόλει πρὸς φυλακὴν αὐτῆς, τὸ δὲ ἱππικὸν ἐπὶ τῆς παρεμβολῆς αὐλίζεται. Προϊόντες δὲ ἑκατέρωθεν συνεχῶς καὶ τὰ πέριξ τῆς χώρας κατατρέχοντες μεγάλα τοὺς περὶ τὸν Ἰώσηπον ἐκάκουν ἀτρεμοῦντας, τά τε κατὰ πόλιν ἔξωθεν ληϊζόμενοι καὶ προθέοντας ὁπότε θαρρήσειαν ἀνακόπτοντες. Ὥρμησέ γε μὴν ὁ Ἰώσηπος ἐπὶ τὴν πόλιν, αἱρήσειν ἐλπίσας ἣν αὐτὸς πρὶν ἀποστῆναι Γαλιλαίων ἐτείχισεν, ὡς καὶ Ῥωμαίοις δυσάλωτον εἶναι. Διὸ καὶ τῆς ἐλπίδος ἀφήμαρτε, τοῦ τε βιάζεσθαι καὶ τοῦ μεταπείθειν Σεπφωρίτας ἀσθενέστερος εὑρεθείς. Παρώξυνε δὲ μᾶλλον τὸν πόλεμον ἐπὶ τὴν χώραν· καὶ οὔτε νύκτωρ οὔτε μεθ' ἡμέραν ὀργῇ τῆς ἐπιβουλῆς οἱ Ῥωμαῖοι διέλιπον δῃοῦντες αὐτῶν τὰ πεδία, καὶ διαρπάζοντες τὰ ἐπὶ τῆς χώρας κτήματα, καὶ κτείνοντες μὲν ἀεὶ τὸ μάχιμον, ἀνδραποδιζόμενοι δὲ τοὺς ἀσθενεστέρους. Πυρὶ δὲ ἡ Γαλιλαία καὶ αἵματι πεπλήρωτο πᾶσα, πάθους τε οὐδενὸς ἢ συμφορᾶς ἀπείρατος ἦν. Μία γὰρ καταφυγὴ διωκομένοις αἱ ὑπὸ τοῦ Ἰωσήπου τειχισθεῖσαι πόλεις ἦσαν.

β'. Ὁ δὲ Τίτος, περαιωθεὶς ἀπὸ τῆς Ἀχαΐας εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ὠκύτερον ἢ κατὰ χειμῶνος ὥραν, παραλαμβάνει μὲν ἐφ' ἣν ἔσταλτο δύναμιν· συντόνῳ δὲ χρώμενος πορείᾳ διὰ τάχους εἰς Πτολεμαΐδα ἀφικνεῖται. Κἀκεῖ καταλαβὼν τὸν πατέρα, δυσὶ τοῖς ἅμα αὐτῷ τάγμασιν (ἦν δὲ τὰ ἐπισημότατα τὸ πέμπτον καὶ τὸ δέκατον) ζεύγνυσι καὶ τὸ ἀχθὲν ὑπ' αὐτοῦ πεντεκαιδέκατον. Τούτοις εἵποντο ὀκτωκαίδεκα σπεῖραι. Προσεγένοντο δὲ καὶ ἀπὸ Καισαρείας πέντε καὶ ἱππέων ἴλη μία, πέντε δὲ ἕτεραι τῶν ἀπὸ Συρίας ἱππέων. Τῶν δὲ σπειρῶν αἱ δέκα μὲν εἶχον ἀνὰ χιλίους πεζοὺς, αἱ δὲ λοιπαὶ τρισκαίδεκα ἀνὰ ἑξακοσίους μὲν πεζοὺς, ἱππεῖς δὲ ἑκατὸν εἴκοσι. Συχνὸν δὲ καὶ παρὰ τῶν βασιλέων συνήχθη συμμαχικὸν, Ἀντιόχου μὲν καὶ Ἀγρίππα καὶ Σοέμου παρασχομένων ἀνὰ δισχιλίους πεζοὺς τοξότας καὶ χιλίους ἱππεῖς· τοῦ δὲ Ἄραβος Μάλχου χι-

toparchias. Gophna secunda, et post eam Acrabatta, deinde Thamna, et Lydda, et Ammaus, et Pella, et Idumæa, et Engaddæ, et Herodion, et Hierichus, post quas Jamnia et Jope finitimis suis præsunt, ac præterea Gamalitica et Gaulanitis, et Batanæa et Trachonitis, quæ et partes sunt regni Agrippæ. Incipiens autem regio a monte Libano et Jordanis fontibus usque ad lacum Tiberiadem latitudine panditur: longitudo vero ejus a vico, cui nomen Arpha, usque ad Juliadem protenditur. Eam autem incolunt Judæi permixti Syris. Atque de Judæa quidem et finitimis regionibus summa qua potuimus brevitate narrationem fecimus.

CAP. IV. (V.)

Quod autem Vespasianus Sepphoritis miserat auxilium, equites scilicet mille et sex millia peditum, duce Placido tribuno, castris in Magno campo positis bifariam dividuntur: et pedites quidem in civitate, ut eam tuerentur, agebant; equites vero in castris morantur. Quum autem ab utrisque frequentes fierent excursiones, et quæ in regione erant illi incursibus vastarent, Josephum suosque, licet non moverent, magnis incommodis afficiebant, quæque circa urbem erant depopulantes, civesque, si quando prodire auderent, repellentes. Ceterum Josephus in urbem impressionem fecit, quam ipse, antequam a Galilæis descisceret, ita munivit, ut etiam Romanis captu esset difficilis. Quam ob rem et de spe sua decidit, imbecillior esse compertus quam ut Sepphoritas aut vi aut suasu in partes suas pertraheret. Magis autem bellum regioni concitabat, Romanis indigne adeo ferentibus insidias, ut nec die nec nocte ab agrorum eorum depopulatione cessarent, aut a bonorum omnium in regione direptione, aut ab occisione eorum assidua qui militaris erant ætatis, aut ab imbecilliorum in captivitatem abductione. Galilæa autem omnis oppleta erat incendio et sanguine, nec ullius miseriæ et calamitatis expers erat et immunis. Nam unicum infestatis perfugium erant urbes quas Josephus munimentis firmaverat.

2. Titus autem, quum ex Achaia Alexandriam trajecisset, citius quam hiemis tempestate fieri solet, militum quidem manum, cujus causa missus fuerat, suscipit; magnisque itineribus contendens, brevi admodum Ptolemaidem pervenit. Quumque illic patrem suum offendisset, duabus quæ cum eo erant legionibus (erant autem quinta, et decima, eæque nobilissimæ) jungit etiam quam ipse secum adduxit quintamdecimam. His adjunctæ erant decem et octo cohortes. Accesserunt illis e Cæsarea quinque, cum una equitum turma; et aliæ quinque Syrorum equitum. Decem autem cohortum singulæ quidem mille pedites habebant; reliquæ vero tredecim pedites sexcentos, equitesque centum et viginti. Ab regibus etiam auxiliares magno numero collecti erant, Antiocho quidem et Agrippa et Sohemo bina millia peditum sagittariorum et mille equites suppeditantibus; quum jam Malchus Arabs equites mille

λίους πέμψαντος ἱππεῖς ἐπὶ πεζοῖς πεντακισχιλίοις, ὧν τὸ πλέον ἦσαν τοξόται, ὡς τὴν πᾶσαν δύναμιν, συνεξαριθμουμένων τῶν βασιλικῶν, ἱππέας τε καὶ πεζοὺς εἰς ἓξ ἀθροίζεσθαι μυριάδας δίχα θεραπόντων, οἳ παμπληθεῖς μὲν εἵποντο, διὰ δὲ συνάσκησιν πολεμικὴν οὐκ ἂν ἀποτάσσοιντο τοῦ μαχίμου, κατὰ μὲν εἰρήνην ἐν ταῖς μελέταις τῶν δεσποτῶν ἀεὶ στρεφόμενοι, συγκινδυνεύοντες δ' ἐν πολέμοις, ὡς μήτε ἐμπειρίᾳ μήτ' ἀλκῇ τινος πλὴν τῶν δεσποτῶν ἐλαττοῦσθαι.

ΚΕΦ. Ε'.

Κἂν τούτῳ μὲν οὖν θαυμάσαιτό τις ἂν Ῥωμαίων τὸ προμηθὲς, κατασκευαζομένων ἑαυτοῖς τὸ οἰκετικὸν οὐ μόνον εἰς τὰς τοῦ βίου διακονίας, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς πολέμους χρήσιμον. Εἰ δέ τις αὐτῶν καὶ εἰς τὴν ἄλλην τῆς στρατιᾶς σύνταξιν ἀπίδοι, γνώσεται τὴν τοσήνδε ἡγεμονίαν αὐτοὺς ἀρετῆς κτῆμα ἔχοντας, οὐ δῶρον τύχης. Οὐ γὰρ αὐτοῖς ἀρχὴ τῶν ὅπλων ὁ πόλεμος, οὐδὲ ἐπὶ μόνας τὰς χρείας τὼ χεῖρε κινοῦσιν, ἐν εἰρήνῃ ἀπειρηκότες, ἀλλ' ὥσπερ συμπεφυκότες τοῖς ὅπλοις οὐδέποτε τῆς ἀσκήσεως λαμβάνουσιν ἐκεχειρίαν οὐδὲ ἀναμένουσι τοὺς καιρούς. Αἱ μελέται δὲ αὐτοῖς οὐδὲν τῆς κατὰ ἀλήθειαν εὐτονίας ἀποδέουσιν, ἀλλ' ἕκαστος ὁσημέραι στρατιώτης πάσῃ προθυμίᾳ καθάπερ ἐν πολέμῳ γυμνάζεται· διὸ κουφότατα τὰς μάχας διαφέρουσιν. Οὔτε γὰρ ἀταξία διασκίδνησιν αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ἐν ἔθει συντάξεως, οὔτε δέος ἐξίστησιν, οὔτε δαπανᾷ πόνος. Ἕπεται δὲ τὸ κρατεῖν ἀεὶ κατὰ τῶν οὐχ ὁμοίων βέβαιον, καὶ οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις εἰπὼν τὰς μὲν μελέτας αὐτῶν χωρὶς αἵματος παρατάξεις, τὰς παρατάξεις δὲ μεθ' αἵματος μελέτας. Οὐδὲ γὰρ ἐξ ἐπιδρομῆς εὐάλωτοι πολεμίοις· ὅπῃ δ' ἂν ἐμβάλωσιν εἰς ἐχθρῶν γῆν, οὐ πρὶν ἅπτονται μάχης ἢ τειχίσαι στρατόπεδον. Τὸ δ' οὐκ εἰκαῖον οὐδ' ἀνώμαλον ἐγείρουσιν, οὐδὲ πάντες, ἢ ἀτάκτως διαλαβόντες, ἀλλ' εἰ μὲν ἀνώμαλος ὢν τύχοι χῶρος, ἐξομαλίζεται, διαμετρεῖται δὲ παρεμβολὴ τετράγωνος αὐτοῖς. Καὶ τεκτόνων πλῆθος ἕπεται τά τε πρὸς τὴν δόμησιν ἐργαλεῖα.

β'. Καὶ τὸ μὲν ἔνδον εἰς σκηνὰς διαλαμβάνουσι, ἔξωθεν δὲ ὁ κύκλος τείχους ὄψιν ἐπέχει, πύργοις ἐξ ἴσου διαστήματος κεκοσμημένος. Ἐπὶ δὲ τῶν μεταπυργίων τούς τε ὀξυβελεῖς καὶ καταπέλτας καὶ λιθοβόλα καὶ πᾶν ἀφετήριον ὄργανον τιθέασιν, ἅπαντα πρὸς τὰς βολὰς ἕτοιμα. Πύλαι δὲ ἐνοικοδομοῦνται τέσσαρες καθ' ἕκαστον τοῦ περιβόλου κλίμα πρός τε εἰσόδους τῶν ὑποζυγίων εὐμαρεῖς καὶ πρὸς ἐκδρομὰς αὐτῶν, εἰ κατεπείγοι, πλατεῖαι. Ῥυμοτομοῦσι δὲ εὐδιαθέτως εἴσω τὸ στρατόπεδον. Καὶ μέσας μὲν τὰς τῶν ἡγεμόνων σκηνὰς τίθενται, μεσαίτατον δὲ τούτων τὸ στρατήγιον, ναῷ παραπλήσιον· ὥσπερ δὲ ἐν σχεδίῳ πόλις καὶ ἀγορά τις ἀποδείκνυται καὶ χειροτέχναις χωρίον, θῶκοί τε λοχαγοῖς καὶ ταξιάρχοις, ὅπῃ δικάζοιεν εἴ τινες διαφέροιντο. Τειχίζεται δὲ ὁ περίβολος καὶ τὰ ἐν

misisset præter quinque millia peditum, quorum pars major erant sagittarii : adeo ut omnes copiæ, regiis in eundem numerum adscriptis, tam pedites quam equites, in sexaginta millia colligerentur, præter calones, qui magna quidem multitudine sequebantur, quod vero exercitatione bellica assueti essent, haud secernendi sunt a viris militaribus, pacis quidem tempore in dominorum exercitiis assidue versantes, bellique pericula una cum illis adeuntes, ut neque peritia neque viribus a quopiam nisi a dominis superentur.

CAP. V. (VI.)

Et in hoc quidem alicui mirari subeat providam Romanorum curam, ita suum in usum servos instituentium, ut non solum vitæ ministeriis, sed belli etiam necessitatibus accommodati sint. Si quis autem eorum ceteram quoque militarem respexerit disciplinam, profecto cognoscet tantum eos imperium non fortunæ munere, sed propria virtute adeptos esse. Non enim armis uti incipiunt, bello ingruente, neque solum urgente necessitate manus movent, ut qui pacis tempore requieverint, sed quasi illis a natura insitus esset armorum usus, nunquam ab exercitatione feriantur, neque belli tempora exspectant. Meditatio autem militaris illis nihil a vera contentione discrepat, sed quotidie miles unusquisque summa cum alacritate tanquam in bello exercetur : quo factum ut levissime dimicationes perferant. Neque enim ordinem non conservando a consueto statu dimoventur, neque metu consternantur, neque labore vires illis exhauriuntur. Atque inde est quod semper eos superent, quos non itidem firmos et immotos invenerint : et haud erraverit si quis eorum exercitationes conflictus esse dixerit sine sanguine, verum prælia exercitationes sanguineas. Neque enim repentino hostium incursu facile opprimi possunt, sed quacunque in hostilem terram impressionem fecerint, non prius se in aciem committunt quam circumvallentur castra. Non levi autem opere, nec solo inæquali statuunt castra, neque omnes aut nullo ordine occupantur : sed si forte accidat ut locus sit inæqualis, in planum redigitur ; atque castra ita illis dimensa sunt et descripta, ut formam habeant quadratam. Quippe multi fabri lignarii cum instrumentis ad exstructionem necessariis eos sequuntur.

2. Et partem quidem interiorem tentoriis occupant, extrinsecus vero castrorum ambitus muri speciem præ se fert, turribus æquo inter se spatio distantibus instructus. Per intervalla autem scorpiones et catapultas et ballistas et alia omnia missilium organa disponunt, cuncta ad aliquid jaciendum accommodata. Portas autem quattuor inædificant ad unamquamque ambitus plagam, tam ad introitus jumentorum faciles, quam ad excursus si opus sit faciendos latas. Et introrsum castra in vicos commode admodum dividunt. Atque in medio quidem vicorum ponunt ducum tabernacula : horum autem ipsissimo in medio prætorium ad templi similitudinem : ac quasi de subito facta conspicitur civitas, et forum quoddam atque opificibus statio; item sedilia agminum ductoribus et ordinum principibus, ubi lites, si quæ oriantur, dijudicent. Excitatur autem ambi-

αὐτῷ πάντα θᾶσσον ἐπινοίας πλήθει καὶ ἐπιστήμῃ τῶν πονούντων. Εἰ δὲ ἐπείγοι, καὶ τάφρος ἔξωθεν περιβάλλεται, βάθος τετράπηχυς καὶ εὖρος ἴσον.

γ'. Φραξάμενοι δὲ αὐλίζονται κατὰ συντάξεις ἕκαστοι μεθ' ἡσυχίας τε καὶ κόσμου. Πάντα δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ ἄλλα μετ' εὐταξίας ἀνύεται καὶ ἀσφαλείας, ξυλεία καὶ ἐπισιτισμὸς, εἰ δέοιντο, καὶ ὑδρεία κατὰ συντάξεις ἑκάστοις. Οὔτε γὰρ δεῖπνον ἢ ἄριστον ὁπότε θελήσειαν αὐτεξούσιον ἑκάστῳ, πᾶσι δὲ ὁμοῦ. Τούς τε ὕπνους αὐτοῖς καὶ τὰς φυλακὰς καὶ τὰς ἐξεγέρσεις σάλπιγγες προσημαίνουσιν, οὐδ' ἔστιν ὅτι γίνεται δίχα παραγγέλματος. Ὑπὸ δὲ τὴν ἕω τὸ στρατιωτικὸν μὲν ἐπὶ τοὺς ἑκατοντάρχας ἕκαστοι, πρὸς δὲ τοὺς χιλιάρχους οὗτοι συνίασιν ἀσπασόμενοι, μεθ' ὧν πρὸς τὸν ἡγεμόνα τῶν ὅλων οἱ ταξίαρχαι πάντες. Ὁ δὲ αὐτοῖς τότε ἐξ ἔθους σημεῖον καὶ τὰ ἄλλα παραγγέλματα δίδωσι διαφέρειν εἰς τοὺς ὑποτεταγμένους· ὃ δὴ καὶ ἐπὶ παρατάξεως πράττοντες ἐπιστρέφονται ταχέως, ἵνα, εἰ δέοι, καὶ πρὸς τὰς ἐφόδους αὐτοῖς καὶ πρὸς τὰς ἀνακλήσεις χωρῶσιν ἀθρόοι.

δ'. Ἐξιέναι δὲ τοῦ στρατοπέδου δέον, ὑποσημαίνει μὲν ἡ σάλπιγξ, ἠρεμεῖ δὲ οὐδεὶς, ἀλλ' ἅμα νεύματι τὰς μὲν σκηνὰς ἀναιροῦσι, πάντα δὲ ἐξαρτύονται πρὸς τὴν ἔξοδον, καὶ πάλιν αἱ σάλπιγγες ὑποσημαίνουσι παρεσκευάσθαι. Οἱ δὲ ἐν τάχει τοῖς τε ὀρεῦσι καὶ τοῖς ὑποζυγίοις ἐπιτιθέντες τὴν ἀποσκευὴν ἑστᾶσιν ὥσπερ ἐφ' ὕσπληγος ἐξορμᾶν ἕτοιμοι, ὑποπιμπρᾶσί τε ἤδη τὴν παρεμβολὴν, ὡς αὐτοῖς μὲν ὂν ῥᾴδιον ἐκεῖ πάλιν τειχίσασθαι, μὴ γένοιτο δὲ ἐκεῖνο ποτὲ τοῖς πολεμίοις χρήσιμον. Καὶ τρίτον δὲ ὁμοίως αἱ σάλπιγγες προσημαίνουσι τὴν ἔξοδον, ἐπισπέρχουσαι τοὺς δι' αἰτίαν τινὰ βραδύνοντας, ὡς μή τις ἀπολειφθείη τάξεως. Ὅ τε κῆρυξ δεξιὸς τῷ πολεμάρχῳ παραστὰς, εἰ πρὸς πόλεμόν εἰσιν ἕτοιμοι, τῇ πατρίῳ γλώσσῃ τρὶς ἀναπυνθάνεται. Κἀκεῖνοι τοσαυτάκις ἀντιβοῶσι μέγα τι καὶ πρόθυμον, ἕτοιμοι λέγοντες εἶναι φθάνουσί τε τὸν ἐπερωτῶντα, καί τινος ἀρηΐου πνεύματος ὑποπιμπλάμενοι τῇ βοῇ συνεξαίρουσι τὰς δεξιάς.

ε'. Ἔπειτα προϊόντες ὁδεύουσιν ἡσυχῇ καὶ μετὰ κόσμου πάντες, ὥσπερ ἐν πολέμῳ τὴν ἰδίαν τάξιν ἕκαστος φυλάσσων, οἱ μὲν πεζοὶ θώραξί τε πεφραγμένοι καὶ κράνεσι καὶ μαχαιροφοροῦντες ἀμφοτέρωθεν, μακρότερον δὲ αὐτῶν τὸ λαιὸν ξίφος πολλῷ· τὸ γὰρ κατὰ δεξιὸν σπιθαμῆς οὐ πλέον ἔχει μῆκος. Φέρουσι δὲ οἱ μὲν περὶ τὸν στρατηγὸν ἐπίλεκτοι πεζοὶ λόγχην καὶ ἀσπίδα, ἡ δὲ λοιπὴ φάλαγξ ξυστόν τε καὶ θυρεὸν ἐπιμήκη, πρὸς οἷς πρίονα καὶ κόφινον, ἄμην τε καὶ πέλεκυν, πρὸς δὲ ἱμάντα καὶ δρέπανον καὶ ἅλυσιν, ἡμερῶν τε τριῶν ἐφόδιον, ὡς ὀλίγον ἀποδεῖν τῶν ἀχθοφορούντων ὀρέων τὸν πεζόν. Τοῖς δὲ ἱππεῦσι μάχαιρα μὲν ἐκ δεξιοῦ μακρὰ καὶ κοντὸς ἐπιμήκης ἐν χειρὶ, θυρεὸς δὲ παρὰ πλευρὸν ἵππου πλάγιος, καὶ κατὰ γωρυτοῦ παρήρτηνται τρεῖς ἢ πλείους ἄκοντες, πλατεῖς μὲν αἰχμὰς, οὐκ ἀποδέοντες δὲ δοράτων μέγεθος· κράνη δὲ

tus et quæ in eo sunt omnia prius opinione parantur, propter operariorum multitudinem et scientiam. Quodsi res urgeat, fossa etiam extra vallum circumjicitur, profunda quattuor cubitis totidemque lata.

3. Quum autem communiuntur, singuli per contubernia quiete et decenter in tentoriis agunt. Etiam cetera omnia illis bono cum ordine satisque secure expediuntur; a singulis nempe per contubernia ligni et frumenti, si opus sit, et aquæ copia comportatur. Nec enim cœnam vel prandium, prout libuerit, sumere cujusquam in potestate est, simul vero ab omnibus sumuntur. Somni etiam tempus et vigiliarum et excitationum ipsis præsignificant tubæ, neque quidquam omnino est quod sine mandato fiat. Mane autem milites quidem ad centuriones singuli, illi vero ad tribunos salutandos conveniunt, cum quibus ad summum omnium ducem universi ordinum principes eunt. Ille autem ipsis pro more signum aliaque in mandatis dat subditis perferenda: quibus in acie quoque observatis, celeriter convertuntur, ut, ubi opus sit, et ad incursiones illis et revocati densis procedant agminibus.

4. Quum autem castris digrediendum est, signum dat tuba, nemoque remisse se gerit, sed primum ad nutum tollunt tabernacula, omniaque ad exitum et profectionem apparant, iterumque paratos esse significat tuba. Atque illi celeriter mulis et jumentis imponentes sarcinas stant veluti in carceribus ad egrediendum parati. Ac jam castris ignem subjiciunt, ut quibus facile foret iterum ea ibidem construere, et ne hostibus quandoque ea usui essent. Et tertio quoque exitum præsignificant tubæ, excitantes urgentesque aliqua de causa tardiusculos, ne quis forte ordinem deserat. Tum præco ad dextram imperatoris stans an ad bellum parati sint lingua vernacula ter percontatur. Atque illi toties contra acclamant magna et alacri voce, paratos se esse dicentes, interrogantemque fere præveniunt, et martio quodam spiritu oppleti cum clamore dextras attollunt.

5. Deinde progredientes tacite incedunt decenterque universi, tanquam in bello suum quisque ordinem servantes, pedites quidem thoracibus et galeis septi et utroque latere gladiis accincti: gladius autem quem lævo gerunt multo longior est; nam qui ad dextrum longitudine palmam non excedit. Qui vero imperatorem stipant pedites electi, lanceas gestant et clypeos: cetera autem phalanx hastas et scuta oblonga; prætereaque serram et corbem rutrumque et securim, necnon et lorum et falcem et catenam triduique viaticum, adeo ut a mulis sarcinariis parum absint pedites. Equitibus autem ad latus dextrum gladius est oblongus, et contus item longus in manu, transversusque ad equi latus clypeus, et in pharetra gestantur tria aut plura jacula cuspide lata et hastis magnitudine non cedentia; etiam

καὶ θώρακες ὁμοίως τοῖς πεζοῖς ἅπασιν. Οὐδενὶ δὲ ὅπλῳ διαλλάττουσιν οἱ περὶ τὸν στρατηγὸν ἐπίκριτοι τῶν ἐν ταῖς ἴλαις ἱππέων, κλήρῳ δὲ τῶν ταγμάτων ἀεὶ τὸ λαχὸν ἡγεῖται.

ς'. Τοιαῦται μὲν οὖν αἱ Ῥωμαίων πορεῖαί τε καὶ καταλύσεις, πρὸς δὲ ὅπλων διαφοραί. Οὐδὲν δὲ ἀπροβούλευτον ἐν ταῖς μάχαις οὐδὲ αὐτοσχέδιον, ἀλλὰ γνώμη μὲν ἀεὶ παντὸς ἔργου προάγει, τοῖς δοχθεῖσι δὲ ἕπεται τὰ ἔργα· παρ' ὃ καὶ σφάλλονται μὲν ἥκιστα, κἂν πταίσωσι δὲ, ῥᾳδίως ἀναλαμβάνουσι τὰ σφάλματα. Ἡγοῦνταί τε τῶν ἀπὸ τύχης ἐπιτευγμάτων ἀμείνους τὰς ἐπὶ τοῖς προβουλευθεῖσι διαμαρτίας, ὡς τοῦ μὲν αὐτομάτου καλοῦ δελεάζοντος εἰς ἀπρομήθειαν, τῆς σκέψεως δὲ, κἂν ἀτυχήσῃ ποτὲ, πρὸς τὸ μὴ αὖθις καλὴν ἐχούσης μελέτην· καὶ τῶν μὲν αὐτομάτων ἀγαθῶν οὐ τὸν λαβόντα αἴτιον εἶναι, τῶν δὲ παρὰ γνώμην προσπεσόντων σκυθρωπῶν παραμυθίαν τό γε προσηκόντως βεβουλεῦσθαι.

ζ'. Παρασκευάζουσι μὲν οὖν ἐν ταῖς μελέταις τῶν ὅπλων οὐ τὰ σώματα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ψυχὰς ἀλκίμους. Προσασκοῦνται δὲ καὶ τῷ φόβῳ. Οἵ τε γὰρ νόμοι παρ' αὐτοῖς οὐ λιποταξίου μόνον, ἀλλὰ καὶ ῥᾳστώνης ὀλίγης θανατικοὶ, οἵ τε στρατηγοὶ τῶν νόμων φοβερώτεροι· ταῖς γὰρ πρὸς τοὺς ἀγαθοὺς τιμαῖς ῥύονται τοῦ δοκεῖν ὠμοὶ πρὸς τοὺς κολαζομένους. Τοσοῦτον δὲ αὐτῶν τὸ πρὸς τοὺς ἡγεμόνας πειθήνιον, ὡς ἔν τε εἰρήνῃ κόσμον εἶναι καὶ ἐπὶ παρατάξεως ἓν σῶμα τὴν ὅλην στρατιάν. Οὕτως αὐτῶν συναφεῖς μὲν αἱ τάξεις, εὔστροφοι δέ εἰσιν αἱ περιαγωγαὶ, ὀξεῖαι δὲ ἀκοαὶ μὲν παραγγέλμασιν, ὄψεις δὲ σημείοις, ἔργοις δὲ χεῖρες. Ὅθεν δρᾶσαι μὲν ἀεὶ ταχεῖς, βραδύτατοι δὲ παθεῖν εἰσιν. Οὐδὲ ἔστιν ὅπου συστάντες ἢ πλήθους ἡττήθησαν ἢ στρατηγημάτων ἢ δυσχωρίας, ἀλλ' οὐδὲ τύχης· καὶ γὰρ ταύτης αὐτοῖς τὸ κρατεῖν βεβαιότερον. Οἷς οὖν βουλὴ μὲν ἄρχει πράξεως, ἕπεται δὲ τοῖς βεβουλευμένοις στρατὸς οὕτω δραστήριος, τί θαυμαστὸν εἰ πρὸς ἕω μὲν Εὐφράτης, ὠκεανὸς δὲ πρὸς ἑσπέραν, μεσημβρινὸν δὲ Λιβύης τὸ πιότατον, καὶ πρὸς ἄρκτον Ἴστρος τε καὶ Ῥῆνος τῆς ἡγεμονίας ὅροι; δεόντως γὰρ ἄν τις εἴποι τὸ κτῆμα τῶν κτησαμένων ἔλασσον.

η'. Ταῦτα μὲν οὖν διεξῆλθον οὐ Ῥωμαίους ἐπαινέσαι προαιρούμενος τοσοῦτον ὅσον εἴς τε παραμυθίαν τῶν κεχειρωμένων καὶ εἰς ἀποτροπὴν τῶν νεωτεριζόντων. Εἴη δ' ἂν τοῖς ἀγνοοῦσι τῶν φιλοκαλούντων καὶ πρὸς ἐμπειρίαν ἡ ἀγωγὴ τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς. Ἐπάνειμι δὲ ὅθεν ἐπὶ ταῦτα ἐξέβην.

ΚΕΦ. ς'.

Οὐεσπασιανὸς μὲν ἅμα τῷ παιδὶ Τίτῳ διατρίβων τέως ἐν Πτολεμαΐδι συνέτασσε τὰς δυνάμεις. Ὁ δὲ τὴν Γαλιλαίαν κατατρέχων Πλάκιδος, ἐπεὶ πολὺ μὲν πλῆθος ἀνῃρήκει τῶν καταλαμβανομένων (τοῦτο δὲ ἦν τὸ ἀσθενέστερον Γαλιλαίων καὶ ταῖς ψυχαῖς ἐναποκάμνον), ὁρῶν δὲ τὸ μάχιμον ἀεὶ συμφεῦγον εἰς τὰς ὑπὸ

galeas et loricas omnes habent, uti pedites. Qui vero delecti imperatori a satellitio sunt, nullo armorum genere ab equitibus turmarum discrepant: semperque agmina, cui sorte id obtigerit, is ducit.

6. Et ejusmodi quidem sunt Romanorum itinera et mansiones, itemque armorum differentia. In præliis autem nihil inconsulto et temere agunt aut subito et præcipiti impetu, sed prius semper consilia ineunt quam manum operi admoveant, et tunc demum opus exsequuntur, quum de eo fuerit existimatum. Qua re fit ut aut quam minime errent, aut si erraverint facile possint errores corrigere. Imo infortunium, quod consultationem prius adhibitam sequitur, melius esse arbitrantur prosperis successibus qui fortunæ debentur; quasi bonum quidem fortuitum eos alliciat ad negligentiam, consultatio vero, etsi aliquando male cedat, ad cavendum ne idem rursus eveniat rectam cogitationem suggerat; et bonorum quidem fortuitorum non eum auctorem esse cui contigerint, tristium vero quæ præter sententiam accidunt solamen esse quod bene consulta fuerint.

7. Et armorum quidem exercitatione efficitur ut non modo corpora, sed animi quoque militum fortiores sint. Quin et necesse est ut in armis se exerceant pœnæ formidine. Nam et leges apud eos non solum ob aciem desertam, sed etiam ob quamvis inertiam et socordiam pœnam irrogant capitalem; et imperatores magis quam ipsæ leges terribiles: fortes vero honoribus afficiendo faciunt ne crudeles videantur in eos qui supplicia luunt. Tanto autem obsequio ducibus obtemperant, ut et in pace ornamento sint et in acie totus exercitus unum videatur corpus. Ita inter se apti copulatique sunt ordines, et faciles circumductiones, ita acutis auribus ad mandata, oculisque ad signa attentis et ad opera manibus. Unde semper ad agendum quidem celeres, ad patiendum vero tardissimi sunt. Nec est ubi prælium committentes aut multitudini cesserint, aut strategematis, aut locorum difficultati; imo ne fortunæ quidem: nam hac quoque certior est illis et constantior victoria. Quibus itaque consilium quidem rerum gerendarum initium est, consultaque adeo strenuus sequitur exercitus, quid miri si ab oriente Euphrates, et Oceanus ad occasum, itemque a meridie Africæ regio fertilissima, et ad septemtrionem Ister et Rhenus imperii limites sint? Nam jure merito quis dixerit ditionem dominis minorem esse.

8. Et ista quidem persequutus sum non tam proposito laudibus efferendi Romanos quam ut et solamen devictis adhiberem, et novarum rerum cupidos ab istis absterrerem. Fortasse autem Romanæ militiæ via et ratio illis ad experientiam aliquid conferet, qui bonarum artium studiosi rei hujusce ignari sint. Sed eo unde huc digressus sum redeo.

CAP. VI. (VII.)

Vespasianus quidem una cum Tito filio in Ptolemaide interim moratus exercitum ordinabat. At vero Galilæam incursibus vastans Placidus, postquam magnam quidem eorum quos comprehenderat multitudinem interemerat (hæc autem erat Galilæorum plebs imbecillior, et quibus animi fatiscebant), videbatque pugnacissimos quosque sem-

τοῦ Ἰωσήπου τειχισθείσας πόλεις, ὥρμησεν ἐπὶ τὴν ὀχυρωτάτην αὐτῶν Ἰωτάπατα, οἰόμενος ἐξ ἐφόδου μὲν αἱρήσειν ῥᾳδίως, μέγα δὲ κλέος ἑαυτῷ παρὰ τοῖς ἡγεμόσι κἀκείνοις ὄφελος εἰς τὰ λοιπὰ παρέξειν· προσχωρήσειν γὰρ δέει τὰς ἄλλας πόλεις, τῆς καρτερωτάτης ἐχομένης. Πολύ γε μὴν διήμαρτε τῆς ἐλπίδος. Ἐπιόντα γὰρ αὐτὸν οἱ Ἰωταπατηνοὶ προαισθόμενοι πρὸ τῆς πόλεως ἐκδέχονται, καὶ τοῖς Ῥωμαίοις συρραγέντες ἀδοκήτως, πολλοὶ καὶ πρὸς μάχην ἕτοιμοι πρόθυμοί τε, ὡς ἂν ὑπὲρ κινδυνευούσης πατρίδος καὶ γυναικῶν καὶ τέκνων, τρέπονται ταχέως, καὶ πολλοὺς μὲν τιτρώσκουσι τῶν Ῥωμαίων, ἑπτὰ δὲ ἀναιροῦσι, διὰ τὸ μήτε ἄτακτον αὐτῶν τὴν ὑποχώρησιν γενέσθαι καὶ τὰς πληγὰς ἐπιπολαίους, πεφραγμένων πάντοθεν τῶν σωμάτων, τούς τε Ἰουδαίους πόρρωθεν βάλλειν πλέον ἢ συμπλέκεσθαι θαρρεῖν, γυμνῆτας ὁπλίταις. Ἔπεσον δὲ καὶ τῶν Ἰουδαίων τρεῖς ἄνδρες καὶ ἐτρώθησαν ὀλίγοι. Ὁ Πλάκιδος μὲν οὖν τῆς ἐπὶ τὴν πόλιν ὁρμῆς ἀτονώτερος εὑρεθεὶς φεύγει.

(Η'.) β'. Οὐεσπασιανὸς δὲ ὡρμημένος αὐτὸς ἐμβάλλειν εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἐξελαύνει τῆς Πτολεμαΐδος, διατάξας τὴν στρατιὰν ὁδεύειν, καθὰ Ῥωμαίοις ἔθος. Τοὺς μέν γε ψιλοὺς τῶν ἐπικούρων καὶ τοξότας προάγειν ἐκέλευσεν, ὡς ἀνακόπτοιεν τὰς ἐξαπιναίους τῶν πολεμίων ἐπιδρομὰς καὶ διερευνῷεν τὰς ὑπόπτους καὶ λοχᾶσθαι δυναμένας ὕλας. Οἷς εἵπετο καὶ Ῥωμαίων ὁπλιτικὴ μοῖρα, πεζοί τε καὶ ἱππεῖς. Τούτοις ἀφ' ἑκάστης ἑκατονταρχίας ἠκολούθουν δέκα, τήν τε αὐτῶν σκευὴν καὶ τὰ μέτρα τῆς παρεμβολῆς φέροντες, καὶ μετ' αὐτοὺς ὁδοποιοί, τά τε σκολιὰ τῆς λεωφόρου κατευθύνειν καὶ χθαμαλοῦν τὰ δύσβατα, καὶ τὰς ἐμποδίους ὕλας προανακόπτειν, ὡς μὴ ταλαιπωροῖτο δυσποροῦν τὸ στράτευμα. Κατόπιν δὲ τούτων, τάς τε ἰδίας καὶ τὰς τῶν ὑπ' αὐτὸν ἡγεμόνων ἔταξεν ἀποσκευάς, καὶ συχνοὺς ἐπὶ τούτοις πρὸς ἀσφάλειαν τῶν ἱππέων. Μεθ' οὓς αὐτὸς ἐξήλαυνε, τούς τε ἐπιλέκτους τῶν πεζῶν καὶ ἱππέων καὶ τοὺς λογχοφόρους ἔχων· εἵπετο δὲ αὐτῷ τὸ ἴδιον τοῦ τάγματος ἱππικόν, ἴδιοι γὰρ ἑκάστου τάγματος εἴκοσι πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἱππεῖς. Τούτοις δὲ ἠκολούθουν οἱ τὰς ἑλεπόλεις φέροντες ὀρεῖς καὶ τὰ λοιπὰ μηχανήματα. Μετὰ δὲ τούτους ἡγεμόνες τε καὶ σπειρῶν ἔπαρχοι σὺν χιλιάρχοις, ἐπιλέκτους περὶ σφᾶς στρατιώτας ἔχοντες. Ἔπειτα αἱ σημαῖαι περιίσχουσαι τὸν ἀετόν, ὃς παντὸς ἄρχει Ῥωμαίοις τάγματος, βασιλεύς τε οἰωνῶν ἁπάντων καὶ ἀλκιμώτατος ὤν· ὃ | δὴ καὶ τῆς ἡγεμονίας τεκμήριον αὐτοῖς καὶ κληδὼν ἐφ' οὓς ἂν ἴωσι τοῦ κρατήσειν δοκεῖ. Τοῖς ἱεροῖς δὲ ἠκολούθουν οἱ σαλπιγκταί, καὶ κατόπιν αὐτῶν ἡ φάλαγξ τὸ στῖφος εἰς ἓξ πλατύνουσα. Τούτοις παρείπετό τις ἑκατοντάρχης ἐξ ἔθους τὴν τάξιν ἐπισκοπούμενος. Τὸ δὲ οἰκετικὸν ἑκάστου τάγματος ἅπαν τοῖς πεζοῖς εἵπετο, τὰς ἀποσκευὰς τῶν στρατιωτῶν ἐπὶ τοῖς ὀρεῦσι καὶ τοῖς ὑποζυγίοις ἄγοντες. Κατόπιν δὲ πάντων τῶν ταγμάτων ὁ μίσθιος

per in civitates confugere, quas Josephus communierat, ad munitissimam omnium, Jotapata, properavit, existimans eam quidem primo impetu facile captum iri, magnam vero apud duces sibimet gloriam, atque illis ad reliquas res gerendas emolumentum acquisiturum esse: alias quippe civitates metu deditionem facturas esse, validissima occupata. Ceterum de spe multum aberravit. Nam quum ipsum adventantem præsensissent Jotapateni, extra urbem excipiunt, prælioque ex improviso Romanos adorti, multi et ad pugnam parati simul et acres, utpote pro salute patriæ et conjugum et liberorum, statim eos in fugam vertunt, plurimosque e Romanis sauciant, septem vero solum interficiunt, quod solutis nequaquam ordinibus pedem referrent, septisque undique corporibus summa tantum cute vulnerati essent, et Judæi magis eminus jaculari quam manus conserere auderent, leviter armati cum gravis armaturæ militibus. Ex ipsis autem Judæis tres ceciderunt, paucis præterea sauciatis. Et Placidus quidem infirmior compertus quam ut urbem aggrederetur in fugam se conjicit.

(VIII.) 2. Vespasianus vero quum ipse desiderio flagrasset invadendi Galilæam, egreditur Ptolemaide, exercitus profectione ordinata more Romano. Auxilia enim levis armaturæ et sagittarios præire jussit, ut repentinos hostium incursus inhiberent, utque suspectas et opportunas insidiis silvas scrutarentur. Quos sequebatur Romanorum peditatus equitatusque pars gravis armaturæ. Illos excipiebant e singulis centuriis deni, et arma sua necessariaque portantes et castrorum mensuras. Et post illos ibant itineris patefactores, ut et obliqua viarum recta facerent et aspera complanarent, silvasque obstantes præciderent, ne transitu difficili et impedito fatigaretur exercitus. Illorum autem a tergo et sua et legatorum impedimenta ordinavit, quibus securitatis gratia multos equites adjunxit. Post quos ipse incedebat, pedites delectos equitesque et lancearios secum habens, ipsumque sequebatur proprius legioni equitatus: proprii enim erant unicuique legioni equites centum et viginti. Illis vero proximi ibant muli qui helepoles aliasque machinas ferebant. Post illos legati et cohortium præfecti cum tribunis, lectis militibus stipati. Deinde signa aquilæ circumdata, quæ omni legioni apud Romanos præest, regina ipsa omnium avium, eademque valentissima: unde etiam imperii signum ipsis est et velut omen victoriæ in quoscunque eunt. Sacra autem signa sequebantur tubicines: et post hos phalanx senûm virorum ordinibus dilatata; quibus adjunctus erat ex more centurio quidam, cujus munus erat inspicere ordinem servandum. Servi autem cuncti uniuscujusque legionis pedites sequebantur, militum impedimenta mulis et jumentis agentes. Et post omnes legiones multitudo mercenariorum, quos securitatis gratia agminum

ὄχλος, οἷς οὐραγοὶ πρὸς ἀσφάλειαν ἠκολούθουν πεζοί τε καὶ ὁπλῖται καὶ τῶν ἱππέων συχνοί.

γʹ. Οὕτως ὁδεύσας Οὐεσπασιανὸς μετὰ τῆς δυνάμεως πρὸς τοὺς ὅρους ἀφικνεῖται τῆς Γαλιλαίας, ἔνθα καταστρατοπεδευσάμενος ὡρμημένους εἰς πόλεμον τοὺς στρατιώτας κατεῖχεν, ἐπιδεικνύμενός τε τὴν στρατιὰν εἰς κατάπληξιν τοῖς πολεμίοις, καὶ μετανοίας διδοὺς καιρὸν, εἰ πρὸ μάχης μεταβάλοιντο. Ἅμα δὲ καὶ πρὸς πολιορκίαν τῶν ἐρυμάτων ἐξηρτύετο. Μετάνοιαν μὲν οὖν τῆς ἀποστάσεως ὀφθεὶς ὁ στρατηγὸς πολλοῖς ἐνειργάσατο, κατάπληξιν δὲ πᾶσιν. Οἱ γὰρ περὶ τὸν Ἰώσηπον ἐστρατοπεδευκότες οὐκ ἄποθεν τῆς Σεπφώρεως, παρὰ πόλιν Γαρὶν καλουμένην, ἐπεὶ πλησιάζοντα τὸν πόλεμον ἤκουσαν ὅσον τε οὔπω τοὺς Ῥωμαίους συμμίξοντας σφίσιν, οὐ μόνον πρὸ μάχης, ἀλλὰ καὶ πρὶν ἰδεῖν τοὺς ἐχθροὺς, διασκίδνανται φυγῇ. Καταλείπεται δὲ ὁ Ἰώσηπος μετ' ὀλίγων, καὶ κατιδὼν ὡς οὔτε δέχεσθαι τοὺς πολεμίους ἀρκετὴν ἔχει δύναμιν, καὶ πεπτωκότα τὰ φρονήματα τῶν Ἰουδαίων, ἄσμενοί τε ἂν εἰ πιστεύοιντο χωροῖεν οἱ πλείους ἐπὶ σπονδὰς, ἐδεδίει μὲν ἤδη περὶ παντὸς τοῦ πολέμου, τότε δὲ ὡς πορρωτάτω χωρίζεσθαι τῶν κινδύνων ἔκρινεν· ἀναλαβὼν δὲ τοὺς συμμείναντας εἰς Τιβεριάδα καταφεύγει.

coactores excipiebant, pedites levis gravisque armaturæ cum multis equitibus.

3. In hunc modum profectus Vespasianus cum copiis suis ad Galilææ fines pervenit : ubi castris positis milites ad bellum incitatos continebat, in hostium conspectum adducens exercitum, ut et terrorem illis incuteret, et spatii aliquid daret ad resipiscendum, si vellent ante prælium consilia mutare. Simul autem omnia ad munitiones oppugnandas parabat. Et conspectus quidem exercitus dux fecit ut multos defectionis pœniteret utque animis consternarentur omnes. Nam Josephus et qui cum eo castra posuerant non longe a Sepphori, ad urbem Garin appellatam, postquam hostes in propinquo esse acceperant, et Romanos fere in eo esse ut manus secum consererent, non solum ante pugnam, sed etiam antequam hostes conspicerent fuga disjecti sunt. Cum paucis autem Josephus, ubi animadvertit quod ad excipiendos hostes non satis copiarum haberet et Judæorum animi concidissent, quodque libenter, si crederentur, plerique ad fœdera irent, jam tum metuebat de totius belli eventu, et eo tempore quam longissime a periculis se subducere statuebat; assumptisque qui cum ipso remanserant, Tiberiadem confugit.

ΚΕΦ. Ζʹ.

CAP. VII. (IX.)

Οὐεσπασιανὸς δὲ τῇ πόλει τῶν Γαδαρέων ἐπελθὼν αἱρεῖ τε κατὰ πρώτην ἔφοδον αὐτὴν, μαχίμου πλήθους ἔρημον καταλαβὼν, καὶ παρελθὼν εἴσω πάντας ἡβηδὸν ἀναιρεῖ, μηδεμιᾶς τῶν Ῥωμαίων ἡλικίας ἔλεον ποιουμένων, μίσει τῷ πρὸς τὸ ἔθνος, καὶ μνήμῃ τῆς κατὰ τὸν Κέστιον αὐτῶν παρανομίας. Ἐμπίπρησι δ' οὐ μόνον αὐτὴν τὴν πόλιν, ἀλλὰ καὶ τὰς πέριξ κώμας πάσας τε καὶ πολίχνας, ἃς μὲν παντελῶς ἐκλελειμμένας, ἔστι δὲ ἃς αὐτὸς ἐξανδραποδιζόμενος.

Vespasianus autem, Gadarensium civitatem adortus, et primo impetu eam in potestatem suam redigit, quod civibus plerisque ætatis militaris vacuam reperisset, et in eam ingressus puberes omnes interfici jussit, Romanis nulli ætati misericordiam adhibentibus, tam ex odio in gentem quam memoria iniquitatis illorum in Cestium. Incendit autem non solum civitatem istam, sed etiam omnes circumcirca vicos et oppidula, nonnullis quidem penitus derelictis, ex aliis vero incolis in captivitatem ab ipso abductis.

Quum primum vero Hierosolyma ingressus est Joannes, civitas omnis ad eum se effudit: et in ingentem turbam circa singulos, qui una confugerant, congregati, quas foris experti essent clades percontabantur. Illorum autem fervens quidem anhelitus, singultim tractus, necessitatem indicabat. Verumtamen etiam in malis sibi arrogabant, non Romanos se fugisse dicentes, sed venire ut cum illis ex loco tutiori pugnarent: inconsultorum enim atque inutilium esse hominum, temere pro Gischalis et invalidis oppidulis in periculum se conjicere, quum arma vigoremque oporteat pro metropoli recondere atque servare. Inde autem Gischalorum excidium referebant, et honestam quam simulabant discessionem suam multi fugam esse reputabant. Auditis autem quæ captivis acciderant, non mediocris populum occupabat confusio, atque inde certa excidii sui colligebant indicia. At Joannes, eorum quidem causa

δὲ ἐπὶ μὲν τοῖς καταλειφθεῖσιν ἧττον ἠρυθρία, περιιὼν δὲ ἑκάστους ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐνῆγε ταῖς ἐλπίσι, τὰ μὲν Ῥωμαίων ἀσθενῆ κατασκευάζων, τὴν δὲ οἰκείαν δύναμιν ἐξαίρων, καὶ κατειρωνευόμενος τῆς τῶν ἀπείρων ἀγνοίας, ὡς οὐδ' ἂν πτερὰ λαβόντες ὑπερβαῖέν ποτε Ῥωμαῖοι τὸ Ἱεροσολύμων τεῖχος, οἱ περὶ ταῖς τῶν Γαλιλαίων κώμαις κακοπαθοῦντες, καὶ πρὸς τοῖς ἐκεῖ τείχεσι κατατρίψαντες τὰς μηχανάς.

β'. Τούτοις τὸ πολὺ τῶν νέων προσδιεφθείρετο, καὶ πρὸς μὲν τὸν πόλεμον ἦρτο, τῶν δὲ σωφρονούντων καὶ γηραιῶν οὐκ ἦν ὅστις οὐ τὰ μέλλοντα προορώμενος ὡς ἤδη τῆς πόλεως οἰχομένης ἐπένθει. Ὁ μὲν οὖν δῆμος ἦν ἐν τοιαύτῃ συγχύσει· προδιέστη δὲ τὸ κατὰ τὴν χώραν πλῆθος τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις στάσεως. Ὁ μὲν γὰρ Τίτος ἀπὸ Γισχάλων εἰς Καισάρειαν, Οὐεσπασιανὸς δὲ ἀπὸ Καισαρείας εἰς Ἰάμνειαν καὶ Ἄζωτον ἀφικόμενος παρίσταταί τε αὐτὰς καὶ φρουροὺς ἐγκαταστήσας ὑπέστρεψε, πολὺ πλῆθος ἐπαγόμενος τῶν ἐπὶ δεξιᾷ προσκεχωρηκότων. Ἐκινεῖτο δὲ ἐν ἑκάστῃ πόλει ταραχὴ καὶ πόλεμος ἐμφύλιος, ὅσοι τε ἀπὸ Ῥωμαίων ἀνέπνεον, εἰς ἀλλήλους τὰς χεῖρας ἐπέστρεφον. Ἦν δὲ τῶν ἐρώντων τοῦ πολέμου πρὸς τοὺς ἐπιθυμοῦντας εἰρήνης ἔρις χαλεπή. Καὶ πρῶτον μὲν ἐν οἰκίαις ἥπτετο τῶν μὴ ὁμονοούντων πάλαι τὸ φιλόνεικον, ἔπειτα ἀφηνιάζοντες ἀλλήλων οἱ φίλτατοι λαοί, καὶ συνιὼν ἕκαστος πρὸς τοὺς τὰ αὐτὰ προαιρουμένους, ἤδη κατὰ πλῆθος ἀντετάσσοντο. Καὶ στάσις μὲν ἦν πανταχοῦ, τὸ νεωτερίζον δὲ καὶ τῶν ὅπλων ἐπιθυμοῦν ἐπεκράτει νεότητι καὶ τόλμῃ γηραιῶν καὶ σωφρόνων. Ἐτράποντο δὲ πρῶτον μὲν εἰς ἁρπαγὰς ἕκαστοι τῶν ἐπιχωρίων, ἔπειτα συντασσόμενοι κατὰ λόχους ἐπὶ λῃστείαν τῶν κατὰ τὴν χώραν ὡς ὠμότητος καὶ παρανομίας ἕνεκεν μηδὲν αὐτοῖς Ῥωμαίων τοὺς ὁμοφύλους διαφέρειν, καὶ πολὺ τοῖς πορθουμένοις κουφοτέραν δοκεῖν τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις ἅλωσιν.

(ΙΑ') γ'. Οἱ φρουροὶ δὲ τῶν πόλεων τὰ μὲν ὄκνῳ τοῦ κακοπαθεῖν, τὰ δὲ μίσει τοῦ ἔθνους, οὐδὲν ἢ μικρὰ προσήμυνον τοῖς κακουμένοις, μέχρι κόρῳ τῶν κατὰ τὴν χώραν ἁρπαγῶν ἀθροισθέντες οἱ τῶν πανταχοῦ συνταγμάτων ἀρχιλῃσταὶ καὶ γενόμενοι πονηρίας στῖφος εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα παρεισφθείρονται, πόλιν ἀστρατήγητον, καὶ πατρίῳ μὲν ἔθει πᾶν ἀπαρατηρήτως δεχομένην τὸ ὁμόφυλον, τότε δὲ οἰομένων ἁπάντων τοὺς ἐπεισχεομένους πάντας ἀπ' εὐνοίας ἥκειν συμμάχους. Οἳ δὴ καὶ δίχα τῆς στάσεως ὕστερον ἐβάπτισαν τὴν πόλιν· πλήθει γὰρ ἀχρήστῳ καὶ ἀργῷ προεξανηλώθη τὰ τοῖς μαχίμοις διαρκεῖν δυνάμενα, καὶ πρὸς τῷ πολέμῳ στάσιν τε αὐτοῖς καὶ λιμὸν ἐπικατεσκεύασαν.

δ'. Ἄλλοι τε ἀπὸ τῆς χώρας λῃσταὶ παρελθόντες εἰς τὴν πόλιν καὶ τοὺς ἔνδον προσλαβόντες χαλεπωτέρους οὐδέν τι τῶν δεινῶν παρίεσαν· οἵ γε οὐ μόνον ἁρπαγαῖς καὶ λωποδυσίαις τὴν τόλμαν ἐμέτρουν, ἀλλὰ καὶ μέχρι φόνων ἐχώρουν, οὐ νυκτὸς, ἢ λαθραίως, οὐδ' ἐπὶ τοὺς τυχόντας, ἀλλὰ φανερῶς καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ

quos reliquerat, minime erubescebat, singulos autem circumiens, ad bellum eos spe incitabat, res quidem Romanorum infirmas esse adstruens, propriasque vires extollens, et imperitorum inscitiæ illudens, haud fore dicens ut Romani, etiamsi alas sumpserint, Hierosolymorum mœnia unquam superarent, qui circa Galilæorum vicos tot malis conflictati essent, et in muris eorum machinas contriverint.

2. Istis corrupta erat magna pars juvenum, et ad bellum quidem animis sublatis ferebantur: e prudentibus vero et ætate provectis nemo erat qui non futurorum prospectu lugeret, quasi jam in eo esset urbs ut periret. Et populus quidem in ejusmodi erat confusione: antequam vero mota erat Hierosolymis seditio, per provinciam multitudo discordiis agitabatur. Nam Titus quidem a Gischalis Cæsaream, Vespasianus autem a Cæsarea Jamniam et Azotum profectus, utramque subigit, præsidiisque illic collocatis reversus est, magnam secum ducens eorum multitudinem qui fide data sese dediderant. Singulas autem civitates tumultus bellumque intestinum exagitabat: et quotquot a Romanorum vi respirarent, in se mutuo manus convertebant. Erat autem inter belli amatores et pacis cupidos gravis contentio. Ac primo quidem in familiis olim non consentientium accendebatur rixandi studium, deinde populi amicissimi inter se dissidentes, et ad eos quisque qui eadem secum sentirent convenientes, simul ac multitudinem coegerant sibi invicem aperte adversabantur. Et discordia quidem ubique gliscebat: rerum autem novarum atque armorum cupidi juventute et audacia prævalebant senibus et prudentibus. Primo autem rapiendi quidem licentiam exercebant indigenarum singuli; deinde compositis agminibus per regionem latrocinabantur, adeo ut immanitate et iniquitate, quod ad ipsos, nihil interesset inter Romanos et gentiles, iisque quos populabantur levius videretur exscindi a Romanis.

(XI.) 3. Civitatum vero custodes, partim quod gravatim ferrent sibi negotium facessi, partim ex odio in gentem, aut nulli aut minimo erant vexatis auxilio: adeo ut tandem turmarum ubique latronum principes, regionem diripiendo satiati, sese congregarent, atque in nequissimum agmen conflati, clam in Hierosolyma irreperent, civitatem, quæ tunc nullius imperio regebatur, et more patrio gentiles omnes, nemine qui eos observaret adhibito, recipiebat; tuncque eo magis, quod omnes putarent eos, qui sese in urbem infunderent, auxilium ei laturos venire ex benevolentia. Qui quidem, etiam sine seditione, postea calamitatibus urbem obruerunt: ab inerti quippe et inutili multitudine ea consumpta erant, quæ militibus alendis sufficerent, atque inde factum est ut præter bellum sibimet accerserent et seditionem et famem.

4. Quin et alii e regione latrones, quum in urbem venissent et atrociores qui in ea erant sibi adjunxissent, nihil mali gravioris non perpetrarunt. Illi enim non solum rapinis et spoliationibus metiebantur audaciam, sed etiam ad cædem usque grassabantur, non nocte, aut clam, aut forte obvios occidendo, sed palam et interdiu, et a nobilissimis

τῶν ἐπισημοτάτων καταρχόμενοι. Πρῶτον μὲν γὰρ Ἀντίπαν, ἄνδρα τοῦ βασιλείου γένους καὶ τῶν κατὰ τὴν πόλιν δυνατώτατον, ὡς καὶ τοὺς δημοσίους θησαυροὺς πεπιστεῦσθαι, συλλαβόντες εἷρξαν· ἐπὶ τούτῳ Λευίαν τινὰ τῶν ἐπισήμων, καὶ Σωφᾶν υἱὸν Ῥαγουήλου· βασιλικὸν δὲ ἦν καὶ τούτων τὸ γένος· πρὸς δὲ τοὺς κατὰ τὴν χώραν προύχειν δοκοῦντας. Δεινὴ δὲ κατάπληξις εἶχε τὸν δῆμον, καὶ καθάπερ κατειλημμένης τῆς πόλεως πολέμῳ τὴν καθ' αὑτὸν ἕκαστος σωτηρίαν ἠγάπα.

ε'. Τοῖς δὲ οὐχ ἀπέχρη τὰ δεσμὰ τῶν συνειλημμένων, οὐδὲ ἀσφαλὲς ᾤοντο μέχρι πολλοῦ δυνατοὺς ἄνδρας οὕτω φυλάσσειν (ἱκανοὺς μὲν γὰρ εἶναι καὶ τοὺς οἴκους αὐτῶν πρὸς ἄμυναν οὐκ ὀλιγάνδρους ὄντας)· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸν δῆμον ἐπαναστήσεσθαι τάχα κινηθέντα πρὸς τὴν παρανομίαν. Δόξαν οὖν ἀναιρεῖν αὐτούς, Ἰωάννην τινὰ πέμπουσι τὸν ἐξ αὐτῶν εἰς φόνους προχειρότατον· Δορκάδος οὗτος ἐκαλεῖτο παῖς κατὰ τὴν ἐπιχώριον γλῶσσαν. Ὧ δέκα συνελθόντες εἰς τὴν εἱρκτὴν ξιφήρεις, ἀποσφάττουσι τοὺς συνειλημμένους. Παρανομήματι δ' ἐπὶ τηλικούτῳ μεγάλην ἀπεψεύδοντο πρόφασιν· διαλεχθῆναι γὰρ αὐτοὺς Ῥωμαίοις περὶ παραδόσεως τῶν Ἱεροσολύμων καὶ προδότας ἀνῃρηκέναι τῆς κοινῆς ἐλευθερίας ἔφασκον, κατ' ὀλίγον δ' ἐπηλαζονεύοντο τοῖς τολμήμασιν, ὡς εὐεργέται καὶ σωτῆρες τῆς πόλεως γεγενημένοι.

ς'. Συνέβη δὲ εἰς τοσοῦτον μὲν τὸν δῆμον ταπεινότητος καὶ δέους, ἐκείνους δὲ ἀπονοίας προελθεῖν, ὡς ἐπ' αὐτοῖς εἶναι καὶ τὰς χειροτονίας τῶν ἀρχιερέων. Ἄκυρα γοῦν τὰ γένη ποιήσαντες ἐξ ὧν κατὰ διαδοχὰς οἱ ἀρχιερεῖς ἀπεδείκνυντο, καθίστασαν ἀσήμους καὶ ἀγενεῖς, ἵν' ἔχοιεν συνεργοὺς τῶν ἀσεβημάτων. Τοῖς γὰρ παρ' ἀξίαν ἐπιτυχοῦσι τῆς ἀνωτάτω τιμῆς ὑπακούειν ἦν ἀνάγκη τοῖς παρασχοῦσι. Συνέκρουον δὲ καὶ τοὺς ἐν τέλει ποικίλαις ἐπινοίαις καὶ λογοποιίαις, καιρὸν ἑαυτοῖς ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους τῶν κωλυόντων φιλονεικίαις ποιούμενοι, μέχρι τῶν εἰς ἀνθρώπους ὑπερεμπλησθέντες ἀδικημάτων ἐπὶ τὸ θεῖον μετήνεγκαν τὴν ὕβριν, καὶ μεμιασμένοις τοῖς ποσὶ παρῄεσαν εἰς τὸ ἅγιον.

(ΙΒ'.) ζ'. Ἐπανισταμένου δὲ αὐτοῖς ἤδη τοῦ πλήθους (ἐνῆγε γὰρ ὁ γεραίτατος τῶν ἀρχιερέων Ἄνανος, ἀνὴρ σωφρονέστατος, καὶ τάχα ἂν διασώσας τὴν πόλιν, εἰ τὰς τῶν ἐπιβούλων χεῖρας ἐξέφυγεν), οἱ δὲ τὸν νεὼν τοῦ Θεοῦ φρούριον αὐτοῖς καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ δήμου ταραχῶν ποιοῦνται, καὶ καταφυγὴ καὶ τυραννεῖον ἦν αὐτοῖς τὸ ἅγιον· Παρεκίρνατο δὲ τοῖς δεινοῖς εἰρωνεία, τὸ τῶν ἐνεργουμένων ἀλγεινότερον. Ἀποπειρώμενοι γὰρ τῆς τοῦ δήμου καταπλήξεως καὶ τὴν αὐτῶν δοκιμάζοντες ἰσχὺν κληρωτοὺς ἐπεχείρησαν ποιεῖν τοὺς ἀρχιερεῖς, οὔσης, ὡς ἔφαμεν, κατὰ γένος αὐτῶν τῆς διαδοχῆς. Ἦν δὲ πρόσχημα μὲν τῆς ἐπιβουλῆς ἔθος ἀρχαῖον, ἐπειδὴ καὶ πάλαι κληρωτὴν ἔφασαν εἶναι τὴν ἀρχιερωσύνην· τὸ δὲ ἀληθὲς τοῦ βεβαιοτέρου νόμου κατάλυ-

initium facientes. Etenim primum Antipam regii generis virum, et civium potentissimum, adeo ut thesauros publicos suæ fidei creditos haberet, comprehensum custodiæ tradiderunt; post hunc Leviam e nobilibus quendam, et Sopham Raguelis filium (erant autem et isti e stirpe regia), prætereaque omnes qui in regione aliis præstare videbantur. Verum populum gravis occupabat terror, et, quasi bello capta esset urbs, propria quisque salute contenti erant.

5. Latronibus autem non satis erat ut comprehensos vinculis tenerent, neque tutum arbitrabantur viros potentes diutius ita custodire (nam et ipsorum familias, utpote virorum non paucorum, satis esse ad vindictam); ac præterea insurrecturum forlasse populum iniquitate commotum. Quum igitur decretum esset eos occidere, Joannem quendam e suis, ad cædes promptissimum, mittunt: hic lingua patria Damæ filius vocatur. Quocum decem alii ingressi carcerem gladiis accincti, conclusos illic interficiunt. Sceleri autem tam immani causam non levem falso prætendebant, illos scilicet cum Romanis de traditione Hierosolymorum sermones habuisse, seque communis libertatis proditores interemisse dicebant, atque in facinoris audacia tantum non gloriabantur, quasi de civitate bene meriti fuissent eamque servassent.

6. Evenit autem populum quidem tam abjectum evadere et meticulosum, illos vero eo insolentiæ procedere, ut in eorum esset arbitrio etiam pontifices designare. Itaque familiarum jure abrogato, ex quibus per successionem creabantur pontifices, ignotos atque ignobiles constituunt, ut impiorum facinorum socios haberent. Illis enim, qui præter meritum summos adepti erant honores, necesse erat eis obtemperare, qui ipsos ad hos provexerant. Inter eos autem, qui in auctoritate erant, simultates ciebant variis commentis fictisque sermonibus, opportunitatem sibimet ex eorum qui ipsos prohiberent contentionibus captantes, donec, satis superque satiati injuriis hominibus illatis, in numen contumelias transtulerunt, pedibusque pollutis in locum sanctum introiere.

(XII.) 7. Jam vero populo contra illos incitato (namque eos impellebat Ananus, pontificum natu maximus, vir sapientissimus, et qui fortassis civitatem conservasset, si ex insidiatorum manibus effugisset), hi templum Dei sibi contra populi tumultus præsidium fecerunt, et locus sanctus ipsis refugium erat et tyrannidis domicilium. Acerbis autem malis admiscebatur etiam cavillatio, quæ præ ceteris eorum factis dolori erat. Tentando enim quanto metu populus teneretur, suasque vires explorando, sorte pontifices legere conati sunt, quum illis, ut diximus, ex familiis deberetur successio. Verum huic fraudi mos quidem antiquus obtendebatur (nam et olim pontificatum sorte deferri solitum fuisse dicebant), re autem vera legis erat abrogatio va-

σις, καὶ τέχνη πρὸς δυναστείαν, τὰς ἀρχὰς δι' αὐτῶν καθισταμένοις.

η'. Καὶ δὴ μεταπεμψάμενοι μίαν τῶν ἀρχιερατικῶν φυλήν ('Ενιαχεὶμ καλεῖται), διεκλήρουν ἀρχιερέα· λαγχάνει δ' ἀπὸ τύχης ὁ μάλιστα διαδείξας αὐτῶν τὴν παρανομίαν, Φαννίας τις ὄνομα, υἱὸς Σαμουήλου κώμης Ἄφθας, ἀνὴρ οὐ μόνον οὐκ ἐξ ἀρχιερέων, ἀλλ' οὐδ' ἐπιστάμενος σαφῶς τί ποτε ἦν ἀρχιερωσύνη δι' ἀγροικίαν· ἀπὸ γοῦν τῆς χώρας αὐτὸν ἄκοντα σύραντες, ὥσπερ ἐπὶ σκηνῆς, ἀλλοτρίῳ κατεκόσμουν προσωπείῳ, τήν τε ἐσθῆτα περιτιθέντες τὴν ἱεράν, καὶ τὸ τί δεῖ ποιεῖν ἐπὶ καιροῦ διδάσκοντες. Χλεύη δ' ἦν ἐκείνοις καὶ παιδιὰ τὸ τηλικοῦτον ἀσέβημα· τοῖς δὲ ἄλλοις ἱερεῦσιν, ἐπιθεωμένοις πόρρωθεν παιζόμενον τὸν νόμον, δακρύειν ἐπῄει, καὶ κατέστενον τὴν τῶν ἱερῶν τιμῶν κατάλυσιν.

θ'. Ταύτην τὴν τόλμαν αὐτῶν οὐκ ἤνεγκεν ὁ δῆμος, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τυραννίδος κατάλυσιν ὥρμηντο πάντες. Καὶ γὰρ οἱ προύχειν δοκοῦντες αὐτῶν, Γωρίων τε υἱὸς Ἰωσήπου καὶ ὁ Γαμαλιήλου Συμεών, παρεκρότουν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀθρόους καὶ κατ' ἰδίαν περιιόντες ἕκαστον ἤδη ποτὲ τίσασθαι τοὺς λυμεῶνας τῆς ἐλευθερίας, καὶ καθῆραι τῶν μιαιφόνων τὸ ἅγιον. Οἵ τε δοκιμώτατοι τῶν ἀρχιερέων, Γαμαλᾶ μὲν υἱὸς Ἰησοῦς, Ἀνάνου δὲ Ἄνανος, πολλὰ τὸν δῆμον εἰς νωθείαν κατονειδίζοντες ἐν ταῖς συνόδοις, ἐπήγειρον τοῖς ζηλωταῖς· τοῦτο γὰρ αὐτοὺς ἐκάλεσαν ὡς ἐπ' ἀγαθοῖς ἐπιτηδεύμασιν, ἀλλ' οὐχὶ ζηλώσαντες τὰ κάκιστα τῶν ἔργων καὶ ὑπερβαλόμενοι.

(ΙΓ'.) ι'. Καὶ δὴ συνελθόντος τοῦ πλήθους εἰς ἐκκλησίαν, καὶ πάντων ἀγανακτούντων μὲν ἐπὶ τῇ καταλήψει τῶν ἁγίων, ταῖς τε ἁρπαγαῖς, καὶ τοῖς πεφονευμένοις, οὔπω δὲ πρὸς τὴν ἄμυναν ὡρμημένων, τῷ δυσεπιχειρήτους, ὅπερ ἦν, τοὺς ζηλωτὰς ὑπολαμβάνειν, καταστὰς ἐν μέσοις ὁ Ἄνανος, καὶ πολλάκις εἰς τὸν ναὸν ἀπιδών, ἐμπλήσας τε τοὺς ὀφθαλμοὺς δακρύων, « ἦ καλόν γε, εἶπεν, ἦν ἐμοὶ τεθνάναι, πρὶν ἐπιδεῖν τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ τοσούτοις ἄγεσι καταγέμοντα, καὶ τὰς ἀβάτους καὶ ἁγίας χώρας ποσὶ μιαιφόνων στενοχωρουμένας. Ἀλλὰ περικείμενος τὴν ἀρχιερατικὴν ἐσθῆτα, καὶ τὸ τιμιώτατον καλούμενος τῶν σεβασμίων ὀνομάτων, ζῶ καὶ φιλοψυχῶ, μηκέτι ὑπὲρ τοὐμοῦ γήρως ὑπομένων εὐκλεᾶ θάνατον. Εἰ δὲ δὴ μόνος εἰμί, καὶ καθάπερ ἐν ἐρημίᾳ, τὴν ἐμαυτοῦ ψυχὴν ἐπιδώσω μόνην ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ. Τί γὰρ καὶ δεῖ ζῆν ἐν δήμῳ συμφορῶν ἀναισθητοῦντι, καὶ παρ' οἷς ἀπόλωλεν ἡ τῶν ἐν χερσὶ παθῶν ἀντίληψις; ἁρπαζόμενοι γοῦν ἀνέχεσθε, καὶ τυπτόμενοι σιωπᾶτε, καὶ τοῖς φονευομένοις οὐδὲ ἐπιστένει τις ἀναφανδόν. Ὦ τῆς πικρᾶς τυραννίδος. Τί δὲ μέμφομαι τοὺς τυράννους; μὴ γὰρ οὐκ ἐτράφησαν ὑφ' ὑμῶν καὶ τῆς ὑμετέρας ἀνεξικακίας; μὴ γὰρ οὐχ ὑμεῖς περιιδόντες τοὺς πρώτους συνισταμένους, ἔτι δὲ ἦσαν ὀλίγοι, πλείους ἐποιήσατε τῇ σιωπῇ, καὶ καθοπλιζομένων ἠρεμοῦντες καθ' ἑαυτῶν ἐπεστρέψατε

lidissimæ, commentumque ad potentiam consequendam ab iis adhibitum, qui suo arbitrio magistratus constituunt.

8. Itaque una generis pontificii tribu accita (cui nomen Eniachim), pontificem sorte eligebant: casuque sors obtigit homini, qui maxime eorum ostendebat iniquitatem, cuidam nomine Phanniæ, Samuelis filio, ex vico Aphtha, qui non solum non erat genere pontificio natus, sed qui etiam ob rusticitatem nec quid pontificatus esset omnino dignosceret. Hunc igitur invitum rure abstractum, aliena, ut in scena fieri solet, ornabant persona, tam eum sacra veste induentes, quam quid facto opus esset commode docentes. Illis autem risus lususque erat tantum flagitium; ceteris vero, sacerdotibus, quum procul spectarent legem ludibrio habitam, subiit lacrimare, honoresque sacrorum dissolutum iri ingemiscebant.

9. Hanc illorum audaciam non tulit populus, sed omnes quasi ad tyrannidis eversionem incitati erant. Etenim ex iis qui præstare videbantur, Gorion Josephi filius et Symeon Gamalielis, tam seorsum singulos circumeuntes quam simul universos in concionibus hortabantur, ut tandem aliquando libertatis perditores ultum irent, locumque sanctum ab hominibus sceleratis purgarent. Atque pontificum spectatissimi, Gamalæ quidem filius Jesus, Anani vero Ananus, multis populo segnitiem exprobrantes in cœtibus, excitabant in zelotas: ita enim ipsi se vocabant, quasi ob bonarum rerum studium, non vero ut qui operum flagitiosissima sibi imitanda proposuissent et superassent.

(XIII.) 10. Itaque in concionem populo congregato, et cunctis quidem indignantibus, quod loca sancta viderent occupata, omniaque rapinarum et cædium plena, nondum vero ad injurias ulciscendas properantibus, propterea quod zelotas oppugnatu difficiles esse (id quod erat) suspicabantur, quum in medio constitisset Ananus, et in templum sæpenumero respectasset, oculosque lacrimis opplesset, « equidem mihi, inquit, satius esset mori quam Dei domicilium videre piaculis tantis obrutum oppletumque, atque inaccessa et sancta loca sceleratorum pedibus referta. Verumtamen veste sacerdotali amictus, et nominum venerabilium honoratissimum ferens, vivo, vitæ etiam cupidus, nec pro senectute quidem mea mortem obiens gloriosam. Itaque si solus sum, velutique in solitudine, animam meam pro Deo solam profundam. Quorsum enim viverem in medio populi calamitates suas minime sentientis, et apud quos nemo est qui malis præsentibus occurret? siquidem spoliati injuriam toleratis, ac verberati tacetis, neque palam quisquam ingemiscit. O acerbam dominationem! Quid de tyrannis querar? numquid non a vobis incrementum ceperunt, et a vestra malorum patientia? numquid non, insuper eos habentes qui primi manus conflarunt, quum adhuc pauci essent, silentio vestro numerum eorum auxistis, atque dum illi armarentur quiescentes, in vosmetipsos arma vertistis, quum primos illo-

« τὰ ὅπλα, δέον τὰς πρώτας αὐτῶν ἐπικόπτειν ὁρμὰς, ὅτε λοιδορίαις καθήπτοντο τῶν συγγενῶν; ὑμεῖς δὲ ἀμελήσαντες ἐφ' ἁρπαγὰς παρωξύνατε τοὺς ἀλιτηρίους, καὶ πορθουμένων οἴκων λόγος ἦν οὐδείς. Τοιγαροῦν αὐτοὺς ἥρπαζον τοὺς δεσπότας, καὶ συρομένοις διὰ μέσης τῆς πόλεως οὐδεὶς ἐπήμυνεν· οἱ δὲ καὶ δεσμοῖς ᾐκίσαντο τοὺς ὑφ' ὑμῶν προδοθέντας. Ἐῶ λέγειν πόσους καὶ ποταπούς, ἀλλὰ ἀκαταιτιάτους, ἀκρίτους. Οὐδεὶς ἐβοήθησε τοῖς δεδεμένοις· ἀκόλουθον ἦν ἐπιδεῖν τοὺς αὐτοὺς φονευομένους. Ἐπείδομεν καὶ τοῦτο, καθάπερ ἐξ ἀγέλης ζώων ἀλόγων ἑλκομένου τοῦ κρατιστεύοντος ἀεὶ θύματος, οὐδὲ φωνήν τις ἀφῆκεν, οὐχ ὅπως ἐκίνησε τὴν δεξιάν. Φέρετε δὴ τοίνυν, φέρετε πατούμενα βλέποντες τὰ ἅγια, καὶ πάντας ὑποθέντες αὐτοὶ τοῖς ἀνοσίοις τοὺς τῶν τολμημάτων βαθμοὺς μὴ βαρύνεσθε τὴν ὑπεροχήν; καὶ γὰρ νῦν πάντως ἂν ἐπὶ μεῖζον προύκοψαν, εἴ τι τῶν ἁγίων καταλῦσαι μεῖζον εἶχον. Κεκράτηται μὲν οὖν τὸ ὀχυρώτατον τῆς πόλεως, λεγέσθω γὰρ νῦν τὸ ἱερὸν ὡς ἄκρα τις ἢ φρούριον. Ἔχοντες δ' ἐπιτετειχισμένην τυραννίδα τοσαύτην, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ὑπὲρ κορυφὴν βλέποντες, τί βουλεύεσθε καὶ τίσι τὰς γνώμας προσθάλπετε; Ῥωμαίους ἄρα περιμένετε, ἵν' ἡμῶν βοηθήσωσι τοῖς ἁγίοις; ἔχει μὲν οὕτω τὰ πράγματα τῇ πόλει, καὶ πρὸς τοσοῦτον ἥκομεν συμφορῶν, ἵνα ἡμᾶς ἐλεήσωσι καὶ πολέμιοι; Οὐχ ἐξαναστήσεσθε, ὦ τλημονέστατοι, καὶ πρὸς τὰς πληγὰς ἐπιστραφέντες, ὃ κἀπὶ τῶν θηρίων ἔστιν ἰδεῖν, τοὺς τύπτοντας ἀμυνεῖσθε; οὐκ ἀναμνησθήσεσθε τῶν ἰδίων ἕκαστος συμφορῶν, οὐδέ, ἃ πεπόνθατε πρὸ ὀφθαλμῶν θέμενοι, τὰς ψυχὰς ἐπ' αὐτοὺς θήξετε πρὸς τὴν ἄμυναν; Ἀπόλωλεν ἄρα παρ' ὑμῖν τὸ τιμιώτατον τῶν παθῶν, καὶ φυσικώτατον, ἐλευθερίας ἐπιθυμία· φιλόδουλοι δὲ καὶ φιλοδέσποτοι γεγόναμεν, ὥσπερ ἐκ προγόνων τὸ ὑποτάσσεσθαι παραλαβόντες. Ἀλλ' ἐκεῖνοί γε πολλοὺς καὶ μεγάλους ὑπὲρ τῆς αὐτονομίας πολέμους διήνεγκαν, καὶ οὔτε τῆς Αἰγυπτίων οὔτε τῆς Μήδων δυναστείας ἡττήθησαν, ὑπὲρ τοῦ μὴ ποιεῖν τὸ κελευόμενον. Καὶ τί δεῖ τὰ τῶν προγόνων λέγειν; ἀλλ' ὁ νῦν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμος, ἐῶ διελέγχειν πότερον λυσιτελὴς ὢν καὶ σύμφορος ἢ τοὐναντίον, τίνα δ' οὖν ἔχει πρόφασιν; οὐ τὴν ἐλευθερίαν; εἶτα τοὺς τῆς οἰκουμένης δεσπότας μὴ φέροντες τῶν ὁμοφύλων τυράννων ἀνεξόμεθα; Καίτοι τὸ μὲν τοῖς ἔξωθεν ὑπακούειν ἀνενέγκαι τις ἂν εἰς τὴν ἅπαξ ἡττήσασαν τύχην· τὸ δὲ τοῖς οἰκείοις εἴκειν πονηροῖς ἀγεννῶν ἐστι καὶ προαιρουμένων. Ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ ἐμνήσθην Ῥωμαίων, οὐκ ἀποκρύψομαι πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν ὃ μεταξὺ τῶν λόγων ἐμπεσὸν ἐπέστρεψε τὴν διάνοιαν, ὅτι κἂν ἁλῶμεν ὑπ' ἐκείνοις (ἀπείη δὲ ἡ πεῖρα τοῦ λόγου), χαλεπώτερον οὐδὲν παθεῖν ἔχομεν ὧν ἡμᾶς διατεθείκασιν οὗτοι. Πῶς δ' οὐ δακρύων ἄξιον, ἐκείνων μὲν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ ἀναθήματα βλέπειν, τῶν δὲ ὁμοφύλων τὰ σκῦλα σεσυληκότων καὶ ἀνελόντων τὴν

«rum impetus comprimi oporteret, quando cognatos conviciis appetebant? Vos autem, de rebus parum solliciti, sceleratos ad rapinas faciendas incitastis, domibusque vastatis, illarum nullam rationem habuistis. Quapropter domini ipsi diripiebantur, quumque per mediam civitatem traherentur, nemo eis auxilio erat. Quin illi vinculis etiam eos cruciarunt, quos vos prodidistis. Mitto dicere quot fuerint et quales, sed a nemine accusatos, indemnatos. Vinctis nemo opem tulit : consequens erat ut eosdem occidi videremus. Hoc etiam aspeximus, velut ex armento pecorum optimo quoque semper ad sacrificium ducto, neque muttivit quisquam, multo minus dextram movit. Patiemini igitur, patiemini sancta conculcari videntes? quumque omnes ex facinoribus audacibus gradus nefariis istis hominibus subjeceritis, non ægre fertis eorum eminentiam? nunc enim profecto ad majora procederent, si quid locis sanctis majus evertendum haberent. Et civitatis quidem locus munitissimus occupatur : nunc enim templum appellator quasi arx quædam sive præsidium. Tanta igitur contra vos tyrannide munita, et inimicis supra verticem positis, ut videtis, quid vobiscum cogitatis, et quænam animi sententiis fovendis adhibetis? An Romanos exspectatis, ut locis nostrûm sanctis opitulentur? Itane quidem se habent civitatis res, eoque ventum est calamitatis, ut nostri miserturi sint etiam hostes? Non exsurgetis, o miserrimi, et vobismet ad plagas conversis, id quod et feras facere videre est, percutientes ulciscemini? Non suas quisque in memoriam revocabit calamitates, et, ante oculos positis quæ pertulerit, ad ultionem animos acuet? Periit apud vos quod affectuum omnium carissimum, quod maxime a natura est, libertatis desiderium; atque facti sumus servorum dominorumque amantes, quasi a majoribus subjici didicerimus. Atqui illi multa et magna pro libertate sua obierunt bella, et neque Ægyptiorum neque Medorum potentiæ cesserunt, dummodo ne imperata facerent. Et quid opus est de proavis dicere? Verum bellum, quod nunc cum Romanis gerimus (mitto dijudicare, utrum in rem nostram et commodum sit, an contra), quid palam habet causæ? nonne libertatem? Quid ergo, qui dominis totius terrarum orbis servire ægre ferimus, populares tyrannos tolerabimus? Quanquam extraneis quidem obtemperare est ut quis fortunæ aliquando vincenti acceptum referat : suis vero iisque improbis cedere, ignavos arguit et serviendi cupidos. At quoniam Romanorum semel meminerim, silentio non dissimulabo quod mihi inter loquendum in mentem venerit, eamque ad illos converterit : quod etiamsi ab his capti fuerimus (absit autem dicti experimentum), nihil nobis patiendum restat iis acerbius, quibus nos isti affecerunt. Quomodo autem non sit lacrimabile, illorum quidem in templo etiam donaria cernere, gentilium vero prædas spoliantium et diripientium metro-

« τῆς μητροπόλεως εὐγένειαν, καὶ πεφονευμένους ἄνδρας, ὧν ἀπέσχοντο ἂν κἀκεῖνοι κρατήσαντες· καὶ Ῥωμαίους μὲν μηδέποτε ὑπερβῆναι τὸν ὅρον τῶν βεβήλων, μηδὲ παραβῆναί τι τῶν ἱερῶν ἐθῶν, πεφρικέναι δὲ πόρρωθεν ὁρῶντας τοὺς τῶν ἁγίων περιβόλους· γεννηθέντας δέ τινας ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ, καὶ τραφέντας ὑπὸ τοῖς ἡμετέροις ἔθεσι, καὶ Ἰουδαίους καλουμένους, ἐμπεριπατεῖν μέσοις τοῖς ἁγίοις, θερμὰς ἔτι τὰς χεῖρας ἐξ ὁμοφύλων ἔχοντας φόνων. Εἶτα τίς δέδοικε τὸν ἔξωθεν πόλεμον καὶ τοὺς ἐν συγκρίσει πολλῷ τῶν οἰκείων ἡμῖν μετριωτέρους; καὶ γὰρ ἂν εἰ ἐτοίμους δεῖ τοῖς πράγμασι τὰς κλήσεις ἐφαρμόζειν, τάχα ἂν εὕροι τις Ῥωμαίους μὲν ἡμῖν ὁμοίως βεβαιωτὰς τῶν νόμων, πολεμίους δὲ τοὺς ἔνδον. Ἀλλ' ὅτι μὲν ἐξώλεις οἱ ἐπίβουλοι τῆς ἐλευθερίας, καὶ πρὸς ἃ δεδράκασιν οὐκ ἄν τις ἐπινοήσειε δίκην ἀξίαν κατ' αὐτῶν, οἶμαι πάντας ἥκειν πεπεισμένους οἴκοθεν, καὶ πρὸ τῶν ἐμῶν λόγων παρωξύνθαι τοῖς ἔργοις ἐπ' αὐτοὺς ἃ πεπόνθατε. Καταπλήσσονται δὲ ἴσως οἱ πολλοὶ τό τε πλῆθος αὐτῶν καὶ τὴν τόλμαν, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἐκ τοῦ τόπου πλεονεξίαν. Ταῦτα δὲ ὥσπερ συνέστη διὰ τὴν ὑμετέραν ἀμέλειαν, καὶ νῦν αὐξηθήσεται πλέον ὑπερθεμένων. Καὶ γὰρ τὸ πλῆθος αὐτοῖς ἐπιτρέφεται καθ' ἡμέραν, παντὸς πονηροῦ πρὸς τοὺς ὁμοίους αὐτομολοῦντος, καὶ τὴν τόλμαν ἐξάπτει μέχρι νῦν μηδὲν ἐμπόδιον· τῷ τε τόπῳ καθύπερθεν ὄντες χρήσαιντο καὶ μετὰ παρασκευῆς, ἂν ἡμεῖς χρόνον δῶμεν. Πιστεύσατε δὲ ὡς, ἐὰν προσβαίνωμεν ἐπ' αὐτοῖς, ἔσονται τῇ συνειδήσει ταπεινότεροι καὶ τὸ πλεονέκτημα τοῦ ὕψους ὁ λογισμὸς ἀπολεῖ. Τάχα τὸ θεῖον ὑβρισμένον ἀναστρέψει κατ' αὐτῶν τὰ βαλλόμενα, καὶ τοῖς σφετέροις διαφθαρήσονται βέλεσιν οἱ δυσσεβεῖς. Μόνον ὀφθῶμεν αὐτοῖς, καὶ καταλέλυνται. Καλὸν δὲ, κἂν προσῇ τις κίνδυνος, ἀποθνήσκειν πρὸς τοῖς ἱεροῖς πυλῶσι, καὶ τὴν ψυχὴν, εἰ καὶ μὴ πρὸ παίδων ἢ γυναικῶν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων προέσθαι. Προστήσομαι δ' ἐγὼ γνώμῃ τε καὶ χειρὶ, καὶ οὔτε ἐπίνοιά τις ὑμῖν λείψει πρὸς ἀσφάλειαν ἐξ ἡμῶν οὔτε τοῦ σώματος ὄψεσθε φειδόμενον. »

ιε'. Τούτοις ὁ Ἄνανος παρεκρότει τὸ πλῆθος ἐπὶ τοὺς ζηλωτὰς, οὐκ ἀγνοῶν μὲν ὡς εἶεν ἤδη δυσκατάλυτοι πλήθει τε καὶ νεότητι καὶ παραστήματι ψυχῆς, τὸ πλέον δὲ συνειδήσει τῶν εἰργασμένων· οὐ γὰρ ἐνδώσειν αὐτοὺς εἰς ἔσχατον συγγνώμην ἐφ' οἷς ἔδρασαν ἐλπίσαντας· ὅμως δὲ πᾶν ὁτιοῦν παθεῖν προῃρεῖτο μᾶλλον ἢ περιιδεῖν ἐν τοιαύτῃ τὰ πράγματα συγχύσει. Τὸ δὲ πλῆθος ἄγειν αὐτοὺς ἐβόα καθ' ὧν παρεκάλει· καὶ προκινδυνεύειν ἕκαστος ἦν ἑτοιμότατος.

(ΙΔ'.) ιϛ'. Ἐν ὅσῳ δὲ ὁ Ἄνανος κατέλεγέ τε καὶ συνέτασσε τοὺς ἐπιτηδείους πρὸς μάχην, οἱ ζηλωταὶ πυνθανόμενοι τὴν ἐπιχείρησιν (παρῆσαν γὰρ οἱ ἀγγέλλοντες αὐτοῖς πάντα τὰ παρὰ τοῦ δήμου) παροξύνονται, κἀκ τοῦ ἱεροῦ προπηδῶντες ἀθρόοι τε καὶ κατὰ λόχους οὐδενὸς ἐφεί-

« polim nobilissimam, cædesque virorum, quibus et illi victoriam adepti pepercissent; et Romanos quidem nunquam transgredi ausos esse limitem profanorum, aut sacrarum quidquam consuetudinum violare, locorum autem sanctorum ambitum procul aspectum perhorrescere: nonnullos vero quos tulit hæc regio, nostrisque in moribus educatos, Judæosque vocatos, in medio locorum sanctorum deambulare, quum adhuc manus popularium cæde calidas haberent. Jam vero quis bellum externum metuat, hostesque præ nostratibus multo nobis æquiores? nam si rebus aptanda sint propria vocabula, fortasse comperietur Romanos quidem leges æque ac nos ipsos conservasse, hostes vero esse quos muris nostris inclusos habemus. Verum hos insidiatores libertatis exitio deberi, neque facinorum eorum dignam excogitari posse condemnationem, puto omnes persuasum habuisse quum domo veniretis, rebusque quas pertulistis, etiam antequam verbum facerem, in eos fuisse commotos. Plerique autem fortasse multitudinem eorum et audaciam reformidant, et præterea quod loco superiores sint. Sed hæc ut vestra negligentia conflata sunt, nunc etiam in majus aucta erunt, si cunctabimur. Nam et numerus illorum quotidie crescit, nequissimo quoque ad sui similes profugiente, et inde accenditur audacia, quod nihil adhuc eis obstiterit; locoque, utpote superiores, adhibebunt armorum apparatus, si tempus differamus. Mihi credite, si adversus eos ascendamus, erunt conscientia humiliores, et loci celsioris beneficium cogitatione in nihilum recidet. Forsan et numen contumeliose habitum eorum in ipsos retorquebit missilia, suisque telis peribunt impii. Tantummodo ab illis conspiciamur, et dejecti erunt. Pulchrum autem, etiam si quid periculi adsit, ante sacras januas mori, animamque, etsi non pro liberis et conjugibus, pro Deo tamen locisque sanctis profundere. Ipse vobis adero tam manu quam consilio, neque quidquam desiderabitis quod a me vestram in securitatem excogitari potest, neque me corpori meo parcere videbitis. »

11. Istis contra zelotas populum hortabatur Ananus, non ignorans quidem eos jam expugnari vix posse, et quod multitudine valerent et juvenum robore animique fortitudine, maxime vero quod commissorum conscientia incitarentur; ut qui non sperarint sibi unquam concessum iri veniam illorum quæ perpetraverant: verumtamen quidvis potius perpeti maluit quam pati rerum statum ita confundi et perturbari. Populus autem clamabat ut in eos ducerentur, contra quos ipsos excitabat: et unusquisque se ostendebat ad pericula adeunda paratissimum.

(XIV.) 12. Sed dum Ananus delectum haberet, et pugnæ idoneos ordinaret instrueretque in prælium, zelotæ, cognito quod aggrediebantur (aderant enim qui omnia ipsis nunciarent quæ populus agitabat), irritati erant, et e templo prosilientes, modo per cuneos, modo simul universi, ne-

ὄοντο τῶν προστυγχανόντων. Ἀθροίζεται δ' ὑπ' Ἀνάνου ταχέως τὸ δημοτικὸν, πλήθει μὲν ὑπερέχον, ὅπλοις δὲ καὶ τῷ μὴ συγκεκροτῆσθαι λειπόμενον τῶν ζηλωτῶν. Τὸ πρόθυμον δὲ παρ' ἑκατέροις ἀνεπλήρου τὰ λείποντα, τῶν μὲν ἀπὸ τῆς πόλεως ἀνειληφότων ὀργὴν ἰσχυροτέραν τῶν ὅπλων, τῶν δ' ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ τόλμαν παντὸς πλήθους ὑπερέχουσαν. Καὶ οἱ μὲν ἀοίκητον ὑπολαμβάνοντες αὑτοῖς τὴν πόλιν, εἰ μὴ τοὺς λῃστὰς ἐκκόψειαν αὐτῆς, οἱ ζηλωταὶ δὲ, εἰ μὴ κρατοῖεν, οὐκ ἔστιν ἥστινος ὑστερήσειν τιμωρίας. Συνερρήγνυντο δὲ στρατηγούμενοι τοῖς πάθεσι, τὸ μὲν πρῶτον κατὰ τὴν πόλιν καὶ πρὸ τοῦ ἱεροῦ λίθοις βάλλοντες ἀλλήλους, καὶ πόρρωθεν διακοντιζόμενοι, κατὰ δὲ τὰς τροπὰς οἱ κρατοῦντες ἐχρῶντο τοῖς ξίφεσι. Καὶ πολὺς ἦν ἑκατέρων φόνος τραυματίαι τε ἐγένοντο συχνοί. Καὶ τοὺς μὲν ἀπὸ τοῦ δήμου διεκόμιζον εἰς τὰς οἰκίας οἱ προσήκοντες, ὁ δὲ βληθεὶς τῶν ζηλωτῶν εἰς τὸ ἱερὸν ἀνῄει, καθαιμάσσων τὸ θεῖον ἔδαφος· καὶ μόνον ἄν τις εἴποι τὸ ἐκείνων αἷμα μιᾶναι τὰ ἅγια. Κατὰ μὲν οὖν τὰς συμβολὰς ἐκτρέχοντες ἀεὶ περιῆσαν οἱ λῃστρικοί· τεθυμωμένοι δὲ οἱ δημοτικοὶ καὶ πλείους ἀεὶ γινόμενοι, κακίζοντες τοὺς ἐνδιδόντας, καὶ μὴ διδόντες τοῖς τρεπομένοις ἀναχώρησιν οἱ κατόπιν βιαζόμενοι, πᾶν μὲν ἐπιστρέφουσι τὸ σφέτερον εἰς τοὺς ἐναντίους, κἀκείνων μηκέτι ἀντεχόντων τῇ βίᾳ, κατὰ μικρὸν δὲ ἀναχωρούντων εἰς τὸ ἱερὸν, συνεισπίπτουσιν οἱ περὶ τὸν Ἄνανον. Τοῖς δὲ κατάπληξις ἐμπίπτει στερουμένοις τοῦ πρώτου περιβόλου, καὶ καταφυγόντες εἰς τὸ ἐνδότερον ταχέως ἀποκλείουσι τὰς πύλας. Τῷ δὲ Ἀνάνῳ προσβάλλειν μὲν οὐκ ἐδόκει τοῖς ἱεροῖς πυλῶσιν, ἄλλως τε κἀκείνων βαλλόντων ἄνωθεν· ἀθέμιτον δ' ἡγεῖτο, κἂν κρατήσῃ, μὴ προηγνευκὼς εἰσάγειν τὸ πλῆθος. Διακληρώσας δ' ἐκ πάντων εἰς ἑξακισχιλίους ὁπλίτας καθίστησιν ἐπὶ ταῖς στοαῖς φρουρούς, διεδέχοντο δ' ἄλλοι τούτους, καὶ παντὶ μὲν ἦν ἀνάγκη παρεῖναι πρὸς τὴν φυλακὴν ἐκ περιόδου· πολλοὶ δὲ τῶν ἐν ἀξιώμασιν ἀφεθέντες ὑπὸ τῶν ἄρχειν δοκούντων, μισθούμενοι πενιχροτέρους ἀνθ' ἑαυτῶν ἐπὶ τὴν φρουρὰν ἔπεμπον.

(ΙΕ'.) ιγ'. Γίνεται δὲ τούτοις πᾶσιν ὀλέθρου παραίτιος Ἰωάννης, ὃν ἔφαμεν ἀπὸ Γισχάλων διαδρᾶναι, δολιώτατος ἀνὴρ καὶ δεινὸν ἔρωτα τυραννίδος ἐν τῇ ψυχῇ περιφέρων, ὃς πόρρωθεν ἐπεβούλευε τοῖς πράγμασι. Καὶ δὴ τότε, τὰ τοῦ δήμου φρονεῖν ὑποκρινόμενος, συμπεριῄει μὲν τῷ Ἀνάνῳ, βουλευομένῳ τε σὺν τοῖς δυνατοῖς μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ ἐπιόντι τὰς φυλακάς· διήγγελλε δὲ τὰ ἀπόρρητα τοῖς ζηλωταῖς, καὶ πᾶν σκέμμα τοῦ δήμου, πρὶν καλῶς βουλευθῆναι, παρὰ τοῖς ἐχθροῖς ἐγινώσκετο δι' αὐτοῦ. Μηχανώμενος δὲ τὸ μὴ δι' ὑποψίας ἐλθεῖν ἀμέτροις ἐχρῆτο ταῖς θεραπείαις εἴς τε τὸν Ἄνανον καὶ τοὺς τοῦ δήμου προεστῶτας. Ἐχώρει δ' εἰς τοὐναντίον αὐτῷ τὸ φιλότιμον. Διὰ γὰρ τὰς ἀλόγους κολακείας μᾶλλον ὑπωπτεύετο, καὶ τὸ πανταχοῦ παρεῖναι μὴ καλούμενον ἔμφασιν προδοσίας τῶν ἀπορρήτων παρεῖχε. Συνεώρων μὲν γὰρ

mini obvio parcebant. Cito autem et Ananus populum congregabat, multitudine quidem superiorem, armis vero, et quod in agmina non conflati essent, zelotis inferiorem. Alacritas vero in utraque quod deerat parte supplebat: nam et cives iram armis validiorem conceperant, et qui de templo exierant, audaciam omni multitudine superiorem. Quippe illi quidem habitare se in civitate minime posse arbitrabantur, nisi ex ea excisi essent latrones; zelotæ vero, nisi vicissent, nullum non subituros esse supplicium. Confligebant autem inter se sub affectuum ductu et imperio, primo quidem in civitate et præ templo se invicem lapidibus impetentes, jaculisque eminus missis: si vero aliqua pars terga vertisset, victores gladiis rem gerebant. Et magna utrinque facta est cædes, multique vulnerati erant. Et saucios quidem e civibus in domos perferebant propinqui: zelotarum vero si quis ictus esset, in templum ascendebat, sacram humum cruore perfundens: adeo ut vere quis dixerit, loca sancta non alium quam illorum sanguinem polluisse. Et latrones quidem, quoties facto excursu prælium committerent, semper superiores erant. Civium autem vulgo ira incenso et in majus semper crescente, increpabant eos qui cederent, quique a tergo urgebant, viam fugientibus non aperiendo, universos quidem suos in hostes convertunt: quumque illi vim sistere non amplius potuissent, et paulatim in templum se reciperent, irrumpit una cum suis Ananus. Quo factum ut eos qui ambitum exteriorem amiserant, invaderet metus, quumque in interiorem confugissent, statim januas occludunt. Verum Anano in portas quidem sacras impressionem facere non placebat, quum alioqui hostes desuper tela jacerent: sed nefas esse existimabat, etiamsi vicisset, non lustratum prius populum introducere. Quum autem ex universis forte delegisset sex fere armatorum millia, eos in porticibus collocat ut custodiam agerent, aliique eos excipiebant, et necesse erat omnibus quidem in orbem excubiis adesse: multi vero ex primoribus, dimissi ab iis qui in imperio esse videbantur, pauperiores mercede conductos mittebant, qui vice ipsorum fungerentur in excubiis.

(XV.) 13. Istis autem omnibus exitio erat Joannes, quem e Gischalis profugisse diximus, vir summæ astutiæ, animumque gerens dominationis valde cupidum, qui jam olim reipublicæ insidiabatur. Adeoque tunc, eadem quæ populus sentire se simulans, cum Anano quidem ultro citroque commeabat, interdiu cum proceribus consultanti et nocte vigilias circumeunti: zelotis vero secreta enunciabat, atque illa de quibus populus deliberabat, priusquam bene consulta essent, per ipsum cognita erant inimicis. Quum autem id ageret, ut in suspicionem non veniret, immodicis obsequiis Ananum et populi principes demereri enixus est. Hoc vero placendi studium ei in contrarium cedebat. Nam ex absurdis adulationibus magis suspectus erat, idque ipsum, quod non accitus ubique adesset, indicio erat arcana ab illo prodita esse. Etenim animadvertebant inimicos universos quæ

αἰσθανομένους ἅπαντας τοὺς ἐχθροὺς τῶν παρ' αὐτοῖς βουλευμάτων, πιθανώτερος δ' οὐδεὶς ἦν Ἰωάννου πρὸς ὑποψίας τοῦ διαγγέλλειν. Ἀποσκευάσασθαι μὲν οὖν αὐτὸν οὐκ ἦν ῥᾴδιον, ὄντα τε δυνατὸν ἐκ πονηρίας καὶ ἄλλως οὐ τῶν ἀσήμων, ὑπεζωσμένον τε πολλοὺς τῶν συνεδρευόντων τοῖς ὅλοις. Ἐδόκει δὲ αὐτὸν ὅρκοις πιστώσασθαι πρὸς εὔνοιαν. Ὤμνυε δ' ὁ Ἰωάννης ἑτοίμως εὐνοήσειν τε τῷ δήμῳ καὶ μήτε βουλήν τινα μήτε πρᾶξιν προδώσειν τοῖς ἐχθροῖς, συγκαταλύσειν δὲ τοὺς ἐπιθεμένους καὶ χειρὶ καὶ γνώμῃ. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἄνανον πιστεύσαντες τοῖς ὅρκοις ἤδη χωρὶς ὑπονοίας εἰς τὰς συμβουλίας αὐτὸν παρελάμβανον· καὶ δὴ καὶ πρεσβευτὴν εἰσπέμπουσι πρὸς τοὺς ζηλωτὰς περὶ διαλύσεως. Ἦν γὰρ αὐτοῖς σπουδὴ τὸ παρ' αὐτοῖς μὴ μιᾶναι ἱερὸν, μηδέ τινα τῶν ὁμοφύλων ἐν αὐτῷ πεσεῖν.

ιδ'. Ὁ δὲ, ὥσπερ τοῖς ζηλωταῖς ὑπὲρ εὐνοίας ὀμόσας, καὶ οὐ κατ' αὐτῶν, παρελθὼν εἴσω, καὶ καταστὰς εἰς μέσους, πολλάκις μὲν ἔφη κινδυνεῦσαι δι' αὐτοὺς, ἵνα μηδὲν ἀγνοήσωσι τῶν ἀπορρήτων, ὅσα κατ' αὐτῶν οἱ περὶ τὸν Ἄνανον ἐβουλεύσαντο· νῦν δὲ τὸν μέγιστον ἀναρρίπτειν κίνδυνον σὺν πᾶσιν αὐτοῖς, εἰ μή τις προσγένοιτο βοήθεια δαιμόνιος. Οὐ γὰρ ἔτι μέλλειν Ἄνανον, ἀλλὰ πείσαντα μὲν τὸν δῆμον πεπομφέναι πρέσβεις πρὸς Οὐεσπασιανὸν, ἵνα ἐλθὼν κατὰ τάχος παραλάβῃ τὴν πόλιν, ἁγνείαν δὲ παρηγγελκέναι κατ' αὐτῶν φυλάττειν εἰς τὴν ἑξῆς ἡμέραν, ἵνα ἢ κατὰ θρησκείαν εἰσελθόντες ἢ καὶ βιασάμενοι συμμίξωσιν αὐτοῖς. Οὐχ ὁρᾶν δὲ μέχρι τίνος ἢ τὴν φρουρὰν οἴσουσιν, ἢ παρατάξονται πρὸς τοσούτους. Προσετίθει δὲ ὡς αὐτὸς εἰσπεμφθείη, κατὰ Θεοῦ πρόνοιαν, ὡς πρεσβευτὴς ὑπὲρ διαλύσεως· τὸν γὰρ Ἄνανον ταύτας αὐτοῖς προτείνειν, ὅπως ἀνόπλοις ἐπέλθῃ. Δεῖν οὖν ἢ τῷ λόγῳ τοῦ ζῆν τοὺς φρουροῦντας ἱκετεύειν, ἢ πορίζεσθαί τινα παρὰ τῶν ἔξωθεν ἐπικουρίαν. Τοὺς δὲ, θαλπομένους ἐλπίδι συγγνώμης, εἰ κρατηθεῖεν, ἐπιλελῆσθαι τῶν ἰδίων τολμημάτων, ἢ νομίζειν ἅμα τῷ μετανοεῖν τοὺς δεδρακότας εὐθέως ὀφείλειν διηλλάχθαι καὶ τοὺς παθόντας. Ἀλλὰ τῶν μὲν ἀδικησάντων διὰ μίσους πολλάκις γίνεσθαι καὶ τὴν μεταμέλειαν, τοῖς δὲ ἀδικηθεῖσι τὰς ὀργὰς ἐπ' ἐξουσίας χαλεπωτέρας. Ἐφεδρεύειν δὲ ἀεὶ ἐκείνοις φίλους καὶ συγγενεῖς τῶν ἀπολωλότων, καὶ δῆμον τοσοῦτον ὑπὲρ καταλύσεως νόμων καὶ δικαστηρίων τεθυμωμένον· ὅπου κἂν ᾖ τι μέρος ἐλεοῦν, ὑπὸ πλείονος ἂν αὐτὸ τοῦ διαγανακτοῦντος ἀφανισθῆναι.

ΚΕΦ. Δ'.

Τοιαῦτα μὲν ἐποίκιλλεν ἀθρόως δεδισσόμενος. Καὶ τὴν ἔξωθεν βοήθειαν ἀναφανδὸν μὲν οὐκ ἐθάρρει λέγειν, ᾐνίσσετο δὲ τοὺς Ἰδουμαίους. Ἵνα δὲ καὶ τοὺς ἡγεμόνας τῶν ζηλωτῶν ἰδίᾳ παροξύνῃ, τὸν Ἄνανον εἴς τε ὠμότητα διέβαλλε καὶ ἀπειλεῖν ἐκείνοις ἐξαιρέτως ἔλεγεν. Ἦσαν δὲ Ἐλεάζαρος υἱὸς Σίμωνος, ὃς δὴ καὶ

consulta ab ipsis essent intelligere, verisimileque erat in neminem potius quam in Joannem cadere posse proditionis suspicionem. Et ipsum quidem submovere haud facile erat, ut qui malitia plurimum valeret, ac præterea non ignobilis esset, et multorum qui in consilium de summa rerum adhibebantur, patrocinio succinctus. Visum est igitur ab eo benevolentiæ fidem jurejurando exigere. Jurare autem non dubitabat Joannes se et populi studiosum fore et nihil ab eo consultum factumve inimicis proditurum, et tam manu quam consilio una eversurum esse eos qui arma sumpserant. Itaque Ananus et qui ab eo stabant, fide jurijurando habita, jam nihil suspicantes suis eum consiliis interesse patiebantur: imo et ipsum ad zelotas legatum mittunt de sedandis discordiis. Nam curæ illis erat ne fanum suum pollueretur, neve quisquam in eo caderet Judæorum.

14. Ille vero quasi zelotis ex sua benevolentia juravisset, et non contra eos, quum ad illos ingressus esset et in medio constitisset, sæpe quidem se illorum causa periculum adiisse dicebat, ne quid secretorum ignorarent, quæ contra ipsos consilio agitarentur ab Anano sociisque: nunc autem maximum cum ipsis omnibus subiturum esse discrimen, nisi divinum quoddam præsto fuerit auxilium. Non amplius enim morari Ananum, sed, quum populo quidem id persuasisset, misisse legatos ad Vespasianum, ut ad capiendam civitatem quamprimum venire properaret; quin et lustrationem contra eos indixisse in diem sequentem, ut vel religionem simulando ingressi, aut etiam per vim cum iis manus consererent. Se autem non videre quamdiu aut obsidionem toleraturi, aut cum tot tantisque prælio congressuri sint. Se autem adjiciebat Dei providentia quasi legatum missum esse ad lites componendas: hoc enim præ se ferre Ananum, ut inermes ipsos adoriretur. Itaque oportere, si vitæ rationem haberent, aut obsidentibus supplicare, aut foris auxilium sibi quærere. Illos autem, qui veniæ spe, si victi fuerint, sibimet adulentur, facinorum quæ ausi sint haud meminisse, aut existimare simul ac maleficos commissorum pœnituerit, gravia passos oportere statim cum illis in gratiam redire. Sed injuriarum quidem auctores, etiamsi pœnitentiam agerent, sæpe invisos esse: læsosque, si potestatem nacti fuerint, ira magis excandescere. Quin et illis semper imminere cæsorum amicos cognatosque, et tantam populi multitudinem ex legum judiciorumque dissolutione valde irritatam: in qua si qui fuerint miseratione commoti, fieri ut majori cedant irascentium turbæ.

CAP. IV. (XV.)

Talia quidem vafre comminiscens terrorem universis incutiebat. Et quodnam foret externum auxilium, plane quidem et aperte dicere non audebat, Idumæos autem innuebat. Verum ut primores zelotarum privatim etiam commoveret, traducebat Ananum ut crudelem, eumque illis præcipue minas intentare dicebat. Erant autem

πιθανώτατος ἐδόκει τῶν ἐν αὐτοῖς νοῆσαί τε τὰ δέοντα καὶ τὰ νοηθέντα πρᾶξαι, Ζαχαρίας τε υἱὸς Φαλέκου, γένος ἐκ τῶν ἱερέων ἑκάτεροι. Οὗτοι πρὸς ταῖς κοιναῖς τὰς ἰδίας καθ' αὑτῶν ἀπειλὰς ἀκούσαντες, ἔτι δ' ὡς οἱ περὶ τὸν Ἄνανον δυναστείαν ἑαυτοῖς περιποιούμενοι Ῥωμαίους ἐπικαλοῖντο (καὶ γὰρ τοῦτο Ἰωάννης προσεψεύσατο), μέχρι πολλοῦ μὲν ἠπόρουν τὸ τί χρὴ πράττειν εἰς ὀξὺν οὕτω καιρὸν συνεωσμένους. Παρεσκευάσθαι μὲν γὰρ τὸν δῆμον ἐπιχειρεῖν αὐτοῖς οὐκ εἰς μακράν, αὐτῶν δὲ τὸ σύντονον τῆς ἐπιβουλῆς ὑποτετμῆσθαι τὰς ἔξωθεν ἐπικουρίας· πάντα γὰρ ἂν φθῆναι παθεῖν, πρὶν καὶ πυθέσθαι τινὰ τῶν συμμάχων. Ἔδοξε δ' ὅμως ἐπικαλεῖσθαι τοὺς Ἰδουμαίους. Καὶ γράψαντες ἐπιστολὴν σύντομον ὡς Ἄνανος μὲν προδιδοίη Ῥωμαίοις τὴν μητρόπολιν ἐξαπατήσας τὸν δῆμον, αὐτοὶ δ' ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀποστάντες ἐν τῷ ἱερῷ φρουροῖντο, ὀλίγος δ' ἔτι χρόνος αὐτοῖς βραβεύει τὴν σωτηρίαν· εἰ δὲ μὴ βοηθήσουσιν ἐκεῖνοι κατὰ τάχος, αὐτοὶ μὲν ὑπ' Ἀνάνῳ τε καὶ τοῖς ἐχθροῖς, ἡ πόλις δ' ὑπὸ Ῥωμαίοις φθάσει γενομένη, τὰ δὲ πολλὰ τοῖς ἀγγέλοις ἐνετέλλοντο πρὸς τοὺς ἄρχοντας τῶν Ἰδουμαίων διαλέγεσθαι. Προεβλήθησαν δ' ἐπὶ τὴν ἀγγελίαν δύο τῶν δραστηρίων ἀνδρῶν, εἰπεῖν τε ἱκανοὶ καὶ πεῖσαι περὶ πραγμάτων, τὸ δὲ τούτων χρησιμώτερον, ὠκύτητι ποδῶν διαφέροντες. Τοὺς μὲν γὰρ Ἰδουμαίους αὐτόθεν ᾔδεισαν πεισθησομένους, ἅτε θορυβῶδες καὶ ἄτακτον ἔθνος, ἀεί τε μετέωρον πρὸς τὰ κινήματα καὶ μεταβολαῖς χαῖρον, πρὸς ὀλίγην δὲ κολακείαν τῶν δεομένων τὰ ὅπλα κινοῦν, καὶ καθάπερ εἰς ἑορτὴν εἰς τὰς παρατάξεις ἐπειγόμενον. Ἔδει δὲ τάχους εἰς τὴν ἀγγελίαν, εἰς ὃ μηδὲν ἐλλείποντες προθυμίας οἱ πεμφθέντες (ἐκαλεῖτο δ' αὐτῶν Ἀνανίας ἑκάτερος), καὶ δὴ πρὸς τοὺς ἄρχοντας τῶν Ἰδουμαίων παρῆσαν.

(ΙϚ'.) β'. Οἱ δέ, πρὸς τὴν ἐπιστολὴν καὶ τὰ ῥηθέντα παρὰ τῶν ἀφιγμένων ἐκπλαγέντες, ὥσπερ ἐμμανεῖς περιέθεόν τε τὸ ἔθνος καὶ διεκήρυσσον τὴν στρατείαν. Ἤθροιστο δ' ἡ πληθὺς τάχιον τοῦ παραγγέλματος καὶ πάντες ὡς ἐπ' ἐλευθερίᾳ τῆς μητροπόλεως ἥρπαζον τὰ ὅπλα· συνταχθέντες δ' εἰς δύο μυριάδας, παραγίνονται πρὸς τὰ Ἱεροσόλυμα, χρώμενοι τέσσαρσιν ἡγεμόσιν, Ἰωάννῃ τε καὶ Ἰακώβῳ παισὶ Σωσᾶ, πρὸς δὲ τούτοις ἦν Σίμων υἱὸς Καθλᾶ, καὶ Φινέας Κλουσώθ.

γ'. Τὸν δ' Ἄνανον ἡ μὲν ἔξοδος τῶν ἀγγέλων, ὥσπερ καὶ τοὺς φύλακας, ἔλαθεν, ἡ δ' ἔφοδος τῶν Ἰδουμαίων οὐκέτι. Προγνοὺς γὰρ ἀπέκλειέ τε τὰς πύλας αὐτοῖς καὶ διὰ φυλακῆς εἶχε τὰ τείχη. Καθ' ἅπαν γε μὴν αὐτοὺς ἐκπολεμεῖν οὐκ ἔδοξεν, ἀλλὰ λόγοις πείθειν πρὸ τῶν ὅπλων. Στὰς οὖν ἐπὶ τὸν ἀντικρὺς αὐτῶν πύργον ὁ μετὰ Ἄνανον γεραίτατος τῶν ἀρχιερέων Ἰησοῦς « πολλῶν ἔφη καὶ ποικίλων τὴν πόλιν κατεσχηκότων θορύβων ἐν οὐδενὶ θαυμάσαι τὴν τύχην οὕτως ὡς τὸ συμπράττειν τοῖς πονηροῖς καὶ τὰ παράδοξα. Παρεῖναι γὰρ ὑμᾶς ἀνθρώποις ἐξωλεστάτοις μετὰ τοσαύτης προθυμίας ἐπαμυνοῦντας καθ' ἡμῶν, μεθ' ὅσης εἰκὸς ἦν ἐλ-

Eleazarus Simonis filius, qui etiam inter illos plurimum valere videbatur et ad excogitanda quæ opus erant et ad eadem exsequenda, itemque Zacharias Phaleci filius, utrique a sacerdotibus oriundi. Hi quum, præter ea quæ universis, etiam sibi intentata mala audivissent, quodque Anani factio potentiæ sibi comparandæ causa Romanos accerseret (nam et hoc Joannes improbe finxerat), diu quidem quid agerent dubitabant, in tantas temporis angustias compulsi. Quippe populum quidem brevi in eo fore ut ipsos aggrederentur, auxiliorumque accitorum spem sibi præcisam esse insidiarum celeritate : omnia enim ipsos prius passuros esse quam auxiliarium quisquam ista rescisceret. Veruntamen ut Idumæi advocarentur optimum visum est. Quumque brevem scripsissent epistolam, quod circumvento populo Ananus vellet Romanis metropolin prodere, ipsi autem facta pro libertate defectione in templo obsiderentur, et non liceret nisi ad breve adhuc tempus sibimet salutem promittere; ac nisi mature auxilio venirent, ipsos quidem ab Anano atque inimicis, civitatem vero a Romanis in potestatem redactum iri; multa etiam nunciis mandabant, quæ loquerentur ad principes Idumæorum. Propositi autem erant qui nuncii mitterentur duo viri impigri, qui de rebus agendis dicendo valebant accommodate ad persuadendum, et, quod magis in rem illorum erat, pedum velocitate præstabant. Nam Idumæos sine mora parituros esse probe noverant, utpote gentem tumultuosam et ordinis impatientem, ad motus intentam semper et mutationibus gaudentem, ad modicam vero eorum qui supplicant adulationem arma moventem, et ad prælia quasi ad festum properantem. Opus autem erat celeritate ad nuncium perferendum : quam ad rem nihil alacritatis deerat missis (uterque autem Ananias vocabatur), adeoque brevi se sistebant Idumæorum principibus.

(XVI.) 2. Illi vero epistola verbisque eorum qui venerant attoniti, furiosorum more gentem percursabant, et militiam denunciabant. Congregata autem est multitudo citius quam præceptum erat, omnesque quasi pro libertate metropoleos arma corripiebant, ordinatoque exercitu ad duo millia, adveniunt Hierosolyma cum ducibus quattuor, Joanne et Jacobo Sosæ filiis, ac præterea Simone Cathlæ et Phinea Clusothi filiis.

3. Nunciorum autem profectio Ananum quidem itemque vigiles ejus latuerat, haud vero Idumæorum adventus. Hoc enim ante cognito, portas eis claudit et multis custodes adhibebat. Ceterum nequaquam ei visum est cum illis dimicare, sed verbis persuadere potius quam armis rem gerere. Jesus igitur, post Ananum pontificum natu maximus, quum in turri illis adversa constitisset, « nihil se adeo mirari inquit quam quod, urbe tot tantisque tumultibus agitata, ita fors tulerit, ut improbis ex inopinato subveniretur. Quippe vos perditissimis hominibus contra nos subsidium laturos adesse, idque tanta alacritate, quantam adhiberi haud par erat, ne tum quidem si contra barbaros

« θεῖν, οὐδὲ τῆς μητροπόλεως καλούσης ἐπὶ τοὺς βαρβάρους. Καὶ εἰ μὲν ἑώρων τὴν σύνταξιν ὑμῶν ἐξ ὁμοίων τοῖς καλέσασιν ἀνδρῶν, οὐκ ἂν ἄλογον τὴν ὁρμὴν ὑπελάμβανον· οὐδὲν γὰρ οὕτω συνίστησι τὰς εὐνοίας ὡς τρόπων συγγένεια· νῦν δέ, εἰ μέν τις αὐτοὺς ἐξετάζοι καθ' ἕνα, μυρίων ἕκαστος εὑρεθήσεται θανάτων ἄξιος· τὰ γὰρ ἀθύρματα καὶ καθάρματα τῆς χώρας ὅλης κατασωτευσάμενα τὰς ἰδίας οὐσίας, καὶ προγυμνάσαντα τὴν ἀπόνοιαν ἐν ταῖς πέριξ κώμαις τε καὶ πόλεσι, τελευταῖα λεληθότως παρεισέρρευσαν εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν· λῃσταί, δι' ὑπερβολὴν ἀσεβημάτων μιαίνοντες καὶ τὸ ἀβέβηλον ἔδαφος, οὓς ὁρᾶν ἔστι νῦν ἀδεεῖς ἐμμεθυσκομένους τοῖς ἁγίοις καὶ τὰ σκῦλα τῶν πεφονευμένων καταναλίσκοντας εἰς τὰς ἀπλήστους γαστέρας. Τὸ δὲ ὑμέτερον πλῆθος καὶ τὸν κόσμον τῶν ὅπλων ὁρᾶν ἔστιν οἷος ἔπρεπε καλούσης ὑμᾶς τῆς μητροπόλεως κοινῷ βουλευτηρίῳ συμμάχους κατ' ἀλλοφύλων. Τί ἂν οὖν εἴποι τοῦτό τις ἢ τύχης ἐπήρειαν, ὅταν λογάσι πονηροῖς αὐτάνδρον ἔθνος ὁρᾷ συνασπίζον αὐτοῖς; Μέχρι πολλοῦ μὲν ἀπορῶ τί δή ποτε καὶ τὸ κινῆσαν ὑμᾶς οὕτω ταχέως ἐγένετο. Μὴ γὰρ ἂν δίχα μεγάλης αἰτίας ἀναλαβεῖν τὰς πανοπλίας ὑπὲρ λῃστῶν καὶ κατὰ δήμου συγγενοῦς. Ἐπεὶ δὲ ἠκούσαμεν Ῥωμαίους καὶ προδοσίαν (ταῦτα γὰρ ὑμῶν ἐθορύβουν τινὲς ἀρτίως, καὶ τῆς μητροπόλεως ἐπ' ἐλευθερώσει παρεῖναι), πλέον τῶν ἄλλων τολμημάτων ἐθαυμάσαμεν τοὺς ἀλιτηρίους τῆς περὶ τὸ ψεῦδος ἐπινοίας. Ἄνδρας γὰρ φύσει φιλελευθέρους, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα τοῖς ἔξωθεν πολεμίοις μάχεσθαι παρεσκευασμένους οὐκ ἐνῆν ἄλλως ἐξαγριῶσαι καθ' ἡμῶν ἢ λογοποιήσαντας προδοσίαν τῆς ποθουμένης ἐλευθερίας. Ἀλλ' ὑμᾶς γε χρὴ σκέπτεσθαι τούς τε διαβάλλοντας καὶ καθ' ὧν, συνάγειν τε τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἐκ τῶν ἐπιπλάστων λόγων, ἀλλ' ἐκ τῶν κοινῶν πραγμάτων. Τί γὰρ δὴ καὶ παθόντες ἂν ἡμεῖς Ῥωμαίοις προσπωλοῦμεν ἑαυτοὺς νῦν, παρὸν ἢ μηδὲ ἀποστῆναι τὸ πρῶτον, ἢ προσχωρῆσαι ταχέως ἀποστάντας, ὄντων ἔτι τὸν πέριξ ἀπορθήτων; Νῦν μὲν γὰρ οὐδὲ βουλομένοις διαλύσασθαι ῥᾴδιον, ὅτε Ῥωμαίους μὲν ὑπερόπτας πεποίηκεν ὑποχείριος ἡ Γαλιλαία, φέρει δ' αἰσχύνην ἡμῖν θανάτου χαλεπωτέραν, τὸ θεραπεύειν αὐτοὺς ὄντας ἤδη πλησίον· καὶ ἔγωγε κατ' ἐμαυτὸν μὲν ἂν εἰρήνην προτιμήσαιμι θανάτου· πολεμούμενος δ' ἅπαξ καὶ συμβαλών, θάνατον εὐκλεᾶ τοῦ ζῆν αἰχμάλωτος. Πότερον δέ φασιν ἡμᾶς, τοὺς τοῦ δήμου προεστῶτας, πέμψαι κρύφα πρὸς Ῥωμαίους, ἢ καὶ τὸν δῆμον κοινῇ ψηφισάμενον; εἰ μὲν ἡμᾶς, εἰπάτωσαν τοὺς πεμφθέντας φίλους, τοὺς διακονήσαντας τὴν προδοσίαν οἰκέτας. Ἐφωράθη τις ἀπιών; ἀνακομιζόμενος ἑάλω; γραμμάτων γεγόνασιν ἐγκρατεῖς; Πῶς δὲ τοὺς μὲν τοσούτους πολίτας ἐλάθομεν, οἷς κατὰ πᾶσαν ὥραν συναναστρεφόμεθα; τοῖς δὲ ὀλίγοις καὶ φρουρουμένοις, καὶ μηδ' εἰς τὴν πόλιν ἐκ τοῦ ἱεροῦ προελθεῖν δυναμένοις ἐγνώσθη τὰ κατὰ τὴν χώραν λαθραίως;

atque prudentia paria gesserint. Simul autem ac hostibus aliquid de viribus minuatur, etiam milites suos, ex continuis laboribus recreatos, ductum iri valentiores; præterea-que, si qui sibi proponerent victoriæ claritudinem, non hoc idoneum esse tempus. Nec enim armis fabricandis murisve, neque auxiliis colligendis operam dare Judæos, foreque ut mora contra illos faciat qui eam interponant; imo vero bello civili et dissidiis vexatos quotidie miserabiliora pati quam quibus ab ipsis eos adortis capti afficerentur. Proinde, sive quis ad securitatem attenderit, oportere eos, qui semet consumptum eant, missos facere; sive ad rerum præclare gestarum gloriam, nequaquam manus intestino morbo laborantibus afferendas esse. Fore quippe ut dicatur, idque non sine causa, victoriam non illis acceptam deberi, sed seditioni. »

(XXII.) 3. Vespasiano verba ista facienti assenserunt duces moxque apparuit quam recte senserit imperator. Multi in dies singulos transfugiebant, zelotarum ex custodia semet subducentes. Difficile autem erat fugam capere, quod exitus omnes custodibus obsiderentur, et quicunque in illis quoquo modo deprehensus fuisset, quasi ad Romanos abiret, interficeretur. Ceterum qui pretio se potuit redimere, dimittebatur, isque solus pro proditore habebatur qui nihil daret : quo factum est ut, ditioribus fugam redimentibus, soli pauperiores jugularentur. Mortui autem per omnes vicos magna multitudine in cumulos aggesti erant : plurimique etiam qui se in fugam conjecerant, animo mutato in civitate diem supremum obire cupiebant : nam sepulturæ spes faciebat ut satius videretur in patria mori. Eo autem crudelitatis deventum est ut neque iis qui in urbe occisi erant, neque iis qui per vias, humari concederetur, sed quasi cum patriis legibus etiam naturæ jura dissolvere pepigissent, suaque in homines injustitia Dei quoque numen polluere, mortuos sub dio putrescentes relinquebant. Sepelientibus autem propinquorum quenquam idem quod transfugis supplicium erat, mors : statimque sepultura egebat qui alterum sepultura affecerat. In summa, nulla bona animi affectio adeo exstincta erat in istis calamitatibus ac misericordia. Quæ enim miseranda erant, illa ipsa nefarios irritabant, et a vivis quidem in occisos, a mortuis vero in vivos iracundiam transferebant : et ingens adeo metus omnes occupaverat ut eos qui prius occubuerant pro beatis, quod requieverant, laudarent superstites; quique in carceribus vexati erant et cruciati, etiam insepultos, si cum illis conferrentur, felices prædicabant. Et ab illis quidem omne jus humanum conculcabatur, divina autem deridebantur, et prophetarum oracula ut præstigiatorum commenta subsannabant. Multa autem illi de virtute et vitio vaticinati sunt, quæ isti zelotæ quum secure violarent, effecerunt ut prophetia quæ adversus patriam fuerat concepta exitum sortiretur. Vetus enim virorum numine afflatorum sermo quidam erat, tum urbem captum iri et locum sanctissimum conflagraturum jure belli, ubi seditio invaserit, et indigenarum manus polluerint sacratum Deo

προμιάνωσι τὸ τοῦ Θεοῦ τέμενος. Οἷς οὐκ ἀπιστήσαντες οἱ ζηλωταὶ διακόνους ἑαυτοὺς ἐπέδοσαν.

ΚΕΦ. Ζ'.

Ἤδη δὲ Ἰωάννῃ τυραννιῶντι τὸ πρὸς ὁμοίους ἰσότιμον ἠδοξεῖτο, καὶ κατ' ὀλίγους προσποιούμενος τῶν πονηροτέρων ἀφηνίαζε τοῦ συντάγματος. Ἀεὶ δὲ τοῖς μὲν τῶν ἄλλων δόγμασιν ἀπειθῶν, τὰ δὲ αὐτοῦ προστάσσων δεσποτικώτερον, δῆλος ἦν μοναρχίας ἀντιποιούμενος. Εἶκον δὲ αὐτῷ τινες μὲν δέει, τινὲς δὲ κατ' εὔνοιαν (δεινὸς γὰρ ἦν ἀπάτῃ καὶ δόλῳ προσαγαγέσθαι), πολλοὶ δὲ πρὸς ἀσφαλείας ἡγούμενοι τῆς αὑτῶν τὰς αἰτίας ἤδη τῶν τολμωμένων ἐφ' ἕνα καὶ μὴ πολλοὺς ἀναφέρεσθαι. Τό γε μὴν δραστήριον αὐτοῦ, κατά τε χεῖρα καὶ κατὰ γνώμην, δορυφόρους εἶχεν οὐκ ὀλίγους. Πολλὴ δὲ μοῖρα τῶν ἀντικαθισταμένων ἀπελείπετο, παρ' οἷς ἴσχυε μὲν καὶ φθόνος, δεινὸν ἡγουμένων ὑποτετάχθαι τῷ πρὶν ἰσοτίμῳ· τὸ πλέον δὲ εὐλάβεια τῆς μοναρχίας ἀπέτρεπεν. Οὔτε γὰρ καταλύσειν ῥᾳδίως ἤλπιζον αὐτὸν ἅπαξ κρατήσαντα, καὶ καθ' ἑαυτῶν πρόφασιν ἕξειν τὸ τὴν ἀρχὴν ἀντιπρᾶξαι· προῃρεῖτο δὲ ἢ πολεμῶν ἕκαστος ὁτιοῦν παθεῖν ἢ δουλεύσας ἑκουσίως ἐν ἀνδραπόδου μοίρᾳ παραπολέσθαι. Διαιρεῖται μὲν οὖν ἡ στάσις ἐκ τούτων, καὶ τοῖς ἐναντιωθεῖσιν Ἰωάννης ἀντεβασίλευσεν. Ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸς ἀλλήλους αὐτοῖς διὰ φυλακῆς ἦν, καὶ οὐδὲν ἢ μικρὸν εἴ ποτε διηκροβολίζοντο τοῖς ὅπλοις· ἤριζον δὲ κατὰ τοῦ δήμου καὶ πότεροι πλείονα λείαν ἀνάξουσιν ἀντεφιλονείκουν. Ἐπεὶ δὲ ἡ πόλις τρισὶ τοῖς μεγίστοις κακοῖς ἐχειμάζετο, πολέμῳ καὶ τυραννίδι καὶ στάσει, κατὰ σύγκρισιν μετριώτερον ἦν τοῖς δημοτικοῖς ὁ πόλεμος. Ἀμέλει διαδιδράσκοντες ἐκ τῶν οἰκείων ἔφευγον πρὸς τοὺς ἀλλοτρίους, καὶ παρὰ Ῥωμαίοις ἧς ἀπήλπισαν ἐν τοῖς ἰδίοις σωτηρίας ἠξιοῦντο.

ΚΔ'.) β'. Τέταρτον δὲ ἄλλο κακὸν ἐκινεῖτο πρὸς τὴν τοῦ ἔθνους κατάλυσιν. Φρούριον ἦν οὐ πόρρω Ἱεροσολύμων καρτερώτατον, ὑπὸ τῶν ἀρχαίων βασιλέων εἴς τε ὑπέκθεσιν κτήσεως ἐν πολέμου ῥοπαῖς καὶ σωμάτων ἀσφάλειαν κατεσκευασμένον, ὃ ἐκαλεῖτο Μασάδα. Τοῦτο κατειληφότες οἱ προσαγορευόμενοι σικάριοι τέως μὲν τὰς πλησίον χώρας κατέτρεχον, οὐδὲν πλέον τῶν ἐπιτηδείων ποριζόμενοι· δέει γὰρ ἀνεστέλλοντο τῆς πλείονος ἁρπαγῆς· ὡς δὲ τὴν Ῥωμαίων στρατιὰν ἠρεμοῦσαν, στάσει δὲ καὶ τυραννίδι ἰδίᾳ τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἰουδαίους ἐπύθοντο διῃρημένους, ἁδροτέρων ἥπτοντο τολμημάτων. Καὶ κατὰ τὴν ἑορτὴν τῶν ἀζύμων, ἣν ἄγουσιν Ἰουδαῖοι σωτήρια ἐξόδου τῆς ὑπ' Αἰγυπτίοις δουλείας, ἀνεθέντες εἰς τὴν πάτριον γῆν, κατῆλθον νύκτωρ, τοὺς ἐμποδὼν ὄντας διαλαθόντες, καὶ πολίχνην τινὰ κατατρέχουσι καλουμένην Ἐγγαδδί. Ἐν ᾗ τὸ μὲν ἀμύνεσθαι δυνάμενον, πρὶν ὅπλων ἅψασθαι καὶ συνελθεῖν, φθάσαντες ἐσκέδασαν, καὶ τῆς πόλεως ἐξέβαλον, τὸ δὲ φυγεῖν ἧττον ὄν, γύναιά τε καὶ παῖδας, ὑπὲρ ἑπτακοσίους ἀναιροῦσιν· ἔπειτα τούς τε οἴκους ἐξε-

locum. Quibus licet fidem non detraherent zelotæ, ipsi tamen se earum rerum ministros præbuerunt.

CAP. VII. (XXIII.)

Joannes autem, quum jam tyrannidem affectaret, eundem cum æqualibus suis honorem accipere dedignabatur; paulatimque e nequioribus quosdam sibi adjungens eorum factioni se subducebat. Quum autem semper aliorum quidem consultis non obtemperaret, quæ vero ipsi visa essent imperiosius juberet, palam erat ipum velle dominatum sibi soli asserere. Eique se sociabant nonnulli quidem metu, alii vero ex benevolentia (miram quippe scientiam habebat alios ad se alliciendi fraude et dolo), plurimique quod ad securitatem suam facere existimabant, ut facinorum quæ patrarentur causæ uni potius quam multis adscriberentur. Ad hæc, quia manu strenuus erat et consilio, non paucos habebat satellites. Magna autem pars contrariæ factionis eum deserebat, nonnulli quidem præ invidia, grave ducentes ei subjici quem paullo ante parem habuerant, plurimi vero sibi caventes ab unius dominatu. Eum enim, si semel rerum potiretur, haud facile deturbari posse existimabant, illudque ipsis objecturum esse, quod primum ei restiterint. Proinde quisque bello potius quidvis pati malebat quam voluntariam serviendo servitutem pro mancipiis male perire. Et ex istis quidem divisa est factio, et Joannes in contraria dissentientibus parte pro rege se gessit. Sed inter ipsos quidem munita erant omnia custodibus; nihilque aut parum agebatur, si quando in velitatione armis se lacesserent: contra plebeculam vero acriter pugnabant, et utrinque contentio erat quinam prædam majorem abducerent. Quum autem tribus maximis malis vexaretur civitas, bello et tyrannide et seditione, præ ceteris populo levius videbatur bellum. Itaque relictis familiaribus suis ad alienigenas profugiebant, et apud Romanos salutem, quam inter suos desperaverant, assequebantur.

2. (XXVI.) Quartum vero præterea malum ccortum est gentis in exitium. Castellum erat haud procul ab Hierosolymis validissimum, a priscis regibus et ad opes reponendas in belli periculis et ad corporum tutamen ædificatum, quod vocabatur Masada. Illud quum Sicarii qui appellabantur occupassent, tunc quidem in vicinam regionem excursiones faciebant, nihil aliud præter necessaria sibimet quærentes, quippe metu a rapinis amplioribus continebantur: at quum primum Romanorum exercitum otium agere audirent, et Judæos Hierosolymitanos ex seditione et injusta dominatione divisos, majora facinora aggrediebantur. Atque die festo Azymorum (qui agitur a Judæis ob salutem acceptam quum ex Ægyptiorum servitute liberati in terram patriam remitterentur) noctu descenderunt, clam eos qui ipsis obstarent, et in oppidulum quoddam nomine Engaddi impetum faciunt. In qua eos qui resistendo erant, priusquam arma caperent et convenirent, subito disperserunt et civitate ejecerunt: eos vero qui fugere non poterant, mulieres ac liberos, supra septingentos interficiunt: deinde quum ædes compilassent,

σκευασμένοι καὶ τῶν καρπῶν τοὺς ἀκμαίους ἁρπάσαντες ἀνήνεγκαν εἰς τὴν Μασάδαν. Καὶ οἱ μὲν ἐληίζοντο πάσας τὰς περὶ τὸ φρούριον κώμας, καὶ τὴν χώραν ἐπόρθουν ἅπασαν, προσδιαφθειρομένων αὐτοῖς καθ' ἡμέραν ἑκασταχόθεν οὐκ ὀλίγων. Ἐκινεῖτο δὲ καὶ τὰ ἄλλα τῆς Ἰουδαίας κλίματα τότε τέως ἠρεμοῦν ληστρικόν. Καθάπερ δὲ ἐν σώματι τοῦ κυριωτάτου φλεγμαίνοντος πάντα τὰ μέλη συνενόσει· διὰ γοῦν τὴν ἐν μητροπόλει στάσιν καὶ ταραχὴν ἄδειαν ἔσχον οἱ κατὰ τὴν χώραν πονηροὶ τῶν ἁρπαγῶν, καὶ τὰς οἰκείας ἕκαστοι κώμας ἁρπάσαντες, ἔπειτα εἰς τὴν ἐρημίαν ἀφίσταντο· συναθροιζόμενοί τε καὶ συνομνύμενοι κατὰ λόχους, στρατιᾶς μὲν ὀλιγώτεροι, πλείους δὲ ληστηρίου, προσέπιπτον ἱεροῖς καὶ πόλεσι. Καὶ κακοῦσθαι μὲν συνέβαινεν, ἐφ' οὓς ἂν ὁρμήσειαν ὡς ἐν πολέμῳ καταλειφθέντας· φθάνεσθαι δὲ τὰς ἀμύνας ὡς ληστῶν ἅμα ταῖς ἁρπαγαῖς ἀποδιδρασκόντων. Οὐδὲν δὲ μέρος ἦν τῆς Ἰουδαίας, ὃ μὴ τῇ προανεχούσῃ πόλει συναπώλλυτο.

(ΚΕ΄.) γ΄. Ταῦτα Οὐεσπασιανῷ παρὰ τῶν αὐτομόλων διηγγέλλετο. Καίπερ γὰρ φρουρούντων τὰς ἐξόδους τῶν στασιαστῶν ἁπάσας, καὶ διαφθειρόντων τοὺς ὁπωσοῦν προσιόντας, ὅμως ἦσαν οἳ διελάνθανον καὶ καταφεύγοντες εἰς τοὺς Ῥωμαίους τὸν στρατηγὸν ἐνῆγον ἀμῦναι τῇ πόλει, καὶ τὰ τοῦ δήμου περισῶσαι λείψανα· διὰ γὰρ τὴν πρὸς Ῥωμαίους εὔνοιαν ἀνῃρῆσθαί τε τοὺς πολλοὺς καὶ κινδυνεύειν τοὺς περιόντας. Ὁ δὲ οἰκτείρων ἤδη τὰς συμφορὰς αὐτῶν τὸ μὲν δοκεῖν ἐκπολιορκήσων ἀνίσταται τὰ Ἱεροσόλυμα, τὸ δ' ἀληθὲς ἀπαλλάξων πολιορκίας. Ἔδει δὲ προκαταστρέψασθαι τὰ λειπόμενα, καὶ μηδὲν ἔξωθεν ἐμπόδιον τῇ πολιορκίᾳ καταλιπεῖν. Ἐλθὼν γοῦν ἐπὶ τὰ Γάδαρα μητρόπολιν τῆς Περαίας καρτεράν, τετράδι Δύστρου μηνὸς εἴσεισιν εἰς τὴν πόλιν. Καὶ γὰρ ἔτυχον οἱ δυνατοὶ λάθρα τῶν στασιωτῶν πρεσβευσάμενοι πρὸς αὐτὸν περὶ παραδόσεως, πόθῳ τε εἰρήνης καὶ διὰ τὰς οὐσίας· πολλοὶ δὲ τὰ Γάδαρα κατῴκουν πλούσιοι. Τούτων τὴν πρεσβείαν ἠγνοήκεσαν οἱ διάφοροι, πλησίον δὲ ἤδη ὄντος Οὐεσπασιανοῦ διεπύθοντο. Καὶ κατασχεῖν μὲν αὐτοὶ τὴν πόλιν ἀπέγνωσαν δύνασθαι, τῶν τε ἔνδον ἐχθρῶν πλήθει λειπόμενοι καὶ Ῥωμαίους ὁρῶντες οὐ μακρὰν τῆς πόλεως· φεύγειν δὲ κρίναντες ἠδόξουν ἀναιμωτὶ καὶ μηδεμίαν παρὰ τῶν αἰτίων εἰσπραξάμενοι τιμωρίαν. Συλλαβόντες δὴ τὸν Δόλεσον (οὗτος γὰρ ἦν οὐ μόνον ἀξιώματι καὶ γένει τῆς πόλεως πρῶτος, ἀλλ' ἐδόκει καὶ τῆς πρεσβείας αἴτιος), κτείνουσί τε αὐτὸν καὶ δι' ὑπερβολὴν ὀργῆς νεκρὸν αἰκισάμενον διέδραν ἐκ τῆς πόλεως. Ἐπιούσης δὲ ἤδη τῆς Ῥωμαϊκῆς δυνάμεως ὅ τε δῆμος τῶν Γαδάρων, μετ' εὐφημίας τὸν Οὐεσπασιανὸν εἰσδεξάμενοι, δεξιὰς παρ' αὐτοῦ πίστεως ἔλαβον, καὶ φρουρὰν ἱππέων τε καὶ πεζῶν πρὸς τὰς τῶν φυγάδων καταδρομάς· τὸ γὰρ τεῖχος αὐτοὶ πρὶν ἀξιῶσαι Ῥωμαίους καθεῖλον, ὅπως εἴη πίστις αὐτοῖς τοῦ τὴν εἰρήνην ἀγαπᾶν τὸ μηδὲ βουληθέντας πολεμεῖν.

fructusque jam maturos diripuissent, prædam in Masadam retulerunt. Et illi quidem omnes circa castellum vicos et regionem omnem depopulabantur, non parvo undique perditorum numero ad eos in dies singulos confluente. Simul etiam per reliquos Judææ tractus concitati sunt latrones, qui eousque quieverant. Ac quemadmodum in corpore, si quod præcipuum est inflammatur, una ægrotabant membra cuncta: itaque propter urbis seditionem et tumultum qui foris erant nequissimi prædandi arripuerant licentiam; atque singuli, ubi vicos quos inhabitabant diripuerant, mox in solitudinem se recipiebant: quumque in agmina congregarentur et conjurarent, exercitu quidem pauciores, plures vero quam manus latrocinalis, in loca sacra et oppida irruebant. Atque eveniebat ut male quidem mulctarentur ab iis in quos impetum fecerant, id quod bello victis solet accidere; interdum autem pœnas prævenirent, latronum more cum spoliis aufugientes. Nulla autem pars Judææ erat quæ simul cum urbe eminentissima non interibat.

(XXV.) 3. Ista Vespasiano a transfugis narrabantur. Nam licet exitus omnes custodirent, et quotquot ad illos quoquo modo accederent e vestigio interficerent seditiosi, erant tamen qui clam elapsi et ad Romanos se recipientes imperatorem incitabant ut opem civitati ferret, et conservatum iret populi reliquias: nam multos, quod bene Romanis vellent, periisse, et superstites in periculo esse. Ille autem, jam tum miserans eorum calamitates, castra movit tanquam Hierosolyma obsessurus, re autem vera ut obsidione liberaret. Oportebat autem ut, priusquam id ageret, quod reliquum erat eversum iret, nihilque a tergo relinqueret quod obsidionem impediret. Quum igitur venisset Gadara, metropolim Peraæ validam, quarta die mensis Dystri civitatem ingreditur. Jam enim optimates, clam seditiosos, legatos ad eum de deditione miserant, tam pacis desiderio, quam suis facultatibus metuentes: multi quippe locupletes Gadara habitabant. Quum autem hanc legationem plane ignorassent diversa sentientes, tum demum de ea appropinquante Vespasiano nonnihil resciverunt. Et ipsi quidem civitatem se retinere posse desperabant, utpote et inimicis qui intus erant numero inferiores, et Romanos non longe ab urbe conspicientes: quum autem fugere decrevissent, sine sanguine id facere, nullaque a noxiis pœna repetita, parum honestum ducebant. Itaque Doleso comprehenso (namque is non dignitate solum ac nobilitate civitatis princeps erat, sed etiam legationis auctor videbatur), et ipsum morte afficiunt et mortuo ex iræ vehementia male indigneque accepto, ex urbe diffugerunt. Eo autem accedente Romano exercitu, Gadarensium populus, quum Vespasianum faustis acclamationibus in urbem recepissent, et fidem ab eo acceperunt, et equitum peditumque præsidium contra fugitivorum excursus: nam ipsi muros demoliti erant, priusquam id peterent Romani, ut sibi fides haberetur quod pacem diligerent, ut qui ne vellent quidem bellum movere.

δ'. Οὐεσπασιανὸς δὲ ἐπὶ μὲν τοὺς διαδράντας ἐκ τῶν Γαδάρων Πλάκιδον σὺν ἱππεῦσι πεντακοσίοις καὶ πεζοῖς τρισχιλίοις πέμπει· μετὰ δὲ τῆς ἄλλης στρατιᾶς αὐτὸς ὑπέστρεψεν εἰς Καισάρειαν. Οἱ δὲ φυγάδες ὡς αἰφνίδιον τοὺς διώκοντας ἱππεῖς ἐθεάσαντο, πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, εἴς τινα κώμην συνειλοῦνται, Βηθενναβρὶν προσαγορευομένην. Ἐν ᾗ νέων πλῆθος οὐκ ὀλίγον εὑρόντες, καὶ τοὺς μὲν ἑκόντας, τοὺς δὲ βίᾳ καθοπλίσαντες, εἰκαίως προπηδῶσιν ἐπὶ τοὺς περὶ τὸν Πλάκιδον. Οἱ δὲ πρὸς μὲν τὴν πρώτην ἐμβολὴν ὀλίγον εἶξαν, ἅμα καὶ προκαλέσασθαι τεχνιτεύοντες αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ τείχους πορρωτέρω. Λαβόντες δὲ εἰς ἐπιτήδειον περιήλαυνόν τε καὶ κατηκόντιζον, καὶ τοὺς μὲν φυγάδας αὐτῶν οἱ ἱππεῖς ὑπετέμνοντο, τὰς συμπλοκὰς δὲ τὸ πεζὸν εὐτόνως διέφθειρον. Οὐ μέντοι πλεῖόν τι τόλμης ἐπιδεικνύμενοι οἱ Ἰουδαῖοι διεφθείροντο. Πεπυκνωμένοις γὰρ προσπίπτοντες τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ ταῖς πανοπλίαις ὥσπερ τετειχισμένοις, αὐτοὶ μὲν οὐχ ηὕρισκον βέλους παράδυσιν, οὐδὲ ηὐτόνουν ῥῆξαι τὴν φάλαγγα, περιεπείροντο δὲ τοῖς ἐκείνων βέλεσι, καὶ τοῖς ἀγριωτάτοις παραπλήσιοι θηρίοις ὥρμων ἐπὶ τὸν σίδηρον. Διεφθείροντο δὲ οἱ μὲν κατὰ στόμα παιόμενοι τοῖς ξίφεσιν, οἱ δὲ ὑπὸ τῶν ἱππέων σκεδαννύμενοι.

ε'. Σπουδὴ γὰρ ἦν τῷ Πλακίδῳ τὰς ἐπὶ τὴν κώμην ὁρμὰς αὐτῶν διακλείειν, καὶ συνεχῶς παρελαύνων κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος, ἔπειτα ἐπιστρέφων ἅμα καὶ τοῖς βέλεσι χρώμενος, εὐστόχως ἀνῄρει τοὺς πλησιάζοντας, καὶ δέει τοὺς πόρρωθεν ἀνέστρεφε, μέχρι βίᾳ διεκπαίοντες οἱ γενναιότατοι πρὸς τὸ τεῖχος διέφυγον. Ἀπορία δὲ εἶχε τοὺς φύλακας. Οὔτε γὰρ ἀποκλεῖσαι τοὺς ἀπὸ τῶν Γαδάρων ὑπέμενον διὰ τοὺς σφετέρους, καὶ δεξάμενοι συναπολεῖσθαι προσεδόκων. Ὃ δὴ καὶ συνέβη· συνωσθέντων γὰρ αὐτῶν εἰς τὸ τεῖχος, παρ' ὀλίγον μὲν οἱ τῶν Ῥωμαίων ἱππεῖς συνεισέπεσον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ φθασάντων ἀποκλεῖσαι τὰς πύλας προσβαλὼν ὁ Πλάκιδος καὶ μέχρι δείλης γενναίως ἀγωνισάμενος τοῦ τείχους καὶ τῶν ἐν τῇ κώμῃ ἐκράτει. Τὰ μὲν οὖν ἀργὰ πλήθη διεφθείρετο· φυγὴ δὲ ἦν τῶν δυνατωτέρων, τὰς δὲ οἰκίας οἱ στρατιῶται διήρπασαν, καὶ τὴν κώμην ἐνέπρησαν. Οἱ δὲ διαδράντες ἐξ αὐτῆς τοὺς κατὰ τὴν χώραν συνανέστησαν, καὶ τὰς μὲν αὐτῶν συμφορὰς ἐξαίροντες ἐπὶ μεῖζον, τὴν δὲ Ῥωμαίων στρατιὰν πᾶσαν ἐπιέναι λέγοντες, πάντας πανταχόθεν ἐξέσεισαν τῷ δέει. Γενόμενοί τε παμπληθεῖς ἔφευγον ἐπὶ Ἱεριχοῦντος. Αὕτη γὰρ ἔτι μόνη τὰς ἐλπίδας αὐτῶν ἔθαλπε τῆς σωτηρίας, καρτερὰ τείχει τε καὶ πλήθει οἰκητόρων τυγχάνουσα. Πλάκιδος δὲ τοῖς ἱππεῦσι καὶ ταῖς προαγούσαις εὐπραγίαις τεθαρρηκὼς εἵπετο, καὶ μέχρι μὲν Ἰορδάνου τοὺς ἀεὶ καταλαμβανομένους ἀνῄρει· συνελάσας δὲ πρὸς τὸν ποταμὸν πᾶν τὸ πλῆθος, εἰργομένους ὑπὸ τοῦ ῥεύματος (τραφὲν γὰρ ὑπ' ὄμβρων ἄβατον ἦν) ἀντικρὺ παρετάσσετο. Παρώξυνε δὲ ἡ ἀνάγκη πρὸς μάχην τοὺς φυγῆς τόπον οὐκ ἔχοντας· καὶ ταῖς ὄχθαις ἐπὶ μήκιστον παρεκτείνοντες σφᾶς αὐτοὺς ἐδέχοντο τὰ βέλη καὶ τὰς τῶν

4. Vespasianus ad Gadarensium perfugas persequendos mittit Placidum cum equitibus quingentis et tribus peditum millibus : ipse autem cum reliquo exercitu Cæsaream reversus est. At fugitivi, postquam equites repente a tergo insequentes viderant, priusquam ad manus venirent, in vicum quendam, cui nomen Bethennabris, colliguntur. Ubi reperta non parva juvenum multitudine, hisque partim ex voluntate sua, partim vi armatis, temere contra Placidum ejusque milites prosiliunt. Illi autem ad primum quidem impetum paululum recesserunt, ea arte eoque consilio ut simul eos longius a muro provocarent. Quumque in locum opportunum adducti essent, eos circumequitabant et jaculis configebant : et ex illis quidem quotquot fugerent succidebant equites, manus vero conserentium magnam stragem edebant pedites. Sane nihil aliud agentes nisi ut suam ostenderent audaciam, peribant Judæi. Nam dum confertos adoriuntur Romanos armisque non secus ac muro septos, ipsi quidem omnia telis impervia inveniebant, nec aciem ulla vi frangere poterant, illorum autem undique transfigebantur telis, et similiter ac feræ immanissimæ in ferrum ruebant. Atque sternebantur alii gladiis ora percussi, alii ab equitibus dissipati.

5. Curæ autem erat Placido eis fugam in vicum intercludere, et assidue ea parte equitatu prætervectus, deinde cursu reflexo tela vibrans, proximos certo ictu perimebat, et remotiores sui metu avertebat, donec tandem fortiores vi erumpentes ad murum evaderent. In incerto autem erant custodes quid agerent. Neque enim ferebant ut Gadarensium perfugæ suorum causa excluderentur ; et si eos recepissent, una cum his se perituros exspectabant. Id quod contigit : illis enim ad murum compulsis, parum aberat quin Romanorum equites cum illis irrupissent. Verumenimvero, quum portas jam præclusissent, Placidus, facta impressione pugnaque acri commissa, muro pariter ac vico potiebatur. Et vulgus quidem iners cæsum est : potentiores vero in fugam se conjiciebant, militesque domos diripiebant et vicum igni vastabant. Qui vero inde evaserant, et ruris incolas in fugam concitarunt, et, dum suas calamitates in majus extollerent, dicerentque totum Romanorum adventare exercitum, omnes undique metu concusserunt. Quumque in ingentem aucti essent numerum, Hierichuntem versus fugiebant. Sola enim hæc etiam tunc eorum spem salutis fovebat, quod esset bene communita populoque abundaret. At Placidus, equitibus fretus rebusque ante prospere gestis, eos insequebatur, et usque ad Jordanem quidem omnes, ut quosque assequeretur, perimebat : quum autem ad amnem universam compulisset multitudinem, vi fluminis trajectu prohibitam (auctum enim imbribus vadari non poterat), ex adverso aciem instruebat. Necessitas autem Gadarenses ad pugnam adegit, quod fugæ locum non haberent : prætentique quam longissime ad ripas, tela excipiebant incursusque equitum, qui ipsorum multos ferientes

ἱππέων ἐμβολάς, οἳ πολλοὺς αὐτῶν παίοντες εἰς τὸ ῥεῦμα κατέβαλον. Καὶ τὸ μὲν ἐν χερσὶν αὐτῶν διαφθαρὲν μύριοι πεντακισχίλιοι, τὸ δὲ βιασθὲν ἐμπηδῆσαι ἀκουσίως εἰς τὸν Ἰορδάνην πλῆθος ἄπειρον ἦν. Ἑάλωσαν δὲ περὶ δισχιλίους καὶ διακοσίους, λεία τε παμπληθὴς ὄνων τε καὶ προβάτων καὶ καμήλων καὶ βοῶν.

ϛʹ. Ἰουδαίοις μὲν οὖν οὐδὲν ἐλάττων ἥδε ἡ πληγὴ προσπεσοῦσα καὶ μείζων ἔδοξεν ἑαυτῆς, διὰ τὸ μὴ μόνον τὴν χώραν ἅπασαν δι' ἧς ἔφευγον πληρωθῆναι φόνου, μηδὲ νεκροῖς διαβατὸν γενέσθαι τὸν Ἰορδάνην, ἐμπλησθῆναι δὲ τῶν σωμάτων καὶ τὴν Ἀσφαλτῖτιν λίμνην, εἰς ἣν παμπληθεῖς ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ κατεσύρησαν. Πλάκιδος δὲ δεξιᾷ τύχῃ χρώμενος ὥρμησεν ἐπὶ τὰς πέριξ πολίχνας τε καὶ κώμας, καταλαμβανόμενός τε Ἄβιλα καὶ Ἰουλιάδα καὶ Βησιμὼθ, τάς τε μέχρι τῆς Ἀσφαλτίτιδος πάσας, ἐγκαθίστησιν ἑκάστῃ τοὺς ἐπιτηδείους τῶν αὐτομόλων. Ἔπειτα σκάφεσιν ἐπιβήσας τοὺς στρατιώτας ἀναιρεῖ τοὺς εἰς τὴν λίμνην καταφυγόντας. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Περαίαν προσεχώρησεν ἢ ἑάλω πάντα, μέχρι Μαχαιροῦντος.

ΚΕΦ. Η'.

Ἐν δὲ τούτῳ τὸ περὶ τὴν Γαλατίαν ἀγγέλλεται κίνημα, καὶ Οὐίνδιξ ἅμα τοῖς δυνατοῖς τῶν ἐπιχωρίων ἀφεστὼς Νέρωνος, περὶ ὧν ἐν ἀκριβεστέροις ἀναγέγραπται. Οὐεσπασιανὸν δὲ ἐπήγειρεν εἰς τὴν ὁρμὴν τοῦ πολέμου τὰ ἠγγελμένα, προορώμενον ἤδη τοὺς μέλλοντας ἐμφυλίους πολέμους, καὶ τὸν ὅλης κίνδυνον τῆς ἡγεμονίας, ἐν ᾧ προειρηνεύσας τὰ κατὰ τὴν ἀνατολὴν, ἐπικουφίσειν ᾤετο τοὺς κατὰ τὴν Ἰταλίαν φόβους. Ἕως μὲν οὖν ἐπεῖχεν ὁ χειμὼν, τὰς ὑπηγμένας διησφαλίζετο κώμας τε καὶ πολίχνας φρουραῖς, δεκαδάρχας μὲν κώμαις ἐγκαθιστὰς, ἑκατοντάρχας δὲ πόλεσι· πολλὰ δὲ ἀνῴκιζε καὶ τῶν πεπορθημένων. Ὑπὸ δὲ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἔαρος ἀναλαβὼν τὸ πλέον τῆς δυνάμεως, ἤγαγεν ἀπὸ τῆς Καισαρείας ἐπὶ Ἀντιπατρίδος. Ἔνθα δυσὶν ἡμέραις καταστησάμενος τὴν πόλιν, τῇ τρίτῃ προῄει πορθῶν καὶ καίων τὰς πέριξ πάσας. Καταστρεψάμενος δὲ τὰ περὶ τὴν Θαμνᾶ τοπαρχίαν, ἐπὶ Λύδδων καὶ Ἰαμνείας ἐχώρει. Καὶ προκεχειρωμέναις ἑκατέραις ἐγκαταστήσας οἰκήτορας τῶν προσκεχωρηκότων ἱκανοὺς, εἰς Ἀμμαοῦντα ἀφικνεῖται. Καταλαβόμενος δὲ τὰς ἐπὶ τὴν μητρόπολιν αὐτῶν εἰσβολὰς στρατόπεδόν τε τειχίζει καὶ τὸ πέμπτον ἐν αὐτῇ τάγμα καταλιπὼν πρόσεισι μετὰ τῆς ἄλλης δυνάμεως ἐπὶ τὴν Βεθλεπτηφῶν τοπαρχίαν. Πυρὶ δὲ αὐτήν τε καὶ τὴν γειτνιῶσαν ἀνελὼν, καὶ τὰ πέριξ τῆς Ἰδουμαίας φρούρια τοῖς ἐπικαίροις τόποις ἐπετείχισε· καταλαβόμενος δὲ δύο κώμας τὰς μεσαιτάτας τῆς Ἰδουμαίας, Βήταριν καὶ Καφάρτοβαν, κτείνει μὲν ὑπὲρ μυρίους, αἰχμαλωτίζεται δὲ ὑπὲρ χιλίους, καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος ἐξελάσας ἐγκαθίστησι τῆς ἰδίας δυνάμεως οὐκ ὀλίγην, οἳ κατατρέχοντες ἐπόρθουν ἅπασαν τὴν ὀρεινήν. Αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς λοιπῆς δυνάμεως ὑπέστρεφεν εἰς Ἀμμαοῦντα, ὅθεν διὰ τῆς

in flumen dejiciebant. Et manibus quidem ipsorum cæsa erant quindecim millia; multitudo vero illorum, qui velint nolint in Jordanem desilire coacti sunt, infinita erat. Præterea capta sunt duo millia et ducenti, cum præda ingenti asinorum et ovium, itemque camelorum et boum.

6. Et Judæis quidem hæc clades inflicta superioribus licet par fuerit, ipsammet tamen superare existimabatur, non solum quod regio omnis qua fugerant cædis plena esset, et Jordanes præ mortuis transiri non posset, sed et lacus Asphaltitis corporibus oppleretur magno numero in eum a fluvio delatis. Placidus autem, secunda fortuna usus, in oppida proxima et vicos contendit, captisque Abila et Juliade et Besimoth, omnibusque ad lacum Asphaltitis usque, idoneos ex transfugis in singulis collocat. Deinde, milite scaphis imposito, eos qui in lacum perfugerant perimit. Et quæ in Peræa quidem erant, omnia usque ad Machæruntem aut accessere Romanis aut capta sunt.

CAP. VIII. (XXVI.)

Dum hæc autem aguntur, motus in Gallia nunciantur, quodque Vindex una cum potentibus e popularibus suis a Nerone defecisset : de quibus alibi accuratius perscriptum est. Vespasianum vero ad bellum celerius conficiendum incitarunt quæ nunciata erant, jam tunc futura bella civilia totiusque imperii pericula prospicientem, quum, si partes Orientis ante pacasset, fore existimaret ut Italiam metu levaret. Et quamdiu quidem hiems prævalebat, operam dabat ut vicos et oppida quæ subegerat præsidiis muniret, decurionibus quidem per vicos collocatis, per urbes vero centurionibus; quin et multa eorum quæ fuerant vastata instaurabat. Veris autem sub initium cum majori exercitus parte Cæsarea profectus est Antipatridem : ubi biduo in componenda civitate consumpto tertia die inde movit, populans et exurens vicos omnes finitimos. Quumque in potestatem suam quæ in toparchia erant Thamnitica redegisset, in Lydda et Jamniam procedebat. Et quum utraque subacta esset, constitutis illic ex deditiis habitatoribus qui sufficerent, ad Ammauntem inde ventum; occupatoque ad metropolim eorum aditu, et castra muro circumdat, et cum cetera manu, quinta ibidem legione relicta, in Bethleptephorum toparchiam se confert. Quum autem eam et vicinam regionem igni corrupisset, simulque castella quidem circa Idumæam locis opportunis muniisset, duos vero vicos in media Idumæa cepisset, Betarim et Caphartobam, supra decem millia hominum perimit, et plus quam mille captivos abducit; exactaque inde cetera multitudine, non parvam militum suorum manum ibi constituit, qui incursionibus loca montana omnia vastabant. Ipse autem cum reliquo exercitu Ammauntem rediit, unde per Samaritidem et juxta

Σαμαρείτιδος καὶ παρὰ τὴν Νεάπολιν καλουμένην, Μαβορθὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων, καταβὰς εἰς Κορέαν δευτέρᾳ Δαισίου μηνὸς στρατοπεδεύεται, τῇ δὲ ἑξῆς εἰς Ἱεριχοῦντα ἀφικνεῖται, καθ' ἣν αὐτῷ συμμίσγει Τραϊανὸς εἷς τῶν ἡγεμόνων, τὴν ἐκ τῆς Περαίας ἄγων δύναμιν, ἤδη τῶν ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην κεχειρωμένων.

(ΚΖ'.) β'. Τὸ μὲν οὖν πολὺ πλῆθος ἐκ τῆς Ἱεριχοῦντος φθάσαν τὴν ἔφοδον αὐτῶν εἰς τὴν ἄντικρυς Ἱεροσολύμων ὀρεινὴν διαπεφεύγει, καταλειφθὲν δὲ οὐκ ὀλίγον διαφθείρεται. Τὴν δὲ πόλιν ἔρημον κατειλήφεσαν, ἥτις ἵδρυται μὲν ἐν πεδίῳ, ψιλὸν δὲ ὑπέρκειται αὐτῆς καὶ ἄκαρπον ὄρος μήκιστον· κατὰ μὲν τὸ βόρειον κλίμα μέχρι τῆς Σκυθοπολιτῶν γῆς ἐκτείνεται, κατὰ δὲ τὸ μεσημβρινὸν μέχρι τῆς Σοδομιτῶν χώρας καὶ τῶν περάτων τῆς Ἀσφαλτίτιδος· ἔστι δὲ ἀνώμαλόν τε πᾶν καὶ ἀοίκητον διὰ τὴν ἀγονίαν. Ἀντίκειται δὲ τούτῳ τὸ περὶ Ἰορδάνην ὄρος, ἀρχόμενον ἀπὸ Ἰουλιάδος καὶ τῶν βορείων κλιμάτων, παρατεῖνον δὲ εἰς μεσημβρίαν ἕως Σομόρρων, ἥπερ ὁρίζει τὴν Πέτραν τῆς Ἀραβίας. Ἐν τούτῳ δὲ ἐστὶ καὶ τὸ Σιδηροῦν καλούμενον ὄρος, μηκυνόμενον μέχρι τῆς Μωαβίτιδος. Ἡ μέση δὲ τῶν δύο ὀρέων χώρα τὸ Μέγα πεδίον καλεῖται, ἀπὸ κώμης Γινναβρὶν διῆκον μέχρι τῆς Ἀσφαλτίτιδος λίμνης. Ἔστι δ' αὐτοῦ μῆκος μὲν σταδίων τριάκοντα καὶ διακοσίων, εὖρος δὲ εἴκοσι καὶ ἑκατόν· καὶ μέσον ὑπὸ τοῦ Ἰορδάνου τέμνεται, λίμνας τε ἔχει τήν τε Ἀσφαλτῖτιν καὶ τὴν Τιβεριέων, φύσιν ἐναντίας. Ἡ μὲν γὰρ ἁλμυρώδης καὶ ἄγονος, ἡ Τιβεριέων δὲ γλυκεῖα καὶ γόνιμος. Ἐκπυροῦται δὲ ὥρᾳ θέρους τὸ πεδίον, καὶ δι' ὑπερβολὴν αὐχμοῦ περιέχει νοσώδη τὸν ἀέρα· πᾶν γὰρ ἄνυδρον, πλὴν τοῦ Ἰορδάνου, παρὸ καὶ τοὺς μὲν ἐπὶ ταῖς ὄχθαις φοινικῶνας εὐθαλεστέρους καὶ πολυφορωτέρους εἶναι συμβέβηκεν, ἧττον δὲ τοὺς πόρρω κεχωρισμένους.

γ'. Παρὰ μέντοι τὴν Ἱεριχοῦντα ἐστὶ πηγὴ διαψιλής τε καὶ πρὸς ἀρδείας λιπαρωτάτη, παρὰ τὴν παλαιὰν ἀναβλύζουσα πόλιν, ἣν Ἰησοῦς ὁ Ναυῆ παῖς, στρατηγὸς Ἑβραίων, πρώτην εἷλε γῆς Χαναναίων δορίκτητον. Ταύτην τὴν πηγὴν λόγος ἔχει κατ' ἀρχὰς οὐ μόνον γῆς καὶ δένδρων καρποὺς ἀπαμβλύνειν, ἀλλὰ καὶ γυναικῶν γονάς, καθόλου τε πᾶσιν εἶναι νοσώδη τε καὶ φθαρτικήν· ἐξημερωθῆναι δὲ καὶ γενέσθαι τοὐναντίον ὑγιεινοτάτην τε καὶ γονιμωτάτην ὑπὸ Ἐλισσαίου τοῦ προφήτου. Γνώριμος δ' ἦν οὗτος Ἠλία καὶ διάδοχος, ὃς ἐπιξενωθεὶς τοῖς κατὰ τὴν Ἱεριχοῦντα, περισσὸν δή τι φιλοφρονησαμένων αὐτὸν τῶν ἀνθρώπων, αὐτούς τε ἀμείβεται καὶ τὴν χώραν αἰωνίῳ χάριτι ἐδωρήσατο. Προελθὼν γὰρ ἐπὶ τὴν πηγὴν καὶ καταβαλὼν εἰς τὸ ῥεῦμα πλῆρες ἁλῶν ἀγγεῖον κεράμου, ἔπειτα εἰς οὐρανὸν δεξιὰν ἀνατείνας δικαίαν, καὶ πηγῇ σπονδὰς μειλικτηρίους χεόμενος, τὴν μὲν ᾐτεῖτο μαλάξαι τὸ ῥεῦμα, καὶ γλυκυτέρας φλέβας ἀνοῖξαι, τὸν δὲ ἐγκεράσασθαι τῷ ῥεύματι γονιμωτέρους ἀέρας, δοῦναί τε ἅμα καὶ καρπῶν εὐθηνίαν τοῖς ἐπιχωρίοις καὶ τέκνων διαδο-

Neapolim quæ vocatur, Mabortha vero ab indigenis, descendit in Coream, ibique castra metatur die secundo Dæsii mensis; et postridie Hierichuntem pervenit, ubi Trajanus e ducibus unus ei occurrit, copias e Peræa agens, qui trans Jordanem habitabant nuper subactis.

(XXVII.) 2. Et magna quidem multitudo, priusquam venerint Romani, ex Hierichunte in regionem montanam Hierosolymis adversam diffugerant; non pauci autem, qui remanserunt, perimuntur. Quo factum ut urbem desertam offenderint, quæ in planitie sita est, cuique imminet mons nudus ac sterilis longissimus: qui versus boream Scythopolitarum usque ad terram protenditur, ad austrum vero usque ad Sodomorum regionem et fines lacus Asphaltidis; est autem totus asper et inæqualis, et ob sterilitatem incultus manet. Isti ex adverso opponitur mons qui ad Jordanem situs incipit versus boream ab Juliade, et porrigitur versus austrum usque ad Somorron, quæ Petram Arabiæ determinat. In eo est mons qui Ferreus dicitur, in longum protensus usque ad Moabitidem. Quæ vero inter duos illos montes interjacet regio Campus magnus dicitur, a vico Ginnabri ad lacum usque Asphaltitin pertingens. Est autem longitudo ejus triginta et ducentorum stadiorum, latitudo vero centum et viginti: et medius quidem secatur a Jordane, et lacus habet Asphaltitin et Tiberiadis, natura contrarios. Nam ille quidem salsus est et sterilis, Tiberiensis vero dulcis et fœcundus. Æstivo autem tempore multum torretur campus, et ob nimiam ardoris vehementiam aere circumfunditur insalubri et morbifero: totus enim aridus est præter oras Jordanis; quamobrem et palmas ejus ripis adsitas florentiores esse contigit et fertiliores, minus vero quæ longe remotæ sunt.

3. At prope Hierichuntem fons est copiosus rigandisque arvis uberrimus, juxta urbem veterem scaturiens, quam Jesus Nave filius, Hebræorum exercitus dux, primam cepit jure belli in Chananæorum terra. Hunc fontem olim ferunt non solum terræ et arborum fructus, sed et mulierum fœtus perdere solitum, in universumque omnibus morbos et perniciem adferre; postea vero mansuevisse, contraque saluberrimum et fœcundissimum factum esse ab Elissæo vate. Hic autem Eliæ discipulus erat et successor, qui, Hierichuntinorum hospitio usus et non vulgari comitate ab hominibus exceptus, et ipsis et regioni gratiam referebat æternam. Ad fontem quippe progressus, quum lagenam fictilem salis plenam in profluentem aquam misisset, deinde dextram justam ad cœlum levasset, et in fontem blande funderet libamina, ipsum quidem precabatur, ut fluentum emolliret et dulciores aquarum venas aperiret; Deum vero, ut fœcundioribus auris flumina temperaret, tamque ubertatem fructuum quam liberorum successionem daret indi-

γὴν, μηδὲ ἐπιλιπεῖν αὐτοῖς τὸ τούτων γεννηματικὸν ὕδωρ, ἕως μένουσι δίκαιοι. Ταύταις ταῖς εὐχαῖς, πολλὰ προχειρουργήσας ἐξ ἐπιστήμης, ἔτρεψε τὴν πηγὴν, καὶ τὸ πρὶν ὀρφανίας αὐτοῖς καὶ λιμοῦ παραίτιον ὕδωρ ἐκ τότε εὐτεκνίας καὶ κόρου χορηγὸν κατέστη. Τοσαύτην γοῦν ἐν ταῖς ἀρδείαις ἔχει δύναμιν, ὡς εἰ καὶ μόνον ἐφάψαιτο τῆς χώρας, νοστιμώτερον εἶναι τῶν μέχρι κόρου χρονιζόντων· παρὸ καὶ τῶν μὲν δαψιλέστερον χρωμένων ἡ ὄνησίς ἐστιν ὀλίγη, τούτου δὲ τοῦ ὀλίγου δαψιλής. Ἄρδει γοῦν πλέον τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ πεδίον μὲν ἔπεισιν ἑβδομήκοντα σταδίων μῆκος, εὖρος δὲ εἴκοσιν, ἐπιτρέφει τε ἐν αὐτῷ παραδείσους καλλίστους τε καὶ πυκνοτάτους· τῶν δὲ φοινίκων ἐπαρδομένων γένη πολλὰ, ταῖς γεύσεσι καὶ ταῖς παρηγορίαις διάφορα. Τούτων οἱ πιότεροι πατούμενοι, καὶ μέλι δαψιλὲς ἀνιᾶσιν, οὐ πολλῷ τοῦ λοιποῦ χεῖρον· καὶ μελιττοτρόφος δὲ ἡ χώρα. Φέρει δὲ καὶ ὀποβάλσαμον, ὃ δὴ τιμιώτατον τῶν τῇδε καρπῶν, κύπρον τε καὶ μυροβάλανον, ὡς οὐκ ἂν ἁμαρτεῖν τινα εἰπόντα θεῖον εἶναι τὸ χωρίον, ἐν ᾧ δαψιλῆ τὰ σπανιώτατα καὶ κάλλιστα γεννᾶται. Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων αὐτῷ καρπῶν ἕνεκεν οὐκ ἂν ῥᾳδίως τι παραβληθείη κλίμα τῆς οἰκουμένης· οὕτω τὸ καταβληθὲν πολύχουν ἀναδίδωσιν. Αἴτιον δέ μοι δοκεῖ τὸ θερμὸν τῶν ἀέρων καὶ τὸ τῶν ὑδάτων εὔγονον, τῶν μὲν προκαλουμένων τὰ φυόμενα καὶ διαχεόντων, τῆς δὲ ἰκμάδος ῥιζούσης ἕκαστον ἰσχυρῶς καὶ χορηγούσης τὴν ἐν θέρει δύναμιν. Περικαὲς δέ ἐστιν οὕτω τὸ χωρίον ὡς μηδένα ῥᾳδίως προϊέναι. Τὸ δὲ ὕδωρ πρὸ ἀνατολῆς ἡλίου ἀντλούμενον, ἔπειτα ἐξαιθριασθὲν, γίνεται ψυχρότατον, καὶ τὴν ἐναντίαν πρὸς τὸ περιέχον φύσιν λαμβάνει· χειμῶνος δὲ ἀνάπαλιν χλιαίνεται, καὶ τοῖς ἐμβαίνουσι γίνεται προσηνέστατον. Ἔστι δὲ καὶ τὸ περιέχον οὕτως εὔκρατον ὡς λινοῦν ἀμφιέννυσθαι τοὺς ἐπιχωρίους, νιφομένης τῆς ἄλλης Ἰουδαίας. Ἀπέχει δὲ Ἱεροσολύμων μὲν σταδίους ἑκατὸν πεντήκοντα, τοῦ δὲ Ἰορδάνου ἑξήκοντα. Καὶ τὸ μὲν μέχρι Ἱεροσολύμων αὐτῆς ἔρημον καὶ πετρῶδες, τὸ δὲ μέχρι τοῦ Ἰορδάνου καὶ τῆς Ἀσφαλτίτιδος χθαμαλώτερον μὲν, ἔρημον δὲ ὁμοίως καὶ ἄκαρπον. Ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ Ἱεριχοῦντα εὐδαιμονεστάτην οὖσαν ἀποχρώντως δεδήλωται.

δʹ. Ἄξιον δὲ ἀφηγήσασθαι καὶ τὴν φύσιν τῆς Ἀσφαλτίτιδος λίμνης, ἥτις ἐστὶ πικρὰ μὲν, ὡς ἔφην, καὶ ἄγονος, ὑπὸ δὲ κουφότητος καὶ τὰ βαρύτατα τῶν εἰς αὐτὴν ῥιφέντων ἀναφέρει, καταδῦναι δὲ εἰς τὸν βυθὸν οὐδὲ ἐπιτηδεύσαντα ῥᾴδιον. Ἀφικόμενος γοῦν καθ' ἱστορίαν ἐπ' αὐτὴν Οὐεσπασιανὸς ἐκέλευσέ τινας τῶν νεῖν οὐκ ἐπισταμένων, δεθέντας ὀπίσω τὰς χεῖρας, ῥιφῆναι κατὰ τοῦ βυθοῦ· καὶ συνέβη πάντας ἐπινήξασθαι, καθάπερ ὑπὸ πνεύματος ἄνω βιαζομένους. Ἔστι δὲ ἐπὶ τούτῳ καὶ ἡ τῆς χρόας μεταβολὴ θαυμάσιος· τρὶς γὰρ ἑκάστης ἡμέρας τὴν ἐπιφάνειαν ἀλλάσσεται, καὶ πρὸς τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ἀνταυγεῖ ποικίλως· τῆς μέντοι ἀσφάλτου κατὰ πολλὰ μέρη βώλους μέλανας

genis, nec eos aqua prolifica deficeret quamdiu justi manerent. Ad has preces, ex disciplina manibus quoque multa operatus, fontem immutavit; et aqua, quæ antea illis causa erat orbitatis ac famis, ex illo tempore felicem et numerosam suppeditabat prolem. Denique tanta vi pollet in rigationibus, ut si vel modo attigerit terram, salubrior sit aquis quæ ad satietatem usque in agro morantur. Quamobrem qui largius ea utuntur, exiguum inde emolumentum habent; qui vero parcius, maximum. Amplius enim quam fontes ceteri omnes spatium irrigat, et per campum quidem labitur septuaginta stadiis longum, viginti vero latum, atque in eo alit hortos amœnissimos et frequentissimos, palmarum item varia sapore et appellatione genera. Ex istis pinguiores pressæ etiam mel emittunt copiosum, quod suavitate alteri vix cedit : quanquam et mellis altrix est illa regio. Quin et fert opobalsamum (qui pretiosissimus est omnium qui illic sunt fructuum, cyprum item, et myrobalanum, ita ut qui divinum dixerit illum terræ tractum, non valde aberraverit, utpote quæ alibi sunt pretiosissima et rarissima, copiose istic nascantur. Sed neque aliorum fructuum respectu tellus ulla per orbem universum ei fuerit facile comparanda; adeo quod satum est multiplicatum reddit. Causa autem mihi videtur esse aeris calor, et aquarum fœcunditas, quum ille quæ nata fuerint proliciat atque diffundat, liquor autem faciat ut singula firmiter radices agant, viresque æstivo tempore suppeditet. Adeo autem perusta est illa regio, ut nemo facile sub divum egrediatur. Aqua autem ante solis ortum hausta et aeri exposita frigescit, naturamque aeri ambienti contrariam sumit : hieme vero tepescit, et mitissima fit illis qui in eam merguntur. Quin et tanta est aeris circumfusi temperies, ut, quum in aliis Judææ partibus ningit, hic linea veste utantur indigenæ. Distat autem Hierosolymis centum et quinquaginta stadiis, ab Jordane vero sexaginta : totumque inde usque ad Hierosolyma spatium desertum est et saxosum, ad Jordanem vero et lacum Asphaltitin humilius quidem est solum, æque tamen desertum atque infrugiferum. Sed de Hierichunte, quam felicissima sit, satis dictum est.

4. Operæ autem pretium est etiam lacus Asphaltitis naturam enarrare, qui amarus est, ut dixi, ac infœcundus, præ levitate autem etiam quæ gravissima sunt in eum injecta fluitant, demergique in profundum ne industria quidem facile quis possit. Nam et Vespasianus, quum visendi ejus gratia illuc veniret, jussit quosdam nandi inscios, vinctis post terga manibus, in altum projici : et omnibus evenit ut quasi spiritus vi sursum repulsi supernatarent. Ad hæc mirabilis est coloris ipsius mutatio; quippe ter singulis diebus superficiem vertit, et ad solis radios varie resplendet : multis tamen locis evomit nigras bituminis glebas, quæ de-

ἀναδίδωσιν, αἱ δὲ ἐπινήχονται τό τε σχῆμα καὶ τὸ μέγεθος ταύροις ἀκεφάλοις παραπλήσιαι. Προσελαύνοντες δὲ οἱ τῆς λίμνης ἐργάται, καὶ δρασσόμενοι τοῦ συνεστῶτος ἕλκουσιν εἰς τὰ σκάφη· πληρώσασι δὲ ἀποκόπτειν οὐ ῥᾴδιον, ἀλλὰ δι' εὐτονίαν προσήρτηται τῷ μηρύματι τὸ σκάφος, ἕως ἂν ἐμμηνίῳ γυναικῶν αἵματι καὶ οὔρῳ διαλύσωσιν αὐτήν, οἷς μόνοις εἴκει. Καὶ χρήσιμος δὲ οὐ μόνον εἰς ἁρμονίας νεῶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄκεσιν σωμάτων· εἰς πολλὰ γοῦν τῶν φαρμάκων παραμίσγεται. Ταύτης τῆς λίμνης μῆκος μὲν ὀγδοήκοντα καὶ πεντακόσιοι στάδιοι, καθὸ δὴ μέχρι Ζοάρων τῆς Ἀραβίας ἐκτείνεται, εὖρος δὲ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Γειτνιᾷ δὲ ἡ Σοδομῖτις αὐτῇ, πάλαι μὲν εὐδαίμων γῆ καρπῶν τε ἕνεκα καὶ τῆς κατὰ πόλεις περιουσίας, νῦν δὲ κεκαυμένη πᾶσα. Φασὶ δὲ ὡς δι' ἀσέβειαν οἰκητόρων κεραυνοῖς κατεφλέγη. Ἔστι γοῦν ἔτι λείψανα τοῦ θείου πυρός, καὶ πέντε μὲν πόλεων ἰδεῖν σκιάς, ἔτι δὲ κἀν τοῖς καρποῖς σποδιὰν ἀναγεννωμένην, οἳ χρόαν μὲν ἔχουσι τοῖς ἐδωδίμοις ὁμοίαν, δρεψαμένων δὲ χερσὶν εἰς καπνὸν ἀναλύονται καὶ τέφραν. Τὰ μὲν δὴ περὶ τὴν Σοδομῖτιν μυθευόμενα τοιαύτην ἔχει πίστιν ἀπὸ τῆς ὄψεως.

ΚΕΦ. Θ'.

Ὁ δὲ Οὐεσπασιανός, πανταχόσε περιτειχίζων τοὺς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, ἔν τε τῇ Ἱεριχοῖ καὶ ἐν Ἀδίδοις ἐγείρει στρατόπεδα, καὶ φρουρὰς ἀμφοτέραις ἐγκαθίστησιν ἔκ τε τοῦ Ῥωμαϊκοῦ καὶ συμμαχικοῦ τάγματος. Πέμπει δὲ καὶ εἰς Γέρασα Λούκιον Ἄννιον, παραδοὺς μοῖραν ἱππέων καὶ συχνοὺς πεζῶν. Ὁ μὲν οὖν ἐξ ἐφόδου ἑλὼν τὴν πόλιν ἀποκτείνει μὲν χιλίους τῶν νέων, ὅσοι μὴ διαφυγεῖν ἔφθασαν, γενεὰς δὲ ᾐχμαλωτίσατο, καὶ τὰς κτήσεις διαρπάσαι τοῖς στρατιώταις ἐπέτρεψεν· ἔπειτα τὰς οἰκίας ἐμπρήσας ἐπὶ τὰς πέριξ κώμας ἐχώρει. Φυγαὶ δὲ ἦσαν τῶν δυνατῶν καὶ φθοραὶ τῶν ἀσθενεστέρων· τὸ καταλειφθὲν δὲ πᾶν ἐνεπίμπρατο, καὶ διειληφότος τοῦ πολέμου τήν τε ὀρεινὴν ὅλην καὶ τὴν πεδιάδα πᾶσαν, οἱ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις τὰς ἐξόδους ἀφῄρηντο. Τοὺς μὲν γὰρ αὐτομολεῖν προαιρουμένους οἱ ζηλωταὶ παρεφυλάσσοντο, τοὺς δὲ οὔπω τὰ Ῥωμαίων φρονοῦντας εἶργεν ἡ στρατιά, πανταχόθεν τὴν πόλιν περιέχουσα.

(ΚΘ'.) β'. Οὐεσπασιανῷ δὲ εἰς Καισάρειαν ἐπιστρέψαντι καὶ παρασκευαζομένῳ μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως ἐπ' αὐτῶν τῶν Ἱεροσολύμων ἐξελαύνειν ἀγγέλλεται Νέρων ἀνῃρημένος, τριακαίδεκα βασιλεύσας ἔτη καὶ ἡμέρας ὀκτώ. Περὶ οὗ λέγειν ὃν τρόπον εἰς τὴν ἀρχὴν ἐξύβρισε, πιστεύσας τὰ πράγματα τοῖς πονηροτάτοις, Νυμφιδίῳ καὶ Τιγελλίνῳ, τοῖς γε ἀναξίοις τῶν ἐξελευθέρων, καὶ ὡς ὑπὸ τούτων ἐπιβουλευθεὶς κατελείφθη μὲν ὑπὸ τῶν φυλάκων ἁπάντων, διαδρὰς δὲ σὺν τέσσαρσι τῶν πιστῶν ἀπελευθέρων, ἐν τοῖς προαστείοις ἑαυτὸν ἀνεῖλε· καὶ ὡς οἱ καταλύσαντες αὐτὸν μετ' οὐ πολὺν χρόνον δίκας ἔδοσαν, τόν τε κατὰ τὴν Γαλα-

super fluitant, et figura et magnitudine tauris capite truncatis non absimiles. Ad eas vero quum lacus exercitores accedunt, aggestas concretasque ad se in scaphas attrahunt: non autem facile ab iis qui eas impleverint abscindi possunt, sed grumis adhæret alveus propter tenacitatem, donec ea menstruo mulierum sanguine et lotio dissolvatur, quibus solis cedit. Est autem hoc bitumen non modo ad compagines navium accommodatum, sed et ad corporum curationem: unde et multis medicamentis admiscetur. Lacus hujus longitudo quingentorum et octoginta stadiorum est, qua sane usque ad Zoara Arabiæ extenditur; latitudo centum et quinquaginta stadiis patet. Huic autem terra Sodomitica vicina est, olim quidem regio beata, quod frugibus abundaret et multis urbibus dictincta esset; nunc vero tota exusta est. Fertur autem eam ob incolarum impietatem fulminibus conflagrasse. Itaque et adhuc ignis a Deo immissi reliquias, et oppidorum quinque istic videre licet umbram et imaginem: insuper et in fructibus cineres renascentes, qui specie quidem et colore edulibus similes sunt, manibus autem decerptæ in favillam et cinerem resolvuntur. Atque his quidem, de terra Sodomitica narratis, ejusmodi fides habetur ex testibus oculatis.

CAP. IX. (XXVIII.)

At Vespasianus, quum circumquaque cingeret Hierosolymitanos, et apud Hierichuntem et Adida exstruit castella, et præsidia utrisque ex Romanis pariter ac sociis imponit. Mittit autem Gerasa L. Annium, equitatus parte multisque peditibus ei traditis. Et ille quidem quum primo impetu urbem cepisset, mille juvenum, qui fugam facere non occupaverant, interficit; familias vero captivas abduxit, et militibus facultates diripere permisit: incensis deinde domibus, vicos proximos petebat. Potentes autem fugiebant et imbecilliores peribant, quæque relicta erant universa flammis absumpta; cumque bellum totam regionem montanam omnemque campestrem pervasisset, iis qui Hierosolymis degebant interclusi erant exitus. Nam qui transfugere quidem cupiebant, eos zelotæ observabant; qui vero nondum favebant Romanis, eos coercebat exercitus, urbi ex omni parte circumdatus.

(XXIX.) 2. Vespasiano autem Cæsaream reverso parantique copias suas omnes adversus Hierolyma educere, nunciatur Nero peremptus, quum per annos tredecim et dies octo imperasset. De quo memorare quemadmodum imperium dehonestaverit, rerum administrationem Nymphidio et Tigillino, viris nequissimis et libertorum indignissimis, committendo, quodque ab illis petitus insidiis, ab omnibus quidem satellibus relictus fuerit, cum quattuor vero libertis fidelibus in suburbanum fugerit, ibique semet occiderit; quodque non multo post tempore pœnas dederint qui eum sustulerunt; bellumque per Galliam quo pacto desie-

τίαν πόλεμον ὡς ἐτελεύτησε, καὶ πῶς Γάλβας ἀποδειχθεὶς αὐτοκράτωρ εἰς Ῥώμην ἐπανῆλθεν ἐκ τῆς Ἱσπανίας, καὶ ὡς ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν αἰτιαθεὶς ἐπὶ ταπεινοφροσύνῃ ἐδολοφονήθη κατὰ μέσην τὴν Ῥωμαίων ἀγοράν, ἀπεδείχθη τε αὐτοκράτωρ Ὄθων, τήν τε τούτου στρατείαν ἐπὶ τοὺς Οὐϊτελλίου στρατηγοὺς καὶ κατάλυσιν, ἔπειτα τοὺς κατὰ Οὐϊτέλλιον ταράχους, καὶ τὴν περὶ τὸ Καπετώλιον συμβολήν, ὅπως τε Ἀντώνιος Πρῖμος καὶ Μουκιανὸς, διαφθείραντες Οὐϊτέλλιον καὶ τὰ Γερμανικὰ τάγματα, κατέστειλαν τὸν ἐμφύλιον πόλεμον· πάντα ταῦτα διεξιέναι μὲν ἐπ' ἀκριβὲς παρῃτησάμην, ἐπειδὴ δι' ὄχλου πᾶσίν ἐστι, καὶ πολλοῖς Ἑλλήνων τε καὶ Ῥωμαίων ἀναγέγραπται. Συναφείας δὲ ἕνεκα τῶν πραγμάτων καὶ τοῦ μὴ διηρτῆσθαι τὴν ἱστορίαν κεφαλαιωδῶς ἕκαστον ἐπεσημηνάμην. Οὐεσπασιανὸς τοίνυν τὸ μὲν πρῶτον ἀνεβάλλετο τὴν τῶν Ἱεροσολύμων στρατείαν, καραδοκῶν πρὸς τίνα ῥέψει τὸ κρατεῖν μετὰ Νέρωνα. Αὖθις δὲ Γάλβαν ἀκούσας αὐτοκράτορα, πρὶν ἐπιστεῖλαί τι περὶ τοῦ πολέμου κἀκεῖνον, οὐκ ἐπεχείρει· πέμπει δὲ πρὸς αὐτὸν τὸν υἱὸν Τίτον, ἀσπασόμενόν τε καὶ ληψόμενον τὰς περὶ Ἰουδαίων ἐντολάς. Τῆς αὐτῆς δὲ αἰτίας ἅμα Τίτῳ καὶ Ἀγρίππας ὁ βασιλεὺς πρὸς Γάλβαν ἔπλει, καὶ διὰ τῆς Ἀχαΐας (χειμῶνος γὰρ ἦν ὥρα) μακραῖς ναυσὶ περιπλεόντων, φθάνει Γάλβας ἀναιρεθεὶς, μετὰ μῆνας ἑπτὰ καὶ ἴσας ἡμέρας· ἐξ οὗ τὴν ἡγεμονίαν παρέλαβεν Ὄθων, ἀντιποιούμενος τῶν πραγμάτων. Ὁ μὲν οὖν Ἀγρίππας εἰς τὴν Ῥώμην ἀφικέσθαι διέγνω, μηδὲν ὀρρωδήσας πρὸς τὴν μεταβολήν· Τίτος δὲ κατὰ δαιμόνιον ὁρμὴν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος εἰς τὴν Συρίαν ἔπλει, καὶ κατὰ τάχος εἰς Καισάρειαν ἀφικνεῖται πρὸς τὸν πατέρα. Καὶ οἱ μὲν μετέωροι περὶ τῶν ὅλων ὄντες, ὡς ἂν σαλευομένης τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας, ὑπερεώρων τὴν ἐπὶ Ἰουδαίους στρατείαν, καὶ διὰ τὸν περὶ τῆς πατρίδος φόβον τὴν ἐπὶ τοὺς ἀλλοφύλους ὁρμὴν ἄωρον ἐνόμιζον.

(Λ'.) γ'. Ἐπανίστατο δὲ ἄλλος τοῖς Ἱεροσολύμοις πόλεμος. Υἱὸς ἦν Γιώρα, Σίμων τις Γερασηνὸς τὸ γένος, νεανίας, πανουργίᾳ μὲν ἡττώμενος Ἰωάννου τοῦ προκατέχοντος ἤδη τὴν πόλιν, ἀλκῇ δὲ σώματος καὶ τόλμῃ διαφέρων, δι' ἣν καὶ ὑπὸ Ἀνάνου τοῦ ἀρχιερέως φυγαδευθεὶς ἐξ ἧς ἦρχε τοπαρχίας Ἀκραβατηνῆς πρὸς τοὺς κατειληφότας τὴν Μασάδαν λῃστὰς παραγίνεται. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἦν αὐτοῖς δι' ὑποψίας, εἰς τὸ κατωτέρω γοῦν φρούριον ἐπέτρεψαν αὐτῷ παρελθεῖν ἅμα ταῖς γυναιξὶν, ἃς ἄγων ἧκεν, αὐτοὶ τὸ ὑψηλότερον οἰκοῦντες. Αὖθις δὲ διὰ συγγένειαν ἠθῶν, καὶ ὅτι πιστὸς ἐδόκει, συμπροενόμευε γοῦν αὐτοῖς ἐξιὼν, καὶ συνεπόρθει τὰ περὶ τὴν Μασάδαν· οὐ μὴν ἐπὶ τὰ μείζω παρακαλῶν ἔπειθεν. Οἱ μὲν γὰρ ἐν ἔθει ὄντες τῷ φρουρίῳ, καθάπερ φωλεοῦ χωρίζεσθαι μακρὰν ἐδεδοίκεσαν, ὁ δὲ τυραννιῶν καὶ μεγάλων ἐφιέμενος, ἐπειδὴ καὶ τὴν Ἀνάνου τελευτὴν ἤκουσεν, εἰς τὴν ὀρεινὴν ἀφίσταται, καὶ προκηρύξας δούλοις μὲν ἐλευθερίαν,

rit, et quo modò Galba creatus Imperator Romam redierit ex Hispania, utque a militibus incusatus, tanquam humilioris esset animi, in medio foro Romano ex insidiis fuerit occisus, et Otho declaratus Imperator, qui et expeditionem fecit contra Vitellii duces, et sublatus est; dein ut turbæ excitatæ fuerint contra Vitellium, et pugna in Capitolio commissa; et quemadmodum Antonius Primus et Mucianus, quum Vitellium interfecissent et Germanicas legiones, bellum civile compresserint; ista omnia accurate quidem narrare recusavi, quod omnibus molesta sint, et a multis Græcorum pariter ac Romanorum perscripta fuerint. Ordinis autem rerum continuandi gratia, ac ne intercisa foret historia, summatim singula indicavi. Vespasianus igitur primo quidem expeditionem in Hierosolyma differebat, exspectans cuinam post Neronem obtingeret imperare. Deinde ubi Galbam imperatorem factum esse audivit, nihil contra Judæos aggrediebatur, priusquam et ille aliquid de bello in mandatis daret: mittit autem ad eum Titum filium suum, et salutatum, et ut mandata de Judæis acciperet. Eandem ob causam una cum Tito rex etiam Agrippa ad Galbam navigabat; dumque Achaiam (hiems quippe erat) longis navibus prætervehuntur, interfici Galbam contigit, post septem menses totidemque dies quam imperasset: unde proxime imperium suscepit Otho, rerum administrationem sibimet vindicans. Et Agrippa quidem, rerum mutatione nihil deterritus, Romam pergere statuit: Titus vero divino impulsu a Græcia in Syriam navibus trajiciebat, et celeritate adhibita Cæsaream pervenit ad patrem. Et illi quidem, rerum exspectatione suspensi, quasi fluctuante Romano imperio, insuper habebant militiam obire contra Judæos, metuque de patria solliciti impetum facere in alienigenas haud opportunum ducebant.

(XXX.) 3. Aliud autem Hierosolymis erumpebat bellum. Erat quidam Simon Gioræ filius genere Gerasenus, juvenis astutia quidem inferior Joanne qui in urbe dominatum habebat, corporis autem viribus et audacia præstantior, ob quam ex Acrabatena toparchia quam tenebat pulsus ab Anano pontifice, ad latrones se recipit qui Masadam occupaverant. Et primo quidem suspectus erat illis, adeo ut ei in inferius duntaxat castellum cum mulieribus quas secum adduxerat, transire permiserint, dum ipsi superiora incolerent. Rursus autem propter morum conjunctionem, quodque fidus esse videretur, etiam cum illis populatum exibat, simulque vastabat quæcunque circa Masadam erant; non tamen eis, dum ad majora incitaret, persuadebat. Nam isti quidem castello assueti, longius ab eo, tanquam latibulo, discedere metuebant: ille vero, dominatum affectans magnorumque appetens, postquam et Ananum obiisse audiverat, inde movet in loca montana, ac voce præconum

γέρας δὲ ἐλευθέροις, τοὺς πανταχόθεν πονηροὺς συνήθροιζεν.

δ΄. Ὡς δὲ ἦν αὐτῷ καρτερὸν ἤδη τὸ σύνταγμα, τὰς ἀνὰ τὴν ὀρεινὴν κώμας κατέτρεχεν· ἀεὶ δὲ προσγινομένων αὐτῷ πλειόνων, ἐθάρρει καταβαίνειν εἰς τὰ χθαμαλώτερα. Κἀπειδὴ πόλεσιν ἤδη φοβερὸς ἦν, πολλοὶ πρὸς τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν εὔροιαν τῶν κατορθωμάτων ἐφθείροντο δυνατοί· καὶ οὐκέτι ἦν δούλων μόνον οὐδὲ λῃστῶν στρατὸς, ἀλλὰ καὶ δημοτικῶν οὐκ ὀλίγων, ὡς πρὸς βασιλέα πειθαρχούντων. Κατέτρεχε δὲ τὴν Ἀκραβατηνὴν τοπαρχίαν καὶ τὰ μέχρι τῆς μεγάλης Ἰδουμαίας. Κατὰ γὰρ κώμην τινὰ καλουμένην Ναὶν τεῖχος κατασκευάσας ὥσπερ φρουρίῳ πρὸς ἀσφάλειαν ἐχρῆτο· κατὰ δὲ τὴν Φαρὰν προσαγορευομένην φάραγγα, πολλὰ μὲν ἀνευρύνας σπήλαια, πολλὰ δὲ εὑρὼν ἕτοιμα, ταμιείοις ἐχρῆτο θησαυρῶν καὶ τῆς λείας ἐκδοχείοις· ἀνετίθει δὲ καὶ τοὺς ἁρπαζομένους εἰς αὐτὰ καρποὺς, οἵ τε πολλοὶ τῶν λόχων δίαιταν εἶχον ἐν ἐκείνοις· δῆλος δὲ ἦν τό τε σύνταγμα προγυμνάζων καὶ τὰς παρασκευὰς κατὰ τῶν Ἱεροσολύμων.

ε΄. Ὅθεν οἱ ζηλωταὶ, δείσαντες αὐτοῦ τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ προλαβεῖν βουλόμενοι τὸν κατ' αὐτῶν τρεφόμενον, ἐξίασι μετὰ τῶν ὅπλων οἱ πλείους. Ὑπαντιάζει δὲ Σίμων, καὶ παραταξάμενος, συχνοὺς μὲν αὐτῶν ἀναιρεῖ, συνελαύνει δὲ τοὺς λοιποὺς εἰς τὴν πόλιν. Οὔπω δὲ θαρρῶν τῇ δυνάμει τοῦ μὲν τοῖς τείχεσι προσβαλεῖν ἀπετράπη, χειρώσασθαι δὲ πρότερον τὴν Ἰδουμαίαν ἐπεβάλετο. Καὶ δὴ δισμυρίους ἔχων ὁπλίτας ἤλαυνεν ἐπὶ τοὺς ὅρους αὐτῆς. Οἱ δὲ ἄρχοντες τῶν Ἰδουμαίων κατὰ τάχος ἀθροίσαντες ἐκ τῆς χώρας τὸ μαχιμώτατον, περὶ πεντακισχιλίους καὶ δισμυρίους, τοὺς δὲ πολλοὺς ἐάσαντες φρουρεῖν τὰ σφέτερα διὰ τὰς τῶν ἐν Μασάδᾳ σικαρίων καταδρομὰς, ἐδέχοντο τὸν Σίμωνα πρὸς τοῖς ὅροις. Ἔνθα συμβαλὼν αὐτοῖς καὶ δι' ὅλης πολεμήσας ἡμέρας οὔτε νενικηκὼς οὔτε νενικημένος διεκρίθη. Καὶ ὁ μὲν εἰς τὴν Ναὶν, οἱ δὲ Ἰδουμαῖοι διελύθησαν ἐπ' οἴκου. Καὶ μετ' οὐ πολὺ Σίμων μείζονι δυνάμει πάλιν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν ὥρμητο· στρατοπεδευσάμενος δὲ κατά τινα κώμην, ἣ Θεκωὲ καλεῖται, πρὸς τοὺς ἐν Ἡρωδείῳ φρουροὺς, ὅπερ ἦν πλησίον, Ἐλεάζαρόν τινα τῶν ἑταίρων ἔπεμψε, πείσοντα παραδοῦναι τὸ ἔρυμα. Τοῦτον οἱ φύλακες ἑτοίμως ἐδέξαντο, τὴν αἰτίαν ἀγνοοῦντες δι' ἣν ἥκοι· φθεγξάμενον δὲ περὶ παραδόσεως ἐδίωκον σπασάμενοι τὰ ξίφη, μέχρι φυγῆς τόπον οὐκ ἔχων ἔρριψεν ἀπὸ τοῦ τείχους ἑαυτὸν εἰς τὴν ὑποκειμένην φάραγγα. Καὶ ὁ μὲν αὐτίκα τελευτᾷ, τοῖς δὲ Ἰδουμαίοις, ἤδη κατορρωδοῦσι τὴν ἰσχὺν τοῦ Σίμωνος, ἔδοξε πρὸ τοῦ συμβαλεῖν κατασκέψασθαι τὴν στρατιὰν τῶν πολεμίων.

ϛ΄. Εἰς τοῦτο δὲ ὑπηρέτην ἑαυτὸν ἑτοίμως ἐπεδίδου Ἰάκωβος, εἷς τῶν ἡγεμόνων, προδοσίαν ἐνθυμούμενος. Ὁρμήσας γοῦν ἀπὸ τῆς Ἀλούρου (κατὰ γὰρ ταύτην συνήθροιστο τὴν κώμην τότε τῶν Ἰδουμαίων τὸ στράτευμα), παραγίνεται πρὸς Σίμωνα, καὶ πρώτην αὐτῷ πα-

servis libertate promissa, itemque liberis præmio, improbos, quos undique poterat, congregabat.

3. Dum inter se digladiantur seditiosi, multæ incenduntur ædes frumenti plenæ.
4. Dum quotidie pugnatum est Hierosolymis, ne lamentari quidem audebant cæsorum cognati amicique.
5. Quomodo Joannes, ex lignis in templi usum paratis turres exstruens contra adversæ partis factiosos, impeditus erat Romanorum adventu.
6. De Titi apparatu, et quo ordine milites disposuit Hierosolyma invasurus.
7. Titus cum sexcentis impressionem facit in Hierosolyma: et quomodo, Judæis in eum irruentibus, fortiter se gessit.
8. Quomodo, quum ad locum venisset qui Scopus dicitur, ibi exercitus sui agmina collocavit.
9. Quomodo Judæi, quum vidissent Romanos contra se venire, licet inter se dissentirent, in breve tempus pacem colunt, et subita facta eruptione decimam legionem in fugam vertunt.
10. Quomodo Titus, in medio hostium relictus, strenue se gessit: utque amici eum monuerunt ne se in discrimen conjiceret.
11. Quomodo Joannes superavit zelotas; et seditio, quæ tripartita fuerat, ad duas iterum factiones redacta est.
12. De locis in obsidionis commodum a Tito complanatis: et quomodo Romanis, incaute in Judæorum insidias lapsis, Cæsar exoratus veniam concessit: utque locis omnibus usque ad muros coæquatis, propius urbi castra admovet.
13. Delineatio murorum urbis.
14. Descriptio templi.
15. De sacerdotibus, et vestimentis eorum pontificisque.
16. De Simone et Joanne tyrannis, deque ducibus ab iis constitutis.

ΚΕΦ. Α'

Ὁ μὲν οὖν Τίτος ὃν προειρήκαμεν τρόπον διοδεύσας τὴν ὑπὲρ Αἰγύπτου μέχρι Συρίας ἐρημίαν εἰς Καισάρειαν παρῆν, ταύτῃ διεγνωκὼς προσυντάξασθαι τὰς δυνάμεις. Ἔτι δὲ αὐτοῦ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν συγκαθισταμένου τῷ πατρὶ τὴν ἡγεμονίαν νέον αὐτοῖς ἐγκεχειρισμένην ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, συνέβη καὶ τὴν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις στάσιν ἀνακμάσασαν τριμερῆ γενέσθαι, καὶ καθ' αὑτοῦ θάτερον ἐπιστρέψαι μέρος, ὅπερ ἄν τις ὡς ἐν κακοῖς ἀγαθὸν εἴποι καὶ δίκης ἔργον. Ἡ μὲν γὰρ κατὰ τοῦ δήμου τῶν ζηλωτῶν ἐπίθεσις, ἥπερ κατῆρξεν ἁλώσεως τῇ πόλει, προδεδήλωται μετὰ ἀκριβείας, ὅθεν τε ἔφυ καὶ πρὸς ὅσον κακὸν ἀνηυξήθη. Ταύτην δὲ οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις εἰπὼν στάσει στάσιν ἐγγενέσθαι, καὶ καθάπερ θηρίον λυσσῆσαν ἐνδείᾳ τῶν ἔξωθεν ἐπὶ τὰς ἰδίας ἤδη σάρκας ὁρμᾶν.

β'. Ἐλεάζαρος γὰρ ὁ τοῦ Σίμωνος, ὃς δὴ καὶ τὰ πρῶτα τοῦ δήμου τοὺς ζηλωτὰς ἀπέστησεν εἰς τὸ τέμενος, ὡς ἀγανακτῶν δῆθεν ἐπὶ τοῖς ὁσημέραι τῷ Ἰωάννῃ τολμωμένοις (οὐ γὰρ ἀνεπαύετο φονῶν οὗτος), τὸ δὲ ἀληθὲς αὐτοῦ μεταγενεστέρῳ τυράννῳ μὴ φέρων ὑποτετάχθαι, πόθῳ τῶν ὅλων καὶ δυναστείας ἰδίας ἐπιθυμίᾳ, διίσταται, παραλαβὼν Ἰούδην τε τὸν Χελκία καὶ Σίμωνα τὸν Ἐζρῶνος τῶν δυνατῶν, πρὸς οἷς Ἐζεκίας ἦν Χωβαρὶ παῖς οὐκ ἄσημος. Καθ' ἕκαστον δὲ οὐκ ὀλίγοι τῶν ζηλωτῶν ἠκολούθησαν, καὶ καταλαβόμενοι τὸν ἐνδότερον τοῦ νεὼ περίβολον, ὑπὲρ τὰς ἱερὰς πύλας ἐπὶ τῶν ἁγίων μετώπων τίθενται τὰ ὅπλα. Πλήρεις μὲν οὖν ἐπιτηδείων ὄντες ἐθάρρουν (καὶ γὰρ ἀφθονία τῶν ἱερῶν ἐγίνετο πραγμάτων τοῖς γε μηδὲν ἀσεβὲς ἡγουμένοις), ὀλιγότητι δὲ τῇ κατὰ σφᾶς ὀρρωδοῦντες ἐγκαθισάμενοι τὰ ὅπλα κατὰ χώραν ἔμενον. Ὁ δὲ Ἰωάννης ὅσον ἀνδρῶν ὑπερεῖχε πλήθει, τοσοῦτον ἐλείπετο τῷ τόπῳ· καὶ κατὰ κορυφὴν ἔχων τοὺς πολεμίους οὔτ' ἀδεεῖς ἐποιεῖτο τὰς προσβολὰς οὔτε δι' ὀργὴν ἠρέμει. Κακούμενος δὲ πλέον ἤπερ διατιθεὶς τοὺς περὶ τὸν Ἐλεάζαρον ὅμως οὐκ ἀνίει· συνεχεῖς δὲ ἐκδρομαὶ κατ' ἀλλήλων καὶ βελῶν ἀφέσεις ἐγίνοντο καὶ φόνοις ἐμιαίνετο πανταχοῦ τὸ ἱερόν.

γ'. Ὁ δὲ τοῦ Γιώρα Σίμων, ὃν ἐν ταῖς ἀμηχανίαις ἐπίκλητον ἑαυτῷ τύραννον ὁ δῆμος ἐλπίδι βοηθείας προσηγάγετο, τήν τε ἄνω πόλιν ἔχων καὶ τῆς κάτω πολὺ μέρος, ἐρρωμενέστερον ἤδη τοῖς περὶ τὸν Ἰωάννην προσέβαλλεν ὡς ἂν καὶ καθύπερθεν πολεμουμένοις. Ἦν δὲ ὑπὸ χεῖρα προσιὼν αὐτοῖς, ὥσπερ ἐκεῖνοι τοῖς ἄνωθεν. Καὶ τῷ Ἰωάννῃ διχόθεν πολεμουμένῳ συνέβαινε βλάπτεσθαί τε καὶ βλάπτειν εὐκόλως, καὶ καθ' ὅσον ἡττᾶτο τῶν ἀμφὶ τὸν Ἐλεάζαρον ὢν ταπεινότερος, τοσοῦτον ἐπλεονέκτει ἐν ὑψηλῷ τοῦ Σίμωνος· παρὸ καὶ χειρὶ μὲν τὰς κάτωθεν προσβολὰς εὐμαρῶς εἶργε, τοὺς δὲ ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ κατακοντίζοντας ἀνέστελλε τοῖς ὀργάνοις· ὀξυβελεῖς τε γὰρ αὐτῷ καὶ καταπέλται παρῆσαν οὐκ ὀλίγοι καὶ λιθοβόλοι, δι' ὧν οὐ μόνον

CAP. I.

Et Titus quidem, ita ut jam diximus emensa solitudine ultra Ægyptum ad Syriam usque, Cæsaream perveniebat, decreto sibi illic prius ordinare exercitum. Illo autem adhuc apud Alexandriam una cum patre constituente imperium, quod nuper eis demandaverat Deus, contigit etiam seditionem, quæ apud Hierosolyma erat, resuscitatam trifariam dividi, et aliam partem in aliam verti, quod ut in malis optimum quis dixerit et justam vindictam. Nam de zelotarum quidem in populum dominatu, qui urbi erat excidii causa, jam ante diligenter declaravimus, unde cœperit, et quantum in malum creverit. De hac autem non erraverit quisquam si dixerit, seditionem in seditione esse factam, ac feræ instar rabidæ, quum cibus ei aliunde desit, in sua jam sævire viscera.

2. Eleazarus enim Simonis filius, qui scilicet ab initio zelotas a populo separaverat, feceratque in templum secedere, sese super iis indignari simulans, quæ in dies singulos Joannes auderet (ille enim nequaquam a cædibus quiescebat), re autem vera sese posteriori tyranno subjectum esse minime ferens, summæ rerum desiderio et potestatis propriæ cupiditate, ab illis desciscit, assumptis sibi ex potentibus Juda Chelciæ filio et Simone Ezronis : præter quos erat Ezechias Chobari filius, vir non ignobilis. Horum autem singulos zelotarum non pauci sequebantur, occupatoque interiore templi septo, super portas sacras in fronte sancti sanctorum arma collocant. Et necessariis quidem abundantes confidebant (sacrarum enim rerum etiam copia suppetebat, præsertim iis qui nihil impium ducebant), paucitati vero suorum metuentes, quum arma illic collocassent, loco se continebant. Joannes autem quanto superior erat virorum multitudine, tanto superabatur loco; hostesque habens supra verticem non sine damno faciebat incursus, neque præ iracundia quiescebat. Plus autem mali accipiens quam Eleazaro suisque inferebat, nihil tamen quidquam remittebat; sed crebri fiebant excursus mutui et missilium jactus, templumque passim cædibus polluebatur.

3. Simon autem Gioræ filius, quem, rebus desperatis invitatum, populus sibi tyrannum auxilii spe adsciverat, tam urbem superiorem in potestate sua habens quam magnam inferioris partem, animosius jam Joannem ejusque socios adoriebatur, quod desuper etiam impeterentur. Infra autem eos erat quum impressionem faceret, sicut illi ad eos qui loca editiora occupaverant. Atque Joanni utrinque oppugnato accidebat ut facile læderetur pariter ac læderet; et in quantum cladem acciperet ab Eleazaro utpote inferior, in tantum Simoni prævalebat ipso superior : propter quod impetus quidem ab inferiori loco factos facile manu arcebat, desuper vero ex fano jaculantes machinarum subsidiis reprimebat; quippe ipsi scorpiones aderant et catapultæ non paucæ et ballistæ, quibus non solum propulsabat dimi-

ἠμύνετο τοὺς πολεμοῦντας, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς τῶν ἱερουργούντων ἀνῄρει. Καίπερ γὰρ πρὸς πᾶσαν ἀσέβειαν ἐκλελυσσηκότες, ὅμως τοὺς θύειν ἐθέλοντας εἰσηφίεσαν, μεθ' ὑποψιῶν μὲν καὶ φυλακῆς τοὺς ἐπιχωρίους διερευνώμενοι, τοὺς δὲ ξένους ἀδεέστερον, οἳ καὶ περὶ τὰς εἰσόδους δυσωπήσαντες αὐτῶν τὴν ὠμότητα παρανάλωμα τῆς στάσεως ἐγίνοντο. Τὰ γὰρ ἀπὸ τῶν ὀργάνων βέλη μέχρι τοῦ βωμοῦ καὶ τοῦ νεὼ διὰ τὴν βίαν ὑπερφερόμενα τοῖς τε ἱερεῦσι καὶ τοῖς ἱερουργοῦσιν ἐνέπιπτε, καὶ πολλοὶ σπεύσαντες ἀπὸ γῆς περάτων περὶ τὸν διώνυμον καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις χῶρον ἅγιον πρὸ τῶν θυμάτων ἔπεσον αὐτοί, καὶ τὸν Ἕλλησι πᾶσι καὶ βαρβάροις σεβάσμιον βωμὸν κατέσπεισαν ἰδίῳ φόνῳ. Νεκροῖς δὲ ἐπιχωρίοις ἀλλόφυλοι καὶ ἱερεῦσι βέβηλοι συνεφύροντο, καὶ παντοδαπῶν αἷμα πτωμάτων ἐν τοῖς θείοις περιβόλοις ἐλιμνάζετο. (Β'.) Τί τηλικοῦτον, ὦ τλημονεστάτη πόλις, πέπονθας ὑπὸ Ῥωμαίων, οἵ σου τὰ ἐμφύλια μύση περικαθαροῦντες εἰσῆλθον. Θεοῦ μὲν γὰρ οὔτε ἦς ἔτι χῶρος οὔτε μένειν ἠδύνασο, τάφος οἰκείων γενομένη σωμάτων, καὶ πολέμου τὸν ναὸν ἐμφυλίου ποιήσασα πολυάνδριον. Δύναιο δ' ἂν γενέσθαι πάλιν ἀμείνων, εἴ γε ποτὲ τὸν πορθήσαντα Θεὸν ἐξιλάσῃ. Ἀλλὰ καθεκτέον γὰρ καὶ τὰ πάθη τῷ νόμῳ τῆς συγγραφῆς, ὡς οὐχ ὀλοφυρμῶν οἰκείων ὁ καιρός, ἀλλ' ἀφηγήσεως πραγμάτων. Δίειμι δὲ τὰ ἑξῆς ἔργα τῆς στάσεως.

(Γ'.) δ'. Τριχῆ τῶν ἐπιβούλων τῆς πόλεως διῃρημένων οἱ μὲν περὶ τὸν Ἐλεάζαρον τὰς ἱερὰς ἀπαρχὰς διαφυλάσσοντες κατὰ τοῦ Ἰωάννου τὴν μέθην ἔφερον, οἱ δέ, σὺν τούτῳ διαρπάζοντες τοὺς δημότας, ἠγείροντο κατὰ τοῦ Σίμωνος· ἦν δὲ κἀκείνῳ τροφὴ κατὰ τῶν ἀντιστασιαστῶν ἡ πόλις. Ὁπότε μὲν οὖν ἀμφοτέρωθεν ἐπιχειροῖτο, τοὺς συνόντας ὁ Ἰωάννης ἀντέστρεφε, καὶ τοὺς μὲν ἐκ τῆς πόλεως ἀνιόντας ἀπὸ τῶν στοῶν βάλλων, τοὺς δὲ ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ κατακοντίζοντας ἠμύνετο τοῖς ὀργάνοις. Εἰ δὲ ἐλευθερωθείη ποτὲ τῶν καθύπερθεν ἐπικειμένων (διανέπαυε δὲ αὐτοὺς πολλάκις μέθη τε καὶ κάματος), ἀδεέστερον τοῖς περὶ τὸν Σίμωνα μετὰ πλειόνων ἐπεξῄει. Ἀεὶ δὲ ἐφ' ὅσον τρέψαιτο τῆς πόλεως, ὑπεπίμπρη τὰς οἰκίας σίτου μεστὰς καὶ παντοδαπῶν ἐπιτηδείων· τὸ δὲ αὐτὸ πάλιν ὑποχωροῦντος ἐπιὼν ὁ Σίμων ἔπραττεν, ὥσπερ ἐπίτηδες Ῥωμαίοις διαφθείροντες ἃ παρεσκευάσατο πρὸς πολιορκίαν ἡ πόλις, καὶ τὰ νεῦρα τῆς αὐτῶν ὑποκόπτοντες δυνάμεως. Συνέβη γοῦν τὰ μὲν περὶ τὸ ἱερὸν πάντα συμφλεγῆναι καὶ μεταίχμιον ἐρημίας γενέσθαι καὶ παρατάξεως τὴν πόλιν, κατακαῆναι δὲ πλὴν ὀλίγου πάντα τὸν σῖτον, ὃς ἂν αὐτοῖς οὐκ ἐπ' ὀλίγα διήρκεσεν ἔτη πολιορκουμένοις. Λιμῷ γοῦν ἑάλωσαν, ὅπερ ἥκιστα δυνατὸν ἦν, εἰ μὴ τοῦτον ἑαυτοῖς προπαρεσκεύασαν.

(Δ'.) ε'. Πανταχόθεν δὲ τῆς πόλεως πολεμουμένης ὑπὸ τῶν ἐπιβούλων καὶ συγκλύδων μέσος ὁ δῆμος ὥσπερ μέγα σῶμα διεσπαράσσετο. Γηραιοὶ δὲ καὶ γυναῖκες ὑπ' ἀμηχανίας τῶν εἴσω κακῶν ηὔχοντο Ῥωμαίοις, καὶ τὸν ἔξωθεν πόλεμον ἐπ' ἐλευθερίᾳ τῶν οἰκείων κακῶν

cantes, sed multos etiam sacra facientes perimebat. Quamquam enim ad omne impietatis genus rabidi ferebantur, tamen eos qui victimas offerre cuperent intro admiserunt, indigenas quidem cum suspicione et observatione prius eos perscrutando, extraneos vero minori cum sollicitudine, qui licet ad ingressum illorum crudelitatem exorassent, consumpti tamen erant obiter a seditiosis. Nam tela e machinis, magna vi ad aram usque et templum adacta, in sacerdotes et sacris operantes incidebant: et multi qui magno studio a terræ finibus eo venissent, ob locum fama celebratum et omnibus hominibus sacrum habitum, ipsi ante hostias ceciderunt, et altare Græcis universis et barbaris venerandum suo sanguine asperserunt. Atque indigenis occisis alienigenæ ac sacerdotibus profani miscebantur, et promiscuus cadaverum sanguis templi in atriis stagna faciebat. (II.) Quid tanti passa es, o miserrima civitas, a Romanis, qui tua intestina scelera flammis purgaturi ingressi sunt! Neque enim Dei jam locus eras, neque poteras manere, tuorum cadaverum facta sepulcrum, et quæ templum civili bello tumulum constituisti. Possis tamen in melius forte mutari, si unquam Deum placaveris qui te vastavit. Sed enim scribendi lege cohibendus est dolor, quum hoc non sit lugendi tempus, sed res gestas narrandi. Itaque ad reliqua seditionis persequenda redeo.

(III.) 4. Urbis insidiatoribus trifariam divisis, Eleazarus quidem cum suis, qui sacras primitias custodiebant, in Joannem ebrii ferebantur: qui vero huic parerent, plebem diripientes, excitabantur adversus Simonem: huic autem etiam contra seditiosos commeatum suppeditabat civitas. Et quum quidem utrinque appeteretur Joannes, suos in contrarias partes vertebat: et de civitate quidem ascendentes telis e porticibus vibratis, e templo vero jaculantes machinis propellebat. Quoties autem ab illis qui desuper urgebant liberaretur (frequenter enim pugnam intermittebant ex ebrietate et lassitudine), eo audacius in Simonem ejusque socios cum pluribus ruebat. Semper autem, quam procul eos civitate pelleret, eo usque domos frumenti et omnium necessariorum plenas succendebat: rursusque idem, quum regrederetur Joannes, Simon insequutus agebat, quasi de industria pro Romanis omnia corrumperent, quæ ad obsidionem tolerandam civitas præparaverat, suarumque virium nervos abscinderent. Adeoque contigit omnia quidem circa templum comburi, spatiumque urbis intermedium desolatum fieri acieique instruendæ idoneum: omne vero frumentum, præter parvulum, concremari, quod non paucis annis illis sufficere potuisset obsessis. Quo factum ut fame perderentur: id quod fieri non poterat, nisi eam jam ante sibimet quæsivissent.

(IV.) 2. Undique autem insidiatoribus et convenis civitatem infestantibus, populus inter eos veluti magnum corpus dilacerabatur. Senes vero et mulieres præ consilii inopia in malis intestinis pro Romanis vota faciebant; externumque bellum quo domesticis malis liberarentur, solicite exspectabant.

ἐκαραδόκουν. Κατάπληξις δὲ δεινὴ καὶ δέος ἦν τοῖς γνησίοις, καὶ οὔτε βουλῆς καιρὸς εἰς μεταβολὴν οὔτε συμβάσεως ἐλπὶς οὔτε φυγῆς τοῖς ἐθέλουσιν. Ἐφρουρεῖτο γὰρ πάντα, καὶ τὰ λοιπὰ στασιάζοντες οἱ ἀρχιλῃσταὶ τοὺς εἰρηνικὰ Ῥωμαίοις φρονοῦντας, ἢ πρὸς αὐτομολίαν ὑπόπτους, ὡς κοινοὺς πολεμίους ἀνῄρουν, καὶ μόνον ὡμονόουν τὸ φονεύειν τοὺς σωτηρίας ἀξίους. Καὶ τῶν μὲν μαχομένων ἀδιάλειπτος ἦν κραυγὴ μεθ' ἡμέραν τε καὶ νύκτωρ, δεινότεροι δὲ οἱ τῶν πενθούντων ὀδυρμοὶ ἀεί. Καὶ θρήνων μὲν αἰτίας ἐπαλλήλους αἱ συμφοραὶ προσέφερον, τὰς δὲ οἰμωγὰς ἐνέκλειεν ἡ κατάπληξις αὐτῶν. Φιμούμενοι δὲ τά γε πάθη τῷ φόβῳ μεμυκόσι τοῖς στεναγμοῖς ἐβασανίζοντο, καὶ οὔτε πρὸς τοὺς ζῶντας ἦν αἰδὼς ἔτι τοῖς προσήκουσι οὔτε πρόνοια τῶν ἀπολωλότων ταφῆς. Αἴτιον δὲ ἀμφοτέρων ἡ καθ' ἑαυτὸν ἀπόγνωσις ἑκάστου. Παρείθησαν γὰρ εἰς πάντα τὰς προθυμίας οἱ μὴ στασιάζοντες, ὡς ἀπολούμενοι πάντως ὅσον οὐδέπω. Πατοῦντες δὴ τοὺς νεκροὺς ἐπ' ἀλλήλοις σεσωρευμένους οἱ στασιασταὶ συνεπλέκοντο, καὶ τὴν ἀπόνοιαν ἀπὸ τῶν ἐν ποσὶ πτωμάτων σπῶντες ἦσαν ἀγριώτεροι· προσεξευρίσκοντες δὲ ἀεί τι καθ' αὑτῶν ὀλέθριον καὶ πᾶν τὸ δοχθὲν ἀφειδῶς δρῶντες οὐδεμίαν οὔτε αἰκίας ὁδὸν οὔτε ὠμότητος παρέλιπον. (Ε'.) Ἀμέλει Ἰωάννης τὴν ἱερὰν ὕλην εἰς πολεμιστηρίων κατασκευὴν ὀργάνων ἀπεχρήσατο. Δόξαν γάρ ποτε τῷ λαῷ καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσιν ὑποστηρίξαντας τὸν ναὸν εἴκοσι πήχεις προσυψῶσαι, κατάγει μὲν ἀπὸ τοῦ Λιβάνου μεγίστοις ἀναλώμασι καὶ πόνοις τὴν χρήσιμον ὕλην ὁ βασιλεὺς Ἀγρίππας, ξύλα θέας ἄξια τήν τε εὐθύτητα καὶ τὸ μέγεθος. Μεσολαβήσαντος δὲ τοῦ πολέμου τὸ ἔργον, ὁ Ἰωάννης τεμὼν αὐτὰ πύργους κατεσκεύαζεν, ἐξαρκοῦν τὸ μῆκος εὑρὼν πρὸς τοὺς ἀπὸ τοῦ καθύπερθεν ἱεροῦ μαχομένους· ἵστησί τε προσαγαγὼν κατόπιν τοῦ περιβόλου, τῆς πρὸς δύσιν ἐξέδρας ἄντικρυς, ᾗπερ καὶ μόνῃ δυνατὸν ἦν, τῶν ἄλλων μερῶν βαθμοῖς πόρρωθεν διειλημμένων.

(Ϛ'.) ς'. Καὶ ὁ μὲν τοῖς κατασκευασθεῖσιν ἐξ ἀσεβείας ὀργάνοις κρατήσειν ἤλπισε τῶν ἐχθρῶν, ὁ δὲ Θεὸς ἄχρηστον αὐτῷ τὸν πόνον ἀπέδειξε, πρὶν ἐπιστῆσαί τινα τῶν πύργων, Ῥωμαίους ἐπαγαγών. Ὁ γὰρ δὴ Τίτος, ἐπειδὴ τὰ μὲν συνήγαγε τῆς δυνάμεως πρὸς αὑτόν, τοῖς δὲ ἐπὶ Ἱεροσολύμων συναντᾶν ἐπέστειλεν, ἐξήλαυνε τῆς Καισαρείας. Ἦν δὲ τρία μὲν τὰ πρότερον αὐτοῦ τῷ πατρὶ συνδῃώσαντα τὴν Ἰουδαίαν τάγματα, καὶ τὸ πάλαι σὺν Κεστίῳ πταῖσαν δωδέκατον, ὅπερ καὶ ἄλλως ἐπίσημον δι' ἀνδρείαν ὑπάρχον, τότε κατὰ μνήμην ὧν ἔπαθεν εἰς ἄμυναν ᾔει προθυμότερον. Τούτων μὲν οὖν τὸ πέμπτον δι' Ἀμμαοῦντος ἐκέλευσεν αὐτῷ συναντᾶν, καὶ διὰ Ἱεριχοῦντος τὸ δέκατον ἀναβαίνειν· αὐτὸς δὲ ἀνέζευξε μετὰ τῶν λοιπῶν, πρὸς οἷς αἵ τε τῶν βασιλέων συμμαχίαι πᾶσαι πλείους, καὶ συχνοὶ τῶν ἀπὸ τῆς Συρίας ἐπίκουροι συνῆλθον. Ἀνεπληρώθη δὲ καὶ τῶν τεσσάρων ταγμάτων ὅσον Οὐεσπασιανὸς ἐπιλέξας Μουκιανῷ συνέπεμψεν εἰς Ἰταλίαν ἐκ τῶν ἐπελθόντων με-

Gravis autem consternatio et metus occupabat indigenas; et neque consilii capiendi tempus erat, ut voluntatem mutarent, neque pacis ineundæ aut fugæ capessendæ spes earum cupidis. Etenim custodiebantur omnia, et latronum principes, cetera dissidentes, quasi communes hostes eos interficiebant, quicunque Romanis favebant, aut in suspicione erant transfugiendi ad eos, solumque in occidendis salute dignis consentiebant. Et pugnantium quidem nocte dieque clamor perpetuus erat: graviores vero lugentium ploratus. Et assiduas quidem lamentationis causas præbebant calamitates, præ mentis autem consternatione repressi erant ejulatus. Præ metu autem cohibito dolore, gemitibus compressis cruciabantur: et neque jam vivis ab affinitate junctis ulla adhibita reverentia, neque mortuis cura sepulturæ. Quorum amborum causa erat, quod de se quisque desperarit. De sua enim in omni re cupiditate remiserant qui cum seditiosis non erant, quasi continuo modis omnibus morituri. At vero seditiosi congesta in cumulum cadavera conculcantes dimicabant, et a mortuis sub pedibus ad desperationem redacti immanius sæviebant: semperque aliquid in se perniciosum excogitantes, et quodcunque ipsis visum esset sine miseratione facientes, nihil quidquam injuriæ aut crudelitati reliquum fecerunt. (V.) Imo quidem Joannes, contra quam debuit, sacram materiam ad instrumenta bellica conficienda adhibuit. Nam quum olim populo itemque pontificibus placuisset templum suffulcire, idque viginti cubitis altius ædificare, rex Agrippa idoneam materiam ex monte Libano maximis sumptibus et labore deducendam curat, ligna et proceritate et magnitudine spectatu digna. Interventu autem belli opere interrupto, Joannes, quum securim illis admovisset, turres ædificabat, comperto justæ esse longitudinis adversus eos qui desuper e templo pugnarent; adductasque constituit post septum et ad occidentem e regione exedrarum; quo etiam solo loco id licebat, quod ceteræ partes gradibus e longinquo fuerint occupatæ.

(VI.) 6. Et ille quidem machinis ex impietate fabricatis hostes se debellaturum speravit: at Deus ipsi vanum laborem illum reddidit, priusquam in turribus quisquam pedem poneret, Romanos adducens. Etenim Titus postquam partem copiarum ad se collegerat, aliis vero scripserat ut ipsum ad Hierosolyma convenirent, Cæsarea proficiscebatur. Erant autem tres legiones quæ prius sub patre illius Judæam vastaverant, et duodecima, quæ olim sub Cestio cladem acceperat; quæ et alias insigni erat fortitudine, et tunc memoria eorum quæ pertulerat alacrius ad vindictam properabat. Et Romanorum quidem legionem quintam sibi per Ammauntem jussit occurrere, decimam per Hierichuntem ascendere: ipse vero cum reliquis movit, quos regum quoque auxiliarii auctiores omnes, multique e Syria in subsidium venientes comitabantur. Quin et totidem viris suppletæ erant quattuor legiones, quot Vespasianus delectos cum Muciano miserat in Ita-

τὰ Τίτου· δισχίλιοι μὲν γὰρ αὐτῷ τῶν ἀπ' Ἀλεξανδρείας στρατευμάτων ἐπίλεκτοι, τρισχίλιοι δὲ συνείποντο τῶν ἀπ' Εὐφράτου φυλάκων, φίλων δὲ δοκιμώτατος εὔνοιάν τε καὶ σύνεσιν Τιβέριος Ἀλέξανδρος, πρότερον μὲν αὐτὸς τὴν Αἴγυπτον διέπων, τότε δὲ τῶν στρατευμάτων ἄρχων κριθεὶς ἄξιος, ἐξ ὧν ἐδεξιώσατο πρῶτος ἐγειρομένην ἄρτι τὴν ἡγεμονίαν, καὶ μετὰ πίστεως λαμπρᾶς ἐξ ἀδήλου τῇ τύχῃ προσέθετο· σύμβουλός γε μὴν ταῖς τοῦ πολέμου χρείαις, ἡλικίᾳ τε προύχων καὶ κατ' ἐμπειρίαν, εἵπετο.

ΚΕΦ. Β'.

Προσιόντι δὲ εἰς τὴν πολεμίαν Τίτῳ προῆγον μὲν οἱ βασιλικοὶ καὶ πᾶν τὸ συμμαχικὸν, ἐφ' οἷς ὁδοποιοὶ καὶ μετρηταὶ στρατοπέδων, ἔπειτα τὰ τῶν ἡγεμόνων σκευοφόρα, καὶ μετὰ τοὺς τούτων ὁπλίτας αὐτὸς, τούς τε ἄλλους ἐπιλέκτους καὶ τοὺς λογχοφόρους ἔχων· κατόπιν δὲ αὐτῷ τὸ τοῦ τάγματος ἱππικόν· οὗτοι δὲ πρὸ τῶν μηχανημάτων, καὶ ἐπ' ἐκείνοις μετ' ἐπιλέκτων χιλίαρχοι καὶ σπειρῶν ἔπαρχοι· μετὰ δὲ τούτους περὶ τὸν ἀετὸν αἱ σημαῖαι, καὶ ἔμπροσθεν οἱ σαλπιγκταὶ τῶν σημαιῶν· ἐπὶ δὲ τούτοις ἡ φάλαγξ, τὸ στῖφος εἰς ἓξ πλατύνασα· τὸ δὲ οἰκετικὸν ἑκάστου τάγματος ὀπίσω, καὶ πρὸ τούτων τὰ σκευοφόρα· τελευταῖοι δὲ πάντων οἱ μίσθιοι, καὶ τούτων φύλακες οἱ οὐραγοί. Προάγων δὲ τὴν δύναμιν ἐν κόσμῳ, καθὰ Ῥωμαίοις σύνηθες, ἐμβάλλει διὰ τῆς Σαμαρείτιδος εἰς Γοφνὰ, κατειλημμένην τε πρότερον ὑπὸ τοῦ πατρὸς καὶ τότε φρουρουμένην. Ἔνθα μίαν ἑσπέραν αὐλισάμενος, ὑπὸ τὴν ἕω πρόεισι· καὶ διανύσας ἡμέρας σταθμὸν στρατοπεδεύεται κατὰ τὸν ὑπὸ Ἰουδαίων πατρίως Ἀκανθῶν αὐλῶνα καλούμενον, πρός τινι κώμῃ Γαβαθσαούλῃ λεγομένῃ (σημαίνει δὲ τοῦτο λόφον Σαούλου), διέχων ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων ὅσον ἀπὸ τριάκοντα σταδίων. Ἀναλαβών τε ἐντεῦθεν ὅσον εἰς ἑξακοσίους τῶν ἐπιλέκτων ἱππέων ᾔει τήν τε πόλιν περισκεψόμενος ὅπως ὀχυρότητος ἔχοι καὶ τὰ φρονήματα τῶν Ἰουδαίων, εἰ πρὸς τὴν ὄψιν αὐτοῦ, πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, ὑποδείσαντες ἐνδοῖεν· πέπυστο γὰρ, ὅπερ ἦν ἀληθὲς, τοῖς στασιώδεσι καὶ λῃστρικοῖς τὸν δῆμον ὑποπεπτωκότα ποθεῖν μὲν εἰρήνην, ἀσθενέστερον δὲ ὄντα τῆς ἐπαναστάσεως ἠρεμεῖν.

(Ζ'.) β'. Ἕως μὲν οὖν ὄρθιον ἱππάζετο τὴν λεωφόρον κατατείνουσαν πρὸς τὸ τεῖχος, οὐδεὶς προὐφαίνετο τῶν πυλῶν· ἐπεὶ δὲ ἐκ τῆς ὁδοῦ πρὸς τὸν Ψήφιναν πύργον ἀποκλίνας πλάγιον ἦγε τὸ τῶν ἱππέων στῖφος, προπηδήσαντες ἐξαίφνης ἄπειροι κατὰ τοὺς Γυναικείους καλουμένους πύργους διὰ τῆς ἀντικρὺ τῶν Ἑλένης μνημείων πύλης, διεκπαίουσι τῆς ἵππου, καὶ τοὺς μὲν ἔτι κατὰ τὴν ὁδὸν θέοντας ἀντιμέτωποι στάντες ἐκώλυσαν συνάψαι τοῖς ἐκκλίνασι, τὸν δὲ Τίτον ἀποτέμνονται σὺν ὀλίγοις. Τῷ δὲ πρόσω μὲν ἦν χωρεῖν ἀδύνατον (ἐτετάφρευτο γὰρ ἀπὸ τοῦ τείχους περὶ τὰς κηπείας ἅπαντα, τοίχοις τε ἐπικαρσίοις καὶ πολλοῖς ἕρκεσι διειλημμένα), τὴν δὲ πρὸς τοὺς σφετέρους ἀναδρομὴν

liam ex his qui cum Tito accesserant : duo namque millia aderant ex Alexandrino exercitu lecta, tria millia vero ex Euphratis custodibus eum sequebantur; et amicorum spectatissimus benevolentia pariter ac prudentia Tiberius Alexander, qui antea quidem Ægyptum administraverat, tunc autem dignus qui exercitum regeret propterea judicabatur, quod primus novum benigne exceperat Imperatorem, et cum clara fide fortunæ ejus, quum adhuc incerta esset, se adjunxerat : idemque etiam consultor in usus bellicos, ætate ac experientia superior ei aderat.

CAP. II. (VI.)

Titum autem terram in hostilem ingredientem antecedebant quidem regii aliique omnes auxiliares; post quos viarum stratores castrorumque metatores; deinde tribunorum impedimenta, et post milites armatos qui illis præsidio erant, ipse Titus, et alios delectos habens et hastatos : eumque excipiebant equites legioni adscripti : hi vero machinas præibant, et post illos tribuni cum lectis militibus et præfecti cum cohortibus : deinde signa aquilæ circumdata, et ante signa tubicines; post hos vero phalanx, senum virorum ordinibus dilatata : servi autem cujusque legionis pone sequebantur, ante se militum impedimenta agentes : omnium vero novissimi mercenarii, horumque custodes agminis coactores. Incedens autem composite cum exercitu; ita ut mos est Romanis, per Samaritidem in Gophnam venit, prius a patre captam et tunc præsidiis occupatam. Ibi noctem unam moratus mane inde proficiscitur, quumque statum diei iter confecisset, castra ponit in loco quem Judæi patrio sermone Spinarum vallem appellant, apud vicum quendam Gabath-Saul dictum (id autem Sauli collem significat), distantem ab Hierosolymis circiter stadia triginta. Atque hinc, lectis equitibus ad sexcentos secum assumptis, exploratum ibat et urbis firmitatem, et Judæorum animos, an ad ipsius conspectum præ metu cederent priusquam ad manus ventum esset. Audierat enim, id quod verum erat, populum seditiosis et latronibus obnoxium pacem quidem desiderare; quod vero infirmior esset quam ut eos adortum iret, ideo quiescere.

(VII.) 2. Sane quamdiu per viam declivem, quæ ad murum duceret, equitabat, nemo ante portas apparuit : ubi vero de via ad turrim Psephinam declinaret et equitum agmen transversum duceret, innumeri subito prosiliunt juxta turres quæ Muliebres vocantur, porta egressi quæ e regione est monumenti Helenæ, et equitatum intercidunt : atque a fronte illis semet objicientes, alios quidem, dum adhuc via currebant, prohibuerunt ne cum his qui diverterant sese jungerent : Titum vero cum paucis ab suis separant. Ille quidem ulterius pergere non poterat (nam fossa hortorum culturæ adhibita circumdata erant omnia a muro, murisque obliquis et multis maceriis occupata); ut vero rursus suos repeteret, præ hostium interjectorum multitu-

πλήθει τῶν ἐν μέσῳ πολεμίων ἀμήχανον ἑώρα· ὧν οἱ πολλοὶ μηδὲ γινώσκοντες τὸν τοῦ βασιλέως κίνδυνον, ἀλλ' οἰόμενοι συναναστραφῆναι κἀκεῖνον ἀνέφευγον. Ὁ δὲ κατιδὼν ὡς ἐν μόνῃ τῇ καθ' αὑτὸν ἀλκῇ κεῖται τὸ σώζεσθαι, τόν τε ἵππον ἐπιστρέφει καὶ τοῖς περὶ αὑτὸν ἐμβοήσας ἕπεσθαι μέσοις ἐμπηδᾷ τοῖς πολεμίοις, διεκπαῖσαι πρὸς τοὺς σφετέρους βιαζόμενος. Ἔνθα δὴ μάλιστα πάρεστι νοεῖν ὅτι καὶ πολέμων ῥοπαὶ καὶ βασιλέων κίνδυνοι μέλονται τῷ Θεῷ. Τοσούτων γὰρ ἐπὶ τὸν Τίτον ἀφιεμένων βελῶν μήτε κράνος ἔχοντα μήτε θώρακα (προῆλθε γάρ, ὡς ἔφην, οὐ πολεμιστὴς ἀλλὰ κατάσκοπος), οὐδὲν ἥψατο τοῦ σώματος, κενὰ δέ, ὥσπερ ἐπίτηδες ἀστοχούντων, παρεῤῥοιζεῖτο πάντα. Τῷ δὲ ξίφει τοὺς κατὰ πλευρὸν ἀεὶ διαστέλλων, καὶ πολλοὺς τῶν ἀντιπροσώπων ἀνατρέπων, ἤλαυνεν ὑπὲρ τοὺς ἐρειπομένους τὸν ἵππον. Τῶν δὲ κραυγή τε ἦν πρὸς τὸ παράστημα τοῦ Καίσαρος καὶ παρακέλευσις ὁρμᾶν ἐπ' αὐτόν, φυγὴ δὲ καὶ διαχωρισμὸς ἄθρους, καθ' οὓς ἐπελαύνων γένοιτο. Συνήπτοντο δὲ οἱ τοῦ κινδύνου μετέχοντες κατὰ νῶτα καὶ κατὰ πλευρὰ νυσσόμενοι· μία γὰρ ἐλπὶς ἦν σωτηρίας ἑκάστῳ, τὸ συνεξανοίγειν τῷ Τίτῳ μὴ φθάσαντι κυκλωθῆναι. Δύο γοῦν τῶν ἀπωτέρω τὸν μὲν σὺν τῷ ἵππῳ περισχόντες κατηκόντισαν, θάτερον δὲ καταπηδήσαντα διαφθείραντες τὸν ἵππον ἀπήγαγον. Μετὰ δὲ τῶν λοιπῶν Τίτος ἐπὶ τὸ στρατόπεδον διασώζεται. Τοῖς μὲν οὖν Ἰουδαίοις πλεονεκτήσασι κατὰ τὴν πρώτην ἐπίθεσιν ἐπήγειρε τὰς διανοίας ἄσκεπτος ἐλπίς, καὶ πολὺ θάρσος αὐτοῖς εἰς τὸ μέλλον ἡ πρόσκαιρος ῥοπὴ προὐξένει.

(Η'.) γ'. Καῖσαρ δὲ ὡς αὐτῷ συνέμιξε διὰ νυκτὸς τὸ ἀπὸ τῆς Ἀμμαοῦντος τάγμα, μεθ' ἡμέραν ἐκεῖθεν ἄρας ἐπὶ τὸν Σκοπὸν καλούμενον πρόσεισιν· ἔνθεν ἥ τε πόλις ἤδη κατεφαίνετο καὶ τὸ τοῦ ναοῦ μέγεθος ἔκλαμπρον, καθὰ τῷ βορείῳ κλίματι τῆς πόλεως χθαμαλὸς συνάπτων ὁ χῶρος ἐτύμως Σκοπὸς ὠνόμασται. Τῆς δὲ πόλεως σταδίους ἑπτὰ διέχων ἐκέλευσε περιβάλλεσθαι στρατόπεδον τοῖς δύο τάγμασιν ὁμοῦ, τὸ δὲ πέμπτον ὀπίσω τούτων τρισὶ σταδίοις· κόπῳ γὰρ τῆς διὰ νυκτὸς πορείας τετριμμένους ἐδόκει σκέπης ἀξίους εἶναι, ὡς ἂν ἀδεέστερον τειχίσαιντο. Καταρχομένων δὲ ἄρτι τῆς δομήσεως, καὶ τὸ δέκατον τάγμα διὰ Ἱεριχοῦντος ἤδη παρῆν, ἔνθα καθῆστό τις ὁπλιτικὴ μοῖρα φρουροῦσα τὴν ἐμβολὴν ὑπὸ Οὐεσπασιανοῦ προκατειλημμένην. Προσετέτακτο δὲ αὐτοῖς ἓξ ἀπέχοντας τῶν Ἱεροσολύμων σταδίους στρατοπεδεύσασθαι κατὰ τὸ Ἐλαιῶν καλούμενον ὄρος, ὃ τῇ πόλει πρὸς ἀνατολὴν ἀντίκειται, μέσῃ φάραγγι βαθείᾳ διειργόμενον, ἣ Κεδρὼν ὠνόμασται.

(Θ'.) δ'. Τῶν δὲ ἀνὰ τὸ ἄστυ συῤῥηγνυμένων ἀδιαλείπτως τότε πρῶτον ἀνέπαυσε τὴν ἐπ' ἀλλήλοις ἔριν ὁ ἔξωθεν πόλεμος, ἐξαίφνης πολὺς ἐπελθών, καὶ μετ' ἐκπλήξεως οἱ στασιασταὶ τοὺς Ῥωμαίους ἀφορῶντες στρατοπεδευομένους τριχῇ, κακῆς ὁμονοίας κατήρχοντο, καὶ λόγον ἀλλήλοις ἐδίδοσαν, τί μένοιεν ἢ τί παθόντες ἀνέ-

dine haud fieri posse videbat; quorum plerique Cæsaris periculum nesciebant, sed existimantes eum secum reverti ipsi etiam fugiebant. Atqui ille, quum perspiceret in sua tantum fortitudine sitam esse salutis spem, converso equo, iisque qui circa eum erant alta voce jussis ut ipsum sequerentur, in medios hostes irruit, ad suos vi perrumpere festinans. Hinc sane maxime licet intelligere, Deo curæ esse et belli momenta et regum pericula. Tot enim adversus Titum jactis missilibus, quum neque galea neque thorace septus esset (non bellator enim, sed explorator, ut dixi, processerat), corpus ejus intactum erat et illæsum, atque inaniter, tanquam de industria aberraretur, omnia cum stridore eum prætervolabant. Gladio vero semper a lateribus instantes dirimens, multosque ante ora subvertens, super prostratos equum agebat. Clamorem autem attollebant ad audaciam Cæsaris, seque invicem hortabantur ut in eum impetum facerent: Sed fugiebant simulque omnes discedebant, quocunque cursum dirigeret. Huic autem periculi participes, a tergo et a lateribus icti, se adjunxerant; una enim erat unicuique salutis spes, simul Tito viam aperire ne prius circumveniretur. Duos autem de extremis, alterum quidem cum equo circumdatum jaculis confixerunt, alterum vero, postquam desiluerat, occiderunt et equum abducebant. Titus vero cum ceteris salvus in castra revertitur. Et Judæis quidem, quod aggressione prima superiores fuerant, inconsulta spes animos extulit, magnamque in posterum fiduciam eis conciliabat brevis fortunæ inclinatio.

(VIII.) 3. Cæsar autem, postquam ei nocte conjuncta erat legio ex Ammaunte, postridie inde digressus ad locum qui Scopus dicitur se confert; unde jam tum et civitas conspiciebatur et clara templi magnitudo, qua planities, septemtrionalem urbis partem attingens, apposite Scopus (*Specula*) dicta fuit. Quum autem septem stadiis ab urbe distaret, ibi duas legiones simul, quintam vero legionem retrorsum tribus stadiis castra munire jussit: nam milites nocturni itineris labore attritos tegumento dignos existimabat, ut minori cum metu murum struerent. Mox autem cœpta ædificatione, decima quoque legio jam aderat, quæ per Hierichuntem venerat, ubi pars quædam militum collocata fuerat aditum custodiens jam ante a Vespasiano occupatum. His autem præceptum erat, quum sex stadiis ab Hierosolymis abessent, castra metari juxta montem Olivarum nuncupatum, qui civitati ab oriente objacet, interjecta profunda valle quæ Cedron est appellata.

(IX.) 4. Continuo autem intra civitatem confligentium mutuam dissensionem tum primum sedavit bellum externum, magna vi subitoque illatum; et cum stupore seditiosi Romanos inspectantes tribus locis castra ponentes, malam concordiam inire cœperunt, sermonesque invicem miscentes quæsiverunt, quidnam exspectarent, quidve passi spiritum sibi

χοιντο τρία ταῖς ἀναπνοαῖς αὐτῶν ἐπιφρασσόμενα τείχη· καὶ τοῦ πολέμου μετ' ἀδείας ἀντιπολίζοντος ἑαυτὸν, οἱ δὲ ὥσπερ θεαταὶ καλῶν καὶ συμφόρων ἔργων καθέζοιντο τειχήρεις, τὼ χεῖρε καὶ τὰς πανοπλίας παρέντες. « Καθ' αὑτῶν ἄρα γενναῖοι μόνον ἡμεῖς, ἐξεβόησαν » Ῥωμαῖοι δὲ ἐκ τῆς ἡμετέρας στάσεως κερ« δήσουσιν ἀναιμωτὶ τὴν πόλιν. » Τούτοις ἀθροίζοντες ἀλλήλους παρεκρότουν καὶ τὰς πανοπλίας ἁρπάσαντες αἰφνιδίως ἐπεκθέουσι τῷ δεκάτῳ τάγματι, καὶ διὰ τῆς φάραγγος ἄξαντες μετὰ κραυγῆς ἐξαισίου τειχιζομένοις προσπίπτουσι τοῖς Ῥωμαίοις. Οἱ δὲ πρὸς τὸ ἔργον διῃρημένοι, καὶ διὰ τοῦτο τὰ πολλὰ τεθεικότες τῶν ὅπλων (οὔτε γὰρ θαρσεῖν τοὺς Ἰουδαίους πρὸς ἐκδρομὴν ὑπελάμβανον καὶ προθυμουμένων περισπασθήσεσθαι τὰς ὁρμὰς τῇ στάσει), συνεταράχθησαν ἀδοκήτως, καὶ τῶν ἔργων ἀφέμενοι τινὲς μὲν ἀνεχώρουν εὐθέως, πολλοὶ δὲ ἐπὶ τὰ ὅπλα θέοντες, πρὶν ἐπιστραφῆναι πρὸς τοὺς ἐχθροὺς, ἐφονεύοντο παιόμενοι. Προσεγίνοντο δὲ τοῖς Ἰουδαίοις ἀεὶ πλείους, ἐπὶ τῷ κρατεῖν τοὺς πρώτους τεθαρρηκότες, καὶ τῶν ὄντων πολλαπλασίους ἐδόκουν σφίσι τε καὶ τοῖς πολεμίοις, δεξιᾷ τῇ τύχῃ χρώμενοι. Μάλιστα δὲ τοὺς ἐν ἔθει συντάξεως ὄντας καὶ μετὰ κόσμου καὶ παραγγελμάτων πολεμεῖν εἰδότας ἀταξία φθάσασα θορυβεῖ. Διὸ καὶ τότε προληφθέντες οἱ Ῥωμαῖοι ταῖς ἐμβολαῖς εἶκον· καὶ ὁπότε μὲν ἐπιστραφεῖεν οἱ καταλαμβανόμενοι, τοῦ τε δρόμου τοὺς Ἰουδαίους ἐπεῖχον καὶ διὰ τὴν ὁρμὴν ἧττον φυλαττομένους ἐτίτρωσκον. Ἀεὶ δὲ πληθυούσης τῆς ἐκδρομῆς, μᾶλλον ταραττόμενοι τελευταῖον ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου τρέπονται, καὶ ἐδόκει τότε ἂν κινδυνεῦσαι τὸ τάγμα πᾶν, εἰ μὴ Τίτος ἀγγελθέντος αὐτῷ διὰ τάχους ἐπεβοήθησε, καὶ πολλὰ ὀνειδίσας εἰς ἀνανδρίαν ἐπιστρέφει μὲν τοὺς φεύγοντας, αὐτὸς δὲ πλαγίοις τοῖς Ἰουδαίοις προσπεσὼν μεθ' ὧν ἧκεν ἐπιλέκτων συχνοὺς μὲν ἀναιρεῖ, τιτρώσκει δὲ πλείους, τρέπεται δὲ πάντας καὶ συνωθεῖ κατὰ τῆς φάραγγος. Οἱ δὲ ἐν τῷ κατάντει πολλὰ κακωθέντες, ὡς διεξέπεσον, ἄντικρυς ἐπιστρέφονται, καὶ μέσην ἔχοντες τὴν χαράδραν τοῖς Ῥωμαίοις διεμάχοντο. Μέχρι μὲν δὴ μέσης ἡμέρας οὕτως ἐπολέμουν· ὀλίγον δὲ ἀπὸ μεσημβρίας ἐκκλίνοντος ἤδη, Τίτος τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ προσβοηθήσαντας καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν σπειρῶν τοῖς ἐκτρέχουσιν ἀντιπαρατάξας τὸ λοιπὸν τάγμα πρὸς τὸν τειχισμὸν ἀνέπεμπεν εἰς τὴν ἀκρώρειαν.

(Γ'.) ε'. Ἰουδαίοις δὲ τοῦτο ἐδόκει φυγὴ, καὶ τοῦ σκοποῦ κατασείσαντος θοἰμάτιον, ὃς αὐτοῖς ἐπὶ τοῦ τείχους καθῆστο, προπηδῶσι πλῆθος ἀκραιφνέστατον μετὰ τοσαύτης ὁρμῆς, ὡς τὸν δρόμον αὐτῶν τοῖς ἀγριωτάτοις εἰκάζειν θηρίοις. Ἀμέλει τῶν παραταχθέντων οὐδεὶς ἔμεινε τὴν ἐμβολὴν, ἀλλ' ὥσπερ ἐξ ὀργάνου παιόμενοι διέρρηξαν τὴν τάξιν, καὶ πρὸς τὸ ὄρος τραπέντες ἀνέφευγον. Λείπεται δὲ ἐν μέσῳ τῷ προσάντει Τίτος μετ' ὀλίγων, καὶ πολλὰ παραινούντων τῶν φίλων, ὅσοι δι' αἰδῶ τὴν πρὸς τὸν ἡγεμόνα τοῦ κινδύνου καταφρονήσαντες ἔστησαν, εἶξαι θανατῶσιν Ἰου-

tribus muris occludi sustinerent; et dum hostes munimenta instar urbium sibimet exstruant, ipsi tanquam spectatores bonorum operum utiliumque consideant mœnibus clausi, et manibus armisque remissis. « In nosmetipsos profecto, « exclamabant, duntaxat fortes sumus; Romani autem ex « nostra seditione id lucrabuntur, ut urbem sine sanguine « capiant. » Istis, quum frequentes convenirent, se invicem hortabantur, et armis correptis subito in legionem decimam excurrunt, factaque per vallem eruptione, ingenti cum vociferatione Romanos castra munientes adoriuntur. Illi autem ad munitiones institutas perficiendas distributi, quumque propter hoc magna ex parte arma deposuissent (non enim audere Judæos excursum facere arbitrabantur, et, si maxime id vellent, animos eorum distractum iri seditione), inopinato conturbati erant, opereque relicto nonnulli quidem statim recesserunt, multi autem ad arma properantes, priusquam se in hostes converterent, confossi neci deduntur. Ad Judæus autem plures semper accedebant, animis inde sumptis quod victores essent qui præcesserant: et multo plures quam revera erant et sibimet et hostibus videbantur, utpote quod eis prospere cesserit fortuna. Maxime autem eos qui ordinari consueverunt, gnarique sunt prælia ita conserendi ut ordines servent et imperata faciant, confusio, qua deprehensi sunt, in trepidationem conjicit. Quare et tunc Romani, repentino hostium adventu oppressi, factis impressionibus cedebant: et quum quidem se converterent illi quos hostes deprehendebant, et a cursu reprimebant Judæos, minusque cautos, præ impetu quo ferebantur, vulnerabant. Quum autem numero semper augerentur qui excursionem faciebant, magis magisque turbati Romani postremo castris pulsi sunt. Et tunc tota in periculo esse videbatur legio, nisi Titus, hoc ipso ei nunciato, mature illis subvenisset: quumque multis ignaviam illis exprobrasset, suos quidem a fuga revocat; ille vero, impetu in contravenientes Judæos facto, cum lectis qui secum venerant multos quidem occidit, plures vero sauciat, omnesque in fugam vertit et in vallem præcipites compellit. Illi autem, in declivitate multo damno accepto, postquam in adversam partem evaserant, se iterum convertunt, interjectoque torrente cum Romanis dimicabant. Equidem ad medium usque diem ita pugnarunt: paullo autem post meridiem Titus, quum hos quis in subsidium cum ipso venerant, aliosque de cohortibus adversum excursus facientes collocasset, reliquam legionem in superiora montis remittebat ad muniendum vallum.

(X.) 5. Judæis autem hoc ipsum fuga esse videbatur, quumque idem indicasset speculator, quem illi in muro posuerant, vestem concutiendo, magna et recens multitudo tanto impetu prosiliit, ut bestias immanissimas cursu adæquarent. Jam nemo ex adversa acie impressionem illorum sustinuit: sed quasi vi machinæ ferirentur ordines perturbant, et in fugam versi ad montem se recipiebant. In acclivitatis autem medio Titus cum paucis relictus est: multumque monentibus amicis, qui ex imperatoris reverentia contempto periculo steterunt, ut Judæis mori cupientibus cederet, nec

ἰδίοις, καὶ μὴ προκινδυνεύειν τούτων οὓς ἐχρῆν πρὸ αὐτοῦ μένειν, λαμβάνειν δὲ ἔννοιαν τῆς καθ' αὐτὸν τύχης, καὶ μὴ στρατιώτου τάξιν ἀποπληροῦν τὸν τοῦ πολέμου καὶ τῆς οἰκουμένης δεσπότην, μηδὲ ὀξεῖαν οὕτως ὑφίστασθαι ῥοπὴν, ἐν ᾧ σαλεύει τὰ πάντα, τούτων οὐδὲ ἀκούειν ἔδοξε, τοῖς δὲ κατ' αὐτὸν ἀνατρέχουσιν ἀνθίσταται, καὶ κατὰ στόμα παίων βιαζομένους ἀνῄρει, κατά τε τοῦ πρανοῦς ἀθρόοις ἐμπίπτων ἀνεώθει τὸ πλῆθος. Οἱ δὲ, πρός τε τὸ παράστημα καὶ τὴν ὁρμὴν καταπλαγέντες, οὐδὲ οὕτω μὲν ἀνέφευγον εἰς τὴν πόλιν, καθ' ἑκάτερον δὲ ἐγκλίνοντες ἀπ' αὐτοῦ τοῖς ἀνωτέρω φεύγουσι προσέκειντο. Καὶ τούτοις δὲ κατὰ πλευρὰ προσβάλλων τὰς ὁρμὰς ὑπετέμνετο· κἂν τούτῳ καὶ τοῖς ἄνω τειχίζουσι τὸ στρατόπεδον, ὡς ἐθεάσαντο τοὺς κάτω φεύγοντας, πάλιν ἐμπίπτει ταραχὴ καὶ δέος, καὶ διασκίδναται πᾶν τὸ τάγμα· δοκούντων ἀνυπόστατον μὲν εἶναι τὴν τῶν Ἰουδαίων ἐκδρομὴν, τετράφθαι δὲ αὐτὸν Τίτον· οὐ γὰρ ἄν ποτε τοὺς ἄλλους φυγεῖν ἐκείνου μένοντος· καὶ καθάπερ πανικῷ δείματι κυκλωθέντες ἄλλος ἀλλαχῆ διεφέροντο, μέχρι τινὲς κατιδόντες ἐν μέσῳ τοῦ πολέμου τὸν ἡγεμόνα στρεφόμενον, καὶ μέγα δείσαντες ἀμφ' αὐτῷ, διαβοῶσι τὸν κίνδυνον ὅλῳ τῷ τάγματι. Τοὺς δὲ αἰδὼς ἐπέστρεφε, καὶ πλεῖόν τι φυγῆς κακίζοντες ἀλλήλους ἐπὶ τῷ καταλιπεῖν Καίσαρα, πάσῃ βίᾳ κατὰ τῶν Ἰουδαίων ἐχρῶντο, καὶ κλίναντας ἅπαξ ἀπὸ τοῦ κατάντους συνώθουν αὐτοὺς εἰς τὸ κοῖλον. Οἱ δὲ ὑπὸ πόδα χωροῦντες ἐμάχοντο, καὶ πλεονεκτοῦντες οἱ Ῥωμαῖοι τῷ καθύπερθεν εἶναι συνελαύνουσι πάντας εἰς τὴν φάραγγα. Προσέκειτο δὲ τοῖς καθ' αὐτὸν ὁ Τίτος, καὶ τὸ μὲν τάγμα πάλιν ἐπὶ τὴν τειχοποιίαν ἔπεμψεν, αὐτὸς δὲ σὺν οἷς πρότερον ἀντιστὰς εἶργε τοὺς πολεμίους. Ὥστε, εἰ χρὴ μήτε θεραπείᾳ τι προστιθέντα μήτε ὑφελόντα φθόνῳ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, αὐτὸς Καῖσαρ δὶς μὲν ἐρρύσατο κινδυνεῦον ὅλον τὸ τάγμα, καὶ τοῦ περιβάλλεσθαι δὲ τὸ στρατόπεδον αὐτοῖς ἄδειαν παρέσχε.

ΚΕΦ. Γ'.

Διωφήσαντος δὲ πρὸς βραχὺ τοῦ θύραθεν πολέμου, πάλιν ἔνδον ἡ στάσις ἐπηγείρετο, καὶ τῆς τῶν ἀζύμων ἐνστάσης ἡμέρας τεσσαρεσκαιδεκάτῃ Ξανθικοῦ μηνὸς, ἐν ᾗ δοκοῦσιν Ἰουδαῖοι τὸν πρῶτον ἀπαλλαγῆναι καιρὸν Αἰγυπτίων, οἱ μὲν περὶ τὸν Ἐλεάζαρον παρανοίγοντες τὰς πύλας ἐδέχοντο ἐκ τοῦ δήμου τοὺς προσκυνεῖν ἐθέλοντας εἴσω, Ἰωάννης δὲ προκάλυμμα τῆς ἐπιβουλῆς ποιησάμενος τὴν ἑορτὴν, τῶν σὺν αὐτῷ κρυπτοῖς ὅπλοις ἐνσκευάσας τοὺς ἀσημοτέρους, ὧν οἱ πλείους ἦσαν ἄναγνοι, διὰ σπουδῆς παρεισπέμπει προκαταληψομένους τὸ ἱερόν. Οἱ δὲ, ὡς ἔνδον ἐγένοντο, τὰς ἐσθῆτας ἀπορρίψαντες, ἐφάνησαν ἐξαπίνης ὁπλῖται. Ταραχὴ δὲ μεγίστη περὶ τὸν ναὸν αὐτίκα καὶ θόρυβος ἦν, τοῦ μὲν ἔξω τῆς στάσεως λαοῦ κατὰ πάντων ἄκριτον οἰομένων εἶναι τὴν ἐπίθεσιν, τῶν δὲ ζηλωτῶν ἐπὶ σφίσι μόνοις. Ἀλλ' οἱ μὲν ἀφέμενοι τὸ

ipsorum causa periclitaretur, quos propter ipsum oporteret impetum sustinere, sed potius suæ conditionis rationem haberet, et non, dum militis officio fungeretur et belli et terrarum orbis dominus, in præsenti adeo discrimine ipse staret, in quo verteretur omnium fortuna: ista ne audire quidem visus est, contra ipsum vero exsurgentibus resistit, eosque in ora feriens, quum vi obniterentur, occidebat, et confertis incumbens per declive multitudinem deturbabat. Illi autem, licet animi tanta præsentia et impetu perterriti, ne tum quidem in civitatem refugiebant, sed in utrumque latus ab eo declinantes, sursum fugientes insequebantur. Verum istos quoque a latere aggressus impetum reprimebat. Dumque hæc aguntur, etiam illos qui paullo supra castra muniunt, ubi fugere inferiores videre, rursus occupat metus ac trepidatio, omnesque legionis istius milites dissipantur (ut qui Judæorum excursum non ferendum esse existimarent, ipsumque in fugam versum esse Titum; nunquam enim illo manente alios fugituros esse): et tanquam Panico terrore circumdati, alius alio ferebantur, donec quidam, quum vidissent imperatorem in media pugna versari, et de eo in magno metu esse cœpissent, universæ legioni ejus periculum edito clamore significant. Illos autem pudor revocabat, et fuga majus aliquid sibi invicem exprobrantes quod Cæsarem deseruissent, totis viribus in Judæos ruebant: ipsosque, ubi semel se inclinarunt, per declivia in cavitatem co gerunt. Illi vero pedem referentes pugnabant; Romanique, utpote loco superiores plus valentes, in vallem omnes compellunt. At Titus illis instabat qui adversus ipsum contendebant, et legionem quidem ad vallum muniendum remisit; ipse vero cum iis quibus fretus antea restiterat, hostes arcebat. Adeo ut, si verum dicere oporteat, nihil ex adulatione adjiciendo aut ex invidia detrahendo, fatendum est Cæsarem ipsum bis totam legionem e periculo eripuisse, atque effecisse ut incolumes ad castra munienda sese possent recipere.

CAP. III. (XI.)

Quum autem paulisper quievisset bellum externum, rursus seditio exoriebatur domestica; et instante festo Azymorum, die decima quarta mensis Xanthici, qua primum creduntur Judæi ab Ægyptiis liberati, Eleazarus quidem suique, portas aperientes, e populo excipiebant quotquot intus adorare volebant: Joannes autem, festo ad occultandas insidias usus, quosdam e suis ignotiores armis abditis instructos, quorum plerique haud purificati erant, eo animo studioque inter alios submittit, ut fanum occuparent. Illi autem, quum intus essent, vestimentis abjectis subito armati apparuerunt. Maxima vero statim turba circa templum ac tumultus erat, populo quidem a seditione alieno in omnes sine discrimine, zelotis vero in semet solos impetum factum iri suspicantibus. Verum hi quidem relicta jam

φρουρεῖν ἔτι τὰς πύλας, καὶ τῶν ἐπάλξεων καταπηδήσαντες πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, εἰς τοὺς ὑπονόμους τοῦ ἱεροῦ κατέφυγον· οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ δήμου πρὸς τῷ βωμῷ καταπτήσσοντες, καὶ περὶ τὸν ναὸν συνειλούμενοι κατεπατοῦντο, ξύλοις τε ἀνέδην παιόμενοι καὶ σιδήρῳ. Πολλοὺς δὲ τῶν ἡσυχίων κατ' ἔχθραν καὶ μῖσος ἴδιον ὡς ἀντιστασιαστὰς ἀνῄρουν οἱ διάφοροι· καὶ πᾶς ὁ προσκρούσας τινὶ τῶν ἐπιβούλων πάλαι, τηνικαῦτα ἐπιγνωσθεὶς, ὡς ζηλωτὴς πρὸς αἰκίαν ἀνήγετο. Πολλὰ δὲ δεινὰ τοὺς ἀναιτίους διαθέντες ἐκεχειρίαν τοῖς αἰτίοις ἔδοσαν, καὶ προελθόντας ἐκ τῶν ὑπονόμων διίεσαν· αὐτοὶ δὲ καὶ τὸ ἐνδοτέρω ἱερὸν κατασχόντες καὶ τὰς ἐν αὐτῷ παρασκευὰς πάσας, κατεθάρρουν ἤδη τοῦ Σίμωνος. Ἡ μὲν οὖν στάσις οὕτω τριμερὴς οὖσα πρότερον εἰς δύο μοίρας περιίσταται.

(ΙΒʹ.) βʹ. Ὁ δὲ Τίτος, ἔγγιον ἀπὸ τοῦ Σκοποῦ τῇ πόλει στρατοπεδεύσασθαι προαιρούμενος, πρὸς μὲν τοὺς ἐκτρέχοντας ἔστησεν, ἐπιλέξας ἱππέων τε καὶ πεζῶν ὅσους ἀρκέσειν ὑπελάμβανε, τῇ δὲ ὅλῃ δυνάμει προσέταξεν ἐξομαλίζειν τὸ μέχρι τοῦ τείχους διάστημα. Καταβληθέντος δὲ παντὸς ἕρκους καὶ περιφράγματος, ὅσα κήπων προανεστήσαντο καὶ δένδρων οἱ οἰκήτορες, ὕλης τε ἡμέρου τῆς μεταξὺ πάσης ἐκκοπείσης, ἀνεπλήσθη μὲν τὰ κοῖλα καὶ χαραδρώδη τοῦ τόπου· τὰς δὲ πετρώδεις ἐξοχὰς σιδήρῳ κατεργαζόμενοι χθαμαλὸν ἐποίουν πάντα τὸν χῶρον ἀπὸ τοῦ Σκοποῦ μέχρι τῶν Ἡρώδου μνημείων, ἃ προσεῖχε τῇ τῶν Ὄφεων ἐπικαλουμένῃ κολυμβήθρᾳ.

γʹ. Καὶ κατὰ ταύτας τὰς ἡμέρας οἱ Ἰουδαῖοι κατὰ τῶν Ῥωμαίων ἐνέδραν συσκευάζονται τοιάνδε. Τῶν στασιαστῶν οἱ μὲν τολμηρότεροι προελθόντες ἔξω τῶν Γυναικείων καλουμένων πύργων, ὡς ἐκβεβλημένοι δῆθεν ὑπὸ τῶν εἰρηνικὰ φρονούντων, καὶ δεδοικότες τὴν τῶν Ῥωμαίων ἔφοδον ἀνειλοῦντο, καὶ παρ' ἀλλήλους ὑπέπτησσον· οἱ δὲ διαστάντες ἐπὶ τοῦ τείχους, δῆμος εἶναι δοκῶν, εἰρήνην ἐβόων, καὶ δεξιὰν ᾐτοῦντο, καὶ τοὺς Ῥωμαίους ἐκάλουν, ἀνοίξειν ὑπισχνούμενοι τὰς πύλας· ἅμα δὲ ταῦτα κεκραγότες, καὶ τοὺς σφετέρους ἔβαλλον λίθοις, ὡς ἀπελαύνοντες τῶν πυλῶν. Κἀκεῖνοι βιάζεσθαι τὰς εἰσόδους ὑπεκρίνοντο, καὶ τοὺς ἔνδον ἱκετεύειν, συνεχῶς τε πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ὁρμήσαντες, ἐπιστρεφόμενοι ταραττομένοις προσεῴκεσαν. Παρὰ μὲν οὖν τοῖς στρατιώταις τὸ πανοῦργον αὐτῶν οὐκ ἐλείπετο πίστεως· ἀλλ' ὡς τοὺς μὲν ἐν χερσὶν ἔχοντες ἑτοίμους πρὸς τιμωρίαν, τοὺς δὲ ἀνοίξειν τὴν πόλιν ἐλπίζοντες, ἐχώρουν ἐπὶ τὴν πρᾶξιν. Τίτῳ δὲ δι' ὑποψίας ἦν τὸ τῆς ἐπικλήσεως παράλογον· καὶ γὰρ πρὸ μιᾶς ἡμέρας προκαλούμενος αὐτοὺς ἐπὶ συμβάσεις διὰ τοῦ Ἰωσήπου μέτριον οὐδὲν ηὕρισκε, καὶ τότε τοὺς στρατιώτας κατὰ χώραν μένειν ἐκέλευσεν. Φθάνουσι δέ τινες τῶν ἐπὶ τοῖς ἔργοις προτεταγμένων ἁρπάσαντες τὰ ὅπλα πρὸς τὰς πύλας ἐκδραμεῖν. Τούτοις οἱ μὲν ἐκβεβλῆσθαι δοκοῦντες τὸ πρῶτον ὑπεχώρουν· ἐπεὶ δὲ μεταξὺ τῶν τῆς πύλης ἐγίνοντο πύργων, ἐκθέοντες

portarum custodia, postquam ex propugnaculis desiluerant, priusquam ad manus ventum esset, in templi cloacas confugere : populus vero ad aram trepidantes constipatique circa templum conculcabantur, lignis passim ferroque cæsi. Multos autem qui vitam quietam agebant, ex simultate et odio privato, quasi diversæ factionis fuissent, interficiebant inimici : et quicunque antea insidiatorum aliquem offenderat, tunc agnitus quasi zelotes ad cædem ducebatur. Verum hi qui variis modis in sontes sævitiam exercebant, nocentibus inducias concesserunt, progressosque ex cloacis dimiserunt : ipsi autem, quum templum interius omnemque in eo apparatum occupassent, jam in Simonem confidentiam concipiebant. Atque ita quidem seditio, quæ antea triplex erat, in duas partes redigitur.

(XII.) 2. Titus autem, quum ei in animo esset castra de Scopo propius ad civitatem transferre, lectos equites peditesque, quotquot satis esse arbitrabatur, ad cohibendos excursus posuit; omnibus vero copiis imperavit totum ad muros usque intervallum complanare. Cunctis igitur maceriis ac sepibus, quibus hortos ac lucos incolæ præmunierant, dirutis, omnique arbore mansueta quæ in medio erat excisa, oppleta quidem sunt quæ cava erant et hiantia; saxorum vero exstantia ferro auferendo solum exæquarunt omne a Scopo usque ad Herodis monumenta, prope piscinam quæ Serpentium nuncupata erat.

3. Illis etiam diebus Judæi hujusmodi insidias Romanis struunt. Audaciores qui erant e seditiosis, urbe egressi ad turres quæ Muliebres appellantur, quasi scilicet a pacis studiosis ejecti, veritique Romanorum incursum ante mœnia versabantur, et subinde alii alios expavescebant. Alii vero in mœnibus dispositi, quasi ex plebe homines, pacem clamabant, et dextram petebant, et Romanos vocabant, portas se patefacturos esse pollicentes. Simul autem ista vociferantes, in suos, quasi portis eos abigerent, lapides jaciebant. Atque illi se vi perrumpere aditus velle simulabant, iisque qui intus erant supplicare : quumque ad Romanos sæpenumero ire contendissent, reversi metu exterritis similes videbantur. Et apud milites quidem hæc eorum calliditas fide non carebat : sed tanquam hos quidem in manibus haberent paratos ad supplicium, illos vero civitatem sibi aperturos sperarent, ad rem exsequendam iverunt. Titus autem inexspectatam vocationem suspectam habebat : namque quum eos pridie per Josephum ad pactiones provocasset, nihil moderati responsi accipiebat, et tunc milites suo loco manere jussit. Jam vero quidam, qui operariorum in fronte collocati erant, raptis armis ad portas procurrerunt. Isti autem qui pro ejectis habebantur, primo se subducebant : ut vero intra portæ turres perventum erat, Judæi excursu facto illos

ἐκυκλοῦντο σφᾶς, καὶ προσέκειντο κατόπιν· οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ τείχους πλῆθος χερμάδων καὶ βελῶν παντοίων ἀθρουν κατέχεαν, ὥστε συχνοὺς μὲν ἀνελεῖν, τρῶσαι δὲ πλείστους. Ἦν γὰρ οὐ ῥᾴδιον τοῦ τείχους διαφυγεῖν τῶν κατόπιν βιαζομένων, καὶ ἄλλως αἰδὼς τῆς διαμαρτίας τῶν ἡγεμόνων καὶ δέος παρεκελεύετο τῷ πταίσματι προσλιπαρεῖν. Διὸ δὴ μέχρι πλείστου διαδορατιζόμενοι, καὶ πολλὰς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων λαμβάνοντες πληγὰς, ἀμέλει δὲ οὐκ ἐλάττους ἀντιδιδόντες, τέλος ἀνωθοῦσι τοὺς κυκλωσαμένους. Ὑποχωροῦσι δὲ αὐτοῖς οἱ Ἰουδαῖοι μέχρι τῶν Ἑλένης μνημείων εἵποντο βάλλοντες.

δ'. Ἔπειτα οἱ μὲν ἀπειροκάλως ἐξυβρίζοντες εἰς τὴν τύχην ἔσκωπτόν τε τοὺς Ῥωμαίους δελεασθέντας ἀπάτῃ καὶ τοὺς θυρεοὺς ἀνασείοντες ἐσκίρτων, καὶ μετὰ χαρᾶς ἀνεβόων. Τοὺς δὲ στρατιώτας ἀπειλή τε τῶν ταξιαρχῶν καὶ χαλεπαίνων Καῖσαρ τούτοις ἐξεδέχετο, φάσκων ὡς « Ἰουδαῖοι μὲν, οἷς ἀπόνοια μόνη στρατηγεῖ, πάντα μετὰ προνοίας πράττουσι καὶ σκέψεως, ἐπιβουλάς τε συντάσσοντες καὶ λόχους, ἕπεται δὲ αὐτῶν ταῖς ἐνέδραις καὶ τύχη, διὰ τὸ πειθήνιον καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους εὔνοιάν τε καὶ πίστιν· Ῥωμαῖοι δὲ, οἷς δι' εὐταξίαν καὶ τὸ πρὸς τοὺς ἡγεμόνας εὐπειθὲς ἀεὶ δουλεύει καὶ τύχη, νῦν ὑπὸ τῶν ἐναντίων πταίουσι, καὶ διὰ χειρῶν ἀκρασίαν ἁλίσκονται, τὸ πάντων αἴσχιστον, ἀστρατήγητοι μαχόμενοι παρόντος Καίσαρος. Ἦ μεγάλα μὲν στενάξειν ἔφη τοὺς τῆς στρατιᾶς νόμους, μεγάλα δὲ αὐτοῦ τὸν πατέρα τήνδε τὴν πληγὴν πυθόμενον, εἴ γε ὁ μὲν ἐν πολέμοις γηράσας οὐδέποτε ἔπταισεν οὕτως, οἱ νόμοι δὲ ἀεὶ καὶ τοὺς βραχύ τι τῆς τάξεως παρακινήσαντας θανάτῳ κολάζουσι. Νῦν δὲ ὅλην στρατιὰν ἑοράκασι λιποτακτεῖν. Γνώσεσθαί γε μὴν αὐτίκα τοὺς ἀπαυθαδισαμένους, ὅτι καὶ τὸ νικᾶν παρὰ Ῥωμαίοις δίχα παραγγέλματος ἀδοξεῖται. » Τοιαῦτα διατεινάμενος πρὸς τοὺς ἡγεμόνας δῆλος ἦν κατὰ πάντων χρῆσθαι τῷ νόμῳ. Καὶ οἱ μὲν παρείθησαν τὰς ψυχὰς, ὡς ὅσον οὐδέπω τεθνηξόμενοι δικαίως· περιχυθέντα δὲ τὰ τάγματα τῷ Τίτῳ περὶ τῶν συστρατιωτῶν ἱκέτευε, καὶ τὴν ὀλίγων προπέτειαν χαρίσασθαι τῇ πάντων εὐπειθείᾳ κατηντιβόλουν· ἀναλήψεσθαι γὰρ αὐτοὺς τὸ παρὸν πταῖσμα ταῖς εἰς τὸ μέλλον ἀρεταῖς.

ε'. Πείθεται Καῖσαρ ἅμα ταῖς τε ἱκεσίαις καὶ τῷ συμφέροντι· τὴν μὲν γὰρ καθ' ἑνὸς τιμωρίαν ᾤετο χρῆναι μέχρις ἔργου προκόπτειν, τὴν δὲ ἐπὶ πλήθους, μέχρι λόγου. Τοῖς μὲν οὖν στρατιώταις διηλλάττετο, πολλὰ νουθετήσας αὖθις εἶναι φρονιμωτέρους· αὐτὸς δὲ ὅπως ἀμύνηται τὴν Ἰουδαίων ἐπιβουλὴν ἐσκόπει. Τέσσαρσι δὲ ἡμέραις ἐξισωθέντος τοῦ μέχρι τῶν τειχῶν διαστήματος, βουλόμενος μετὰ ἀσφαλείας τάς τε ἀποσκευὰς καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος παραγαγεῖν, τὸ καρτερώτατον τῆς δυνάμεως ἀντιπαρεξέτεινε τῷ τείχει κατὰ τὸ βόρειον κλίμα καὶ πρὸς ἑσπέραν ἐφ' ἑπτὰ βαθύνας τὴν φάλαγγα, τῶν τε πεζῶν προτεταγμένων, καὶ κατόπιν

circumvenerunt, et a tergo urgebant: qui vero in mœnibus erant, confertam lapidum et omne genus telorum vim in eos effuderunt, adeo ut multos quidem necarint, plurimos vero vulnerarint. Non enim facile erat a muro se fuga liberare, quum illos vi urgerent qui a tergo erant; prætereaque pudor quod imperata neglexerint et metus in delicto perseverare suadebat. Quamobrem in longa dimicatione multa a Judæis vulnera accipientes, atqui non pauciora vicissim dantes, eos a quibus circumdati erant tandem repellunt. Illos autem se subducentes Helenæ usque ad monumenta jaculis persequebantur Judæi.

4. Post hæc illi quidem, præter decorum fortuna insolescentes, contumelias jaciebant in Romanos fraude inescatos, et scutis concrepantes exsultabant, lætisque vocibus exclamabant. Milites autem centurionum interminatio excipiebat, et Cæsar iratus, hujusmodi verbis: « Judæi quidem, quos sola ducit desperatio, nil nisi bene provisum et diligenter exploratum agunt, fraudes simul et insidias componentes; eorumque dolis etiam fortuna favet, quod sint morigeri et sibi invicem benevoli fidique: Romani vero, quibus ob disciplinam et ducibus parendi consuetudinem etiam fortuna semper se addicit, nunc contraria sequendo labuntur, et manuum intemperantia vincuntur; et, quod omnium rerum turpissimum, nemine eos ducente dimicantes, quum præsens sit Cæsar. Certe, inquit, vehementer ingemiscent militiæ leges, vehementer et pater meus, quum hanc plagam resciverit: siquidem ille, ætate in bellis exacta, nunquam isto modo peccavit; leges vero in eos, qui vel minimum secus faciunt quam ordo postulat, morte vindicant. Nunc autem totum exercitum ordinis deserti reum viderunt. Atqui vero eos statim resciturros esse qui in tantum audaciæ processerint, quod apud Romanos etiam vincere sine imperatoris præcepto inglorium sit. » Quum ista ad ordinum ductores cum indignatione loquutus esset, non dubium erat quin in omnes ex lege animadvertere voluerit. Atque illi quidem animis dejecti esse cœperunt, quasi mortem mox oppetituri, idque juste: circumfusæ vero legiones Tito supplicabant pro commilitonibus, paucorumque temeritatem condonari omnium obedientiæ precabantur, ut qui præsens peccatum emendaturi essent sua in posterum virtute.

5. Persuadetur id Cæsari et precibus et quod e re sua esset: etenim unius hominis pœnam re vera exsequendam esse putabat, multitudinis vero verbis tantum. Et cum militibus quidem in gratiam rediit, postquam illos multis monuerat, ut reliquo tempore caute magis se gererent: ipse vero, quemadmodum Judæorum ulcisceretur insidias, secum cogitabat. Quum autem intra quatriduum coæquatum esset intervallum omne usque ad muros, eo animo ut impedimenta et reliquam multitudinem tuto traduceret, militum validissimos a septemtrionali tractu in occiduum usque septemplici secundum profunditatem ordine contra murum prætendit, peditibus in fronte ac post eos equitibus acie

τῶν ἱππέων τριστοίχων ἑκατέρων, ἕβδομοι κατὰ μέσον εἱστήκεσαν οἱ τοξόται. Τοσούτῳ δὲ στίφει πεφραγμένων Ἰουδαίοις τῶν ἐκδρομῶν, τά τε ὑποζύγια τῶν τριῶν ταγμάτων καὶ ἡ πληθὺς ἀδεῶς παρώδευσεν. Αὐτὸς μὲν οὖν Τίτος, ἀπέχων ὅσον εἰς σταδίους δύο τοῦ τείχους, κατὰ τὸ γωνιαῖον αὐτοῦ μέρος ἀντικρὺ τοῦ Ψηφίνου καλουμένου πύργου στρατοπεδεύεται, πρὸς ὃν ὁ κύκλος τοῦ τείχους, πρὸς ἄρκτον καθήκων, ἀνακάμπτει πρὸς δύσιν. Ἡ δὲ ἑτέρα μοῖρα τῆς στρατιᾶς κατὰ τὸν Ἱππικὸν προσαγορευθέντα πύργον τειχίζεται, διεστῶσα τῆς πόλεως ὁμοίως δύο σταδίους. Τὸ μέντοι δέκατον τάγμα κατὰ χώραν ἐπὶ τοῦ Ἐλαιῶν καλουμένου ὄρους ἔμενε.

terna dispositis, mediisque inter utrosque per septenos collocatis sagittariis. Quumque Judæi a militibus ita ordinatis ab excursionibus prohibiti essent, trium legionum jumenta, itemque alia multitudo secure transiit. Et Titus quidem ipse, quum circiter duo stadia a muro abesset, juxta partem ejus angularem, contra turrim quæ Psephina appellatur, castra ponit, ad quam muri ambitus ad austrum pertingens flectitur versus occidentem. Altera autem exercitus pars juxta turrim Hippicon nuncupatam circumvallata erat, duorum stadiorum spatio similiter ab urbe distans. Verum legio decima eodem loco manebat in Olivarum monte.

ΚΕΦ. Δ'.

Τρισὶ δὲ ὠχυρωμένη τείχεσιν ἡ πόλις, καθὰ μὴ ταῖς ἀβάτοις φάραγξιν ἐκυκλοῦτο (ταύτῃ γὰρ εἷς ἦν περίβολος), αὐτὴ μὲν ὑπὲρ δύο λόφων ἀντιπρόσωπος ἔκτιστο, μέσῃ φάραγγι διῃρημένων, εἰς ἣν ἐπάλληλοι κατέληγον αἱ οἰκίαι. Τῶν δὲ λόφων ὁ μὲν τὴν ἄνω πόλιν ἔχων ὑψηλότερός τε πολλῷ καὶ τὸ μῆκος ἰθύτερος ἦν· διὰ γοῦν τὴν ὀχυρότητα φρούριον μὲν ὑπὸ Δαβίδου τοῦ βασιλέως ἐκαλεῖτο (πατὴρ Σολομῶνος ἦν οὗτος, τοῦ πρώτου τὸν νεὼν κτίσαντος), ἡ ἄνω δὲ ἀγορὰ πρὸς ἡμῶν· ἅτερος δὲ ὁ καλούμενος Ἄκρα καὶ τὴν κάτω πόλιν ὑφεστὼς ἀμφίκυρτος. Τούτου δὲ ἀντικρὺ τρίτος ἦν λόφος, ταπεινότερός τε φύσει τῆς Ἄκρας, καὶ πλατείᾳ φάραγγι διειργόμενος ἄλλῃ πρότερον· αὖθίς γε μὴν καθ' οὓς οἱ Ἀσαμωναῖοι χρόνους ἐβασίλευον, τήν τε φάραγγα ἔχωσαν, συνάψαι βουλόμενοι τῷ ἱερῷ τὴν πόλιν, καὶ τῆς Ἄκρας κατεργασάμενοι τὸ ὕψος ἐποίησαν χθαμαλώτερον, ὡς ὑπερφαίνοιτο καὶ ταύτῃ τὸ ἱερόν. Ἡ δὲ τῶν Τυροποιῶν προσαγορευομένη φάραγξ, ἣν ἔφαμεν τόν τε τῆς ἄνω πόλεως καὶ τὸν κάτω λόφον διαστέλλειν, καθήκει μέχρι Σιλωάμ· οὕτω γὰρ τὴν πηγήν, γλυκεῖάν τε καὶ πολλὴν οὖσαν, ἐκαλοῦμεν. Ἔξωθεν δὲ οἱ τῆς πόλεως δύο λόφοι βαθείαις φάραγξι περιείχοντο, καὶ διὰ τοὺς ἑκατέρωθεν κρημνοὺς προσιτὸν οὐδαμόθεν ἦν.

β'. Τῶν δὲ τριῶν τειχῶν τὸ μὲν ἀρχαῖον διά τε τὰς φάραγγας καὶ τὸν ὑπὲρ τούτων λόφον ἐφ' οὗ κατεσκεύαστο δυσάλωτον ἦν· πρὸς δὲ τῷ πλεονεκτήματι τοῦ τόπου καὶ καρτερῶς ἐδεδόμητο, Δαβίδου τε καὶ Σολομῶνος, ἔτι δὲ τῶν μεταξὺ τούτων βασιλέων φιλοτιμηθέντων περὶ τὸ ἔργον. Ἀρχόμενον δὲ κατὰ βορρᾶν ἀπὸ τοῦ Ἱππικοῦ καλουμένου πύργου, καὶ διατεῖνον ἐπὶ τὸν Ξυστὸν λεγόμενον, ἔπειτα τῇ βουλῇ συνάπτον, ἐπὶ τὴν ἑσπέριον τοῦ ἱεροῦ στοὰν ἀπηρτίζετο· κατὰ θάτερα δὲ πρὸς δύσιν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ μὲν ἀρχόμενον πύργου, διὰ δὲ τοῦ Βηθσὼ καλουμένου χωρίου κατατεῖνον ἐπὶ τὴν Ἐσσηνῶν πύλην, καὶ ἔπειτα πρὸς νότον ὑπὲρ τὴν Σιλωὰμ ἐπιστρέφον πηγήν, ἔνθεν τε πάλιν ἐκκλῖνον πρὸς ἀνατολὴν ἐπὶ τὴν Σολομῶνος κολυμβήθραν, καὶ διῆκον μέχρι χώρου τινὸς ὃν καλοῦσιν Ὀφλάν, τῇ πρὸς ἀνατολὴν στοᾷ τοῦ ἱεροῦ συνῆπτε. Τὸ δὲ

CAP. IV. (XIII.)

Civitas autem triplici muro munita, nisi qua vallibus inviis cingebatur (ea enim parte simplici circumdata erat), ipsa quidem adversis frontibus super duos colles erat condita, media valle discretos, in quam utrinque desinebant frequentes domus. Collium vero ille cui superior insidet civitas longe est excelsior, et in longitudinem directior: adeoque propter munitionem castellum quidem a rege Davide appellabatur, (hic pater Solomonis erat, qui primus templum ædificavit), a nobis autem Forum superius. Alter vero Acra dictus qui inferiorem sustinet civitatem, utrinque declivis. Huic autem ex adverso tertius erat collis, natura humilior quam Acra, atque ab alia lata valle olim discretus: ceterum postea, quo tempore Asamonæi regnabant, hi et vallem aggeribus ingestis compleverunt, eo animo ut templo civitatem conjungerent, et Acræ altitudinem demoliti depressiorem fecerunt, ut eam etiam superemineret templum. Vallis autem Tyropœorum appellata, qua diximus superioris civitatis collem ab inferiori dirimi, usque ad Siloam protenditur: ita enim vocamus fontem, qui dulcis est et copiosus. Extrinsecus autem duo illi colles profundis vallibus cingebantur, et ob præcipitia utrinque nullus locus adiri poterat.

2. Trium autem murorum vetustissimus inexpugnabilis erat, tum propter valles et imminentem illis collem cui superstructus erat, tum quod ad loci naturam et firmitatem accesserant Davidis et Solomonis et subsequentium regum munimenta, quibus multum studii et sumptuum impenderant. Incipiens autem parte boreali a turri quæ Hippica dicitur, et protensus ad Xystum qui appellatur, deinde curiæ conjunctus, in occidentalem templi porticum desinebat. Ab altera autem parte ad occidentem ab eadem quidem turri incipiens, per eum vero locum qui Bethso dicitur porrectus ad Essenorum usque portam, et postea versus Notum ad fontem Siloam flectens, et inde rursus in orientem deflectens versus piscinam Solomonis, et usque ad locum quendam pertinens qui Ophlas dicitur, orientali templi porticui conjunctus erat. Secundus autem murus initium quidem du-

δεύτερον τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ πύλης εἶχεν ἣν Γεννὰθ ἐκάλουν, τοῦ πρώτου τείχους οὖσαν, κυκλούμενον δὲ τὸ προσάρκτιον κλίμα μόνον ἀνῄει μέχρι τῆς Ἀντωνίας. Τῷ τρίτῳ δὲ ἦν ἀρχὴ ὁ Ἱππικὸς πύργος, ὅθεν μέχρι τοῦ βορείου κλίματος κατατεῖνον ἐπὶ τὸν Ψήφινον πύργον, ἔπειτα καθῆκον ἀντικρὺ τῶν Ἑλένης μνημείων (Ἀδιαβηνὴ βασιλὶς ἦν αὕτη, Ἰζάτου βασιλέως μήτηρ), καὶ διὰ σπηλαίων βασιλικῶν μηκυνόμενον ἐκάμπτετο μὲν γωνιαίῳ πύργῳ κατὰ τὸ Κναφέως προσαγορευόμενον μνῆμα· τῷ δὲ ἀρχαίῳ περιβόλῳ συνάπτον εἰς τὴν Κεδρῶνα καλουμένην φάραγγα κατέληγεν. Τοῦτο τῇ προσκτισθείσῃ πόλει περιέθηκεν Ἀγρίππας, ἥπερ ἦν πᾶσα γυμνή. Πλήθει γὰρ ὑπερχεομένη, κατὰ μικρὸν ἐξεῖρπε τῶν περιβόλων, καὶ τοῦ ἱεροῦ τὰ προσάρκτια πρὸς τῷ λόφῳ συμπολίζοντες, ἐπ' οὐκ ὀλίγον προῆλθον καὶ τέταρτον περιοικηθῆναι λόφον, ὃς καλεῖται Βεζεθὰ, κείμενος μὲν ἀντικρὺ τῆς Ἀντωνίας, ἀποτεμνόμενος δὲ ὀρύγματι βαθεῖ (διεταφρεύθη γὰρ ἐπίτηδες), ὡς μὴ τῷ λόφῳ συνάπτοντες οἱ θεμέλιοι τῆς Ἀντωνίας εὐπρόσιτοί τε εἶεν καὶ ἧττον ὑψηλοί. Διὸ δὴ καὶ πλεῖστον ὕψος τοῖς πύργοις προσεδίδου τὸ βάθος τῆς τάφρου. Ἐπιχωρίως δὲ ἐκλήθη Βεζεθὰ τὸ νεόκτιστον μέρος, ὃ μεθερμηνευόμενον Ἑλλάδι γλώσσῃ καινὴ λέγοιτ' ἂν πόλις. Δεομένων οὖν τῶν ταύτῃ σκέπης, ὁ πατὴρ τοῦ νῦν βασιλέως καὶ ὁμώνυμος Ἀγρίππας ἄρχεται μὲν οὗ προείπομεν τείχους, δείσας δὲ Κλαύδιον Καίσαρα, μὴ τὸ μέγεθος τῆς κατασκευῆς ἐπὶ νεωτερισμῷ πραγμάτων ὑπονοήσῃ καὶ στάσεως, παύεται θεμελίους μόνον βαλόμενος. Καὶ γὰρ οὐδ' ἂν ἦν ἁλώσιμος ἡ πόλις, εἰ προὔκοπτε τὸ τεῖχος ὡς ἤρξατο. Λίθοις μέν γε εἰκοσιπήχεσι τὸ μῆκος καὶ τὸ εὖρος δεκαπήχεσι συνηρμόζετο, μήθ' ὑπορυγῆναι σιδήρῳ ῥᾳδίως μήθ' ὑπ' ὀργάνοις διασεισθῆναι δυναμένοις· δέκα πήχεις αὐτὸ τὸ τεῖχος ἐπλατύνετο, καὶ τὸ ὕψος πλεῖον μὲν ἂν ὡς εἰκὸς ἔσχε, μὴ διακωλυθείσης τῆς τοῦ καταρξαμένου φιλοτιμίας. Αὖθις δὲ, καίτοι μετὰ σπουδῆς ἐγειρόμενον ὑπὸ Ἰουδαίων, εἰς εἴκοσι πήχεις ἀνέστη· καὶ διπήχεις μὲν τὰς ἐπάλξεις, τριπήχεις δὲ τοὺς προμαχῶνας εἶχεν, ὡς τὸ πᾶν ὕψος εἰς εἴκοσι πέντε πήχεις ἀνατετάσθαι.

γ΄. Τοῦ δὲ τείχους ὑπερεῖχον οἱ πύργοι πήχεις εἴκοσι μὲν εἰς εὖρος, εἴκοσι δὲ εἰς ὕψος, τετράγωνοί τε καὶ πλήρεις ὥσπερ αὐτὸ τὸ τεῖχος ὄντες· ἥ γε μὴν ἁρμονία καὶ τὸ κάλλος τῶν λίθων οὐδὲν ἀπέδει ναοῦ. Μετὰ δὲ τὸ ναστὸν ὕψος τῶν πύργων, ὅπερ ἦν εἰκοσίπηχυ, πολυτελεῖς ἦσαν οἶκοι, καὶ καθύπερθεν ὑπερῷα, δεξαμεναί τε πρὸς τὰς τῶν ὑετῶν ὑποδοχὰς ἐκεῖ πλεῖσται καὶ πλατεῖαι καθ' ἕκαστον ἄνοδοι. Τοιούτους μὲν οὖν πύργους τὸ τρίτον τεῖχος εἶχεν ἐνενήκοντα· τὰ δὲ μεταπύργια τούτων ἀνὰ πήχεις διακοσίους. Τὸ δὲ μέσον εἰς τεσσαρεσκαίδεκα πύργους, τὸ δὲ ἀρχαῖον εἰς ἑξήκοντα μεμέριστο. Τῆς πόλεως δὲ ὁ πᾶς κύκλος σταδίων ἦν τριάκοντα τριῶν. Θαυμασίου δὲ ὄντος τοῦ τρίτου τείχους, θαυμασιώτερος ἀνεῖχε κατὰ γωνίαν βόρειός τε καὶ πρὸς δύσιν ὁ Ψήφινος πύργος, καθ' ὃν

cebat a porta quam Gennath vocabant, quæ primi muri erat, solumque septemtrionalem tractum ambiens ad Antoniam usque pertingebat. Tertio autem muro initium dabat turris Hippica, unde versus borealem tractum sese extendens ad turrim usque Psephinam, deinde protendens sese ex adverso monumenti Helenæ (quæ Adiabenorum regina erat et Izatæ regis mater), et per speluncas regias in longum ductus flectebatur in angulari turri prope monumentum Fullonis dictum, antiquo autem muro conjunctus desinebat in vallem Cedronem quæ appellatur. Hoc muro eam civitatis partem, quæ antiquæ accreverat, circumdedit rex Agrippa, quum antea esset omnis nuda. Multitudine enim exuberans civitas paulatim extra mœnia serpebat; quumque templi septemtrionalia colli proxima domibus complerentur, non parum processum est extra veteres colles, ita ut quartus ædificiis occuparetur collis, cui nomen Bezetha, ex adverso quidem Antoniæ situs, inde vero abscissus fossa profunda (nam de industria ducta erat fossa), ne Antoniæ fundamenta, si colli cohærerent, accessu facilia essent et minus edita. Quo factum est ut fossæ profunditas plurimum altitudinis turribus adjiceret. Pars autem illa civitatis quæ veteri accesserat voce patria Bezetha appellata est, quæ, si Græce eam interpretemur, Cænopolis (*Urbs nova*) dici posset. Quum ergo qui illic habitarent tegumento muri opus haberent, regis præsentis pater eique cognominis Agrippa murum quidem jam memoratum inchoat; veritus autem Claudium Cæsarem, ne constructionis magnitudinem in novarum rerum studii et seditionis suspicionem traheret, jactis tantummodo fundamentis destitit ab opere. Etenim inexpugnabilis exstitisset civitas, si murum, uti cœperat, perfecisset. Saxa enim, quibus construebatur, erant cubitos quidem viginti longa, decem vero lata, ut nec ferro facile suffodi possent, nec machinis loco dimoveri: hisque factus est murus ipse in latitudinem decem cubitorum, ac in majorem, ut consentaneum est, altitudinem surrexisset, si magnificentia illius qui eum inchoaverat non inhibita fuisset. Postea vero idem murus, utpote studiose ab Judæis excitatus, ad viginti cubitos attollitur; et minas quidem binis cubitis, propugnacula vero trinis habebat: adeo ut tota altitudo ad viginti quinque cubitos assurgeret.

3. Murum autem supereminebant turres, viginti quidem cubitis in latitudinem, viginti etiam in altitudinem, quadratæ et solidæ sicut et ipse murus præterea junctura et pulchritudine lapidum nihil cedebant templo. Supra vero solidam turrium altitudinem ad viginti cubitos magnifici erant œci, iisque superimposita cœnacula, et cisternæ ad aquas pluviales illic recipiendas plurimæ, et lati ad singula gradus quibus ascendebatur. Atque turres quidem ejusmodi tertius iste murus nonaginta habebat; earum autem intervalla erant ducentorum cubitorum. Medius vero murus in quattuordecim turres, et antiquus in sexaginta divisus erat. Urbis autem circuitus universus erat stadiorum triginta trium. At quum totus esset admirabilis tertius ille murus, admirabilior tamen adhuc erat Psephina turris, quæ in angulo ad septemtrionem et occidentem sito

ἐστρατοπεδεύσατο Τίτος. Ἐπὶ γὰρ ἑβδομήκοντα πήχεις ὑψηλὸς ὢν Ἀραβίαν τε ἀνίσχοντος ἡλίου παρεῖχεν ἀφορᾷν καὶ μέχρι θαλάττης τὰ τῆς Ἑβραίων κληρουχίας ἔσχατα. Ὀκτάγωνος δὲ ἦν. Τούτου δὲ ἄντικρυς ὁ Ἱππικὸς, καὶ παρ' αὐτὸν δύο κατεσκευάσθησαν μὲν ὑφ' Ἡρώδου τοῦ βασιλέως ἐν τῷ ἀρχαίῳ τείχει, μέγεθος δὲ καὶ κάλλος ἦσαν καὶ ὀχυρότητα τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην διάφοροι. Πρὸς γὰρ τῷ φύσει μεγαλοψύχῳ καὶ τῇ περὶ τὴν πόλιν φιλοτιμίᾳ τὴν ὑπεροχὴν τῶν ἔργων ὁ βασιλεὺς πάθεσιν οἰκείοις ἐχαρίζετο, καὶ τρισὶ τοῖς ἡδίστοις προσώποις ἀφ' ὧν ὠνόμασε τοὺς πύργους, ἀδελφῷ καὶ φίλῳ καὶ γυναικὶ, τὴν μνήμην ἀνέθηκε· τὴν μὲν, ὡς προειρήκαμεν, κτείνας δι' ἔρωτα, τοὺς δὲ ἀποβαλὼν ἐν πολέμῳ γενναίως ἀγωνισαμένους. Ὁ μὲν οὖν Ἱππικὸς, ἀπὸ τοῦ φίλου προσαγορευθεὶς, τετράγωνος μὲν ἦν, εὖρος δὲ καὶ μῆκος εἴκοσι καὶ πέντε πηχῶν ἕκαστος καὶ ὕψος τριάκοντα, οὐδαμοῦ διάκενος. Ὑπὲρ δὲ τὸ πλῆρες καὶ ταῖς πέτραις συνηνωμένον εἰς ἐκδοχὴν τῶν ὄμβρων εἰκοσίπηχυς λάκκος ἦν τὸ βάθος. Ἐπάνω δὲ τούτου δίστεγος οἶκος ἦν, ὅσον εἴκοσι καὶ πέντε πηχῶν τὸ ὕψος, εἰς ποικίλα διῃρημένος, ὑπὲρ ὃν τύρσεις μὲν διπήχεις, προμαχῶνες δὲ περιβέβληντο τριπήχεις· ὡς τὸ πᾶν ὕψος εἰς ὀγδοήκοντα πήχεις συναριθμεῖσθαι. Ὁ δὲ δεύτερος πύργος, ὃν ὠνόμασεν ἀπὸ τἀδελφοῦ Φασάηλον, τὸ μὲν πλάτος καὶ τὸ μῆκος ἴσον εἶχε, τεσσαράκοντα πηχῶν ἕκαστον, ἐπὶ τεσσαράκοντα δ' ἦν τὸ ναστὸν αὐτοῦ ὕψος. Ἐπάνω δ' αὐτοῦ περιῄει στοὰ δεκαπήχης τὸ ὕψος, θωρακείοις τε καὶ προβόλοις σκεπομένη. Μέσην δ' ὑπερῳκοδόμητο τὴν στοὰν πύργος ἕτερος, εἴς τε οἴκους πολυτελεῖς καὶ δὴ καὶ βαλανεῖον διῃρημένος, ὡς μηδὲν ἐνδέοι τῷ πύργῳ βασίλειον δοκεῖν. Τὰ δὲ ἄκρα τοῖς προμαχῶσι καὶ ταῖς τύρσεσι μᾶλλον ἤπερ ὁ πρὸ αὐτοῦ κεκόσμητο. Πηχῶν δὴ τὸ πᾶν ὕψος, ὡς ἐνενήκοντα, καὶ τὸ μὲν σχῆμα παρεῴκει τῷ κατὰ τὴν Φάρον ἐκπυρσεύοντι τοῖς ἐπ' Ἀλεξανδρείας πλέουσι, τῇ περιοχῇ δὲ πολὺ μεῖζον ἦν. Τηνικαῦτά γε μὴν τυραννεῖον ἀπεδείχθη τοῦ Σίμωνος. Ὁ δὲ τρίτος πύργος ἡ Μαριάμμη (τοῦτο γὰρ ἡ βασιλὶς ἐκαλεῖτο) μέχρι μὲν εἴκοσι πηχῶν ναστὸς ἦν, εἴκοσι δὲ πήχεις εἰς εὖρος διέβαινε καὶ μῆκος ἴσον. Πολυτελεστέραν δὲ καὶ ποικιλωτέραν τῶν ἄλλων τὴν οἴκησιν εἶχεν ἐπάνω, τοῦ βασιλέως οἰκεῖον ὑπολαβόντος τὸν ἀπὸ γυναικὸς ὀνομασθέντα κεκοσμῆσθαι πλέον ἢ τοὺς ἀπ' ἀνδρῶν, ὥσπερ ἐκείνους τοῦ τῆς γυναικὸς ὀχυρωτέρους. Τούτου τὸ πᾶν ὕψος πεντήκοντα καὶ πέντε πηχῶν ἦν.

δ'. Τηλικοῦτοι δὲ ὄντες οἱ τρεῖς τὸ μέγεθος πολὺ μείζονες ἐφαίνοντο διὰ τὸν τόπον· αὐτό τε γὰρ τὸ ἀρχαῖον τεῖχος, ἐν ᾧ ἦσαν, ἐφ' ὑψηλῷ λόφῳ δεδόμητο, καὶ τοῦ λόφου καθάπερ κορυφή τις ὑψηλοτέρα προανεῖχεν εἰς τριάκοντα πήχεις, ὑπὲρ ἣν οἱ πύργοι κείμενοι πολύ δή τι τοῦ μετεώρου προσελάμβανον. Θαυμάσιον δὲ καὶ τῶν λίθων ἦν τὸ μέγεθος. Οὐ γὰρ ἐξ εἰκαίας χερμάδος, οὐδὲ φορητῶν ἀνθρώποις πετρῶν συνειστήκεσαν, λευκὴ δὲ μάρμαρος ἐτμήθη· καὶ τὸ μὲν μῆκος ἑκάστης πηχῶν

surgebat, adversus quam Titus castra posuerat. Quum enim septuaginta cubitos alta esset, inde conspici poterat Arabia sole oriente, ultimique ad mare usque terræ Judæorum fines. Erat autem octangularis. Atqui ex adverso illius erat Hippicos, et juxta eam duæ ab Herode rege in veteri muro ædificatæ: quæ magnitudine et pulchritudine et firmitate universis, quæ toto orbe erant, præstabant. Nam præterquam quod rex natura esset magno et excelso animo et magnificentiæ studeret in urbe ornanda, in operum præcellentia animi sui affectibus gratificabatur, tribusque personis carissimis, a quibus turres appellavit, fratri scilicet et amico et conjugi, in memoriam consecravit: huic quidem, ut jam ante diximus, amoris causa ab ipso peremptæ, illis vero bello amissis quum fortiter strenueque dimicassent. Atque Hippica sane, ab amico denominata, quadrangularis quidem erat (cujus singula latera latitudine et longitudine viginti quinque cubitos patebant, altitudine vero erant triginta), nusquam inanis. Supra autem soliditatem saxisque adunatam compaginem imbribus excipiendis puteus erat viginti cubitos altus. Super eum vero domus erat gemino tabulato viginti quinque cubitos alta, et in varia membra divisa, cui impositæ erant minæ quidem ad duos, propugnacula vero ad tres cubitos assurgentia, ita ut tota altitudo ad octoginta cubitos numeraretur. Secunda vero turris, quam de fratris nomine Phasaelum nominavit, æque tam in longitudinem quam in latitudinem quadraginta cubitos patebat, totidemque in altitudinem, tota solida. Hanc autem ambiebat porticus decem cubitos alta, loricis et propugnaculis septa. In media vero porticu superædificata erat alia turris in œcos etiam magnificos cum balneo divisa, ut nihil turri deesset quominus regia videretur. In fastigio autem minis et propugnaculis præ altero quem memoravimus magis ornata erat: adeoque tota ejus altitudo ad xc cubitos usque attollebatur; et specie quidem turri in Pharo quæ Alexandriam navigantibus ignem procul ostendit, similis erat, sed ambitu multo major. Ceterum tunc Simoni factum erat tyrannidis domicilium. Tertia autem turris Mariamne dicta (ita enim vocabatur regina) usque ad viginti quidem cubitos solida erat, viginti vero cubitos lata pariterque alta. Diversoria autem ceteris magnificentiora et ornatiora sustinebat, rege quippe idoneum arbitrante, ut turri de uxoris nomine appellatæ plus ornatus adhiberetur, quam illis quæ a viris nomen traxerunt; sicut illæ hac munitiores erant, cui femina nomen dederat. Hujus tota altitudo erat quinquaginta quinque cubitorum.

4. Quum autem tantæ essent magnitudinis tres illæ turres, ex loci situ multo majores esse videbantur: nam et ipse antiquus murus, cui erant inædificatæ, in excelso colle exstructus fuerat, et magis quam collis eminebat ad triginta cubitos, supra quem verticem turres illæ positæ multum sublimitatis inde assumebant. Mirabilis autem etiam lapidum erat magnitudo. Non enim ex vulgaribus lapidibus, saxisve quæ homines ferre possent, constructæ erant, verum ex secto marmore candido, singulis quidem saxis viginti

ἦν εἴκοσι, δέκα δὲ εὖρος, καὶ βάθος πέντε. Συνήνωντο δ' ἐπ' ἀλλήλοις, ὡς δοκεῖν ἕκαστον πύργον μίαν εἶναι πέτραν ἀναπεφυκυῖαν, ἔπειτα δὲ περιεξέσθαι χερσὶ τεχνιτῶν εἰς σχῆμα καὶ γωνίας· οὕτως οὐδαμόθεν ἡ συνάφεια τῆς ἁρμονίας διεφαίνετο. Κειμένοις δὲ πρὸς ἄρκτον αὐτοῖς ἔνδοθεν ἡ τοῦ βασιλέως αὐλὴ προσέζευκτο, παντὸς λόγου κρείσσων. Οὔτε γὰρ πολυτελείας οὔτε κατασκευῆς τινὸς ἔλειπεν ὑπερβολήν, ἀλλὰ τετείχιστο μὲν ἅπασα τριάκοντα πήχεις τὸ ὕψος κύκλῳ κατ' ἴσον διάστημα, κεκοσμημένοις δὲ πύργοις διείληπτο, ἀνδρῶσί τε μεγίστοις, καὶ εἰς ξενῶνας ἑκατονταχλίνους· ἐν οἷς ἀδιήγητος μὲν ἡ ποικιλία τῶν λίθων ἦν (συνῆκτο γὰρ πολὺς ὁ πανταχοῦ σπάνιος), θαυμασταὶ δ' ὀροφαί, μήκει τε δοκῶν καὶ λαμπρότητι προκοσμημάτων. Οἴκων δὲ πλῆθος, καὶ διαφοραὶ σχημάτων περὶ τούτους μυρίαι· πᾶσί γε μὴν ἀποσκευαὶ πλήρεις, καὶ τὰ πλείω τῶν ἐν ἑκάστοις κειμένων ἐξ ἀργύρου τε καὶ χρυσοῦ· περίστοα δὲ δι' ἀλλήλων ἐν κύκλῳ πολλὰ καὶ στῦλοι πρὸς ἑκάστῳ διάφοροι. Τά γε μὴν τούτων ὕπαιθρα πανταχοῦ χλοερά· καὶ ποικίλαι μὲν ὗλαι, μακροὶ δὲ δι' αὐτῶν περίπατοι, καὶ περὶ τούτους εὔριποι βαθεῖς δεξάμεναί τε πολλαχοῦ χαλκουργημάτων περίπλεοι, δι' ὧν τὸ ὕδωρ ἐξεχεῖτο, καὶ πολλοὶ περὶ τὰ νάματα πύργοι πελειάδων ἡμέρων. Ἀλλὰ γὰρ οὔθ' ἑρμηνεῦσαι δυνατὸν ἀξίως τὰ βασίλεια καὶ φέρει βάσανον ἡ μνήμη, τὰς τοῦ λῃστρικοῦ πυρὸς δαπάνας ἀναφέρουσα· οὐ γὰρ ταῦτα Ῥωμαῖοι κατέφλεξαν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἔνδον ἐπιβούλων, ὡς προειρήκαμεν, ἐν ἀρχῇ τῆς ἀποστάσεως· καὶ ἀπὸ μὲν τῆς Ἀντωνίας ἤρξατο τὸ πῦρ, μετέβη δ' ἐπὶ τὰ βασίλεια, καὶ τῶν τριῶν πύργων τὰς στέγας ἐπενεμήθη.

cubitos longis, decem vero latis, et quinque altis. Tam apte autem inter se conjuncta erant, ut singulæ turres singula saxa viderentur a natura facta, ac deinde manibus artificum in faciem angulosque efformata: adeo nusquam compaginis junctura deprehendi potuit. His autem, in septemtrionali muri parte positis, intus conjuncta erat regia, omni narratione superior: ut quæ operis aut apparatus cujuscunque magnificentia superari non potuerit, sed tota quidem muro triginta cubitos alto cincta erat, et in circuitu turribus ornatissimis æquali distantia positis distincta, maximisque cœnaculis, quæ centum virorum lectos caperent, instructa; in quibus inenarrabilis erat lapidum varietas: nam quicquid illorum ubique rarum, magna copia collectum erat. Tecta etiam et laquearia ob trabium longitudinem et ornamentorum magnificentiam miranda. Cubiculorum item ingens multitudo, et figurarum circa illa multiplex varietas; atque omnia supellectile pretiosissima, vasisque, quorum pleraque aurea et argentea erant, instructa: peristylia vero multa, alia post alia in circulum, singula variis columnis ornata. Quæ vero illorum spatia sub dio erant, viriditate ubique gaudebant: et variæ quidem silvæ erant, inque iis prolixa ambulacra, et circa ea profundi euripi, cisternæque passim signis æreis abundantes, per quæ aqua effundebatur, et circa latices multæ cicurum columbarum turres. Sed enim regia, qualis fuerit, pro dignitate exponi nequit, et memoriæ cruciatus adhiberetur, si quis referret, quantas res consumpserit flamma latrocinalis: nec enim ista omnia a Romanis incensa erant, sed ab insidiatoribus intestinis, ut jam ante diximus, sub defectionis initium; atque primum quidem in Antoniam invasit ignis; inde autem transiit in regiam, triumque turrium tecta depastus est.

ΚΕΦ. Ε'.

Τὸ δὲ ἱερὸν ἵδρυτο μέν, ὥσπερ ἔφην, ἐπὶ λόφου καρτεροῦ, κατ' ἀρχὰς δὲ μόλις ἐξήρκει τὸ ἀνωτάτω χθαμαλὸν αὐτοῦ τῷ τε ναῷ καὶ τῷ βωμῷ· τὰ γὰρ πέριξ ἀπόκρημνος ἦν καὶ κατάντης. Τοῦ δὲ βασιλέως Σολομῶνος, ὃς δὴ καὶ τὸν ναὸν ἔκτισε, τὸ κατ' ἀνατολὰς μέρος ἐκτειχίσαντος, εἶτ' ἐτέθη μία στοὰ τῷ χώματι· καὶ κατά γε τὰ λοιπὰ μέρη γυμνὸς ὁ ναὸς ἦν. Τοῖς δ' ἑξῆς αἰῶσιν, ἀεί τι τοῦ λαοῦ προσχωννύντος, ἀνισούμενος ὁ λόφος ηὐρύνετο. Διακόψαντες δὲ καὶ τὸ προσάρκτιον τεῖχος τοσοῦτον προσέλαβον ὅσον ὕστερον ἐπεῖχεν ὁ τοῦ παντὸς ἱεροῦ περίβολος. Τειχίσαντες δὲ ἐκ ῥίζης τριχῇ κύκλῳ τὸν λόφον, καὶ μεῖζον ἐλπίδος ἐκπονήσαντες ἔργον (εἰς ὃ μακροὶ μὲν ἐξανηλώθησαν αἰῶνες αὐτοῖς καὶ οἱ ἱεροὶ δὲ θησαυροὶ πάντες, οὓς ἀνεπίμπλασαν οἱ παρὰ τῆς οἰκουμένης δασμοὶ πεμπόμενοι τῷ Θεῷ), τούς τε ἄνω περιβόλους καὶ τὸ κάτω ἱερὸν ἀμφεδείμαντο. Τούτου τὸ ταπεινότατον ἀπὸ τριακοσίων ἀνετειχίσαντο πηχῶν, κατὰ δέ τινας τόπους ἐκ πλείονος. Οὐ μέντοι πᾶν τὸ βάθος ἐφαίνετο τῶν θεμελίων· ἐπὶ πολὺ γὰρ ἔχωσαν τὰς φάραγγας, ἀνισοῦν βουλόμενοι τοὺς στενωποὺς τοῦ ἄστεος. Πέτραι δὲ

CAP. V. (XIV.)

Fanum autem, ut dixi, supra arduum quidem collis jugum conditum erat: quumque ædificari cœptum esset, vix templo et aræ sufficiebat planities in illius vertice: nam undique præceps erat atque declivis. Quum autem rex Solomon, idem qui templum exstruxit, partem ejus ad orientem muro cinxisset, tum terræ illic aggestæ porticus una imposita erat: et ex aliis partibus nudum manebat templum. Progressu autem temporis, quum semper aliquid aggeris populus accumularet, coæquatus collis latior effectus est. Deinde etiam muro ad septemtrionem perrupto, tantum assumpsere spatii, quantum postea totius fani ambitus includebat. Quum autem a fundamentis triplici muro collem circumdedissent, et in opere magis quam sperandum erat elaborassent (in quo longa sæcula consumpta erant omnesque thesauri sacri, quos ex toto orbe missa Deo tributa repleverant), tam superiorem ambitum quam templum interius ædificarunt. Cujus quod humillimum erat, ad trecentos cubitos excitarunt, in quibusdam vero locis ad plures. Non tamen omnis fundamentorum altitudo apparebat: nam magna ex parte valles terra aggesta repletæ erant, ut urbis angiportis eas adæquarent. Saxis vero in exstructione usi

τεσσαρακονταπήχεις τὸ μέγεθος ἦσαν τοῦ δομήματος. Ἥ τε γὰρ δαψίλεια τῶν χρημάτων καὶ ἡ τοῦ λαοῦ φιλοτιμία λόγου μείζονας ἐποιεῖτο τὰς ἐπιβολὰς, καὶ τὸ μηδὲ ἐλπισθὲν ἕξειν πέρας ἐπὶ μονῇ καὶ χρόνοις ἦν ἀνύσιμον.

β'. Ἦν δὲ ἄξια τῶν τοιούτων θεμελίων καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτῶν ἔργα. Διπλαῖ μὲν γὰρ αἱ στοαὶ πᾶσαι, κίονες δ' αὐταῖς εἰκοσιπέντε πηχῶν τὸ ὕψος ὑφεστήκεσαν, μονόλιθοι λευκοτάτης μαρμάρου, κεδρίνοις δὲ φατνώμασιν ὠρόφωντο. Τούτων ἡ μὲν φυσικὴ πολυτέλεια καὶ τὸ εὔξεστον καὶ τὸ ἁρμόνιον παρεῖχε θεωρίαν ἀξιόλογον, οὐδενὶ δὲ ἔξωθεν οὔτε ζωγραφίας οὔτε γλυφίδος ἔργῳ προσηγλάϊστο. Καὶ πλατεῖαι μὲν ἦσαν ἐπὶ τριάκοντα πήχεις, ὁ δὲ πᾶς κύκλος αὐτῶν εἰς ἓξ σταδίους συνεμετρεῖτο, περιλαμβανομένης καὶ τῆς Ἀντωνίας. Τὸ δὲ ὕπαιθρον ἅπαν πεποίκιλτο παντοδαπῶν λίθων κατεστρωμένον. Διὰ τούτου προϊόντων ἐπὶ τὸ δεύτερον ἱερὸν δρύφακτος περιβέβλητο λίθινος, τρίπηχυς μὲν ὕψος, πάνυ δὲ χαριέντως διειργασμένος. Ἐν αὐτῷ δ' εἱστήκεσαν ἐξ ἴσου διαστήματος στῆλαι, τὸν τῆς ἁγνείας προσημαίνουσαι νόμον, αἱ μὲν Ἑλληνικοῖς, αἱ δὲ Ῥωμαϊκοῖς γράμμασι, μὴ δεῖν ἀλλόφυλον ἐντὸς τοῦ ἁγίου παριέναι. Τὸ γὰρ δεύτερον ἱερὸν ἅγιον ἐκαλεῖτο. Καὶ τεσσαρεσκαίδεκα μὲν βαθμοῖς ἦν ἀναβατὸν ἀπὸ τοῦ πρώτου, τετράγωνον δὲ ἄνω καὶ τείχει περιπεφραγμένον ἰδίῳ. Τούτου τὸ μὲν ἔξωθεν ὕψος, καίπερ τεσσαράκοντα πηχῶν ὑπάρχον, ὑπὸ τῶν βαθμῶν ἐκαλύπτετο, τὸ δὲ ἔνδον εἴκοσι καὶ πέντε πηχῶν ἦν. Πρὸς γὰρ ὑψηλοτέρῳ δεδομημένου βαθμοῖς οὐκέτι ἦν ἅπαν εἴσω καταφανὲς, καλυπτόμενον ὑπὸ τοῦ λόφου. Μετὰ δὲ τοὺς τεσσαρεσκαίδεκα βαθμοὺς τὸ μέχρι τοῦ τείχους διάστημα πηχῶν ἦν δέκα, πᾶν ἰσόπεδον. Ἔνθεν ἄλλοι πάλιν πεντέβαθμοι κλίμακες ἀνῆγον ἐπὶ τὰς πύλας, αἳ ἀπὸ μὲν ἄρκτου καὶ μεσημβρίας ὀκτὼ, καθ' ἑκάτερον τέσσαρες, δύο δ' ἦσαν ἐξ ἀνατολῆς κατ' ἀνάγκην· διατετειχισμένου γὰρ κατὰ τοῦτο τὸ κλίμα ταῖς γυναιξὶν ἰδίου πρὸς θρησκείαν χώρου, ἔδει δευτέραν εἶναι πύλην· τέτμητο δ' αὕτη τῆς πρώτης ἄντικρυς. Κἀκ τῶν ἄλλων κλιμάτων μία μεσημβρινὴ πύλη καὶ μία βόρειος, δι' ἧς εἰς τὴν γυναικωνῖτιν εἰσῆγον· κατὰ γὰρ τὰς ἄλλας οὐκ ἐξῆν παρελθεῖν γυναιξὶν, ἀλλ' οὐδὲ κατὰ τὴν σφετέραν ὑπερβῆναι τὸ διατείχισμα. Ἀνεῖτό γε μὴν ταῖς τε ἐπιχωρίοις καὶ ταῖς ἔξωθεν ὁμοφύλοις ἐν ἴσῳ πρὸς θρησκείαν ὁ χῶρος. Τὸ δὲ πρὸς δύσιν μέρος οὐκ εἶχε πύλην, ἀλλὰ διηνεκὲς ἐδεδόμητο ταύτῃ τὸ τεῖχος. Αἱ στοαὶ δὲ μεταξὺ τῶν πυλῶν ἀπὸ τοῦ τείχους, ἔνδον ἐστραμμέναι πρὸ τῶν γαζοφυλακίων, σφόδρα μὲν καλοῖς καὶ μεγάλοις ἀνείχοντο κίοσιν· ἦσαν δ' ἁπλαῖ, καὶ ἄνευ τοῦ μεγέθους τῶν κάτω κατ' οὐδὲν ἀπελείποντο.

γ'. Τῶν δὲ πυλῶν αἱ μὲν ἐννέα χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ κεκαλυμμέναι πανταχόθεν ἦσαν, ὁμοίως τε παραστάδες καὶ τὰ ὑπέρθυρα· μία δ' ἡ ἔξωθεν τοῦ νεὼ Κορινθίου χαλκοῦ, πολὺ τῇ τιμῇ τὰς καταργύρους καὶ περι-

sunt quadragenorum cubitorum magnitudinis. Nam et pecuniæ abundantia et populi liberalitas plus quam dici potest structuram procedere faciebat: et quod absolvi posse ne sperabatur quidem, perseverantia et temporis diuturnitate perfectum erat.

2. Tantis autem fundamentis digna erant opera illis imposita. Nam porticus quidem omnes duplices erant; eas vero sustinuerunt columnæ quinis et vicenis cubitis altæ, singulis e saxis marmore candidissimo: et cedrinis laquearibus tectæ erant. Illa utpote natura magnifica et bene polita, apteque et congruenter juncta spectaculum præbebant splendidum et memorabile, nullo autem aut pictoris aut sculptoris opere extrinsecus ornatum. Et latæ quidem erant ad triginta cubitos: omnis vero earum ambitus una cum Antonia sex stadiorum mensuram comprehendebat. At totum sub dio spatium variatum erat et omnigenis lapidibus stratum. Quum per hoc secundum ad templum ibatur, septum lapideum circumjectum erat trium quidem cubitorum altitudine, admodum vero affabre factum. Illic autem paribus intervallis dispositæ erant columnæ, ingressuros de lege munditiæ præmonentes, aliæ Græcis, aliæ Latinis literis, nemini licere alienigenæ in locum sanctum intrare. Sanctum enim vocabatur templum secundum. Et quattuordecim quidem gradibus eo ascendebatur a primo: illius vero area quadrata erat et proprio muro circumdata. Cujus exterior celsitudo, quamvis quadraginta cubitis surgeret, tamen gradibus tegebatur, interior autem viginti quinque cubitorum erat. Nam quum in altiori loco gradibus ædificaretur, non tota pars interior cernebatur, colle utpote objecta. Post quattuordecim autem gradus spatium usque ad murum erat decem cubitorum, totumque erat planum. Hinc rursum aliæ quinque graduum scalæ ad portas ducebant, quæ a septemtrione quidem ac meridie octo erant, quaternæ utrinque, duæ vero ex oriente necessario: nam quum hic proprius locus religionis causa mulieribus muro discerneretur, altera quoque porta opus esse videbatur: hæc autem ex adverso prioris secta erat. Atque ex aliis regionibus una porta meridiana et una septemtrionalis, quibus ad mulierum atrium introibatur; per alias enim mulieribus non licebat ingredi, sed neque per suam ultra proprium sibi dicatum septum. Ceterum patebat locus non solum feminis Judæam habitantibus, sed etiam extra eam popularibus religionis causa venientibus. Occidua vero pars nullam portam habebat, sed perpetuo exstructus ibi erat murus. Porticus autem intra portas a muro aversæ intro ante gazophylacia, columnis ingentibus et pulcherrimis sustinebantur: erant autem simplices, et præter magnitudinem nulla in re ab inferioris septi porticibus differebant.

3. Portarum autem novem quidem auro et argento undique tectæ erant, una cum postibus et superliminari: una vero extra templum ex ære Corinthio, quæ multum argento inclusas et inauratas dignitate superabat. Et binæ quidem

χρύσους ὑπεράγουσα. Καὶ δύο μὲν ἑκάστου πυλῶνος θύραι, τριάκοντα δὲ πηχῶν τὸ ὕψος ἑκάστης, καὶ τὸ πλάτος ἦν πεντεκαίδεκα. Μετὰ μέντοι τὰς εἰσόδους ἐνδοτέρω πλατυνόμενοι παρ' ἑκάτερον τριάκοντα πήχεις ἐξέδρας εἶχον εὖρός τε καὶ μῆκος πυργοειδεῖς, ὑψηλαὶ δ' ὑπὲρ τεσσαράκοντα πήχεις. Δύο δ' ἀνεῖχον ἑκάστην κίονες, δώδεκα πηχῶν τὴν περιοχὴν ἔχοντες. Καὶ τῶν μὲν ἄλλων ἴσον ἦν τὸ μέγεθος, ἡ δὲ ὑπὲρ τὴν Κορινθίαν ἀπὸ τῆς γυναικωνίτιδος ἐξ ἀνατολῆς ἀνοιγομένη τῆς τοῦ ναοῦ πύλης ἀντικρὺ πολὺ μείζων· πεντήκοντα γὰρ πηχῶν οὖσα τὴν ἀνάτασιν, τεσσαρακονταπήχεις τὰς θύρας εἶχε, καὶ τὸν κόσμον πολυτελέστερον, ἐπὶ δαψιλὲς πάχος ἀργύρου τε καὶ χρυσοῦ. Τοῦτον δὲ ταῖς ἐννέα πύλαις ἐπέχεεν ὁ Τιβερίου πατὴρ Ἀλέξανδρος. Βαθμοὶ δὲ πεντεκαίδεκα πρὸς τὴν μείζονα πύλην ἀπὸ τοῦ τῶν γυναικῶν διατειχίσματος ἀνῆγον· τῶν γὰρ κατὰ τὰς ἄλλας πέντε βαθμῶν ἦσαν βραχύτεροι.

δ'. Αὐτὸς δὲ ὁ ναὸς κατὰ μέσον κείμενος, τὸ ἅγιον ἱερὸν, δώδεκα βαθμοῖς ἦν ἀναβατός. Καὶ τὸ μὲν κατὰ πρόσωπον ὕψος τε καὶ εὖρος ἴσον ἀνὰ πήχεις ἑκατόν· κατόπιν δὲ τεσσαράκοντα πήχεσι στενότερος· ἔμπροσθεν γὰρ ὥσπερ ὦμοι παρ' ἑκάτερον εἰκοσιπήχεις διέβαινον. Ἡ πρώτη δὲ αὐτοῦ πύλη, πηχῶν ἑβδομήκοντα τὸ ὕψος οὖσα, καὶ εὖρος εἴκοσι καὶ πέντε, θύρας οὐκ εἶχε· τοῦ γὰρ οὐρανοῦ τὸ ἀφανὲς καὶ ἀδιάκλειστον ἐνέφαινε· κεχρύσωτο δὲ τὰ μέτωπα πάντα, καὶ δι' αὐτῆς ὅ τε πρῶτος οἶκος ἔσωθεν ἅπας κατεφαίνετο, μέγιστος ὢν, καὶ τὰ περὶ τὴν εἴσω πύλην πάντα λαμπόμενα χρυσῷ τοῖς ὁρῶσιν ὑπέπιπτεν. Τοῦ δὲ ναοῦ ὄντος εἴσω διστέγου, μόνος ὁ πρῶτος οἶκος προὔκειτο, καὶ διηνεκὲς εἰς τὸ ὕψος, ἀνατεινόμενος μὲν ἐπὶ ἐνενήκοντα πήχεις, μηκυνόμενος δὲ ἐπὶ πεντήκοντα, καὶ διαβαίνων ἐπὶ εἴκοσιν. Ἡ δὲ διὰ τοῦ οἴκου πύλη κεχρύσωτο μὲν, ὡς ἔφην, πᾶσα, καὶ ὅλος ὁ περὶ αὐτὴν τοῖχος· εἶχε δὲ καὶ τὰς χρυσᾶς ὑπὲρ αὐτῆς ἀμπέλους, ἀφ' ὧν βότρυες ἀνδρομήκεις κατεκρέμαντο. Ὄντος δὲ ἤδη τοῦ ναοῦ διστέγου ταπεινοτέρα τῆς ἔξωθεν ἦν, καὶ θύρας εἶχε χρυσᾶς πεντηκονταπέντε πηχῶν τὸ ὕψος, εὖρος δ' ἑκκαίδεκα. Πρὸ δὲ τούτων ἰσόμηκες καταπέτασμα πέπλος ἦν Βαβυλώνιος, ποικιλτὸς ἐξ ὑακίνθου καὶ βύσσου κόκκου τε καὶ πορφύρας, ἀξιαγάστως μὲν εἰργασμένος, οὐκ ἀθεώρητον δὲ τῆς ὕλης τὴν κρᾶσιν ἔχων, ἀλλ' ὥσπερ εἰκόνα τῶν ὅλων. Ἐδόκει γὰρ αἰνίττεσθαι τῇ κόκκῳ μὲν τὸ πῦρ, τῇ βύσσῳ δὲ τὴν γῆν, τῇ δὲ ὑακίνθῳ τὸν ἀέρα, καὶ τῇ πορφύρᾳ τὴν θάλασσαν, τῶν μὲν ἐκ τῆς χρόας ὁμοιουμένων, τῆς δὲ βύσσου καὶ τῆς πορφύρας διὰ τὴν γένεσιν, ἐπειδὴ τὴν μὲν ἀναδίδωσιν ἡ γῆ, τὴν δὲ ἡ θάλασσα. Κατεγέγραπτο δὲ ὁ πέπλος πᾶσαν τὴν οὐράνιον θεωρίαν, πλὴν τῶν ζωδίων.

ε'. Παριόντας δ' εἴσω τὸ ἐπίπεδον τοῦ ναοῦ μέρος ἐξεδέχετο. Τούτου τοίνυν τὸ μὲν ὕψος ἑξήκοντα πηχῶν, καὶ τὸ μῆκος ἴσον, εἴκοσι δὲ πηχῶν τὸ πλάτος ἦν. Τὸ δὲ ἑξηκοντάπηχυ πάλιν διῄρητο· καὶ τὸ

fores in singulis januis erant, et unaquæque triginta cubitis alta et quindecim lata erat. Atqui post introitum introrsum dilatatæ exhedras utrinque habebant triginta cubitos longas et latas, turris in modum exstructas, altas veros quadraginta cubitos et amplius. Singulas autem binæ columnæ duodenûm cubitorum ambitu sustinebant. Et ceterarum quidem par magnitudo erat: quæ vero supra Corinthiam ab oriente ex parte atrii feminarum recta in templi portam respiciebat, multo major: alta enim erat cubitos quinquaginta, lata vero quadraginta, cum foribus paris magnitudinis, quæ magnificentiore cultu et ornatu decoratæ erant, crassioribus scilicet auri et argenti laminis vestitæ. Illud vero quicquid erat auri et argenti, novem istis portis infundi curaverat pater Tiberii Alexander. Gradus autem quindecim a muro, qui mulieres segregabat, ad majorem portam ducebant: illis enim quinque gradibus, qui ad ceteras portas ferebant, erant breviores.

4. Ipsum vero templum in medio positum, id est sacrosanctum, duodecim gradibus ascendebatur. Et a fronte quidem ejus altitudo et latitudo par, centum cubitorum; pone vero quadraginta cubitis erat angustius; nam a fronte duo veluti humeri utrinque viginti cubitos ultra templi latera producebantur. Prima autem ejus porta, septuaginta cubitis alta et lata viginti quinque, fores non habebat (cœlum enim undique conspicuum et ubique patens significabat); omnis vero ejus frons erat inaurata; perque eam prima ædes intus tota apparebat, quæ maxima erat; quæque circa interiorem portam erant, tota auro coruscantia, aspicientibus occurrebant. Quum autem interior ejus pars contignatione intersepta esset, sola prima domus patebat, et perpetuam in altitudinem surgebat ad nonaginta cubitos, in longitudine vero quinquaginta cubitûm erat, et viginti in transversum. At interior in propylæo porta inaurata erat, ut dixi, tota, totusque circum eam paries: desuper autem habebat aureas vites, unde botri statura humana dependebant. Verum quia ædes mediam coaxationem habebat, interior erat exteriori humilior; foresque aureas habebat quinquaginta quinque cubitorum altitudine, latitudine vero sedecim. Foribus autem oppansum aulæum pari longitudine peplum erat Babylonium, variatum ex hyacintho et bysso et cocco et purpura, opere quidem mirabili contextum, contemplatione vero non indignam materiæ permixtionem habens, sed omnium rerum veluti imaginem. Nam cocco quidem ignis significari videbatur, bysso vero terra, hyacintho autem aer, ac purpura mare: illis quidem, propter colorum similitudinem, bysso autem et purpura, ex origine sua, quoniam byssum quidem terra, mare autem purpuram gignit. Eratque in peplo descripta omnis cœli ratio, exceptis signis.

5. Introgredientes autem pars templi inferior excipiebat. Jam vero ejus altitudo quidem erat cubitorum sexaginta et longitudo totidem, latitudo autem cubitorum viginti. At rursus divisi erant hi cubiti sexaginta: et prima quidem

μὲν πρῶτον μέρος ἀποτετμημένον ἐπὶ τεσσαράκοντα πήχεις, εἶχεν ἐν αὐτῷ τρία θαυμασιώτατα καὶ περιβόητα πᾶσιν ἀνθρώποις ἔργα, λυχνίαν, τράπεζαν, θυμιατήριον. Ἐνέφαινον δὲ οἱ μὲν ἑπτὰ λύχνοι τοὺς πλανήτας (τοσοῦτοι γὰρ ἀπ' αὐτῆς διῄρηντο τῆς λυχνίας), οἱ δὲ ἐπὶ τῆς τραπέζης ἄρτοι δώδεκα τόν τε ζωδιακὸν κύκλον καὶ τὸν ἐνιαυτόν. Τὸ θυμιατήριον δὲ διὰ τῶν τρισκαίδεκα θυμιαμάτων, οἷς ἐκ θαλάσσης ἀνεπίμπλατο καὶ τῆς ἀοικήτου καὶ οἰκουμένης, ἐσήμαινεν ὅτι τοῦ Θεοῦ πάντα καὶ τῷ Θεῷ. Τὸ δ' ἐνδοτάτω μέρος εἴκοσι μὲν ἦν πηχῶν, διείργετο δ' ὁμοίως καταπετάσματι πρὸς τὸ ἔξωθεν. Ἔκειτο δ' οὐδὲν ὅλως ἐν αὐτῷ, ἄβατον δὲ καὶ ἄχραντον καὶ ἀθέατον ἦν πᾶσιν, ἁγίου δὲ ἅγιον ἐκαλεῖτο. Περὶ δὲ τὰ πλευρὰ τοῦ κάτω ναοῦ δι' ἀλλήλων ἦσαν οἶκοι τρίστεγοι πολλοὶ καὶ παρ' ἑκάτερον εἰς αὐτοὺς ἀπὸ τῆς πύλης εἴσοδοι. Τὸ δὲ ὑπερῷον μέρος τούτους μὲν οὐκέτ' εἶχε τοὺς οἴκους, παρόσον ἦν καὶ στενότερον, ὑψηλότερον δ' ἐπὶ τεσσαράκοντα πήχεις καὶ λιτότερον τοῦ κάτω. Συνάγεται δὲ οὕτω πρὸς ἑξήκοντα τοῖς τοῦ ἐπιπέδου πηχῶν ἑκατὸν τὸ πᾶν ὕψος.

ς'. Τὸ δ' ἔξωθεν αὐτοῦ πρόσωπον οὐδὲν οὔτε εἰς ψυχῆς οὔτε εἰς ὀμμάτων ἔκπληξιν ἀπέλιπε. Πλαξὶ γὰρ χρυσοῦ στιβαραῖς κεκαλυμμένος πάντοθεν, ὑπὸ τὰς πρώτας ἀνατολὰς πυρωδεστάτην ἀπέπαλλεν αὐγὴν καὶ τῶν βιαζομένων ἰδεῖν τὰς ὄψεις ὥσπερ ἡλιακαῖς ἀκτῖσιν ἀπέστρεφε. Τοῖς γε μὴν εἰσαφικνουμένοις ξένοις πόρρωθεν ὅμοιος ὄρει χιόνος πλήρει κατεφαίνετο· καὶ γὰρ καθὰ μὴ κεχρύσωτο λευκότατος ἦν. Κατὰ κορυφὴν δὲ χρυσέους ὀβελοὺς ἀνεῖχε τεθηγμένους, ὡς μή τινι προσκαθεζομένῳ μολύνοιτο τῶν ὀρνέων. Τῶν δὲ ἐν αὐτῷ λίθων ἔνιοι μῆκος πέντε καὶ τεσσαράκοντα πηχῶν ἦσαν, ὕψος πηχῶν πέντε, εὖρος δὲ ἕξ. Πρὸ αὐτοῦ δ' ὁ βωμὸς πεντεκαίδεκα μὲν ὕψος ἦν πηχῶν, εὖρος δὲ καὶ μῆκος ἐκτείνων ἴσον, ἀνὰ πεντήκοντα πήχεις. Τετράγωνος δ' ἵδρυτο, κερατοειδεῖς προανέχων γωνίας, καὶ ἀπὸ μεσημβρίας ἐπ' αὐτὸν ἄνοδος ἠρέμα προσάντης ὑπτίαστο. Κατεσκευάσθη δ' ἄνευ σιδήρου, καὶ οὐδέποτε ἔψαυεν αὐτοῦ σίδηρος. Περιέστεφε δὲ τόν τε ναὸν καὶ τὸν βωμὸν εὔλιθόν τι καὶ χαρίεν γείσιον, ὅσον πηχυαῖον ὕψος, ὃ διεῖργεν ἐξωτέρω τὸν δῆμον ἀπὸ τῶν ἱερέων. Γονορροίοις μὲν δὴ καὶ λεπροῖς ἡ πόλις ὅλη διείργετο, γυναικῶν δὲ ἐμμηνίοις ἀπεκέκλειστο, παρελθεῖν δὲ ταύταις οὐδὲ καθαραῖς ἐξῆν ὃν προείπομεν ὅρον. Ἀνδρῶν δ' οἱ μὴ κατὰ πᾶν ἡγνευκότες εἴργοντο τῆς ἔνδον αὐλῆς, καὶ τῶν ἱερέων πάλιν οἱ μὴ καθαρεύοντες εἴργοντο.

(ΙΕ'.) ζ'. Τῶν δὲ ἀπὸ γένους ἱερέων ὅσοι διὰ πήρωσιν οὐκ ἐλειτούργουν, παρῆσάν τε ἅμα τοῖς ὁλοκλήροις ἐνδοτέρω τοῦ γεισίου, καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ γένους ἐλάμβανον μερίδας, ταῖς γε μὴν ἐσθῆσιν ἰδιωτικαῖς ἐχρῶντο· τὴν γὰρ ἱερὰν ὁ λειτουργῶν ἠμφιέννυτο μόνος. Ἐπὶ δὲ τὸ θυσιαστήριον καὶ τὸν ναὸν ἀνέβαινον οἱ τῶν ἱερέων ἄμωμοι, βύσσον μὲν ἀμπεχόμενοι, μάλιστα δ' ἀπὸ ἀκράτου

pars, ad quadraginta cubitos abscissa, in se habebat tria opera maxime mirabilia et omnium hominum sermone celebrata, lychnuchum, et mensam, et thuribulum. Et septem quidem lucernæ planetas significabant (tot enim ab ipso exibant lychnucho), duodecim vero panes in mensa positi circulum Zodiacum et annum. Thuribulum autem per tredecim odores, quibus replebatur ex mari et terra inhabitabili habitataque, indicabant omnia Dei esse Deique in usum. Intima vero pars viginti quidem cubitorum erat: discernebatur autem similiter velo ab exteriore. Nihil prorsus in illo erat positum, inaccessum vero erat et inviolabile, et quod a nemine videri posset, sanctique sanctum vocabatur. Circa autem latera inferioris templi multæ erant domunculæ mutuo perviæ cum triplici tecto, inque eas e templi porta utrinque patebat ingressus. Superior autem pars istas domunculas non habebat, quo magis erat angusta; altior autem ad quadraginta cubitos magis angusta quam inferior. Colligitur enim ea ratione, cum sexaginta ejus quæ in solo, universa altitudo centum cubitorum.

6. Exterior autem ejus facies nihil habuit quod animus et oculi non mirarentur. Laminis enim gravissimis aureis undiquaque obtecta erat, ita ut primum ad solis exortum igni simillimum ejacularetur splendorem, et oculos eorum, qui eam intueri necesse haberent, quasi radiis solaribus inde averteret. Porro hospitibus advenientibus e longinquo monti niveo similis videbatur: nam ubi deaurata non erat, candidissimo marmore constabat. Atque in fastigio aureis verubus horrebat, idque acutissimis, ne ab insidentibus avibus inquinaretur. Saxorum autem, quibus exstructum erat templum, quædam erant quadraginta quinque cubitos longa, alta quinque, et lata sex. Ara vero pro templo quindecim cubitos alta erat, longa vero pariterque lata ad quinquaginta cubitos. Quadrata autem collocata erat, angulos habens instar cornuum prominentes, et a meridie ascensus in eam leniter acclivis resupinabatur. Sine ferro autem constructa erat, neque unquam ferrum eam tetigerat. Ceterum templum et aram cingebat lorica quædam ex saxo pulchro aspectuque grato ad cubitum unum quasi assurgens, quæ populum a sacerdotibus segregabat. Et gonorrhæa quidem laborantes itemque leprosi tota urbe arcebantur, et mulieribus in mensium profluvio clausa erat, istisque, ne quum mundæ quidem essent, limitem de quo diximus transgredi licebat. Viri autem qui non per omnia purificati erant ab interiore septo arcebantur, et e sacerdotibus qui puri non essent similiter excludebantur.

(XV.) 7. Quicunque autem ex genere sacerdotum ob defectum aliquem non ministrabant, simul aderant intra loricam cum reliquis qui integro erant corpore, partesque sacrificiorum jure generis accipiebant; ceterum vestibus plebeiis utebantur: nam sacra veste is solus indutus erat qui ministrabat. Ad altare autem templumque ascendebant de sacerdotibus illi qui puri et integro erant corpore, byssina

νήφοντες δέει τῆς θρησκείας, ὡς μή τι παραβαῖεν ἐν τῇ λειτουργίᾳ. Ὁ δὲ ἀρχιερεὺς ἀνῄει μὲν σὺν αὐτοῖς, ἀλλ' οὐκ ἀεὶ, ταῖς δ' ἑβδομάσι καὶ νουμηνίαις καὶ εἴ τις ἑορτὴ πάτριος ἢ πανήγυρις πάνδημος ἀγομένη δι' ἔτους. Ἐλειτούργει δὲ τοὺς μηροὺς μὲν ἄχρις αἰδοίου διαζώσματι καλύπτων, λινοῦν τε ὑποδύτην ἔνδοθεν λαμβάνων, καὶ ποδήρες καθύπερθεν ὑακίνθινον ἔνδυμα στρογγύλον, θυσανωτὸν ἔργον. Τῶν δὲ θυσάνων ἀπήρτηντο κώδωνες χρύσεοι καὶ ῥοιαὶ παράλληλοι, βροντῆς μὲν οἱ κώδωνες, ἀστραπῆς δ' αἱ ῥοιαὶ σημεῖον. Ἡ δὲ τὸ ἔνδυμα τῷ στέρνῳ προσηλοῦσα ταινία πέντε διηνθισμένη ζώναις πεποίκιλτο, χρυσοῦ τε καὶ πορφύρας καὶ κόκκου, πρὸς δὲ βύσσου καὶ ὑακίνθου, δι' ὧν ἔφαμεν καὶ τὰ τοῦ ναοῦ καταπετάσματα συνυφάνθαι. Τούτοις δὲ καὶ ἐπωμίδα κεκραμένην εἶχεν, ἐν ᾗ πλείων χρυσὸς ἦν. Σχῆμα μὲν οὖν ἐνδυτοῦ θώρακος εἶχεν. Δύο δ' αὐτὴν ἐνεπόρπουν ἀσπιδίσκαι χρυσαῖ, κατεκέκλειντο δ' ἐν ταύταις κάλλιστοί τε καὶ μέγιστοι σαρδόνυχες, τὰς ἐπωνύμους τῶν τοῦ ἔθνους φυλῶν ἐπιγεγραμμέναι. Κατὰ δὲ θάτερον ἄλλοι προσήρτηντο λίθοι δώδεκα, κατὰ τρεῖς εἰς τέσσαρα μέρη διῃρημένοι, σάρδιον τόπαζος σμάραγδος, ἄνθραξ ἴασπις σάπφειρος, ἀχάτης ἀμέθυστος λιγύριον, ὄνυξ βήρυλλος χρυσόλιθος· ὧν ἐφ' ἑκάστου πάλιν εἷς τῶν ἐπωνύμων ἐγέγραπτο. Τὴν δὲ κεφαλὴν βυσσίνη μὲν ἔσκεπε τιάρα, κατέστεπτο δ' ὑακίνθῳ· περὶ ἣν χρυσοῦς ἄλλος ἦν στέφανος ἔκτυπα φέρων τὰ ἱερὰ γράμματα· ταῦτα δέ ἐστι φωνήεντα τέσσαρα. Ταύτην μὲν οὖν τὴν ἐσθῆτα οὐκ ἐφόρει τὸν ἄλλον χρόνον, λιτοτέραν δ' ἀνελάμβανεν, ὁπότε δὲ εἰσῄοι εἰς τὸ ἄδυτον· εἰσῄει δ' ἅπαξ κατ' ἐνιαυτὸν μόνος, ἐν ᾗ νηστεύειν ἔθος ἡμέρᾳ πάντας τῷ Θεῷ. Καὶ τὰ μὲν περὶ τῆς πόλεως καὶ τοῦ ναοῦ, τῶν τ' ἐπὶ τούτοις ἐθῶν καὶ νόμων, αὖθις ἀκριβέστερον ἐροῦμεν· οὐ γὰρ ὀλίγος περὶ αὐτῶν καταλείπεται λόγος.

η'. Ἡ δὲ Ἀντωνία κατὰ γωνίαν μὲν δύο στοῶν ἔκειτο τοῦ πρώτου ἱεροῦ, τῆς τε πρὸς ἑσπέραν καὶ τῆς πρὸς ἄρκτον· δεδόμητο δ' ὑπὲρ πέτρας πεντηκονταπήχους μὲν ὕψος, περικρήμνου δὲ πάσης. Ἔργον δ' ἦν Ἡρώδου βασιλέως, ἐν ᾧ μάλιστα τὸ φύσει μεγαλόνουν ἐπεδείξατο. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐκ ῥίζης ἡ πέτρα πλαξὶ κεκάλυπτο λείαις λίθων, εἴς τε κάλλος καὶ ὡς ἀπολισθάνοι πᾶς ὁ προσβαίνειν καὶ κατιέναι πειρώμενος· ἔπειτα πρὸ τῆς τοῦ πύργου δομήσεως τριῶν πηχῶν τεῖχος ἦν, ἐνδοτέρω δὲ τούτου τὸ πᾶν διάστημα τῆς Ἀντωνίας ἐπὶ τεσσαράκοντα πήχεις ἠγείρετο. Τὸ δὲ ἔνδον βασιλείων εἶχε χώραν καὶ διάθεσιν. Μεμέριστο γὰρ εἰς πᾶσαν οἴκων ἰδέαν τε καὶ χρῆσιν, περίστοά τε καὶ βαλανεῖα καὶ στρατοπέδων αὐλὰς πλατείας, ὡς τῷ μὲν πάντα ἔχειν τὰ χρειώδη πόλις εἶναι δοκεῖν, τῇ πολυτελείᾳ δὲ βασίλειον. Πυργοειδὴς δὲ οὖσα τὸ πᾶν σχῆμα κατὰ γωνίαν τέσσαρσιν ἑτέροις διείληπτο πύργοις, ὧν οἱ μὲν ἄλλοι πεντήκοντα τὸ ὕψος, ὁ δὲ ἐπὶ τῇ μεσημβρινῇ καὶ κατ' ἀνατολὴν γωνίᾳ κείμενος ἑβδομήκοντα πηχῶν ἦν, ὡς καθορᾶν ὅλον ἀπ' αὐτοῦ τὸ ἱερόν. Καθ' ἃ

quidem veste amicti, maxime vero vino abstinentes religionis reverentia, ne quid in ministerio perperam agerent. Pontifex autem cum ipsis quidem, non tamen semper, ascendebat, sed diebus septimis et noviluniis, et si quando patria festivitas atque annua celebritas ab omni populo ageretur. Sacris autem operabatur femora quidem usque ad verenda subligari occultans, intusque habens lineam subuculam et hyacinthinum desuper indumentum rotundum ad talos demissum, opus fimbriatum. Ex fimbriis autem pendebant tintinnabula aurea et mala Punica alternatim intertexta, tintinnabulis quidem tonitrua, malis vero Punicis fulgura referentibus. Pectori autem indumentum quæ affigebat tænia, quinque distincta erat et variata zonis, auri et purpuræ et cocci, byssique præterea et hyacinthi, quibus etiam vela templi diximus esse contexta. Iisdem autem epomidem temperatam habebat, in qua plus auri erat. Et figura quidem thoraci quo quis indui potest similis erat. Duabus autem fibulis aureis clypeorum parvulorum specie vinciebatur, illisque inclusi erant optimi maximique sardonyches, nomina eorum, a quibus denominatæ erant gentis tribus, inscripta ferentes. Ex altera vero parte duodecim pendebant alii lapides, terni per quattuor versiculos dispositi; sardius, topazius, smaragdus; carbunculus, jaspis, saphirus; achates, amethystus, ligurius; onyx, beryllus, chrysolithus: quorum singulis rursus unus eorum inscriptus erat, quorum nomina ferebant tribus. Caput autem tegebat tiara ex bysso quidem facta, hyacinthino vero serto redimita: circa quam alia corona erat aurea, in qua expressæ erant sacræ literæ; hæ autem sunt vocales quattuor. Et hanc quidem vestem alio tempore non gerebat, quippe simpliciorem adsumebat; sed tunc quum in adytum intraret: semel autem quotannis solus intrabat, quo die moris erat omnibus jejunio Deum colere. Et quæ ad civitatem quidem spectant et templum, moresque et leges circa ea observandas, alias accurate magis explicabimus; non enim pauca de illis dicenda supersunt.

8. Ceterum Antonia posita erat ad angulum, quo septemtrionalis et occidentalis septi exterioris templi porticus conjungebantur; exstructa autem erat super petra quinquaginta cubitis alta, et undique prærupta. Opus erat regis Herodis, in quo maxime ingenii sui magnificentiam ostendit. Primum enim ab imis usque radicibus saxum ipsum lævibus ex cæso lapide crustis obtegebatur, quo et decus ei adderetur, et facile dilaberentur qui vel ascendere vel descendere tentavissent: deinde ante arcis ipsius ædificium murus erat altitudinis trium cubitorum; intra hunc, omne spatium Antoniæ in quadraginta cubitos erigebatur. Intus autem regiæ amplitudinem et formam habebat. Divisa enim et distincta erat in varia omnis speciei omnisque usus habitacula, atria, porticus, balneas, et aulas amplissimas, militibus collocandis aptissimas, ita ut, quod omnia in ea erant ad usum necessaria, urbs, structuræ vero magnificentia regia videretur. Quum autem tota haberet turris speciem, quattuor in angulis quattuor habuit alias turres: quarum ceteræ quidem quinquaginta cubitos altæ, illa vero quæ ad angulum meridionalem et orientalem sita erat, septuaginta cubitis eminebat, ita ut ex ea totum templum conspici pos-

δὲ συνῆπτο ταῖς τοῦ ἱεροῦ στοαῖς, εἰς ἀμφοτέρας εἶχε καταβάσεις, δι' ὧν κατιόντες οἱ φρουροὶ (καθῆστο γὰρ ἀεὶ ἐπ' αὐτῆς τάγμα Ῥωμαίων) καὶ διιστάμενοι περὶ τὰς στοὰς μετὰ τῶν ὅπλων ἐν ταῖς ἑορταῖς τὸν δῆμον ὡς μή τι νεωτερισθείη παρεφύλαττον· φρούριον γὰρ ἐπέκειτο τῇ πόλει μὲν τὸ ἱερὸν, τῷ ἱερῷ δὲ ἡ Ἀντωνία. Κατὰ δὲ ταύτην οἱ τῶν τριῶν φύλακες ἦσαν, καὶ τῆς ἄνω πόλεως ἴδιον φρούριον ἦν, τὰ Ἡρώδου βασίλεια. Ἡ Βεζεθὰ δὲ λόφος διῄρητο μὲν, ὡς ἔφην, ἀπὸ τῆς Ἀντωνίας, πάντων δὲ ὑψηλότατος ὢν μέρει τῆς καινῆς πόλεως προσῴκιστο, καὶ μόνος τῷ ἱερῷ κατ' ἄρκτον ἐπεσκότει. Περὶ μὲν δὴ τῆς πόλεως καὶ τῶν τειχῶν αὖθις εἰπεῖν ἀκριβέστερον ἕκαστα προτεθειμένος ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀποχρώντως εἴρηκα.

ΚΕΦ. Ϛ'.

Τὸ μάχιμον δ' ἐν αὐτῇ καὶ στασιάζον πλῆθος περὶ Σίμωνα μὲν μύριοι ἦσαν, δίχα τῶν Ἰδουμαίων, πεντήκοντα δ' ἡγεμόνες τῶν μυρίων, ἐφ' οἷς οὗτος κύριος τῶν ὅλων. Ἰδουμαῖοι δ' αὐτῷ συντελοῦντες εἰς πεντακισχιλίους ἄρχοντας εἶχον δέκα. Τούτων προὔχειν ἐδόκουν ὅ τε τοῦ Σωσᾶ Ἰάκωβος καὶ Σίμων υἱὸς Καθλᾶ. Ἰωάννης δὲ τὸ ἱερὸν κατειληφὼς ἑξακισχιλίους ὁπλίτας εἶχεν ὑφ' ἡγεμόνας εἴκοσι. Προσεγένοντο δ' αὐτῷ τότε καὶ οἱ ζηλωταὶ, παυσάμενοι τοῦ διαφέρεσθαι, δισχίλιοι μὲν ὄντες καὶ τετρακόσιοι, χρώμενοι δ' ἄρχοντι τῷ καὶ πρότερον Ἐλεαζάρῳ καὶ Σίμωνι τῷ Ἀρί. Πολεμούντων δὲ τούτων, ὡς ἔφαμεν, ἆθλον ὁ δῆμος ἦν ἑκατέρων, καὶ τὸ μὴ συναδικοῦν τοῦ λαοῦ μέρος ὑπ' ἀμφοῖν διηρπάζετο. Κατεῖχε δ' ὁ μὲν Σίμων τήν τε ἄνω πόλιν καὶ τὸ μέγα τεῖχος ἄχρι τοῦ Κεδρῶνος, τοῦ τε ἀρχαίου τείχους ὅσον ἀπὸ τῆς Σιλωᾶς ἀνακάμπτον εἰς ἀνατολὴν, ὃ μέχρι τῆς Μονοβάζου κατέβαινεν αὐλῆς. Βασιλεὺς δ' οὗτος ἦν τῶν ὑπὲρ Εὐφράτην Ἀδιαβηνῶν. Κατεῖχε δὲ καὶ τὴν πηγὴν καὶ τὴν Ἄκραν (αὕτη δ' ἦν ἡ κάτω πόλις) καὶ τὰ μέχρι τῶν Ἑλένης βασιλείων, τῆς τοῦ Μονοβάζου μητρός· ὁ δὲ Ἰωάννης τό τε ἱερὸν καὶ τὰ πέριξ ἐπ' οὐκ ὀλίγον, τόν τε Ὀφλᾶν καὶ τὴν Κεδρῶνα καλουμένην φάραγγα. Τὸ μεταξὺ δὲ τούτων ἐμπρήσαντες τῷ πρὸς ἀλλήλους πολέμῳ χώραν ἀνεῖσαν. Οὐδὲ γὰρ, πρὸς τοῖς τείχεσιν ἐστρατοπεδευμένων Ῥωμαίων, ἔνδον ἡ στάσις ἠρέμει· βραχὺ δὲ πρὸς τὴν πρώτην ὑπονήψαντες ἐκδρομὴν ἀνενόσουν, καὶ κατὰ σφᾶς πάλιν διαστάντες ἐμάχοντο, κατά τε εὐχὴν πάντα τοῖς πολιορκοῦσιν ἔπραττον. Οὔτε γοῦν αὐτοί τι χεῖρον ὑπὸ Ῥωμαίων ἔπαθον ὧν ἀλλήλους ἔδρασαν, οὔτε μετὰ τούτους ἡ πόλις ἐπειράθη καινοτέρου πάθους, ἀλλ' ἡ μὲν χαλεπώτερόν τι πρὸ τοῦ πεσεῖν ἠτύχησεν, οἱ δὲ ἑλόντες αὐτὴν κατώρθωσάν τι μεῖζον. Φημὶ γὰρ ὡς τὴν μὲν πόλιν ἡ στάσις, Ῥωμαῖοι δὲ εἷλον τὴν στάσιν, ἥπερ ἦν πολὺ τῶν τειχῶν ὀχυρωτέρα. Καὶ τὸ μὲν σκυθρωπὸν τοῖς οἰκείοις, τὸ δίκαιον δ' ἄν τις εὐλόγως Ῥωμαίοις προσγράφοι. Νοείτω δ' ὅπῃ τοῖς πράγμασιν ἕκαστος ἄγεται.

set. Qua vero templi porticibus jungebatur, in ambas descensus habebat, per quas descendentes vigiles (semper enim in Antonia erat Romana legio) et variis in locis ad porticus stantes cum armis, festis diebus populum, ne quid novi moveret, observabant: custodia enim urbis erat templum, templi Antonia. Ibi vero erant trium illorum locorum custodes: atque superiori civitati etiam suum erat præsidium, Herodis regia. Bezetha autem collis ab Antonia, uti dixi, divisus erat: quum autem omnium altissimus esset, parti novæ urbis adjunctus erat, templumque ad septemtrionem solus obscurabat. Et de urbe quidem murisque, quum mihi propositum sit alias singula dicendo diligentius persequi, in præsentia satis dixisse videor.

CAP. VI. (XVI.)

Bellicosi autem quotquot in ea erant, et seditiosi de multitudine, circa Simonem quidem erant ad decem millia, præter Idumæos, quinquaginta vero decem millium duces, quibus ipse quasi dominus omnium præerat. Idumæi autem qui a Simone stabant, ad quinque millia, duces decem habebant. Horum principes esse videbantur Sosæ filius Jacobus, et Simon filius Cathlæ. Joannes autem, qui templum occupaverat, sex armatorum millia habebat, sub ducibus viginti. Illi vero tunc etiam zelotæ, depositis discordiis, accesserant, bis mille et quadringenti, sub duce priori Eleazaro et Simone Ari filio. His autem, uti diximus, bellum gerentibus, plebs erat utrique certaminis præmium, populique pars, quæ illorum injuriis non favebat, ab utrisque diripiebatur. Tenebat autem Simon quidem superiorem civitatem, murumque magnum usque ad Cedronem, et antiqui muri quicquid a Siloa flectitur ad orientem, et usque ad Monobazi regiam descendebat. Is autem rex erat Adiabenorum Transeuphratensium. Tenebat etiam fontem et montem Acræ (illa autem est inferior civitas), et omnia usque ad regiam Helenæ, matris Monobazi. Verum Joannes et templum tenebat, et circumcirca omnia non exiguum in spatium, itemque Ophlam et vallem quæ Cedron appellatur. His autem quæ interjacebant incensis, medium bello quod inter se gerebant spatium aperuerunt. Nequaquam enim castris Romanorum prope murum positis intra civitatem quiescebat seditio, sed quum ad primum illorum impetum paulisper sanitatem recepissent, mox in pristinum morbum recidere; et secum ipsi iterum dissidentes pugnabant, et omnia faciebant quæ in votis erant obsidentibus. Nihil enim a Romanis acerbius passi sunt quam quæ ipsi sibi invicem fecerunt, neque post illos civitas aliquid novæ calamitatis experta est: sed illa quidem graviores casus pertulit antequam subverteretur; at qui eam ceperunt, majus quiddam bono illius effectum reddiderunt. Aio enimvero quod civitatem delevit seditio, seditionem sustulerunt Romani, quæ multo validior erat mœnibus: et quicquid triste erat et calamitosum, suis, quod vero æquum et justum merito Romanis adscribi debet. Ex rebus autem ipsis unusquisque judicium ferat.

(IZ'.) β'. Τῶν γε μὴν ἔνδον οὕτω διακειμένων ὁ Τίτος μετ' ἐπιλέκτων ἱππέων περιιὼν ἔξωθεν ᾗ προσβάλλοι τοῖς τείχεσι κατεσκέπτετο. Ἀπορουμένῳ δὲ πάντοθεν (οὔτε γὰρ κατὰ τὰς φάραγγας ἦν που προσιτὸν, καὶ κατὰ θάτερα τὸ πρῶτον τεῖχος ἐφαίνετο τῶν ὀργάνων στερεώτερον) ἐδόκει κατὰ τὸ Ἰωάννου τοῦ ἀρχιερέως μνημεῖον προσβαλεῖν. Ταύτῃ γὰρ τό τε πρῶτον ἦν ἔρυμα χθαμαλώτερον καὶ τὸ δεύτερον οὐ συνῆπτεν, ἀμελησάντων καθ' ἃ μὴ λίαν ἡ καινὴ πόλις συνῴκιστο τειχίζειν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ τρίτον ἦν εὐπέτεια, δι' οὗ τὴν ἄνω πόλιν καὶ διὰ τῆς Ἀντωνίας τὸ ἱερὸν αἱρήσειν ἐπενόει. Ἐν δὲ τούτῳ περιιόντος αὐτοῦ τοξεύεταί τις τῶν φίλων, ὀνόματι Νικάνωρ, κατὰ τὸν λαιὸν ὦμον, ἔγγιον μετὰ τοῦ Ἰωσήπου προσελθὼν, καὶ πειρώμενος εἰρηνικὰ τοῖς ἐπὶ τοῦ τείχους (οὐ γὰρ ἄγνωστος ἦν) διαλέγεσθαι. Διὰ τοῦτο τὰς ὁρμὰς αὐτῶν ἐπιγνοὺς Καῖσαρ, εἰ μηδὲ τῶν ἐπὶ σωτηρίᾳ προσιόντων ἀπέχοιντο, παροξύνεται πρὸς τὴν πολιορκίαν, ἅμα τε τοῖς τάγμασι δῃοῦν τὰ πρὸ τῆς πόλεως ἠφίει καὶ συμφέροντας ἐκέλευσε τὴν ὕλην ἐγείρειν χώματα. Τριχῇ δὲ διατάξας τὴν στρατιὰν, πρὸς τὰ ἔργα μέσους ἵστησι τῶν χωμάτων τούς τε ἀκοντιστὰς καὶ τοξότας, καὶ πρὸ τούτων τοὺς ὀξυβελεῖς καὶ καταπέλτας καὶ τὰς λιθοβόλους μηχανὰς, ὡς τάς τε ἐκδρομὰς εἴργοι τῶν πολεμίων ἐπὶ τὰ ἔργα καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ τείχους κωλύειν πειρωμένους. Κοπτομένων δὲ τῶν δένδρων τὰ προάστεια μὲν ἐν τάχει γεγύμνωτο, συμφερομένων δὲ ἐπὶ τὰ χώματα τῶν ξύλων, καὶ τῆς στρατιᾶς ἁπάσης ἐπὶ τὸ ἔργον ὡρμημένης, οὐδὲ τὰ παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἠρέμει. Τὸν μὲν οὖν δῆμον ἐν ἁρπαγαῖς ὄντα καὶ φόνοις συνέβαινε τότε θαρρεῖν· ἀναπνεύσειν τε γὰρ περισπωμένων πρὸς τοὺς ἔξωθεν ὑπελάμβανον καὶ λήψεσθαι παρὰ τῶν αἰτίων αὐτοὶ δίκας, εἰ Ῥωμαῖοι περιγένοιντο.

(IH'.) γ'. Ἰωάννης δὲ, καίτοι χωρεῖν ἐπὶ τοὺς ἔξω πολεμίους τῶν περὶ αὐτὸν ὡρμημένων, δέει τοῦ Σίμωνος ἔμενεν. Οὐ μὴν ὁ Σίμων ἠρέμει (καὶ γὰρ ἦν ἔγγιον τῇ πολιορκίᾳ), τὰ δὲ ἀφετήρια διίστησιν ἐπὶ τοῦ τείχους, ὅσα Κέστιόν τε ἀφῄρηντο πρότερον καὶ τὴν ἐπὶ τῆς Ἀντωνίας φρουρὰν ἑλόντες ἔλαβον. Ἀλλὰ τούτων μὲν τοῖς πολλοῖς ἀχρεῖος ἡ κτῆσις ἦν δι' ἀπειρίαν, ὀλίγοι δὲ ὑπὸ τῶν αὐτομόλων διδαχθέντες ἐχρῶντο κακῶς τοῖς ὀργάνοις· χερμάσι δὲ καὶ τόξοις τοὺς χωννύντας ἔβαλλον ἀπὸ τοῦ τείχους, καὶ κατὰ συντάξεις ἐκτρέχοντες αὐτοῖς συνεπλέκοντο. Τοῖς δ' ἐργαζομένοις ἦν ἀπὸ μὲν τῶν βελῶν ἡ σκέπη γέρρα χαρακωμάτων ὑπερτεταμένα, τὰ δ' ἀφετήρια πρὸς τοὺς ἐκθέοντας· θαυμαστὰ δὲ πᾶσι μὲν κατεσκεύαστο τοῖς τάγμασι, διαφόρως δὲ τῷ δεκάτῳ βιαιότεροί τε ὀξυβελεῖς καὶ μείζονα λιθοβόλα, δι' ὧν οὐ μόνον τὰς ἐκδρομὰς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπὶ τοῦ τείχους ἀνέτρεπον. Ταλαντιαῖοι μὲν γὰρ ἦσαν οἱ βαλλόμενοι πέτροι, δύο δὲ καὶ πλεῖον ἀπῄεσαν σταδίους· ἡ πληγὴ δὲ οὐ τοῖς προεντυχοῦσι μόνον, ἐπὶ πολὺ δὲ καὶ τοῖς μετ' ἐκείνους ἦν ἀνυπόστα-

(XVII.) 2. Ceterum quum res intra civitatem ita se haberent, Titus cum lectis equitibus foris eam circumiens, qua impressionem faceret in mœnia, dispiciebat. Hæsitanti autem undique (neque enim qua valles erant adiri poterat, et ab alio latere primus murus firmior videbatur machinis) placuit ad Joannis pontificis monumentum urbem oppugnare. Hac enim parte et primum munimentum erat humilius, et secundum non conjungebatur, quod insuper haberent munitiones facere, qua nova urbs incolis minus frequentaretur: sed facilis illac erat aditus tertium in murum, per quem superiorem civitatem, perque Antoniam templum capi posse cogitabat. Interea autem dum ille perlustraret, quidam ex amicis ejus, Nicanor nomine, lævo humero sagitta percutitur, quum propius una cum Josepho accessisset, pacemque in muro stantibus suadere tentaret, ut qui non ignotus esset. Quapropter Cæsar, quum animos illorum cognovisset, quod ne ab iis quidem abstinerent, qui ipsorum in salutem ad eos accederent, ad obsidionem incitatur: simulque suburbana militibus vastare permittebat, materiamque comportari et aggeres erigi jussit. Quum autem exercitum trifariam ad opera divisisset, medios in aggeribus jaculatores et sagittarios constituebat, et ante eos scorpiones et catapultas et ballistas, quibus et excursus hostium in opera arceret, et eos qui ex muris illa impedire satagerent. Cæsis autem arboribus illico nudata erant suburbana, quumque ligna comportata essent ad aggeres et totus operi manus admoveret exercitus, nequaquam otium agebatur apud Judæos. Et populo quidem, qui in mediis erat rapinis et cædibus, tunc contigit audaciam sumere: nam et se respiraturos esse existimabant, quum inimici adversus externos undique occuparentur, pœnasque se ab noxiis repetituros, si superiores fierent Romani.

(XVIII.) 3. Joannes autem, quamvis in hostes qui foris erant socii ipsius irrumpere properarent, metu tamen Simonis se continebat. Verum Simon non quiescebat; quippe propior erat obsidentibus: machinas autem bellicas per muros disponit, et quas Cestio olim abstulerant, et quas capto Antoniæ præsidio nacti erant. Sed ex iis quidem penes ipsos plerique nihil profecerunt, propter imperitiam; pauci autem a transfugis edocti male utebantur organis: verum lapidibus et sagittis aggerem jacientes e muris feriebant, perque cuneos excurrentes cum illis manus conserebant. Operariis autem tegumento erant crates super vallos expansæ, contraque excursus oppositæ erant machinæ: et omnibus quidem legionibus egregiæ paratæ erant, præcipue vero decimæ scorpiones vehementiores, ballistæque majores, quibus non solum irruentes, sed etiam super muros stantes prosternebant. Talenti quidem pondere erant lapides qui mittebantur, duo autem et amplius stadia pervadebant: atque ictus ipse non iis modo quibus primis incidebat, sed et longe retrorsum stantibus erat intolerabilis. Ceterum

τος. Οἵ γε μὴν Ἰουδαῖοι τὸ πρῶτον ἐφυλάττοντο τὴν πέτραν (λευκὴ γὰρ ἦν), ὥστε μὴ τῷ ῥοίζῳ σημαίνεσθαι μόνῳ, ἀλλὰ καὶ τῇ λαμπρότητι προορᾶσθαι. Σκοποὶ οὖν αὐτοῖς ἐπὶ τῶν πύργων καθεζόμενοι προσεμήνυον, ὁπότε σχασθείη τὸ ὄργανον καὶ ἡ πέτρα φέροιτο, τῇ πατρίῳ γλώσσῃ βοῶντες, ὁ ἰὸς ἔρχεται. Διίσταντο δὲ καθ' οὓς ἤει καὶ προκατεκλίνοντο. Συνέβαινε δὲ φυλαττομένων ἄπρακτον διεκπίπτειν τὴν πέτραν. Ἀντεπινοοῦσι δὲ Ῥωμαῖοι μελαίνειν αὐτήν. Τότε γὰρ οὐκέθ' ὁμοίως προορωμένης ηὐστόχουν καὶ πολλοὺς ἅμα μιᾷ βολῇ διέφθειραν. Ἀλλ' οὐδὲ κακούμενοι μετ' ἀδείας παρεῖχον Ῥωμαίοις ἐγείρειν τὰ χώματα· πάσῃ δ' ἐπινοίᾳ καὶ τόλμῃ χρώμενοι καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν εἶργον.

(ΙΘ'.) δ'. Τῶν δ' ἔργων συντετελεσμένων, μολιβδίδι μὲν καὶ λίνῳ διαμετροῦσιν οἱ τέκτονες τὸ διάστημα πρὸς τὸ τεῖχος, ἀπὸ τῶν χωμάτων ῥίψαντες· οὐ γὰρ ἐνῆν ἄλλως ἄνωθεν βαλλομένοις. Εὑρόντες δ' ἐξικνεῖσθαι δυναμένας τὰς ἑλεπόλεις προσῆγον, καὶ Τίτος, ἐγγυτέρω τὰ ἀφετήρια διαστήσας, ὡς μὴ τοὺς κριοὺς εἴργοιεν ἀπὸ τοῦ τείχους, ἐκέλευσε τύπτειν. Τριχόθεν δ' ἐξαισίου κτύπου περιηχήσαντος αἰφνιδίως τὴν πόλιν, κραυγή τε παρὰ τῶν ἔνδον ἤρθη καὶ τοῖς στασιασταῖς ἴσον ἐμπίπτει δέος. Κοινὸν δ' ἑκάτεροι τὸν κίνδυνον ἰδόντες κοινὴν ἐπενόουν ἤδη ποιεῖσθαι καὶ τὴν ἄμυναν. Διαβοώντων δὲ πρὸς ἀλλήλους τῶν διαφόρων ὡς πάντα πράττοιεν ὑπὲρ τῶν πολεμίων, δέον, εἰ καὶ μὴ διηνεχῆ δίδωσιν αὐτοῖς ὁμόνοιαν ὁ Θεὸς, ἐν γοῦν τῷ παρόντι τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίαν ὑπερθεμένους κατὰ Ῥωμαίων συνελθεῖν, κηρύσσει μὲν ἄδειαν ὁ Σίμων τοῖς ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ παρελθεῖν ἐπὶ τὸ τεῖχος, ἐπιτρέπει δὲ καίπερ ἀπιστῶν ὁ Ἰωάννης. Οἱ δὲ τοῦ μίσους καὶ τῶν ἰδίων διαφορῶν λαβόντες ἀμνηστίαν ἓν σῶμα γίνονται, καὶ τὸ μὲν τεῖχος περισχόντες ἀπ' αὐτοῦ πυρά τε παμπληθῆ κατὰ τῶν μηχανημάτων ἐνίεσαν καὶ τοὺς ἐπιβρίθοντας τὰς ἑλεπόλεις ἀδιαλείπτως ἔβαλλον. Οἱ τολμηρότεροι δὲ κατὰ στίφη προπηδῶντες τὰ γέρρα τῶν μηχανημάτων ἐσπάραττον, καὶ τοῖς ἐπ' αὐτῶν προσπίπτοντες ἐπιστήμῃ μὲν ἐπ' ὀλίγα, τόλμῃ δὲ τὰ πλείω περιεγένοντο. Προσεβοήθει δὲ τοῖς πονοῦσιν αὐτὸς ἀεὶ Καῖσαρ, καὶ παρ' ἑκάτερον τῶν ὀργάνων τούς τε ἱππέας καὶ τοὺς τοξότας διαστήσας εἶργε μὲν τοὺς τὸ πῦρ ἐπιφέροντας, ἀνέστελλε δὲ τοὺς ἀπὸ τῶν πύργων βάλλοντας, ἐνεργοὺς δὲ ἐποίει τὰς ἑλεπόλεις. Οὐ μὴν ταῖς πληγαῖς ὑπήκουε τὸ τεῖχος, εἰ μὴ καθ' ὅσον ὁ τοῦ πεντεκαιδεκάτου τάγματος κριὸς γωνίαν διεκίνησε πύργου· τὸ δὲ τεῖχος ἀκέραιον ἦν· οὐδὲ γὰρ εὐθέως συνεκινδύνευε τῷ πύργῳ προὔχοντι πολὺ καὶ μὴ δυναμένῳ συναπορρῆξαί τι ῥᾳδίως τοῦ περιβόλου.

ε'. Παυσάμενοι δὲ τῶν ἐκδρομῶν πρὸς ὀλίγον καὶ τοὺς Ῥωμαίους ἐπιτηρήσαντες ἐσκεδασμένους ἐπὶ τὰ ἔργα καὶ κατὰ τὰ στρατόπεδα (καμάτῳ γὰρ ἀναχωρῆσαι καὶ δέει τοὺς Ἰουδαίους ἠξίουν), ἐκθέουσι κατὰ τὸν Ἱππικὸν πύργον διὰ πύλης ἀφανοῦς πάντες, πῦρ τε τοῖς

Judæi primum cavebant a lapidibus, nam candidi erant, adeo ut non tantum stridore prænoscerentur, sed et ex splendore præviderentur. Itaque speculatores turribus insidentes prænunciabant, quando impelleretur machina, saxumque ferretur, patria lingua clamantes, Missile venit. In partes itaque discedebant in quos veniret, humique procumbebant. Quo factum est illis ut, sibimet caventibus, lapides irriti caderent. Proinde Romanis in mentem veniebat illos denigrare. Tunc enim, quum non amplius, ut ante, præviderentur, ita cadebant ut vellent, simulque multos uno jactu occidebant Romani. Neque vero Judæi, multa licet gravia perpessi, illis permittebant aggeres secure erigere : sed commenta omnia cum audacia conjuncta adhibentes, die noctuque eos arcebant.

(XIX.) 4. Perfectis autem operibus plumbo quidem et lino ab aggeribus jacto fabri dimetiuntur spatium quod inter aggeres et muros intercedebat : nec enim alioqui id fieri poterat, quoniam desuper telis petebantur. Compertoque helepoles eousque posse pertingere, eas adducebant : atque Titus, quum propius machinas disposuisset, ne arietes a muro arcerentur, ferire jussit. Tribus vero e locis ingenti fragore subito circumsonante civitatem, clamor ab iis qui intus erant sublatus est, similiterque seditiosos pavor invasit. Quumque periculum utrisque commune vidissent, in animum tum inducebant etiam junctis viribus illud depellere. Clamantibus autem ad se invicem ex utraque factione, quod faciant omnia pro hostibus, quum oporteret, si non perpetuam illis concordiam daret Deus, in præsenti saltem inimicitias inter se deponere et contra Romanos conspirare : Simon quidem per præconem facit potestatem e templo ad murum secure egrediendi ; id vero Joannes, licet diffideret, permittit. Adeoque odiorum ac discordiarum suarum obliti in unum corpus coeunt, et in muros circumfusi faces inde quamplurimas contra machinas jaciebant, atque eos, qui helepoles degravabant, sine intermissione telis impetebant. Audaciores vero catervatim prosilientes crates machinarum dilacerabant, eosque qui illis præerant adorti parum quidem ex peritia, maxime vero fortiter audendo superiores erant. Titus autem ipse nunquam cessabat laborantibus opem ferre, quumque ab utroque machinarum latere equites et sagittarios disposuisset, ignem quidem ferentes arcebat, a turribus vero jaculantes reprimebat, copiamque faciebat helepoli vires suas exercendi. Haud tamen murus ictibus cedebat, nisi quod decimæ quintæ legionis aries turris angulum dimovit, muro stante incolumi : non enim statim discrimen adiit cum turri, quæ multo altius eminebat ; nec facile poterat quidquam muri secum abrumpere.

5. Quum autem ab excursibus paululum quievissent, observassentque Romanos per opera et castra esse dispersos (existimabant enim Judæos lassitudine aut formidine discessisse), excursionem faciunt omnes juxta turrim Hippicam per portam obscuram, et ignem operibus admovebant,

ἔργοις ἐπιφέροντες καὶ μέχρι τῶν ἐρυμάτων ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους προσελθεῖν ὡρμημένοι. Πρὸς δὲ τὴν κραυγὴν αὐτῶν οἵ τε πλησίον συνίσταντο ταχέως καὶ οἱ πόρρωθεν συνέθεον. Ἔφθανε δ' ἡ Ἰουδαίων τόλμα τὴν Ῥωμαίων εὐταξίαν, καὶ τοὺς προεντυγχάνοντας τρεψάμενοι προσέκειντο τοῖς συλλεγομένοις. Δεινὴ δὲ περὶ τὰς μηχανὰς συμπίπτει μάχη, τῶν μὲν ὑποπιμπράναι, τῶν δὲ κωλύειν βιαζομένων. Κραυγή τε παρ' ἀμφοτέρων ἀσήμαντος ἦν καὶ πολλοὶ τῶν προαγωνιζομένων ἔπιπτον. Ἰουδαῖοι δὲ ὑπερεῖχον ἀπονοίᾳ, καὶ τῶν ἔργων ἥπτετο τὸ πῦρ, καταφλεγῆναί τ' ἂν ἐκινδύνευσε πάντα μετὰ τῶν ὀργάνων, εἰ μὴ τῶν ἀπ' Ἀλεξανδρείας ἐπιλέκτων ἀντέστησαν οἱ πολλοὶ, παρὰ τὴν σφετέραν ὑπόληψιν ἀνδρισάμενοι (καὶ γὰρ τῶν ἐνδοξοτέρων διήνεγκαν κατὰ ταύτην τὴν μάχην), μέχρι Καῖσαρ τοὺς τῶν ἱππέων δυνατωτάτους ἀναλαβὼν ἐμβάλλει τοῖς πολεμίοις. Καὶ δώδεκα μὲν αὐτὸς τῶν προμάχων ἀναιρεῖ, πρὸς δὲ τὸ τούτων πάθος ἐκκλίναντος τοῦ λοιποῦ πλήθους, ἑπόμενος συνελαύνει πάντας εἰς τὴν πόλιν, κἀκ τοῦ πυρὸς διασώζει τὰ ἔργα. Συνέβη δὲ ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ καὶ ζωγρηθῆναί τινα τῶν Ἰουδαίων, ὃν ὁ Τίτος ἀνασταυρῶσαι πρὸ τοῦ τείχους ἐκέλευσεν, εἴ τι πρὸς τὴν ὄψιν ἐνδοῖεν οἱ λοιποὶ καταπλαγέντες. Μετὰ δὲ τὴν ἀναχώρησιν καὶ Ἰωάννης ὁ τῶν Ἰδουμαίων ἡγεμὼν, πρὸ τοῦ τείχους γνωρίμῳ στρατιώτῃ διαλεγόμενος, ὑπό τινος τῶν Ἀράβων κατὰ τοῦ στέρνου τοξεύεται, καὶ παραχρῆμα θνήσκει, μέγιστον τοῖς τε Ἰουδαίοις πένθος καὶ λύπην τοῖς στασιασταῖς ἀπολιπών· καὶ γὰρ κατά τε χεῖρα καὶ συνέσει διάσημος ἦν.

ΚΕΦ. Ζ'.

Τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτὶ ταραχὴ καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἐμπίπτει παράλογος. Τοῦ γὰρ Τίτου πύργους τρεῖς κατασκευάσαι κελεύσαντος πεντηκονταπήχεις, ἵν' ἑκάστου χώματος ἐπιστήσας ἀπὸ τούτων τοὺς ἐπὶ τοῦ τείχους τρέποιτο, συνέβη πεσεῖν αὐτομάτως ἕνα μέσης νυκτός. Μεγίστου δ' ἀρθέντος ψόφου, δέος ἐμπίπτει τῷ στρατῷ, καὶ τοὺς πολεμίους ἐπιχειρεῖν σφίσι δόξαντες ἐπὶ τὰ ὅπλα πάντες ἔθεον. Ταραχὴ δὲ τῶν ταγμάτων καὶ θόρυβος ἦν, καὶ τὸ συμβὰν οὐδενὸς εἰπεῖν ἔχοντος, ἐπὶ πλεῖστον ἀπορούμενοι διεφέροντο, μηδενός τε φαινομένου πολεμίου δι' ἀλλήλων ἐπτοοῦντο, καὶ τὸ σύνθημα μετὰ σπουδῆς ἕκαστος τὸν πλησίον ἐπηρώτα, καθάπερ Ἰουδαίων ἐμβεβηκότων εἰς τὰ στρατόπεδα. Πανικῷ τε δείματι κυκλουμένοις παρεῴκεσαν, ἄχρι μαθὼν τὸ συμβὰν Τίτος διαγγέλλειν ἐκέλευσε πᾶσι καὶ μόλις ἐπαύσαντο τῆς ταραχῆς.

β'. Ἰουδαίους γε μὴν πρὸς τὰ λοιπὰ καρτερῶς ἀντέχοντας ἐκάκωσαν οἱ πύργοι· καὶ γὰρ τῶν ὀργάνων τοῖς κουφοτέροις ἀπ' αὐτῶν ἐβάλλοντο καὶ τοῖς ἀκοντισταῖς καὶ τοξόταις καὶ λιθοβόλοις. Οὔτε δὲ τούτων αὐτοὶ διὰ τὸ ὕψος ἐφικνοῦντο, καὶ τοὺς πύργους ἦν ἀμήχανον ἑλεῖν, μήτε ἀνατραπῆναι ῥᾳδίως διὰ τὸ βρῖθος μήτ'

et usque ad castrorum munimenta in Romanos facto impetu ferebantur. Quumque ab illis sublatus esset clamor, et qui prope erant statim conveniebant, et qui procul aberant concurrebant. Romanorum autem disciplinam præveniebat Judæorum audacia, illisque in quos primos inciderant in fugam versis, instabant illis qui se collegerunt. Gravis tum circa machinas pugna commissa est, illis quidem incendere, his vero incendium prohibere vi nitentibus. Incertusque clamor utrinque tollebatur, et multi, qui in fronte steterant, ceciderunt. At vero Judæi salutis desperatione incitati superabant, et opera corripuit ignis, parumque aberat quin omnia cum machinis incensa fuissent, nisi lecti de Alexandrinis viri restitissent plerique, rebus præter opinionem suam strenue gestis (nam in hac dimicatione celeris præstabant ipsis præclarioribus), donec Cæsar, equitum valentissimis secum assumptis, in hostes irruit. Et ipse quidem sternit duodecim propugnatores : metu autem cladis illorum cetera multitudine in fugam versa, insequens omnes in urbem compulit, atque opera incendio liberavit. In hoc autem prælio contingebat ut Judæorum quidam vivus caperetur, quem Titus pro muris cruci affigi jussit, eo consilio ut reliqui hoc spectaculo exterriti paullum se inclinarent. Post discessum vero etiam Joannes dux Idumæorum, cognito sibi Romano militi ante muros sermonem conserens, ab Arabe quodam pectus sagitta percutitur et continuo moritur, magnumque et Judæis luctum et seditiosis mœrorem reliquit; nam et manu promptus erat, et consilio insignis.

CAP. VII. (XX.)

Nocte vero quæ sequuta est inopinata inter Romanos coorta est trepidatio. Nam quum tres turres quinquagenorum cubitorum Titus construi præcepisset, ut, his per aggeres singulos positis, inde hostes in muro stantes in fugam verteret, accidit ut nocte media una sponte sua rueret. Maximo autem edito sonitu metus occupat exercitum : atque hostes in eo esse ut ipsos adorirentur suspicati, ad arma decurrunt omnes. Inde trepidatio in legionibus ac tumultus erat; et quum nemo quid accidisset dicendo esset, diu consilii inopes alius aliud opinabantur; quumque hostes in illorum conspectum minime venirent, suimetipsorum in metu esse cœperunt, signumque diligenter singuli a proximis requirebant, ac si Judæi in castra invasissent. Imo visi sunt Panico terrore circumdari, donec Titus, cognito quod acciderat, rem omnibus indicari jussit : eoque facto vix trepidare desierunt.

2. Atqui Judæos cetera fortiter sustinentes male habuerunt turres : nam et machinis levioribus inde feriebantur, insuper et a jaculatoribus ac sagittariis et funditoribus. Verum ipsi ad eos propter celsitudinem pertingere non potuerunt : neque turres erant captu, neque faciles eversu propter gravitatem, neque incensu propter fer-

ἐμπρησθῆναι διὰ τὸν σίδηρον δυναμένους, ᾧ κατεκαλύπτοντο. Τρεπόμενοι δ' ἐξωτέρω βέλους οὐκέτ' ἐκώλυον τῶν κριῶν τὰς ἐμβολάς, οἳ ἀδιαλείπτως παίοντες ἤνυον κατ' ὀλίγον. Ἤδη δὲ τῷ Νίκωνι τοῦ τείχους ἐνδιδόντος (αὐτοὶ γὰρ τοῦτο Ἰουδαῖοι τὴν μεγίστην ἐκάλεσαν Ῥωμαίων ἑλέπολιν, ἀπὸ τοῦ πάντα νικᾶν), ἀπέκαμνον μὲν πάλαι πρός τε τὰς μάχας καὶ τὰς φυλακὰς πόρρωθεν τῆς πόλεως διανυκτερεύοντες, ἄλλως δ' ὑπὸ ῥᾳστώνης καὶ τοῦ βουλεύεσθαι πάντα κακῶς περιττὸν αὐτοῖς δόξαν φυλάττειν τὸ τεῖχος, ἑτέρων μετ' αὐτὸ λειπομένων δύο, μαλακισθέντες ἀνεχώρουν οἱ πολλοί. Καὶ τῶν Ῥωμαίων ἐπιβάντων καθ' ἃ παρέρρηξεν ὁ Νίκων, καταλιπόντες τὰς φυλακὰς πάντες εἰς τὸ δεύτερον τεῖχος ἀναφεύγουσιν. Οἱ δὲ ὑπερβάντες, τὰς πύλας ἀνοίξαντες, πᾶσαν εἰσδέχονται τὴν στρατιάν. Καὶ Ῥωμαῖοι μὲν οὕτω τοῦ πρώτου τείχους πεντεκαιδεκάτῃ κρατήσαντες ἡμέρᾳ, (ἑβδόμη δ' ἦν Ἀρτεμισίου μηνός), αὐτοῦ τε πολὺ κατασκάπτουσι καὶ τὰ προσάρκτια τῆς πόλεως, ἃ καὶ πρότερον Κέστιος.

(ΚΑ'.) γ'. Μεταστρατοπεδεύεται δὲ Τίτος ἔσω κατὰ τὴν Ἀσσυρίων παρεμβολὴν καλουμένην, ἐπισχὼν πᾶν τὸ μεταξὺ μέχρι τοῦ Κεδρῶνος, ἀπὸ δὲ τοῦ δευτέρου τείχους ὅσον ἐξωτέρω βέλους εἶναι προσβολὰς εὐθέως ἐποιεῖτο. Μερισθέντες δ' οἱ Ἰουδαῖοι καρτερῶς ἀπημύνοντο τοῦ τείχους, οἱ μὲν περὶ τὸν Ἰωάννην ἀπό τε τῆς Ἀντωνίας καὶ τῆς προσαρκτίου στοᾶς τοῦ ἱεροῦ καὶ πρὸ τῶν Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως μνημείων μαχόμενοι, τὸ δὲ τοῦ Σίμωνος τάγμα τὴν παρὰ τὸ Ἰωάννου μνημεῖον ἐμβολὴν διαλαβόντες ἐφράξαντο μέχρι πύλης καθ' ἣν τὸ ὕδωρ ἐπὶ τὸν Ἱππικὸν πύργον εἰσῆκτο. Προπηδῶντες δὲ πολλάκις ἐκ τῶν πυλῶν συστάδην ἐπολέμουν, καὶ συνδιωχθέντες ἐπὶ τοῦ τείχους κατὰ μὲν τὰς συμπλοκὰς ἡττῶντο, τῆς Ῥωμαίων ἐπιστήμης ὄντες ἄπειροι, περιῆσαν δὲ ταῖς τειχομαχίαις. Καὶ τοὺς μὲν ἰσχὺς μετ' ἐμπειρίας παρεκρότει, Ἰουδαίους δὲ τόλμα δέει τρεφομένη καὶ τὸ φύσει καρτερικὸν ἐν συμφοραῖς. Προσῆν δ' ἐλπὶς ἔτι σωτηρίας, ᾗ καὶ Ῥωμαίοις τοῦ ταχέως κρατήσειν· οὐδετέρων δὲ ἥπτετο κόπος, ἀλλὰ προσβολαὶ καὶ τειχομαχίαι, καὶ κατὰ λόχους ἐκδρομαὶ συνεχεῖς δι' ὅλης ἡμέρας ἦσαν, οὐδέ ἐστιν ἥτις ἰδέα μάχης ἀπελείπετο. Νὺξ δ' ἀνέπαυε μόλις ἕωθεν ἀρχομένους· ἦν δὲ ἄυπνος ἀμφοτέροις ἡ νὺξ, καὶ χαλεπωτέρα τῆς ἡμέρας, δέει τῶν μὲν ὅσον οὔπω καταληφθήσεσθαι τὸ τεῖχος, τῶν δὲ ἐπιθήσεσθαι Ἰουδαίους τοῖς στρατοπέδοις. Ἔν τε τοῖς ὅπλοις ἑκάτεροι διανυκτερεύοντες ὑπὸ τὰς πρώτας αὐγὰς ἕτοιμοι πρὸς μάχην ἦσαν. Καὶ παρὰ μὲν Ἰουδαίοις ἔρις ἦν ὅστις προκινδυνεύσας χαρίσαιτο τοῖς ἡγεμόσι, μάλιστα δὲ τοῦ Σίμωνος αἰδὼς ἦν καὶ δέος, οὕτω τε προσεῖχεν ἕκαστος αὐτῷ τῶν ὑποτεταγμένων, ὡς καὶ πρὸς αὐτοχειρίαν ἑτοιμότατος εἶναι κελεύσαντος. Ῥωμαίοις δὲ ἐπ' ἀνδρείαν ἦν προτροπὴ τοῦ τε κρατεῖν ἔθος καὶ ἥττης ἀήθεια, συνεχεῖς τε στρατεῖαι καὶ διηνεκεῖς μελέται, καὶ μέγεθος ἡγεμονίας· πρὸ δὲ πάντων Τίτος, ἀεὶ πᾶσι πανταχοῦ

rum quo tegebantur. Ultra autem teli jactum fugientes non amplius imminutum ibant arietum impetum, qui sine intermissione ferientes paulatim aliquid proficiebant. Muro autem Niconi tandem cedente (ita enim ipsi Judæi maximam Romanorum helepolin vocarunt, quod omnia vinceret), antea quidem defessi erant pugnando et vigilando, longe ab urbe pernoctantes, ceteroqui negligentia, vel quod male omnino consulerent, sibi superfluum esse credentes murum custodire, quum alia duo post illud munimenta ipsis superessent, plerique languidi facti recesserunt. Quumque Romani, qua Nicon murum perruperat, ascendissent, Judæi omnes desertis custodiis ad murum secundum se recipiunt. Qui vero muros transgressi erant, quum portas aperuissent, exercitum omnem intromiserunt. Et Romani quidem muro primo ita potiti sunt die decima quinta quæ septima erat mensis Artemisii, et partem ejus magnam diruunt et septemtrionalia civitatis, quæ etiam prius Cestius.

(XIX.) 3. Titus autem ad interiora muri castra transfert, in locum qui Assyriorum castra vocatus erat, occupato omni inde usque ad Cedronem spatio; quantumque erat extra teli jactum a muro secundo, oppugnationem statim aggrediebatur. Judæi autem in duas partes divisi bellum mœnibus fortiter propulsarunt, Joannes quidem cum suis ex Antonia et templi porticu septemtrionali et ab Alexandri monumento pugnantes; Simonis vero manus, aditu juxta monumenta Joannis occupato, omnia præsidio munierunt usque ad portam, qua in Hippicam turrim aqua inducta erat. Sæpe autem prosilientes e portis cominus dimicabant, compulsique intra muros in conflictibus quidem superabantur, scientiæ Romanorum militaris imperiti; quum autem e muris pugnarent, eos vincebant. Atque hos quidem incitabant vires cum peritia conjunctæ; Judæos vero audacia ex metu aucta, et naturalis in calamitatibus ferendis patientia. Ad hæc autem istis suberat spes salutis, et Romanis citæ victoriæ: neutrique fatiscebant; sed continuæ fiebant impressiones murorumque oppugnationes, et excursus crebri per cuneos totis diebus: nec pugnæ species ulla erat quam non tentabant. Vixque a solis ortu pugnantibus concessum erat nocte quiescere: sed utrisque insomnis erat nox, dieque gravior; his quidem jamjam expugnatum iri murum metuentibus, illis vero ne Judæi castra invaderent. Atque in armis utrique pernoctantes, a primo diluculo pugnæ parati erant. Et Judæi quidem certabant, quis primus periculum adiret iniretque gratiam a ducibus: maxime vero Simonis reverentia ac metus eos commovebat; adeoque singuli ejus sub imperio eum colebant, ut ad semet quoque interficiendos parati fuissent si hoc ille jussisset. Romanos autem ad se strenue gerendos hortabatur et vincendi consuetudo, quodque vinci nescii essent, crebræque militiæ et exercitationes perpetuæ, imperiique magnitudo: ante omnia vero Titus, qui semper

παρατυγχάνων. Τότε γὰρ μαλακισθῆναι, παρόντος καὶ συναγωνιζομένου Καίσαρος, δεινὸν ἐδόκει, καὶ τῷ καλῶς ἀγωνισαμένῳ μάρτυς αὐτὸς ὁ καὶ τιμήσων παρῆν· κέρδος δ' ἦν ἤδη καὶ τὸ γνωσθῆναι Καίσαρι γενναῖον ὄντα. Διὰ τοῦτο πολλοὶ τῆς κατὰ σφᾶς ἰσχύος ἀμείνους τῇ προθυμίᾳ διεφάνησαν. (ΚΒ'.) Παραταξαμένων γοῦν κατὰ ταύτας τὰς ἡμέρας τῶν Ἰουδαίων πρὸ τοῦ τείχους καρτερῷ στίφει, καὶ διακοντιζομένων ἔτι πόρρωθεν τῶν ταγμάτων ἑκατέρων, Λογγῖνός τις τῶν ἱππέων ἐξαλλόμενος τῆς Ῥωμαϊκῆς τάξεως ἐμπηδᾷ τῇ μέσῃ τῶν Ἰουδαίων φάλαγγι· καὶ διασκεδασθέντων πρὸς τὴν ἐμβολὴν δύο τοὺς γενναιοτάτους ἀναιρεῖ, τὸν μὲν κατὰ στόμα πλήξας ὑπαντιάσαντα, τὸν δ' ἀνασπάσας ἐκ τοῦ προτέρου τὸ δόρυ κατὰ πλευρὰν διαπείρει τραπόμενον, ἐκ μέσων τε τῶν πολεμίων πρῶτος εἰς τοὺς σφετέρους ἔδραμεν. Ὁ μὲν οὖν δι' ἀρετὴν ἐπίσημος ἦν, ζηλωταὶ δὲ τῆς ἀνδρείας ἐγίνοντο πολλοί. Καὶ οἱ Ἰουδαῖοι μὲν ἀμελοῦντες τοῦ παθεῖν τὸ διαθεῖναι μόνον ἐσκόπουν, ὅ τε θάνατος αὐτοῖς ἐδόκει κουφότατος, εἰ μετὰ τοῦ κτεῖναί τινα τῶν πολεμίων προσπέσοι. Καῖσαρ δὲ τῆς τῶν στρατιωτῶν ἀσφαλείας οὐχ ἧττον τοῦ κρατεῖν προυνόει, καὶ τὴν μὲν ἀπερίσκεπτον ὁρμὴν ἀπόνοιαν λέγων, μόνην δ' ἀρετὴν τὴν μετὰ προνοίας, καὶ τοῦ μηδὲν τὸν δρῶντα παθεῖν ἐν ἀκινδύνῳ τῷ κατὰ σφᾶς ἐκέλευεν ἀνδρίζεσθαι.

(ΚΓ'.) δ'. Προσάγει δ' αὐτὸς τοῦ βορείου τείχους τῷ μέσῳ πύργῳ τὴν ἑλέπολιν, ἐν ᾧ τῶν Ἰουδαίων τις ἀνὴρ γόης ὄνομα Κάστωρ ἐλόχα μεθ' ὁμοίων δέκα, τῶν λοιπῶν φυγόντων διὰ τοὺς τοξότας. Οὗτοι μέχρι μέν τινος ὑποπτηχότες τοῖς θωρακείοις ἠρέμουν, σαλευομένου δὲ τοῦ πύργου διανίστανται, καὶ προτείνας ὁ Κάστωρ τὰς χεῖρας ὡς ἱκετεύων δῆθεν ἐκάλει τὸν Καίσαρα, καὶ τῇ φωνῇ κατοικτιζόμενος ἐλεῆσαι σφᾶς παρεκάλει. Πιστεύσας δ' ἐξ ἁπλότητος ὁ Τίτος, καὶ μετανοεῖν ἤδη τοὺς Ἰουδαίους ἐλπίσας, ἐπέχει μὲν τοῦ κριοῦ τὴν ἐμβολήν, κωλύει τε τοξεύειν τοὺς ἱκέτας· λέγειν δ' ἐκέλευσεν ὅ τι βούλεται τῷ Κάστορι. Τοῦ δὲ εἰπόντος ἐπὶ δεξιᾷ καταβῆναι θέλειν, ὁ Τίτος συνήδεσθαι μὲν αὐτῷ τῆς εὐβουλίας ἔφη, συνήδεσθαι δ' εἰ πάντες ἤδη τὰ αὐτὰ φρονοῦσι, καὶ τῇ πόλει διδόναι γε πίστιν ἑτοίμως. Τῶν δέκα δὲ οἱ πέντε μὲν αὐτῷ συνυπεκρίνοντο τὴν ἱκετηρίαν, οἱ λοιποὶ δ' οὐκ ἄν ποτε δουλεύσειν Ῥωμαίοις ἐβόων, παρὸν ἐλευθέρους ἀποθανεῖν. Καὶ μέχρι πολλοῦ διαφερομένων ἐτρίβετο μὲν ἡ προσβολή, πέμπων δ' ὁ Κάστωρ πρὸς τὸν Σίμωνα σχολῇ βουλεύεσθαι περὶ τῶν ἐπειγόντων ἔλεγεν, ὡς οὐκ ἐπ' ὀλίγον αὐτὸς διαπαίζοι τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν. Ἅμα δὲ ταῦτα πέμπων καταφανὴς ἦν καὶ τοὺς ἀπειθοῦντας ἐπὶ τὴν δεξιὰν παρακαλῶν. Οἱ δ' ὥσπερ ἀγανακτοῦντες ὑπὲρ τὰ θωρακεῖα διῆράν τε τὰ ξίφη γυμνὰ καὶ τοὺς θώρακας αὐτῶν πλήξαντες ὡς ἀπεσφαγμένοι κατέπεσον. Θάμβος δὲ τὸν Τίτον καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν εἰσῄει τοῦ τῶν ἀνδρῶν παραστήματος, καὶ μὴ δυνάμενοι κάτωθεν ἀκριβῶς τὸ γεγενημένον ἰδεῖν, ἐθαύμαζόν τε τῆς εὐτολμίας αὐτοὺς καὶ τοῦ πάθους

omnibus ubique præsens aderat. Tunc enim turpe videbatur languescere, quum Cæsar pugnæ interesset simulque pugnaret, idemque pulchre decertanti testis fieret qui et remunerator; lucroque jam vertebatur pro viro forti cognosci a Cæsare. Quo factum est ut multi alacriores se ostenderint quam robustiores. (XXII.) Itaque istis diebus, cum Judæi in acie starent valida pro mœnibus, et ab utroque exercitu eminus conjicerentur tela, Longinus quidam eques, ex acie Romana exsiliens, in mediam phalangem Judæorum irruit; illisque hac impressione disjectis, duos e fortissimis perimit, unum quidem ora percussum dum obviam ipsi veniret; alterum vero, dum fugeret, per latus trajectum eodem telo, quod priori extraxerat : et ex mediis hostibus superior ad suos se recipiebat. Atque ita ille ob virtutem insignis erat, æmulique ejus fortitudinis multi exstiterunt. Et Judæi quidem nil morantes quod paterentur, illud tantum curabant quibus malis alios afficerent; morsque illis levissima ducebatur, si quo alio interfecto caderent. Titus autem non minus saluti militum quam victoriæ prospiciebat; et temerarium quidem impetum desperationem vocans, unicam vero fortitudinem, quum quis prudenter et caute nihilque patiendo fortiter ageret, sine suo periculo viros se præstare jussit.

4. (XXIII.) Ipse autem mediæ muri septemtrionalis turri helepolin admoveri curabat, in qua Judæus quidam versutus ac subdolus, Castor nomine, cum decem sui similibus insidias struebat, fugatis ceteris per jacula sagittariorum. Illi quum pavidi sub propugnaculis aliquamdiu quievissent, turri concussa surgunt, manibusque protensis Castor veluti supplex Cæsarem implorabat; et voce miserabili ut sibi parceret obtestabatur. Cui quum Titus pro simplicitate sua fidem habuisset, sperassetque Judæos jam belli pœnitere, arietes quidem ab impulsione cessare jubet, ac sagittarios ferire supplices prohibet; Castori autem præcepit dicere quodcunque vellet. Quumque ille respondisset, ad fœdus se velle descendere, Titus se quidem de bono consilio gratulari dicebat, gratulari vero si omnes in eandem sententiam ire vellent, seque parato animo etiam civitati manus dare. Ex decem autem quinque se supplices esse simulabant : reliqui vero nunquam se Romanis servituros clamabant, dum mori liberis liceat. Quumque diu inter se disceptarent, cessabat oppugnatio. Castor autem nuncios ad Simonem mittens eum monebat, ut, dum otium esset, de rebus urgentibus consilium caperet : non enim paulisper se illudere velle imperatori Romano. Simul autem dum ista mitteret, præ se ferebat illud ipsum agere, ut contranitentes ad pacem hortaretur. Illi vero, velut ægre ferentes, super propugnaculi loricam nudos coruscarunt gladios, percussisque illorum thoracibus tanquam interfecti ceciderunt. At Titus et qui cum eo erant tantam virorum audaciam obstupuêre, quumque ex inferiori loco quod factum erat accurate videre non potuissent, illos et ob fortitudi-

ἠλέουν. Τοξεύει δέ τις ἐν τούτῳ παρὰ τὴν ῥῖνα τὸν Κάστορα, κἀκεῖνος εὐθέως ἀνασπάσας τὸ βέλος ἐπεδείκνυ τῷ Τίτῳ καὶ ὡς οὐ δίκαια πάσχων κατεμέμφετο. Πρὸς δὲ τὸν βαλόντα σχετλιάσας Καῖσαρ ἔπεμπε παρεστῶτα τὸν Ἰώσηπον δοῦναι τῷ Κάστορι δεξιάν. Ἀλλ' ὁ μὲν οὔτ' αὐτὸς ἔφη προσελεύσεσθαι (φρονεῖν γὰρ οὐδὲν ὑγιὲς τοὺς δεομένους) καὶ τοὺς ὡρμημένους τῶν φίλων κατέσχεν. Αἰνείας δέ τις τῶν αὐτομόλων αὐτὸς ἔφη προσελεύσεσθαι. Καὶ τοῦ Κάστορος καλοῦντος, ὅπως δέξαιτό τις καὶ τὸ ἀργύριον ὃ φέρει μεθ' αὑτοῦ, σπουδαιότερον ὁ Αἰνείας διαπετάσας τὸν κόλπον προσέδραμεν. Ἀράμενος δ' ὁ Κάστωρ πέτραν ἐπαφίησιν αὐτῷ, καὶ τούτου μὲν διήμαρτε φυλαξαμένου, τιτρώσκει δὲ στρατιώτην ἕτερον προσελθόντα. Συννοήσας δὲ Καῖσαρ τὴν ἀπάτην πρὸς βλάβης μὲν ἔγνω τὸν ἐν πολέμοις ἔλεον (τὸ γὰρ ἀπηνέστερον ἧττον ὑποπίπτειν τῷ πανούργῳ), τὰς δ' ἐμβολὰς τῆς ἑλεπόλεως ὀργῇ τῆς χλεύης ἐποιεῖτο δυνατωτέρας. Ὑποδιδόντα δὲ τὸν πύργον ἐμπιπρᾶσιν οἱ περὶ τὸν Κάστορα, καὶ διὰ τῆς φλογὸς εἰς τὴν ὑπ' αὐτῷ κρυπτὴν ἁλάμενοι πάλιν δόξαν ἀνδρείας Ῥωμαίοις παρέσχον ὡς ῥίψαντες σφᾶς αὐτοὺς εἰς τὸ πῦρ.

ΚΕΦ. Η'.

Αἱρεῖ δὲ Καῖσαρ ταύτῃ τὸ τεῖχος ἡμέρᾳ πέμπτῃ μετὰ τὸ πρῶτον, καὶ τῶν Ἰουδαίων φυγόντων ἀπ' αὐτοῦ παρέρχεται μετὰ χιλίων ὁπλιτῶν ἔνδον, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν ἐπιλέκτων, καθ' ὃ καὶ τῆς Καινῆς πόλεως ἐριοπώλιά τε ἦν καὶ χαλκεῖα, καὶ ἱματίων ἀγορά, πρὸς δὲ τὸ τεῖχος πλάγιοι κατέτεινον οἱ στενωποί. Εἰ μὲν οὖν ἢ τοῦ τείχους πλέον εὐθέως διέλυσεν, ἢ πολέμου νόμῳ παρελθὼν ἐπόρθει τὸ ληφθέν, οὐκ ἂν οἶμαί τις ἐμίγη βλάβη τῷ κράτει. Νῦν δὲ Ἰουδαίους μὲν ἐλπίσας δυσωπήσειν ἐξὸν κακοῦν τῷ μὴ θέλειν, πρὸς ἀναχώρησιν εὐμαρῆ τὴν εἰσβολὴν οὐκ ἐπλάτυνεν· οὐ γὰρ ἐπιβουλεύσειν οὓς εὐεργετεῖν ὑπελάμβανεν. Παρελθὼν γοῦν οὔτε κτείνειν τινὰ τῶν καταλαμβανομένων ἐπέτρεψεν οὔθ' ὑποπιμπράναι τὰς οἰκίας, ἀλλ' ἅμα μὲν τοῖς στασιασταῖς, εἰ βούλοιντο μάχεσθαι δίχα τῆς τοῦ δήμου βλάβης, ἄδειαν ἐδίδου, τῷ δήμῳ δὲ τὰς κτήσεις ὑπισχνεῖτο δώσειν. Περὶ πλείστου γὰρ ἐποιεῖτο σῶσαι τὴν μὲν πόλιν ἑαυτῷ, τὸν δὲ ναὸν τῇ πόλει. Τὸν μὲν οὖν λαὸν ἕτοιμον εἶχεν εἰς ἃ προὔτρεπε καὶ πάλαι, τοῖς μαχίμοις δὲ ἐδόκει τὸ φιλάνθρωπον ἀσθένεια, καὶ τὸν Τίτον ἀδυναμίᾳ τοῦ τὴν ὅλην πόλιν ἑλεῖν ταῦτα προτείνειν ὑπελάμβανον. Διαπειλοῦντες δὲ τοῖς δημόταις θάνατον εἰ περὶ παραδόσεως μνησθείη τις αὐτῶν, καὶ τοὺς παραφθεγγομένους εἰρήνην ἀποσφάττοντες, ἐπιτίθενται καὶ τοῖς εἰσελθοῦσι Ῥωμαίων, οἱ μὲν κατὰ τοὺς στενωποὺς ὑπαντιάσαντες, οἱ δὲ ἀπὸ τῶν οἰκιῶν, ἄλλοι δ' ἔξω τοῦ τείχους κατὰ τὰς ἄνω προπηδήσαντες πύλας, πρὸς οὓς ταραχθέντες οἱ φρουροὶ τοῦ τείχους καθαλλόμενοι τῶν πύργων ἀνεχώρουν εἰς τὰ στρατόπεδα. Κραυγὴ δ' ἦν τῶν μὲν εἴσω πάντοθεν πολεμίοις

nem mirabantur et ob calamitatem miserabantur. Interea vero Castorem juxta narem quidam sagitta percutit; atque ille, quum statim telum extraxisset, id Tito ostendebat, et iniqua se perpeti querebatur. Cæsar autem, jaculatore increpito, Josepho adstanti mandabat ut dextram daret Castori. Verum ille neque se aditurum respondit, ut qui nihil sani supplices cogitare norit; et amicos qui ire properabant continuit. Æneas autem, quidam e perfugis, sese iturum ad ipsum dicebat. Atque vociferante Castore, ut aliquis etiam argentum exciperet quod secum ferret, studiose magis Æneas aperto sinu accurrebat. Quod quum videret Castor, saxo sublato, illud in eum demisit: et ab ipso quidem aberravit sibimet ab illo cavente, sed alium militem, qui præsens aderat, vulneravit. Cæsar autem, quum fraudem dolumque secum reputasset, intellexit misericordiam quidem in bello nocere (nam haud ita facile a calliditate circumveniri crudelitatem), ob illusionem vero iratus, majore vi helepoles impelli faciebat. Castor autem ejusque socii turrim, quum ictibus jam cederet, incendunt, saltuque per flammas in cuniculos ejus se conjicientes, iterum Romanos in magnam de fortitudine ipsorum opinionem adducebant, tanquam se ignibus tradidissent.

CAP. VIII. (XXIV.)

Cæsar autem hac parte murum capit die quinto post primum: fugatisque inde Judæis, intra murum ingreditur cum mille armatis, lectisque quos circa se habebat, ubi Novæ civitatis lanæ venditores erant, et fabri ærarii, vestiumque mercatus, et ad murum angustæ viæ transversæ tendebant. Et quidem si vel muri partem majorem statim disjecisset, aut lege belli ingressus quod ceperat vastasset, inde nihil damni, uti credo, victoria accepisset. Nunc autem fore sperans ut verecundia Judæorum animos flecteret, si viderent, ipsum quamvis posset, haud tamen gravius quidquam in eos consulere, facilem discessioni aditum non dilatavit: haud enim insidiaturos esse putabat quibus benefacere in animo habuit. Denique postquam ingressus est, vetuit ne comprehensi cæderentur, neve ædes incenderentur: sed tam seditiosis, si pugnare vellent sine populi detrimento, copiam dabat, quam ipsi populo fortunas proprias se redditurum pollicebatur. Plurimi namque faciebat sibi civitatem conservari, templum vero civitati. Et populum quidem ad ea quæ hortabatur et antea paratum habebat, bellicosis autem pro infirmitate ducebatur humanitas, Titumque, quod reliquam civitatem capere non posset, has conditiones proponere existimabant. Mortem autem populo denunciantes si vel mentio facta esset de traditione, eosque jugulantes qui vel nominarent pacem, etiam Romanos urbem ingressos adoriuntur, alii illis per angiportus obviam facti, alii ex ædibus, alii extra muros per superiores portas egressi: quibus perturbati præsidiarii e turribus desilientes in castra revertebantur. Clamor autem militum ubique intra civitatem audiebatur qui ab hostibus cingerentur

κεκυκλωμένων, τῶν δ' ἔξωθεν περὶ τοῖς ἀπολειφθεῖσι δεδοικότων. Πληθύοντες δ' ἀεὶ οἱ Ἰουδαῖοι καὶ πολλὰ πλεονεκτοῦντες κατ' ἐμπειρίαν τῶν στενωπῶν ἐτίτρωσκόν τε πολλοὺς, καὶ προσπίπτοντες ἐξώθουν. Οἱ δὲ κατ' ἀνάγκην τὸ πλέον ἀντεῖχον· οὐ γὰρ ἦν ἀθρόους διαφυγεῖν διὰ στενοῦ τοῦ τείχους· δοκοῦσί τ' ἂν κατακοπῆναι πάντες οἱ παρελθόντες, μὴ προσαμύναντος τοῦ Τίτου. Διαστήσας γὰρ ἐπ' ἄκροις τοῖς στενωποῖς τοὺς τοξότας, καὶ κατὰ τὸν μάλιστα πληθύοντα σταθεὶς αὐτὸς, ἀνέστελλε τοῖς βέλεσι τοὺς πολεμίους, καὶ σὺν αὐτῷ Δομίτιος Σαβῖνος, ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ κατὰ ταύτην φανεὶς τὴν μάχην. Παρέμεινε δὲ συνεχῶς τοξεύων Καῖσαρ, καὶ τοὺς Ἰουδαίους κωλύων παρελθεῖν, μέχρι πάντες ἀνεχώρησαν οἱ στρατιῶται.

β'. Ῥωμαῖοι μὲν οὕτω κρατήσαντες τοῦ δευτέρου τείχους ἐξεώσθησαν· τῶν δ' ἀνὰ τὸ ἄστυ μαχίμων ἐπήρθη τὰ φρονήματα καὶ μετέωροι πρὸς τὴν εὐπραγίαν ἦσαν, οὔτ' ἂν Ῥωμαίους εἰς τὴν πόλιν τολμήσειν ἔτι παρελθεῖν οὔτ' ἂν αὐτοὶ παρελθόντες ἡττηθήσεσθαι δοκοῦντες. Ἐπεσκότει γὰρ αὐτῶν ταῖς γνώμαις διὰ τὰς παρανομίας ὁ Θεὸς, καὶ οὔτε τὴν Ῥωμαίων ἰσχὺν ὅσῳ πλείων κατελείπετο τῆς ἐξελαθείσης ἔβλεπον, οὔτε τὸν ὑφέρποντα λιμὸν αὐτοῖς. Ἔτι γὰρ παρῆν ἐσθίειν ἐκ τῶν δημοσίων κακῶν καὶ τὸ τῆς πόλεως αἷμα πίνειν. Ἔνδεια δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἐπεῖχε πάλαι, καὶ σπάνει τῶν ἐπιτηδείων διελύοντο πολλοί· τὴν δὲ τοῦ λαοῦ φθορὰν ἑαυτῶν οἱ στασιασταὶ κουφισμὸν ὑπελάμβανον. Μόνους γὰρ ἠξίουν σώζεσθαι τοὺς μὴ ζητοῦντας εἰρήνην καὶ κατὰ Ῥωμαίων ζῆν προῃρημένους, τοῦ δ' ἐναντίου πλήθους ὥσπερ ὑπερβάλλοντος βάρους ἥδοντο δαπανωμένων. Τοιοῦτοι μὲν δὴ πρὸς τοὺς ἔνδον ἦσαν· Ῥωμαίους δὲ πάλιν τῆς εἰσόδου πειρωμένους ἐκώλυον φραξάμενοι, καὶ τὸ καταρριφὲν ἀντιτειχίσαντες τοῖς σώμασι. Τρισὶ μὲν ἀντέσχον ἡμέραις καρτερῶς ἀμυνόμενοι, τῇ τετάρτῃ δὲ προσβαλόντα γενναίως Τίτον οὐκ ἤνεγκαν, ἀλλὰ βιασθέντες ᾗ καὶ πρότερον ἀναφεύγουσιν. Ὁ δὲ, πάλιν τοῦ τείχους κρατήσας, τὸ προσάρκτιον μὲν εὐθέως κατέρριψε πᾶν, ἐπὶ δὲ τοῦ κατὰ μεσημβρίαν φρουροὺς τοῖς πύργοις ἐγκαταστήσας, τῷ τρίτῳ προσβάλλειν ἐπενόει.

ΚΕΦ. Θ'.

Δόξαν δ' ἐπανεῖναι πρὸς ὀλίγον τὴν πολιορκίαν, καὶ διωρίαν βουλῆς τοῖς στασιασταῖς παρασχεῖν, εἴ τι πρὸς τὴν καθαίρεσιν ἐνδοῖεν τοῦ δευτέρου τείχους, ἢ καὶ τὸν λιμὸν ὑποδείσαντες (οὐ γὰρ εἰς πολὺ τὰς ἁρπαγὰς αὐτοῖς ἐξαρκέσειν), εἰς δέον κατεχρῆτο τὴν ἄνεσιν. Ἐνστάσης γὰρ τῆς προθεσμίας, καθ' ἣν ἔδει διαδοῦναι τοῖς στρατιώταις τροφὰς, ἐν ἀπόπτῳ τοῖς πολεμίοις ἐκέλευσε τοὺς ἡγεμόνας ἐκτάξαντας τὴν δύναμιν ἀπαριθμεῖν ἑκάστῳ τἀργύριον. Οἱ δ', ὥσπερ ἔθος, ἀποκαλύψαντες τὰ ὅπλα θήκαις ἐσκεπασμένα τέως κατάφρακτοι προσῄεσαν καὶ τοὺς ἵππους ἄγοντες οἱ ἱππεῖς κεκοσμημένους. Ἐπὶ πλεῖστον δὲ τὰ πρὸ τῆς πόλεως ἀργύρῳ

foris autem eorum qui relictis metuebant. Atque magis magisque crescente numero Judæorum, illisque ex notitia angiportuum valde prævalentibus, et multos vulnerabant atque facto in eos impetu repellebant. Illi autem ex necessitate plus resistebant : non enim multis simul fugiendi copia per angustias muri patebat : parumque aberat quin omnes perempti fuissent qui irruerant, nisi Titus eis opem tulisset. Nam quum in extremis angiportuum sagittarios disposuisset, et ipse ubi plus erat multitudinis constitisset, missilibus hostes reprimebat, et cum eo Domitius Sabinus, qui virum fortem se in hac quoque pugna præstitit. Cæsar autem non destitit eos sagittis petere, Judæosque prohibere ne irruerent, donec omnes milites se subduxerant.

2. Romani quidem ita, post secundum murum captum, repulsi erant. Omnes vero in urbe bellicosi animos sustulerunt, et successu elati erant : neque Romanos in urbem irruere ausuros esse, neque se vinci posse si ad prælium irent, persuasum habentes. Nam cæcitatem eorum animis injiciebat Deus ob commissa atque delicta; et neque cernebant quanto Romanis major illâ quæ pulsa fuerat vis superesset, neque famem ipsis obrepentem. Adhuc enim ex malis publicis comedebant, et de sanguine civitatis bibebant. Boni autem jam dudum inopia laborabant, et rerum necessariarum penuria jam multi deficiebant : populi vero interitum seditiosi sibimet in levamen cedere existimabant. Nam solos eos qui pacem aversarentur salvos esse volebant, quique vivere non optarent nisi ut bellum Romanis facerent : contrariam vero multitudinem ut supervacaneum onus consumi gaudebant. Atque ita quidem erga eos qui intus erant se gerebant : Romanos vero, qui iterum ingredi nitebantur, armati prohibebant, partemque muri dejectam corporibus muniebant. Per triduum quidem restiterunt valide dimicantes : quarto vero die Titum fortiter eos adortum non sustinuerunt, sed vi coacti rursum quo antea refugêre. Ille autem, iterum muro potitus, quantum ad septemtrionem quidem spectat statim diruit; partis vero meridionalis turribus præsidio imposito, de tertio muro oppugnando cogitabat.

CAP. IX. (XXV.)

Quum autem ei visum esset obsidionem in breve tempus remittere, spatiumque ad deliberandum seditiosis dare, an aliquid ad deditionem facerent ex secundi muri demolitione, aut etiam famis metu (nec enim diu eis rapinas posse sufficere), cessatione ut commode cederet utebatur. Nam quum dies advenisset quo militibus oportebat alimenta distribui, jussit ducibus ut, copiis in loco hostibus conspicuo ordinatis, pecuniam singulis numerarent. Illi autem, ut solebant, armis eductis ex involucris quibus antea abdita latebant, loricati procedunt, equitibus etiam equos ornatos ducentibus. Loca insuper suburbana per plurimum spatii argento

καὶ χρυσῷ περιελάμπετο, καὶ τῆς ὄψεως ἐκείνης οὐδὲν οὔτε τοῖς σφετέροις ἐπιτερπέστερον οὔτε τοῖς πολεμίοις παρέστη φοβερώτερον. Κατεπλήσθη γὰρ ἀφορώντων τό τε ἀρχαῖον τεῖχος ἅπαν καὶ τοῦ ἱεροῦ τὸ βόρειον κλίμα, τάς τε οἰκίας μεστὰς ἦν προκυπτόντων ὑπεριδεῖν, καὶ τῆς πόλεως οὐδὲν ὃ μὴ κεκάλυπτο πλήθει διεφαίνετο. Κατάπληξις δὲ δεινὴ καὶ τοῖς τολμηροτάτοις ἐνέπεσε τήν τε δύναμιν ἐπὶ τοῦτο πᾶσαν ὁρῶσι καὶ τὸ κάλλος τῶν ὅπλων καὶ τὴν εὐταξίαν τῶν ἀνδρῶν, δοκοῦσί τ' ἄν μοι πρὸς ἐκείνην οἱ στασιασταὶ μεταβαλέσθαι τὴν ὄψιν, εἰ μὴ δι' ὑπερβολὴν ὧν τὸν δῆμον ἔδρασαν κακῶν συγγνώμην παρὰ Ῥωμαίοις ἀπήλπιζον· ἀποκειμένου δὲ τοῦ μετὰ κολάσεως εἰ παύσαιντο, πολὺ κρείττω τὸν ἐν πολέμῳ θάνατον ἡγοῦντο. Καὶ τὸ χρεὼν δ' ἐκράτει τούς τε ἀναιτίους τοῖς αἰτίοις συναπολέσθαι καὶ τῇ στάσει τὴν πόλιν.

β'. Τέσσαρσι μὲν οὖν ἡμέραις οἱ Ῥωμαῖοι καθ' ἕκαστον τάγμα διετέλεσαν τὰς τροφὰς κομιζόμενοι. Τῇ πέμπτῃ δὲ, ὡς οὐδὲν ἀπήντα παρὰ τῶν Ἰουδαίων εἰρηνικὸν, διχῇ διελὼν τὰ τάγματα Τίτος ἤρχετο χωμάτων κατά τε τὴν Ἀντωνίαν καὶ τὸ τοῦ Ἰωάννου μνημεῖον, ταύτῃ μὲν τὴν ἄνω πόλιν αἱρήσειν ἐπινοῶν, τὸ δὲ ἱερὸν κατὰ τὴν Ἀντωνίαν· τούτου γὰρ μὴ ληφθέντος οὐδὲ τὸ ἄστυ κατέχειν ἀκίνδυνον ἦν. Πρὸς ἑκατέρῳ δὴ μέρει δύο ἠγείρετο χώματα, καθ' ἓν ἑκάστου τάγματος. Καὶ τοὺς μὲν παρὰ τὸ μνημεῖον ἐργαζομένους οἵ τε Ἰδουμαῖοι καὶ τὸ μετὰ τοῦ Σίμωνος ὁπλιτικὸν εἶργον ἐπεχθέοντες, τοὺς δὲ πρὸ τῆς Ἀντωνίας οἱ περὶ τὸν Ἰωάννην καὶ τὸ τῶν ζηλωτῶν πλῆθος. Ἐπλεονέκτουν δ' οὐ κατὰ χεῖρα μόνον ἀφ' ὑψηλοτέρων μαχόμενοι, καὶ τοῖς ὀργάνοις δ' ἤδη χρῆσθαι μεμαθηκότες· ἡ γὰρ καθ' ἡμέραν τριβὴ κατὰ μικρὸν ἔθρεψε τὴν ἐμπειρίαν. Εἶχον δ' ὀξυβελεῖς μὲν τριακοσίους, τεσσαράκοντα δὲ τῶν λιθοβόλων, δι' ὧν τὰ χώματα τοῖς Ῥωμαίοις ἐποίουν δυσεργότερα. Καῖσαρ δὲ, σώζεσθαί τε τὴν πόλιν καὶ ἀπόλλυσθαι εἰδὼς ἑαυτῷ, ἅμα καὶ τῇ πολιορκίᾳ προσέκειτο, καὶ τοῦ παραινεῖν Ἰουδαίοις μετάνοιαν οὐκ ἠμέλει. Τοῖς δὲ ἔργοις ἀνέμισγε συμβουλίαν, καὶ πολλάκις γινώσκων ἀνυστικώτερον ὅπλων τὸν λόγον, αὐτούς τε σώζεσθαι παρεκάλει παραδόντας τὴν πόλιν ἤδη παρειλημμένην καὶ τὸν Ἰώσηπον καθίει τῇ πατρίῳ γλώσσῃ διαλέγεσθαι, τάχα ἐνδοῦναι πρὸς ὁμόφυλον δοκῶν αὐτούς.

(ΚϚ'.) γ'. Οὗτος περιιὼν τὸ τεῖχος καὶ πειρώμενος ἐξωτέρω βέλους εἶναι καὶ ἐν ἐπηκόῳ, πολλὰ κατηντιβόλει « φείσασθαι μὲν ἑαυτῶν καὶ τοῦ δήμου, φείσασθαι « δὲ καὶ τῆς πατρίδος καὶ τοῦ ἱεροῦ, μηδὲ γενέσθαι « πρὸς ταῦτα τῶν ἀλλοφύλων ἀπαθεστέρους. Ῥωμαίους μέν γε τοὺς μὴ μετέχοντας ἐντρέπεσθαι τὰ « τῶν πολεμίων ἅγια καὶ μέχρι νῦν τὰς χεῖρας ἐπέχειν, « τοὺς δ' ἐντραφέντας αὐτοῖς κἂν περισωθῇ μόνους « ἕξοντας ὡρμῆσθαι πρὸς ἀπώλειαν αὐτῶν. Ἦ μὴν « τὰ καρτερώτερα μὲν αὐτῶν ὁρᾷν τείχη πεπτωκότα, « λειπόμενον δὲ τὸ τῶν ἑαλωκότων ἀσθενέστερον·

et auro circumquaque lucebant : illoque spectaculo nihil aut suis jucundius erat, aut hostibus plus terroris afferebat. Spectatoribus enim et vetera plena erant mœnia, et templi regio septemtrionalis, atque cernere erat domos prospicientium refertas, omnemque civitatis partem multitudine obsessam tectamque. Gravis autem consternatio etiam audacissimos occupabat, quum copias omnes in locum unum coactas viderent, et armorum pulchritudinem, bonumque militum ordinem. Et mihi videntur seditiosi ista intuendo animos fuisse mutaturi, nisi malorum immanitate quæ in populum commiserant, veniam sibi a Romanis datum iri desperassent : imminente autem, si destitissent, morte cum suppliciis, bello mori longe præstabilius esse ducebant. Prævalebat etiam fatum, quod innocentes cum nocentibus et civitatem cum seditiosis perire decreverat.

2. Et quatriduum quidem consumptum erat a Romanis, dum singulis legionibus distribuunt annonam. Quinto autem die, quum nihil de pace ageretur a Judæis, Titus, legiones bifariam dispartitus, aggeres excitare cœpit, et juxta Antoniam et ad Joannis monumentum : ista quidem parte superiorem civitatem captum iri existimans, et per Antoniam templum : nam nisi hoc captum esset, ne civitatem quidem obtinere sine periculo erat. In utraque igitur parte aggeres erigebantur, a singulis ordinibus singuli. Et ad monumentum quidem operantes prohibebant Idumæi Simonisque milites, incursus in eos facientes : Antoniam vero aggredientibus molestiam facessebant Joannis socii et zelotarum multitudo. Prævalebant autem, non solum quia de superiori loco manibus pugnabant; verum etiam quia machinis jam uti didicerant : paulatim enim usus quotidianus aluit peritiam. Habebant autem scorpiones trecentos et ballistas quadraginta, quibus difficultatem afferebant Romanis in aggeribus exstruendis. Titus autem, sibi et servari civitatem sciens et perditum iri, simul et obsidioni acrius instabat et operam dabat ut Judæos ad sententiam mutandam hortaretur. At factis consilium admiscebat, quumque orationem sæpe armis efficaciorem esse cognosceret, tam ipsos ut salvari vellent rogabat, tradita sibi civitate quæ jam capta videretur, quam et Josephum submittebat, patria lingua verba facturum, fore existimans ut hominis gentilis postulationi nonnihil forsan concederent.

(XXVI.) 3. Hic muros circumiens, idque agens ut extra teli jactum staret et in loco unde exaudiri posset, multis orabat ut sibimet ac populo parcerent, imo et patriæ et fano « parcerent, neque in ea duriori essent animo, quam alie« nigenæ. Romanos quidem, illorum non participes, sa« cra hostium revereri, manusque suas hactenus cohi« bere : ipsos vero in his eductos, solosque ea si salva ma« neant habituros, ad eorum interitum incitari. Quia « potius viderent muros quidem concidisse validiores, ex« pugnatis vero infirmiorem superesse : Romanorumque

« γιγνώσκειν δὲ τὴν Ῥωμαίων ἰσχὺν ἀνυπόστατον, καὶ τὸ δουλεύειν τούτοις οὐκ ἀπείρατον αὐτοῖς. Εἰ γὰρ δὴ καὶ πολεμεῖν ὑπὲρ ἐλευθερίας καλὸν, χρῆναι τὸ πρῶτον· τὸ δ' ἅπαξ ὑποπεσόντας καὶ μακροῖς εἴξαντας χρόνοις, ἔπειτα ἀποσείεσθαι τὸν ζυγὸν, δυσθανατώντων, οὐ φιλελευθέρων εἶναι. Δεῖ μέντοι καὶ δεσπότας ἀδοξεῖν ταπεινοτέρους, οὐχ οἷς ὑπὸ χεῖρα τὰ πάντα. Τί γὰρ Ῥωμαίους διαπεφευγέναι, πλὴν εἰ μή τι διὰ θάλπος ἢ κρύος ἄχρηστον; μεταβῆναι δὲ πρὸς αὐτοὺς πάντοθεν τὴν τύχην, καὶ κατὰ ἔθνος τὸν Θεὸν ἐμπεριάγοντα τὴν ἀρχὴν νῦν ἐπὶ τῆς Ἰταλίας εἶναι. Νόμον γε μὴν ὡρίσθαι καὶ παρὰ θηρσὶν ἰσχυρότατον καὶ παρὰ ἀνθρώποις, εἴκειν τοῖς δυνατωτέροις, καὶ τὸ κρατεῖν παρ' οἷς ἀκμὴ τῶν ὅπλων εἶναι. Διὰ τοῦτο καὶ τοὺς προγόνους αὐτῶν, πολὺ καὶ ταῖς ψυχαῖς καὶ τοῖς σώμασι, ἔτι δὲ καὶ ταῖς ἄλλαις ἀφορμαῖς ἀμείνους ὄντας, εἶξαι Ῥωμαίοις, οὐκ ἂν, εἰ μὴ τὸν Θεὸν ᾔδεσαν σὺν αὐτοῖς, τοῦθ' ὑπομείναντας. Αὐτοὺς δὲ τίνι καὶ πεποιθότας ἀντέχειν, ἑαλωκυίας μὲν ἐκ πλείστου τῆς πόλεως μέρους, τῶν δ' ἔνδον, εἰ καὶ τὰ τείχη παρέμενεν, ἁλώσεως χεῖρον διακειμένων; οὐ γὰρ λανθάνειν Ῥωμαίους τὸν ἐν τῇ πόλει λιμὸν, ᾧ νῦν μὲν τὸν δῆμον, μετ' οὐ πολὺ δὲ διαφθαρήσεσθαι καὶ τοὺς μαχίμους. Εἰ γὰρ δὴ καὶ παύσαιντο Ῥωμαῖοι τῆς πολιορκίας, μηδὲ ἐπεισπίπτοιεν τῇ πόλει ξιφήρεις, αὐτοῖς γε τὸν ἄμαχον πόλεμον ἔνδον παρακαθῆσθαι καθ' ἑκάστην ὥραν τρεφόμενον, εἰ μὴ καὶ πρὸς τὸν λιμὸν ἆραι τὰ ὅπλα καὶ μάχεσθαι δύναιντο, μόνοι τε καὶ παθῶν ἐπικρατεῖν. » Προσετίθει δὲ « ὡς καλὸν πρὸ ἀνηκέστου συμφορᾶς μεταβαλέσθαι καὶ πρὸς τὸ σωτήριον, ἕως ἔξεστι, ῥέψαι. Καὶ γὰρ οὐδὲ μνησικακήσειν αὐτοῖς Ῥωμαίους τῶν γεγενημένων, εἰ μὴ μέχρι τέλους ἀπαυθαδίσαιντο· φύσει τε γὰρ ἐν τῷ κρατεῖν ἡμέρους εἶναι καὶ πρὸ τῶν θυμῶν θήσεσθαι τὸ συμφέρον. Τοῦτο δὲ εἶναι μήτε τὴν πόλιν ἀνδρῶν κενὴν μήτε τὴν χώραν ἔρημον ἔχειν. Διὸ καὶ νῦν Καίσαρα βούλεσθαι δεξιὰν αὐτοῖς παρασχεῖν. Οὐ γὰρ ἂν σῶσαί τινα βίᾳ λαβὼν τὴν πόλιν, καὶ μάλιστα μηδ' ἐν ἐσχάταις συμφοραῖς ὑπακουσάντων παρακαλοῦντι. Τοῦ γε μὴν ταχέως τὸ τρίτον τεῖχος ἁλώσεσθαι τὰ προεαλωκότα πίστιν εἶναι· κἂν ἄρρηκτον δὲ ᾖ τὸ ἔρυμα, τὸν λιμὸν ὑπὲρ Ῥωμαίων αὐτοῖς μάχεσθαι. »

δ'. Ταῦτα τὸν Ἰώσηπον παραινοῦντα πολλοὶ μὲν ἔσκωπτον ἀπὸ τοῦ τείχους, πολλοὶ δ' ἐβλασφήμουν, ἔνιοι δὲ ἔβαλλον. Ὁ δὲ, ὡς ταῖς φανεραῖς οὐκ ἔπειθε συμβουλίαις, ἐπὶ τὰς ὁμοφύλους μετέβαινεν ἱστορίας, « ὦ δείλαιοι, βοῶν, καὶ τῶν ἰδίων ἀμνήμονες συμμάχων, ὅπλοις καὶ χερσὶ πολεμεῖτε Ῥωμαίοις; τίνα γὰρ ἄλλον οὕτως ἐνικήσαμεν; πότε δὲ οὐ Θεὸς ὁ κτίσας, ἂν ἀδικῶνται, Ἰουδαίων ἔκδικος; Οὐκ ἐπιστραφέντες ὄψεσθε πόθεν ὁρμώμενοι μάχεσθε, καὶ πηλίκον ἐμιάνατε σύμμαχον; οὐκ ἀναμνήσεσθε πατέρων ἔργα δαιμόνια, καὶ τὸν ἅγιον τόνδε χῶρον ἡλίκους ἡμῖν

« vires cognoscerent sustineri non posse, hisque servire non esse inexpertum Judæis. Quodsi pulchrum est pro libertate bellare, id olim factum oportuit : at quum semel succubitum est, multisque temporibus concessum imperium, velle deinde excutere jugum, male perire cupientium est, non libertatem amantium. Debere autem dedignari dominos humiliores, non quorum in potestate sint omnia. Quid enim Romanos effugisse, nisi quod propter æstus aut frigora nulli esset usui? imo vero ad eos transiisse undique fortunam, Deumque, per singulas nationes imperium circumagentem, nunc in Italia esse. Ceterum tam feris bestiis quam hominibus legem præfinitam esse validissimam, potentioribus cedere; eosque penes victoriam esse apud quos summa vis armorum. Idcirco etiam majores ipsorum, qui et animis et corporibus, aliisque insuper subsidiis longe ipsis præstiterint, cessisse Romanis : quod sane nunquam perpessi fuissent, nisi Deum ab illis stare compertum habuissent. Ipsos vero qua re fretos resistere? quum maxima quidem ex parte capta sit urbs; inclusos autem, etiamsi muros integros habeant, pejore esse in conditione, quam si excidium passi fuissent. Haud enim latere Romanos, qua fame laboret civitas, et nunc quidem communi populum, brevique fore ut bellatores etiam intereant. Nam etsi Romani ab obsidione desisterent, minimeque strictis gladiis in urbem irrumperent, ipsis tamen bellum insuperabile intus assidere, quod horis singulis ingravescat, nisi contra famem quoque arma sumere et pugnare, solique etiam mala superare possent. » Tum adjiciebat « bonum esse, antequam insanabilis evadat calamitas, sententiam mutare, et, dum liceat, ad salutare consilium ferri. Nec enim in ipsos ante factorum causa infestos vindictæque cupidos fore Romanos, nisi ad extremum in eadem pervicacia duraverint : natura enim eos in victoriis mansuetos esse, suæque iracundiæ prælaturos esse quod utile sit et expediat. Id autem esse, ut neque urbem viris vacuam, neque regionem habeant desertam. Idcirco nunc etiam velle Cæsarem dextram ipsis dare. Nec enim cuiquam salutem daturum si vi ceperit civitatem, præsertim quum in extremis calamitatibus ei ipsos roganti non paruerint. Porro brevi tertium quoque murum captum iri, priores qui capti sint fidem facere : et si inexpugnabile foret munimentum, famem pro Romanis adversus ipsos pugnaturam. »

4. Josephum, dum ista suaderet, multi quidem e muro irridebant, multi vero maledictis excipiebant, nonnulli etiam jaculis appetebant. Ille autem, quum consiliis palam datis minime eos moveret, ad popularium historias transibat, « o miseri, vociferans, vestrorumque auxiliatorum immemores, armis et manibus cum Romanis bellum geritis? quemnam alium hoc modo vicimus? quando autem non Deus conditor Judæorum præstat se vindicem, si injuriam patiantur? Nonne conversi respicietis, unde impetu facto pugnatis, quantumque auxiliatorem violastis? nonne in memoriam revocabitis parentum opera divina, atque locum hunc sanctum, quantosque

« πάλαι πολεμίους καθεῖλεν; Ἐγὼ μὲν φρίττω τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ λέγων εἰς ἀναξίους ἀκοάς· ἀκούετε δ' ὅμως, ἵνα γνῶτε μὴ μόνον Ῥωμαίοις πολεμοῦντες, ἀλλὰ καὶ τῷ Θεῷ. Βασιλεὺς ὁ τότε Νεχαὼς Αἰγυπτίων (ὁ δ' αὐτὸς ἐκαλεῖτο καὶ Φαραὼ) μυρίᾳ χειρὶ καταβὰς ἥρπασε Σάρραν βασιλίδα, τοῦ γένους ἡμῶν τὴν μητέρα. Τί οὖν ὁ ταύτης ἀνὴρ Ἀβράαμος, προπάτωρ δὲ ἡμέτερος; ἆρα τὸν ὑβριστὴν ἠμύνατο τοῖς ὅπλοις, καίτοι ὀκτωκαίδεκα μὲν καὶ τριακοσίους ὑπάρχους ἔχων, δύναμιν δ' ὑφ' ἑκάστῳ τούτων ἄπειρον, ἢ αὐτοὺς μὲν ἐρημίαν ἡγήσατο μὴ συμπαρόντος Θεοῦ, καθαρὰς δ' ἀνατείνας τὰς χεῖρας εἰς ὃν νῦν ἐμιάνατε χῶρον ὑμεῖς, τὸν ἀνίκητον αὐτῷ βοηθὸν ἐστρατολόγησεν; οὐ μετὰ μίαν ἑσπέραν ἄχραντος μὲν αὐτῷ ἡ βασίλισσα ἀνεπέμφθη πρὸς τὸν ἄνδρα, προσκυνῶν δὲ τὸν ὑφ' ὑμῶν αἱμαχθέντα χῶρον ὁμοφύλῳ φόνῳ, καὶ τρέμων ἀπὸ τῶν ἐν νυκτὶ φαντασμάτων, ἔφευγεν ὁ Αἰγύπτιος, ἀργύρῳ δὲ καὶ χρυσῷ τοὺς θεοφιλεῖς Ἑβραίους ἐδωρήσατο; Σιγῶ ἢ εἴπω τὴν εἰς Αἴγυπτον μετοικίαν τῶν πατέρων, οἳ τυραννούμενοι καὶ βασιλεῦσιν ἀλλοφύλοις ὑποπεπτωκότες τετρακοσίοις ἔτεσι, παρὸν ὅπλοις ἀμύνασθαι καὶ χερσί, σφᾶς αὐτοὺς ἐπέτρεψαν τῷ Θεῷ; Τίς οὐκ οἶδε τὴν ἐκ παντὸς θηρίου καταπλησθεῖσαν Αἴγυπτον καὶ πάσῃ φθαρεῖσαν νόσῳ, τὴν ἄκαρπον γῆν, τὸν ἐπιλείποντα Νεῖλον, τὰς ἐπαλλήλους δέκα πληγάς, τοὺς διὰ ταῦτα μετὰ φρουρᾶς προπεμπομένους πατέρας ἡμῶν, ἀναιμάκτους, ἀκινδύνους, οὓς ὁ Θεὸς ἑαυτῷ νεωκόρους ἦγεν; Ἀλλὰ τὴν ὑπ' Ἀσσυρίων ἁρπαγεῖσαν ἁγίαν ἡμῖν λάρνακα οὐχ ἐστέναξε μὲν ἡ Παλαιστίνη καὶ Δαγὼν τὸ ξόανον, ἐστέναξε δὲ πᾶν τὸ τῶν ἁρπασαμένων ἔθνος, σηπόμενοι δὲ τὰ κρυπτὰ τοῦ σώματος, καὶ δι' αὐτῶν τὰ σπλάγχνα μετὰ τῶν σιτίων καταφέροντες, χερσὶ ταῖς λῃσαμέναις ἀνεκόμισαν, κυμβάλων καὶ τυμπάνων ἤχῳ, καὶ πᾶσι μειλικτηρίοις ἱλασκόμενοι τὸ ἅγιον; Θεὸς ἦν ὁ ταῦτα πατράσιν ἡμετέροις στρατηγῶν, ὅτι τὰς χεῖρας καὶ τὰ ὅπλα παρέντες αὐτῷ κρῖναι τὸ ἔργον ἐπέτρεψαν. Βασιλεὺς Ἀσσυρίων Σεναχηρὶμ ὅτε πᾶσαν τὴν Ἀσίαν ἐπισυρόμενος τήνδε περιεστρατοπεδεύσατο τὴν πόλιν, ἆρα χερσὶν ἀνθρωπίναις ἔπεσεν; οὐχ αἱ μὲν ἀπὸ τῶν ὅπλων ἠρεμοῦσαι ἐν προσευχαῖς ἦσαν, ἄγγελος δὲ τοῦ Θεοῦ μιᾷ νυκτὶ τὴν ἄπειρον στρατιὰν ἐλυμήνατο, καὶ μεθ' ἡμέραν ἀναστὰς ὁ Ἀσσύριος ὀκτωκαίδεκα μυριάδας ἐπὶ πεντακισχιλίοις νεκρῶν ηὗρε, μετὰ δὲ τῶν καταλειπομένων ἀνόπλους καὶ μὴ διώκοντας Ἑβραίους ἔφυγεν; Ἴστε δὲ καὶ τὴν ἐν Βαβυλῶνι δουλείαν, ἔνθα μετανάστης ὢν ὁ λαὸς ἔτεσιν ἑβδομήκοντα οὐ πρότερον εἰς ἐλευθερίαν ἀνεχαίτισεν ἢ Κῦρον τοῦτο χαρίσασθαι τῷ Θεῷ. Προὐπέμφθησαν γοῦν ὑπ' αὐτοῦ, καὶ πάλιν τὸν αὐτῶν σύμμαχον ἐνεωκόρουν. Καθόλου δ' εἰπεῖν, οὐκ ἔστιν ὅ τι κατώρθωσαν οἱ πατέρες ἡμῶν τοῖς ὅπλοις, ἢ δίχα τούτων διήμαρτον ἐπιτρέψαντες τῷ Θεῷ. Μένοντες μέν γε κατὰ χώραν ἐνίκων ὡς ἐδό-

« hostes olim nobis e medio sustulit? Ego autem horresco referens facta Dei auditoribus indignis : verumtamen audite, ut cognoscatis non solum cum Romanis vos, sed etiam cum Deo bellum gerere. Nechao, qui tum rex erat Ægyptiorum, idemque Pharao vocabatur, cum infinita manu descendit, reginamque Sarram nostri generis matrem rapuit. Quid igitur vir ejus Abraamus, proavus noster? num injuriæ auctorem ultus est armis, qui trecentos et octodecim præfectos habebat, quorum singulis infinita parebat multitudo, an ipsos pro nihilo esse duxit, si ei præsens non adesset Deus, puris vero manibus ad hunc locum protensis quem vos inquinastis, invictum sibi auxiliatorem ad militiam legit? nonne secunda quidem vespera incorrupta remissa est regina ad maritum; Ægyptius autem, adorans quem vos gentili cæde cruentastis locum, et nocturnis visis expavefactus, aufugit, quum Judæos Deo dilectos auro et argento donasset? Silebo an dicam patrum migrationem in Ægyptum, qui, annos quadringentos tyrannis ac regibus alienigenis subditi, cum armis et manibus ab illis vindicari potuissent, semetipsos Deo permiserunt? Quis nescit Ægyptum feris variis repletam, diversisque morbis ad interitum usque vexatam, terram nullos fructus edentem, Nilumque aqua defectum, et continuas decem plagas, et ob ista parentes nostros cum præsidio deductos, sine sanguine, sine periculo, quos Deus sibi in æedituos ducebat? Nonne arcam quidem nostram sacram, Assyriorum vi nefaria raptam, gemuit Palæstina et Dagon simulacrum, gemuitque universa illorum qui eam rapuerant natio, podicibusque procidentibus ac per eos visceribus cum cibo delapsis, ipsis quæ rapuerant manibus reportarunt, cymbalorum et tympanorum sonitu et variis placationibus sacrum expiantes? Deus erat cujus ductu ista pro patribus nostris gerebantur, propterea quod, omissis armis ac manibus, ejus judicio rem permiserint. Assyriorum rex Senacherim, quum Asiam universam secum duceret et hanc urbem exercitu cinxisset, num manibus hominum cecidit? nonne istæ ab armis quiescentes in sacrariis erant, et angelus Dei una nocte infinitum delevit exercitum, posteroque die ubi surrexit Assyrius, centum et octoginta quinque millia reperit mortuorum, et cum reliquis Hebræos inermes nec persequentes fugiebat? Nostis etiam servitium in Babylone, ubi annos septuaginta populus in exsilio agens, non prius libertatem recuperavit, quam Cyrus hoc ipsum Dei in gratiam concederet. Ab eo utique deducti erant, iterumque auxiliatori suo facti erant æditui. Denique nihil memorari potest, quod armis patres nostri prospere gesserint, aut sine armis non impetraverint Deo permissa potestate. Domi quippe manentes, victoria ab illis stabat,

« καὶ τῷ κριτῇ, μαχόμενοι δὲ ἔπταισαν ἀεί· τοῦτο μὲν, ἡνίκα βασιλεὺς Βαβυλωνίων ἐπολιόρκει ταύτην τὴν πόλιν, συμβαλὼν Σεδεκίας ὁ ἡμέτερος βασιλεὺς παρὰ τὰς Ἱερεμίου προφητείας, αὐτός τε ἑάλω καὶ τὸ ἄστυ μετὰ τοῦ ναοῦ κατασκαπτόμενον εἶδε· καίτοι πόσῳ μετριώτερος ὁ μὲν βασιλεὺς ἐκεῖνος τῶν ὑμετέρων ἡγεμόνων ἦν, ὁ δὲ ὑπ' αὐτὸν λαὸς ὑμῶν βοῶντα γοῦν τὸν Ἱερεμίαν ὡς ἀπέχθοιντο μὲν τῷ Θεῷ διὰ τὰς εἰς αὐτὸν πλημμελείας, ἁλώσοιντο δ' εἰ μὴ παραδοῖεν τὴν πόλιν, οὔθ' ὁ βασιλεὺς οὔθ' ὁ δῆμος ἀνεῖλεν. Ἀλλ' ὑμεῖς (ἵνα ἐάσω τἄνδον, οὐ γὰρ ἑρμηνεῦσαι δυναίμην τὰς παρανομίας ὑμῶν ἀξίως) ἐμὲ τὸν παρακαλοῦντα πρὸς σωτηρίαν ὑμᾶς βλασφημεῖτε, καὶ βάλλετε, παροξυνόμενοι πρὸς τὰς ὑπομνήσεις τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ μηδὲ τοὺς λόγους φέροντες ὧν τἄργα δρᾶτε καθ' ἡμέραν. Τοῦτο δὲ ἡνίκα, Ἀντιόχου τοῦ κληθέντος Ἐπιφανοῦς προσκαθεζομένου τῇ πόλει, πολλὰ πρὸς τὸ θεῖον ἐξυβρικότος, οἱ πρόγονοι μετὰ τῶν ὅπλων προῆλθον, αὐτοὶ μὲν ἀπεσφάγησαν ἐν τῇ μάχῃ, διηρπάγη δὲ τὸ ἄστυ τοῖς πολεμίοις, ἠρημώθη δ' ἔτη τρία καὶ μῆνας ἓξ τὸ ἅγιον. Καὶ τί δεῖ τἄλλα λέγειν; ἀλλὰ Ῥωμαίους τίς ἐστρατολόγησε κατὰ τοῦ ἔθνους; οὐχ ἡ τῶν ἐπιχωρίων ἀσέβεια; Πόθεν δ' ἠρξάμεθα δουλείας; ἆρ' οὐχὶ ἐκ στάσεως τῶν προγόνων, ὅτε ἡ Ἀριστοβούλου καὶ Ὑρκανοῦ μανία καὶ ἡ πρὸς ἀλλήλους ἔρις Πομπήιον ἐπήγαγε τῇ πόλει καὶ Ῥωμαίοις ὑπέταξεν ὁ Θεὸς τοὺς οὐκ ἀξίους ἐλευθερίας; τρισὶ γοῦν μησὶ πολιορκηθέντες ἑαυτοὺς παρέδοσαν, οὔτε ἁμαρτόντες εἰς τὰ ἅγια καὶ τοὺς νόμους ἡλίκα ὑμεῖς καὶ πολὺ μείζοσιν ἀφορμαῖς πρὸς τὸν πόλεμον χρώμενοι. Τὸ δὲ Ἀντιγόνου τέλος τοῦ Ἀριστοβούλου παιδὸς οὐκ ἴσμεν; οὗ βασιλεύοντος ὁ Θεὸς ἁλώσει πάλιν τὸν λαὸν ἤλαυνε πλημμελοῦντα· καὶ Ἡρώδης μὲν ὁ Ἀντιπάτρου Σόσσιον, Σόσσιος δὲ Ῥωμαίων στρατιὰν ἤγαγε· περισχεθέντες δ' ἐπὶ μῆνας ἓξ ἐπολιορκοῦντο, μέχρι δίκας τῶν ἁμαρτιῶν δόντες ἑάλωσαν καὶ διηρπάγη τοῖς πολεμίοις ἡ πόλις. Οὕτως οὐδέποτε τῷ ἔθνει τὰ ὅπλα δέδοται. Τῷ δὲ πολεμεῖσθαι καὶ τὸ ἁλώσεσθαι πάντως πρόσεστι. Δεῖ γὰρ, οἶμαι, τοὺς χωρίον ἅγιον νεμομένους ἐπιτρέπειν πάντα τῷ Θεῷ δικάζειν καὶ καταφρονεῖν τότε χειρὸς ἀνθρωπίνης, ὅτε αὐτοὶ πείθουσι τὸν ἄνω δικαστήν. Ὑμῖν δὲ τί τῶν εὐλογηθέντων ὑπὸ τοῦ νομοθέτου πέπρακται; τί δὲ τῶν ὑπ' ἐκείνου κατηραμένων παραλέλειπται; πόσῳ δὲ ἐστὲ τῶν τάχιον ἁλόντων ἀσεβέστεροι; οὐ τὰ κρυπτὰ μὲν τῶν ἁμαρτημάτων ἠδοξήκατε, κλοπὰς λέγω καὶ ἐνέδρας καὶ μοιχείας, ἁρπαγαῖς δ' ἐρίζετε καὶ φόνοις, καὶ ξένας καινοτομεῖτε κακίας ὁδούς; ἐκδοχεῖον δὲ πάντων τὸ ἱερὸν γέγονε, καὶ χερσὶν Ἐμφυλίοις ὁ θεῖος μεμίανται χῶρος, ὃν καὶ Ῥωμαῖοι πόρρωθεν προσεκύνουν, πολλὰ τῶν ἰδίων ἐθῶν παραλύοντες εἰς τὸν ἡμέτερον νόμον. Εἶτα ἐπὶ τούτοις τὸν ἀσεβηθέντα σύμμαχον προσδοκᾶτε;

« prout judici videbatur; pugnatumque euntes semper de spe deciderunt: partim quidem, quum, rege Babyloniorum hanc urbem obsidente, Sedecias rex noster, contra Hieremiæ vaticinationem cum eo congressus, et ipse captus est, et civitatem templumque vidit exscindi: quanquam ille rex quanto vestris ducibus, ejusque populus vobis erat moderatior! siquidem Hieremiam, vociferantem Deo quidem invisos esse propter delicta in eum commissa, captum autem iri nisi traderent civitatem, neque rex neque populus interfecit. Sed vos (ut intus gesta prætermittam, non enim digne possum iniquitates vestras exponere) mihi, qui vobis salutem suadeam, maledicitis, telisque me petitis, irritati quod vos vestrorum peccatorum commonefaciam, nec ea dici ferre potestis quæ re ipsa quotidie facitis. Partim vero quum, Antiocho, cognomine Epiphane, qui multis contumeliis numen affecerat, obsidione urbem urgente, majores nostri armati progressi, ipsi quidem in pugna perempti sunt, insuper vero et urbs ab hostibus direpta est, et sacrarium per triennium et sex menses desolatum. Et quorsum cetera memorem? At Romanos quis contra gentem ad militiam excitavit? nonne indigenarum impietas? Unde autem servire cœpimus? nonne a seditione majorum, quando Aristobuli et Hyrcani furor atque inter se contentio Pompeium in urbem induxit, et libertate indignos Romanis subjecit Deus? Hinc tres menses obsessi sese tradiderunt, quum nihil tale quale vos in sanctum legesque deliquerant, et multo majoribus ad bellum subsidiis utebantur. Antigoni autem filii Aristobuli exitum nonne scimus? quo regnum obtinente Deus iterum captivitate persequebatur populum delinquentem. Et Herodes quidem Antipatri filius Sossium et Sossius Romanum adduxit exercitum. ac circumdati per sex menses obsidebantur, tandemque pro peccatis dato supplicio capti sunt et ab hostibus direpta est civitas. Ita nunquam genti concessum est ut armis rem gererent. Verum oppugnatio sine dubio post se trahit excidium. Oportet ergo, ut opinor, sacri loci possessores Deo permittere de omnibus judicium, manusque tunc humanas contemnere, quando ipsi superno judici persuaserint. Vos autem quid ex iis quæ legis conditor comprobavit fecistis? quidve illorum quæ reprobavit prætermisistis? quantum autem illos qui cito excidium passi sunt impietate superatis? nonne occulta dedignati estis peccata, furta scilicet insidiasque et adulteria? sed rapinarum et cædium certamen instituitis, novasque maleficiorum vias excogitatis? Sanctum vero templum factum est omnium receptaculum, et indigenarum manibus inquinatus est locus sacer, quem Romani e longinquo adorabant, multa per legem nostram de suis moribus derogantes. Atque post hæc eum, in quem impii fuistis, auxiliatorem exspectatis? Perquam sane digni estis sup-

« Πάνυ γοῦν ἐστὲ δίκαιοι ἱκέται, καὶ χερσὶ καθαραῖς τὸν βοηθὸν ὑμῶν παρακαλεῖτε. Τοιαύταις ὁ βασιλεὺς ἡμῶν ἱκέτευσεν ἐπὶ τὸν Ἀσσύριον, ὅτε τὸν μέγαν ἐκεῖνον στρατὸν μιᾷ νυκτὶ κατέστρωσεν ὁ Θεός. Ὅμοια δὲ τῷ Ἀσσυρίῳ Ῥωμαῖοι δρῶσιν, ἵνα καὶ ἄμυναν ὑμεῖς ὁμοίαν ἐλπίσητε. Οὐχ ὁ μὲν χρήματα παρὰ τοῦ βασιλέως ὑμῶν λαβὼν ἐφ' ᾧ μὴ πορθήσῃ τὴν πόλιν κατέβη παρὰ τοὺς ὅρκους ἐμπρῆσαι τὸν ναόν; Ῥωμαῖοι δὲ τὸν συνήθη δασμὸν αἰτοῦσιν, ὃν οἱ πατέρες ἡμῶν τοῖς ἐκείνων πατράσι παρέσχον· καὶ τούτου τυχόντες οὔτε πορθοῦσι τὴν πόλιν, οὔτε ψαύουσι τῶν ἁγίων. Διδόασι δ' ἡμῖν τἄλλα, γενεάς τε ἐλευθέρας καὶ κτήσεις τὰς ἑαυτῶν νέμεσθαι, καὶ τοὺς ἱεροὺς νόμους σώζουσι. Μανία δὴ τὸν Θεὸν προσδοκᾶν ἐπὶ δικαίοις οἷος ἐπ' ἀδίκοις ἐφάνη· καὶ παραχρῆμα δ' ἀμύνειν οἶδεν ὅταν δέῃ. Τοὺς γοῦν Ἀσσυρίους κατὰ νύκτα τὴν πρώτην παραστρατοπεδευσαμένους ἔκλασεν· ὥστε εἰ καὶ τὴν ἡμετέραν γενεὰν ἐλευθερίας, ἢ Ῥωμαίους κολάσεως ἀξίους ἔκρινε, κἂν παραχρῆμα καθάπερ τοῖς Ἀσσυρίοις ἐνέσκηψεν, ὅτε τοῦ ἔθνους ἥπτετο Πομπήιος, ὅτε μετ' αὐτὸν ἀνῄει Σόσσιος, ὅτε Οὐεσπασιανὸς ἐπόρθει τὴν Γαλιλαίαν· τὰ τελευταῖα νῦν, ὅτε ἤγγιζε Τίτος τῇ πόλει. Καίτοι Μάγνος μὲν καὶ Σόσσιος πρὸς τῷ μηδὲν παθεῖν καὶ ἀνὰ κράτος ἔλαβον τὴν πόλιν, Οὐεσπασιανὸς δ' ἐκ τοῦ πρὸς ἡμᾶς πολέμου καὶ βασιλείας ἤρξατο. Τίτῳ μὲν γὰρ καὶ πηγαὶ πλουσιώτεραι ῥέουσιν, αἱ ξηρανθεῖσαι πρότερον ὑμῖν. Πρὸ γοῦν τῆς αὐτοῦ παρουσίας τήν τε Σιλωὰμ ἐπιλιποῦσαν ἴστε καὶ τὰς ἔξω τοῦ ἄστεως ἁπάσας, ὥστε πρὸς ἀμφορεῖς ὠνεῖσθαι τὸ ὕδωρ· τὸ δὲ νῦν οὕτω πληθύουσι τοῖς πολεμίοις ὑμῶν ὡς μὴ μόνον αὐτοῖς καὶ κτήνεσιν, ἀλλὰ καὶ κήποις διαρκεῖν. Τό γε μὴν τέρας τοῦτο πεπείρασθε καὶ πρότερον ἐφ' ἁλώσει τῆς πόλεως γεγενημένον, ὅθ' ὁ προειρημένος Βαβυλώνιος ἐπεστράτευσεν, ὅς τήν τε πόλιν ἑλὼν ἐνέπρησε καὶ τὸν ναόν, οὐδὲν, οἶμαι, τῶν τότε ἠσεβηκότων τηλικοῦτον ἡλίκα ὑμεῖς· ὥστε ἔγωγε πεφευγέναι μὲν ἐκ τῶν ἁγίων οἶμαι τὸ θεῖον, ἑστάναι δὲ παρ' οἷς πολεμεῖτε νῦν. Ἀλλ' ἀνὴρ μὲν ἀγαθὸς οἰκίαν ἀσελγῆ φεύξεται καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ στυγήσει, τὸν δὲ Θεὸν ἔτι πείθεσθε τοῖς ὑμετέροις κακοῖς παραμένειν, ὃς τά τε κρυπτὰ πάντα ἐφορᾷ καὶ τῶν σιγωμένων ἀκούει; τί δὲ σιγᾶται παρ' ὑμῖν, ἢ τί κρύπτεται, τί δ' οὐχὶ καὶ τοῖς ἐχθροῖς φανερὸν γέγονε; πομπεύετε γὰρ παρανομοῦντες, καὶ καθ' ἡμέραν ἐρίζετε τίς χείρων γένηται, τῆς ἀδικίας ὥσπερ ἀρετῆς ἐπίδειξιν ποιούμενοι. Καταλείπεται δὲ ὅμως ἔτι σωτηρίας ὁδὸς, ἐὰν θέλητε, καὶ τὸ θεῖον εὐδιάλλακτον ἐξομολογουμένοις καὶ μετανοοῦσιν. Ὦ σιδήρειοι, ῥίψατε τὰς πανοπλίας, λάβετε ἤδη καταρειπομένης αἰδῶ πατρίδος, ἐπιστράφητε, καὶ θεάσασθε τὸ κάλλος ἧς προδίδοτε, οἷον ἄστυ, οἷον ἱερὸν, ὅσων ἐθνῶν δῶρα. Ἐπὶ ταῦτα τίς ὁδηγεῖ φλόγας; ταῦτα τίς μηκέτι εἶναι θέλει; καὶ τί σώζεσθαι τούτων ἀξιώ-

« plices, purisque manibus adjutorem vestrum obsecratis! Talibus rex noster supplicavit adversus Assyrium, quum magnum illum exercitum Deus una nocte prostravit. Similia vero Assyriis Romani perpetrant, ut etiam vos similem ultionem speretis. Nonne ille quidem, ab rege nostro accepta pecunia ut vastitati parceret civitatis, neglecto jurejurando ad incendium templi descendit? Romani vero solemne poscunt tributum, quod parentes nostri eorum parentibus pendebant: Et si hoc impetraverint, non illis in animo est vastare civitatem, neque sancta omnino tangere. Concedunt autem nobis præter cetera familias liberas, et possessiones quosque suas tenere sacrasque leges salvas manere patiuntur. Insania est profecto sperare Deum talem circa justos fore, qualis injustis apparuit: præsertim qui statim ulcisci novert quum oportet. Ita sane ab Assyriis prima nocte, qua castra civitati admoverant, pœnas repetivit. adeo ut si nostram quoque progeniem libertate aut Romanos pœna dignos judicaret, confestim in eos sicut in Assyrios invasisset, quum genti manus intulit Pompeius, quum post illum Sossius ascendit, quum Vespasianus Galilæam vastavit: denique nunc quum Titus civitati appropinquavit. Sed neque Magnus neque Sossius quicquam passi sunt, imo civitatem victoria ceperunt, Vespasianus autem ex bello quod nobiscum gessit etiam imperium adeptus est. Quin Tito fontes nunc uberiores profluunt, qui prius vobis aruerant. Quippe ante ejus adventum scitis et Siloam et omnes extra civitatem fontes adeo defecisse, ut per amphoras aqua emeretur: nunc vero ita hostibus nostris crescunt, ut non modo ipsis et jumentis ipsorum, sed et hortis sufficiant. Ceterum hujus prodigii et ante periculum factum est in excidio civitatis, quando prædictus Babylonius expeditione suscepta et urbem in potestatem suam redegit et templum incendit; quamvis, ut opinor, nihil tunc illi tam impie fecerint, quam vos, adeo ut Deum ipsum loca sancta reliquisse putaverim, hisque nunc adesse in quos bellum geritis. At bonus quidem vir domum flagitiosam fugiet et domesticos oderit: Deum vero adhuc cum sceleribus vestris manere arbitramini, qui omnia etiam occulta cernit, quæque silentio teguntur audit? quid autem apud vos tacetur, quidve celatur, quidve non et inimicis patefactum est? ex sceleribus enim vestris triumphos agitis, inque dies singulos quis pejor sit contenditis, nequitiam pro virtute ad spectandum proponentes. Verumtamen adhuc reliqua est ad salutem via, si velitis; et Deus facile cum illis in gratiam redibit qui confitentur et resipiscunt. O ferrei, arma projicite, pudeat vos patriæ jam dirutæ! convertite oculos, et aspicite ejus quam proditis pulchritudinem, quale oppidum, quale templum, quam multarum gentium munera! His quis primus admovet flammas? hæc quis jam non esse desiderat? Et quid hisce magis servari mereatur? O

«τερον; ἄτεγκτοι καὶ λίθων ἀπαθέστεροι. Καὶ εἰ μὴ «ταῦτα γνησίοις ὄμμασι βλέπετε, γενεὰς γοῦν ὑμετέρας «οἰκτείρατε, καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν ἑκάστῳ ἔστω τέκνα «καὶ γυνὴ καὶ γονεῖς, οὓς ἀναλώσει μετὰ μικρὸν «ἢ λιμὸς ἢ πόλεμος. Οἶδα ὅτι μοι συγκινδυνεύει «μήτηρ καὶ γυνὴ καὶ γένος οὐκ ἄσημον, καὶ πάλαι «λαμπρὸς οἶκος, καὶ τάχα δοκῶ διὰ ταῦτα συμβου«λεύειν. Ἀποκτείνατε αὐτούς, λάβετε μισθὸν τῆς «ἑαυτῶν σωτηρίας τοὐμὸν αἷμα· κἀγὼ θνήσκειν ἕτοι«μος, εἰ μετ' ἐμὲ σωφρονεῖν μέλλετε.»

ΚΕΦ. Γ'.

Τοιαῦτα τοῦ Ἰωσήπου μετὰ δακρύων ἐμβοῶντος, οἱ στασιασταὶ μὲν οὔτε ἐνέδοσαν οὔτε ἀσφαλῆ τὴν μεταβολὴν ἔκρινον· ὁ δὲ δῆμος ἐκινήθη πρὸς αὐτομολίαν. Καὶ οἱ μὲν τὰς κτήσεις ἐλαχίστου πωλοῦντες, οἱ δὲ τὰ πολυτελέστερα τῶν κειμηλίων, τοὺς μὲν χρυσοῦς, ὡς μὴ φωραθεῖεν ὑπὸ τῶν λῃστῶν, κατέπινον, ἔπειτα πρὸς τοὺς Ῥωμαίους διαδιδράσκοντες, ὁπότε κατενέγκαιεν, εὐπόρουν πρὸς ἃ δέοιντο. Διηφίει γὰρ τοὺς πολλοὺς ὁ Τίτος εἰς τὴν χώραν, ὅπου βούλοιτο ἕκαστος· καὶ τοῦτο αὐτοὺς μᾶλλον πρὸς αὐτομολίαν παρεκάλει, τῶν μὲν εἴσω κακῶν στερησομένους, μὴ δουλεύσοντας δὲ Ῥωμαίοις. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἰωάννην καὶ τὸν Σίμωνα περιεφύλαττον τὰς τούτων ἐξόδους πλέον ἢ τὰς Ῥωμαίων εἰσόδους, καὶ σκιάν τις ὑπονοίας παρασχὼν μόνον εὐθέως ἀπεσφάττετο.

(ΚΖ'.) β'. Τοῖς γε μὴν εὐπόροις καὶ τὸ μένειν πρὸς ἀπώλειαν ἴσον ἦν· προφάσει γὰρ αὐτομολίας ἀνῃρεῖτό τις διὰ τὴν οὐσίαν. Τῷ λιμῷ δὲ ἡ ἀπόνοια τῶν στασιαστῶν συνήκμαζε, καὶ καθ' ἡμέραν ἀμφότερα προσεξεκαίετο τὰ δεινά. Φανερὸς μὲν γὰρ οὐδαμοῦ σῖτος ἦν, ἐπεισπηδῶντες δὲ διηρεύνων τὰς οἰκίας· ἔπειθ' εὑρόντες μὲν ὡς ἀρνησαμένους ᾐκίζοντο, μὴ εὑρόντες δὲ ὡς ἐπιμελέστερον κρύψαντας ἐβασάνιζον. Τεκμήριον δὲ τοῦ τε ἔχειν καὶ μὴ τὰ σώματα τῶν ἀθλίων. Ὧν οἱ μὲν ἔτι συνεστῶτες εὐπορεῖν τροφῆς ἐδόκουν, οἱ τηκόμενοι δὲ ἤδη παρωδεύοντο· καὶ κτείνειν ἄλογον ἐδόκει τοὺς ὑπ' ἐνδείας τεθνηξομένους αὐτίκα. Πολλοὶ δὲ λάθρα τὰς κτήσεις ἑνὸς ἀντηλλάξαντο μέτρου, πυρῶν μέν, εἰ πλουσιώτεροι τυγχάνοιεν ὄντες, οἱ δὲ πενέστεροι κριθῆς· ἔπειτα κατακλείοντες ἑαυτοὺς εἰς τὰ μυχαίτατα τῶν οἰκιῶν τινὲς μὲν ὑπ' ἄκρας ἐνδείας ἀνέργαστον τὸν σῖτον ἤσθιον, οἱ δὲ ἔπεσσον ὡς ἥ τε ἀνάγκη καὶ τὸ δέος παρῄνει. Καὶ τράπεζα μὲν οὐδαμοῦ παρετίθετο, τοῦ δὲ πυρὸς ἐφέλκοντες ἔτ' ὠμὰ τὰ σιτία διήρπαζον.

γ'. Ἐλεεινὴ δ' ἦν ἡ τροφὴ καὶ δακρύων ἄξιος ἡ θέα, τῶν μὲν δυνατωτέρων πλεονεκτούντων, τῶν δὲ ἀσθενῶν ὀδυρομένων. Πάντων μὲν δὴ παθῶν ὑπερίσταται λιμός, οὐδὲν δ' οὕτως ἀπόλλυσιν ὡς αἰδῶ· τὸ γὰρ ἄλλως ἐντροπῆς ἄξιον ἐν τούτῳ καταφρονεῖται. Γυναῖκες γοῦν ἀνδρῶν καὶ παῖδες πατέρων, καὶ τὸ οἰκτρότατον μητέρες νηπίων ἐξήρπαζον ἐξ αὐτῶν τῶν στομάτων τὰς τροφάς, καὶ τῶν φιλτάτων ἐν χερσὶ μαραινομένων οὐκ

« duri et minore quam lapides sensu præditi! Et si hæc non « integris oculis cernitis, saltem familiarum vestrarum « miseremini, et in conspectu cujusque sistantur filii et con« juges et parentes, quos brevi aut bellum aut fames absu« met. Probe novi quod una cum ceteris periclitabitur mihi « mater, et conjux, et familia non ignobilis, domusque olim « inclita: et fortasse idcirco existimer hujusmodi consilium « dare. Interficite illos; accipite mercedem salutis vestræ « sanguinem meum: et ipse mori paratus sum, si me mor« tuo prudentiores estis futuri. »

CAP. X. (XXVI.)

Talia cum lacrimis vociferante Josepho, seditiosi quidem neque animos flexerunt, neque tutam mutationem fore judicarunt; populus vero ad transfugium commotus est. Et alii quidem possessiones suas vilissimo pretio vendentes, alii vero res suas pretiosiores, aureos, ne latrones eos deprehenderent, deglutiebant: Quum vero ad Romanos elapsi fuissent, exonerato ventre satis habebant ad ea quibus opus erat. Titus enim plerosque per regionem, quo quisque vellet, dimittebat: idque magis eos ad transfugium incitabat, quod et intestinis malis carebant, nec Romanis servituri essent. Qui vero cum Joanne et Simone erant, horum exitus magis quam Romanorum ingressus cavebant: et qui vel umbram tantum suspicionis dedisset, statim jugulabatur.

(XXVII.) 2. Ceterum ditioribus quidem manere perinde exitiosum erat: nam propter divitias necabantur, quasi transfugere ad hostes voluissent. Simul autem cum fame crescebat furor seditiosorum: et utrumque malum magis ac magis quotidie ingravescebat. Et palam quidem nullum ullibi frumentum erat, sed irruentes scrutabantur domos: dein si quidem reperissent, eos tanquam se habere negassent, crudeliter verberabant; si vero nihil invenissent, quasi diligentius occultassent, tormentis excruciabant. Porro an cibos haberent necne, indicio erant corpora miserorum. Quorum qui adhuc firma erant valetudine, eos alimentorum copia abundare censebant: qui vero jam contabescerent eos missos faciebant; atque a ratione alienum videbatur homines jam præ inedia morituros interficere. Multi vero clam facultates suas uno frumenti quidem, si divites essent, sin pauperes, hordei modio permutabant: deinde in intimos ædium recessus sese abdentes nonnulli quidem famis ultima necessitate adacti fruges nondum molitas comedebant: alii vero panem conficiebant, prout necessitas metusque suadebat. Et mensa quidem nullibi apponebatur, sed crudos adhuc cibos ex igne ad sese attrahebant et diripiebant.

3. Miserabilis porro erat alimonia, et dignum lacrimis spectaculum: quum valentiores quidem plus justo haberent, infirmiores vero vicem suam dolerent. Omnes quidem animi affectus longe superat fames, nullum vero æque evertit ac verecundiam: nam quicquid alias dignum est reverentia, in fame contemnitur. Siquidem uxores viris, et filii parentibus, et, quod maxime miserabile erat, matres infantibus cibum ex ipso ore rapiebant: et marcescentibus inter

ἦν φειδὼ τοὺς τοῦ ζῆν ἀφελέσθαι σταλαγμούς. τοιαῦτα δ' ἐσθίοντες ὅμως οὐ διελάνθανον· πανταχοῦ δ' ἐφίσταντο οἱ στασιασταὶ καὶ τούτων ταῖς ἁρπαγαῖς. Ὁπότε γὰρ κατίδοιεν ἀποκεκλεισμένην οἰκίαν, σημεῖον ἦν τοῦτο τοὺς ἔνδον προσφέρεσθαι τροφήν· εὐθέως δ' ἐξαράξαντες τὰς θύρας εἰσεπήδων καὶ μόνον οὐκ ἐκ τῶν φαρύγγων ἀναθλίβοντες τὰς ἀκόλους ἀνέφερον. Ἐτύπτοντο δὲ γέροντες ἀντεχόμενοι τῶν σιτίων, καὶ κόμης ἐσπαράττοντο γυναῖκες συγκαλύπτουσαι τὰ ἐν χερσίν. Οὐδέ τις ἦν οἶκτος πολιᾶς ἢ νηπίων, ἀλλὰ συνεπαίροντες τὰ παιδία τῶν ψωμῶν ἐκκρεμάμενα κατέσειον εἰς ἔδαφος. Τοῖς δὲ φθάσασι τὴν εἰσδρομὴν αὐτῶν καὶ προκαταπιοῦσι τὸ ἁρπαγησόμενον ὡς ἀδικηθέντες ἦσαν ὠμότεροι. Δεινὰς δὲ βασάνων ὁδοὺς ἐπενόουν πρὸς ἔρευναν τροφῆς, ὀρόβοις μὲν ἐμφράττοντες τοῖς ἀθλίοις τοὺς τῶν αἰδοίων πόρους, ῥάβδοις δ' ὀξείαις ἀναπείροντες τὰς ἕδρας. Τὰ φρικτὰ δὲ καὶ ἀκοαῖς ἔπασχέ τις εἰς ἐξομολόγησιν ἑνὸς ἄρτου καὶ ἵνα μηνύσῃ δράκα μίαν κεκρυμμένων ἀλφίτων. Οἱ βασανισταὶ δ' οὐκ ἐπείνων (καὶ γὰρ ἧττον ἂν ὠμὸν ἦν τὸ μετ' ἀνάγκης), γυμνάζοντες δὲ τὴν ἀπόνοιαν καὶ προπαρασκευάζοντες αὑτοῖς εἰς τὰς ἑξῆς ἡμέρας ἐφόδια. Τοῖς δ' ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων φρουρὰν νύκτωρ ἐξερπύσασιν ἐπὶ λαχάνων συλλογὴν ἀγρίων καὶ πόας ὑπαντῶντες, ὅτε ἤδη διαπεφευγέναι τοὺς πολεμίους ἐδόκουν, ἀφήρπαζον τὰ κομισθέντα· καὶ πολλάκις ἱκετευόντων, καὶ τὸ φρικτὸν ἐπικαλουμένων ὄνομα τοῦ Θεοῦ, μεταδοῦναί τι μέρος αὐτοῖς ὧν κινδυνεύσαντες ἤνεγκαν, οὐδ' ὁτιοῦν μετέδοσαν· ἀγαπητὸν δ' ἦν τὸ μὴ καὶ προσαπολέσθαι σεσυλημένον.

δ'. Οἱ μὲν δὴ ταπεινότεροι τοιαῦτα πρὸς τῶν δορυφόρων ἔπασχον· οἱ δὲ ἐν ἀξιώματι καὶ πλούτῳ πρὸς τοὺς τυράννους ἀνήγοντο. Τούτων οἱ μὲν ἐπιβουλὰς ψευδεῖς ἐγκαλούμενοι διεφθείροντο, οἱ δὲ ὡς προδιδοῖεν Ῥωμαίοις τὴν πόλιν. Τὸ δὲ ἑτοιμότατον ἦν μηνυτής τις ὑποβλητὸς ὡς αὐτομολεῖν διεγνωκότων. Ὁ δὲ ὑπὸ Σίμωνος γυμνωθεὶς πρὸς Ἰωάννην ἀνεπέμπετο, καὶ τῶν ὑπὸ Ἰωάννου σεσυλημένων ὁ Σίμων μετελάμβανεν· ἀντιπρούπινον δ' ἀλλήλοις τὸ αἷμα τῶν δημοτῶν καὶ τὰ πτώματα τῶν ἀθλίων διεμερίζοντο. Καὶ τοῦ μὲν κρατεῖν στάσις ἦν ἐν ἀμφοτέροις, τῶν δὲ ἀσεβημάτων ὁμόνοια. Καὶ γὰρ ὁ μὴ μεταδιδοὺς ἐκ τῶν ἀλλοτρίων κακῶν θατέρῳ μονοτρόπως ἐδόκει πονηρὸς, καὶ ὁ μὴ μεταλαβὼν ὡς ἀγαθοῦ τινος ἤλγει τὸν νοσφισμὸν τῆς ὠμότητος.

ε'. Καθ' ἕκαστον μὲν οὖν ἐπεξιέναι τὴν παρανομίαν αὐτῶν ἀδύνατον, συνελόντα δ' εἰπεῖν, μήτε πόλιν ἄλλην τοιαῦτα πεπονθέναι, μήτε γενεὰν ἐξ αἰῶνος γεγονέναι κακίας γονιμωτέραν, οἵ γε τελευταῖον καὶ τὸ γένος ἐφαύλιζον τῶν Ἑβραίων, ὡς ἧττον ἀσεβεῖς δοκοῖεν πρὸς ἀλλοτρίους· ἐξωμολογήσαντο δ' ὅπερ ἦσαν εἶναι δοῦλοι καὶ σύγκλυδες καὶ νόθα τοῦ ἔθνους φθάρματα. Τὴν μέν γε πόλιν ἀνέτρεψαν αὐτοὶ, Ῥωμαίους δὲ ἄκοντας ἠνάγκασαν ἐπιγραφῆναι σκυθρωπῷ κατορθώματι, καὶ μόνον οὐχ εἵλκυσαν ἐπὶ τὸν ναὸν βραδῦνον τὸ πῦρ.

manus carissimis vitales guttas adimere non pigebat. Hujusmodi autem cibos dum caperent, latere tamen non poterant : ubique seditiosi vel horum prædæ ac rapinis imminebant. Nam ubicunque clausam domum conspicerent, eos qui intus essent cibum sumere hoc indicio suspicabantur : statimque effractis foribus irruebant, et prope ex ipsis faucibus expressa ciborum frusta revocabant. Vapulabant senes qui escam mordicus tenebant : et capillis raptabantur mulieres, occultantes ea quæ in manibus erant. Nulla canorum, nulla infantiæ miseratio erat : sed raptos in sublime parvulos, cum ipsis quibus penduli inhærebant buccellis, solo allidebant. Si qui vero incursum eorum prævenissent, idque quod ipsi rapturi erant deglutire occupassent, eos inhumanius tractabant quasi injuriam ab iis accepissent. Porro dira tormentorum genera excogitabant ad pervestigandum alimentum, miseris pudendorum quidem meatus ervis obturantes, podicem vero præacutis sudibus transfigentes. Utque panem unum se habere quis fateretur, aut pugillum farinæ occultum indicaret, ea perferebant quæ vel ipso auditu horrorem incutiebant. Interim tortores ipsi penuria minime laborabant (minus enim crudele visum fuisset, si necessitate adacti talia perpetrassent), sed id agebant, ut audaciam suam hujusmodi exercitatione confirmarent, et commeatum sibi in multos dies compararent. At si qui noctu usque ad stationes Romanorum erepserant agrestium olerum et herbarum colligendarum causa, occurrentes iis, qui se jam hostium manus effugisse credebant, quicquid attulerant diripiebant : multumque supplicantibus et per tremendum Dei nomen obsecrantibus ut partem eorum, quæ cum vitæ periculo attulerint, sibi concederent, nihil prorsus impertierunt, gratandumque erat, si spoliati non etiam necarentur.

4. Ejusmodi quidem mala humiliores a satellitibus patiebantur : ad tyrannos vero honoratiores et divites perducebantur. Quorum alii insidiarum falso accusati occidebantur, alii quasi vellent Romanis prodere civitatem. Præsentissimum autem erat, indice aliquo uti subornato, qui diceret illis decretum esse transfugium. Si quem vero Simon expilasset, is ad Joannem remittebatur, et quem Joannes expilasset, eum Simon excipiebat : sibique invicem propinabant sanguinem popularium, miserorumque cadavera partiebantur. Et dominandi quidem causa inter utrosque erat dissensio, scelerum vero concordia. Nam qui ex alienis malis partem alteri, sibi vindicans totum, non dedisset, modo singulari nequam videbatur : et qui non accepisset, dolebat, non secus ac si boni aliquid desiderasset, sibi abfuisse crudelitatis partem.

5. Et sigillatim quidem iniquitates eorum commemorare impossibile, illud autem breviter dici potest, neque aliam urbem talia perpessam esse, neque hominum genus ab omni ævo sceleratius exstitisse : quippe postremo etiam genti Judæorum maledicebant, ut minus impii viderentur in alienos ; confessi autem sunt, id quod erant, se et servos esse et convenas, gentisque fœtus spurios et per abortum editos. Civitatem quidem ipsi everterunt : Romanos autem invitos coegerunt sibimet adscribere tristem adeo victoriam, ignemque tardius in templum venientem propemodum traxere.

Ἀμέλει καιόμενον ἐκ τῆς ἄνω πόλεως ἀφορῶντες οὔτε ἤλγησαν οὔτε ἐδάκρυσαν, ἀλλὰ ταῦτα τὰ πάθη παρὰ Ῥωμαίοις ηὑρέθη. Καὶ ταῦτα μὲν κατὰ χώραν ὕστερον μετὰ ἀποδείξεως τῶν πραγμάτων ἐροῦμεν.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Τίτῳ δὲ τὰ μὲν χώματα προὔκοπτε, καίτοι πολλὰ κακουμένων ἀπὸ τοῦ τείχους τῶν στρατιωτῶν. Πέμψας δ' αὐτὸς μοῖραν τῶν ἱππέων ἐκέλευσε τοὺς κατὰ τὰς φάραγγας ἐπὶ συγκομιδῇ τροφῆς ἐξιόντας ἐνεδρεύειν. Ἦσαν δέ τινες μὲν καὶ τῶν μαχίμων οὐκέτι διαρκούμενοι ταῖς ἁρπαγαῖς, τὸ δὲ πλέον ἐκ τοῦ δήμου πένητες, οὓς αὐτομολεῖν ἀπέτρεπε τὸ περὶ τῶν οἰκείων δέος· οὔτε γὰρ λήσεσθαι τοὺς στασιαστὰς ἤλπιζον μετὰ γυναικῶν καὶ παιδίων διαδιδράσκοντες, καὶ καταλιπεῖν ταῦτα τοῖς λῃσταῖς οὐχ ὑπέμενον ὑπὲρ αὐτῶν σφαγησόμενα. Τολμηροὺς δὲ πρὸς τὰς ἐξόδους ὁ λιμὸς ἐποίει, καὶ κατελείπετο λανθάνοντας εἰς τοὺς πολεμίους ἁλίσκεσθαι. Λαμβανόμενοι δὲ κατ' ἀνάγκην ἠμύνοντο δέει τῆς κολάσεως, καὶ μετὰ μάχην ἱκετεύειν ἄωρον ἐδόκει. Μαστιγούμενοι δὴ καὶ προβασανιζόμενοι τοῦ θανάτου πᾶσαν αἰκίαν, ἀνεσταυροῦντο τοῦ τείχους ἀντικρύ. Τίτῳ μὲν οὖν οἰκτρὸν τὸ πάθος κατεφαίνετο, πεντακοσίων ἑκάστης ἡμέρας, ἔστι δ' ὅτε καὶ πλειόνων ἁλισκομένων, οὔτε δὲ τοὺς βίᾳ ληφθέντας ἀφεῖναι ἀσφαλὲς, καὶ φυλάττειν τοσούτους φρουρὰν τῶν φυλαξόντων ἑώρα· τό γε μὴν πλέον οὐκ ἐκώλυε, τάχ' ἂν ἐνδοῦναι πρὸς τὴν ὄψιν ἐλπίσας αὐτοὺς, εἰ μὴ παραδοῖεν ὅμοια πεισομένους. Προσήλουν δ' οἱ στρατιῶται δι' ὀργὴν καὶ μῖσος τοὺς ἁλόντας, ἄλλον ἄλλῳ σχήματι πρὸς χλεύην, καὶ διὰ τὸ πλῆθος χώρα τε ἐνέλειπε τοῖς σταυροῖς καὶ σταυροὶ τοῖς σώμασιν.

β'. Οἱ στασιασταὶ δὲ τοσοῦτον ἀπεδέησαν τοῦ μεταβαλέσθαι πρὸς τὸ πάθος, ὥστε καὶ τοὐναντίον αὐτοὶ σοφίσασθαι πρὸς τὸ λοιπὸν πλῆθος. Σύροντες γὰρ τοὺς τῶν αὐτομόλων οἰκείους ἐπὶ τὸ τεῖχος, καὶ τῶν δημοτῶν τοὺς ἐπὶ πίστιν ὡρμημένους, οἷα πάσχουσιν οἱ Ῥωμαίοις προσφεύγοντες ἐπεδείκνυσαν, καὶ τοὺς κεκρατημένους ἱκέτας ἔλεγον, οὐκ αἰχμαλώτους. Τοῦτο πολλοὺς τῶν αὐτομολεῖν ὡρμημένων, μέχρι τἀληθὲς ἐγνώσθη, κατέσχεν εἴσω. Ἔνιοι δὲ καὶ παραχρῆμα διέδραν ὡς ἐπὶ βέβαιον τιμωρίαν, ἀνάπαυσιν ἡγούμενοι τὸν ἐκ τῶν πολεμίων θάνατον ἐν λιμοῦ συγκρίσει. Πολλοὺς δὲ καὶ χειροκοπῆσαι κελεύσας Τίτος τῶν ἑαλωκότων, ὡς μὴ δοκοῖεν αὐτόμολοι καὶ πιστεύοιντο διὰ τὴν συμφορὰν, εἰσέπεμψε πρὸς τὸν Ἰωάννην καὶ τὸν Σίμωνα, « νῦν γε ἤδη παύσασθαι παραινῶν, καὶ μὴ πρὸς ἀναί« ρεσιν τῆς πόλεως αὐτὸν βιάζεσθαι, κερδῆσαι δ' ἐκ τῆς « ἐν ὑστάτοις μεταμελείας τάς τε αὐτῶν ψυχὰς καὶ τη« λικαύτην πατρίδα καὶ ναὸν ἀκοινώνητον ἄλλοις. » Περιιὼν δὲ τὰ χώματα τοὺς ἐργαζομένους ἅμα κατήπειγεν, ὡς οὐκ εἰς μακρὰν ἀκολουθήσων ἔργοις τῷ λόγῳ. Πρὸς ταῦτα αὐτόν τε ἐβλασφήμουν ἀπὸ τοῦ τείχους Καίσαρα καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ, « καὶ τοῦ μὲν

Profecto quum ex superiore civitate illud ardere viderent, neque doluere neque illacrimavere, sed Romanis ista accidisse compertum est. Et suo quidem in loco ista posterius dicemus cum singularum rerum documentis.

CAP. XI. (XXVIII.)

Interea Tito quidem aggeres promovebantur, quamvis milites de muris valde affligerentur. Ipse vero, parte equitatus missa, jussit per valles ad cibum comportandum exeuntibus insidias tendi. Erant autem in his nonnulli quidem bellicosorum rapinis haud contenti; majore vero ex parte pauperes plebeii, quos metus de necessariis suis a transfugio deterrebat : neque enim fore sperabant ut clam seditiosos cum conjugibus ac liberis diffugerent; eosque latronibus relinquere, vice sua jugulandos, non sustinebant. Audaciores autem faciebat ad exeundum fames : restabatque ut occulto egressi versus hostes ab iis caperentur. Deprehensi autem ex necessitate repugnabant metu supplicii : et post pugnam supplicare intempestivum videbatur. Itaque verberati et ante mortem modis omnibus excruciati, pro mœnibus suffigebantur crucibus. Et Tito quidem miseranda videbatur ea calamitas, quum Judæi in dies singulos quingenti, nonnunquam etiam plures caperentur : sed neque vi captos dimittere tutum erat, tantamque adservare multitudinem custodum videbat esse custodiam; maxime vero eos crucifigi non prohibebat, ut qui sperarit ipsos ad eum conspectum forsan deditionem facere, quasi similia passuros nisi se dederent. Milites autem ex ira aut odio cruci affigebant captos, modis quidem diversis ludibrii causa, et propter multitudinem spatium crucibus deerat, et corporibus cruces.

2. Tantum vero aberat ut seditiosi ad calamitatem istam animos mutarent, ut contrarium plane ad reliquam multitudinem simularint. Transfugarum enim necessariis ad muros pertractis, illisque e popularibus qui ad Romanorum fidem fugere properarint, qualia paterentur ii qui ad Romanos confugerent ostenderunt; et qui comprehensi tenebantur non captivos esse, sed supplices, dicebant. Hoc multos transfugere cupientium, donec verum cognosceretur, intra muros continebat. Nonnulli autem statim discurrerunt quasi ad verum supplicium; mortem ab hostibus illatam, si cum fame conferatur, requiem esse ducentes. Quumque multis captivorum Titus manus amputari jussisset, ut transfugæ minime viderentur, crederenturque propter calamitatem, eos ad Joannem et Simonem remisit, « saltem « nunc desinerent admonens, neve ipsum ad urbis excidium « compellerent, animisque tandem mutatis lucrarentur et « propriam vitam, et patriam tantam, et templum quod « cum aliis communicari non debeat. » Simul autem aggeres circumeundo operarios urgebat, veluti factis verba non multo post sequuturus. Ad hæc in muris stantes et ipsi Cæsari et patri ejus maledicebant, « mortemque se conte-

« θανάτου καταφρονεῖν ἐβόων· ᾑρῆσθαι γὰρ αὐτὸν πρὸ « δουλείας καλῶς· ἐργάσεσθαι δ' ὅσα ἂν δύνωνται κακὰ « Ῥωμαίους ἕως ἐμπνέωσι, πατρίδος δ' οὐ μέλειν τοῖς « ὡς αὐτός φησιν ἀπολουμένοις, καὶ ναοῦ ἀμείνω τού- « του τῷ Θεῷ τὸν κόσμον εἶναι. Σωθήσεσθαί γε μὴν « καὶ τοῦτον ὑπὸ τοῦ κατοικοῦντος, ὃν καὶ αὐτοὶ σύμ- « μαχον ἔχοντες πᾶσαν χλευάζειν ἀπειλὴν ὑστεροῦσαν « ἔργων· τὸ γὰρ τέλος εἶναι τοῦ Θεοῦ. » Τοιαῦτα ταῖς λοιδορίαις ἀναμίσγοντες ἐκεκράγεσαν.

(ΚΘ'.) γ'. Ἐν δὲ τούτῳ καὶ ὁ Ἐπιφανὴς Ἀντίοχος παρῆν, ἄλλους τε ὁπλίτας συχνοὺς ἔχων καὶ περὶ αὐτὸν στῖφος Μακεδόνων καλούμενον, ἥλικας πάντας, ὑψηλούς, ὀλίγον ὑπὲρ ἀντίπαιδας, τὸν Μακεδονικὸν τρόπον ὡπλισμένους τε καὶ πεπαιδευμένους, ὅθεν καὶ τὴν ἐπίκλησιν εἶχον, ὑστεροῦντες οἱ πολλοὶ τοῦ γένους. Εὐδαιμονῆσαι γὰρ μάλιστα τῶν ὑπὸ Ῥωμαίοις βασιλέων τὸν Κομμαγηνὸν συνέβη πρὶν γεύσασθαι μεταβολῆς· ἀπέφηνε δὲ κἀκεῖνος ἐπὶ γήρως ὡς οὐδένα χρὴ λέγειν πρὸ θανάτου μακάριον. Ἀλλ' ὅ γε παῖς ἀκμάζοντος αὐτοῦ τηνικαῦτα παρὼν θαυμάζειν ἔφασκε, τί δήποτε Ῥωμαῖοι κατοκνοῖεν προσιέναι τῷ τείχει. Πολεμιστὴς δέ τις αὐτὸς ἦν καὶ φύσει παράβολος, κατά τε τὴν ἀλκὴν τοσοῦτος ὡς ὀλίγῳ τὴν τόλμαν διαμαρτάνειν. Μειδιάσαντος δὲ τοῦ Τίτου καὶ « κοινὸς ὁ πόνος » εἰπόντος, ὡς εἶχεν ὥρμησεν ὁ Ἀντίοχος μετὰ τῶν Μακεδόνων πρὸς τὸ τεῖχος. Αὐτὸς μὲν οὖν διά τε ἰσχὺν καὶ κατ' ἐμπειρίαν ἐφυλάττετο τὰ τῶν Ἰουδαίων βέλη, τοξεύων εἰς αὐτούς, τὰ μειράκια δ' αὐτῷ συνετρίβη πάντα, πλὴν ὀλίγων. Διὰ γὰρ αἰδῶ τῆς ὑποσχέσεως προσεφιλονείκει μαχόμενα, καὶ τέλος ἀνεχώρουν τραυματίαι πολλοί, συννοοῦντες ὅτι καὶ τοῖς ἀληθῶς Μακεδόσιν, εἰ μέλλοιεν κρατεῖν, δέοι τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης.

(Λ'.) δ'. Τοῖς δὲ Ῥωμαίοις ἀρξαμένοις δωδεκάτῃ μηνὸς Ἀρτεμισίου συνετελέσθη τὰ χώματα μόλις ἐνάτῃ καὶ εἰκάδι, ταῖς ἑπτακαίδεκα συνεχῶς πονουμένων ἡμέραις. Μέγιστα γὰρ ἐχώσθη τὰ τέσσαρα, καὶ θάτερον μὲν τὸ ἐπὶ τὴν Ἀντωνίαν ὑπὸ τοῦ πέμπτου τάγματος ἐβλήθη κατὰ μέσον τῆς Στρουθίου καλουμένης κολυμβήθρας, τὸ δὲ ἕτερον ὑπὸ τοῦ δωδεκάτου διεστῶτος ὅσον εἰς πήχεις εἴκοσι. Τῷ δεκάτῳ δὲ τάγματι, διέχοντι πολὺ τούτων, κατὰ βόρειον κλίμα τὸ ἔργον ἦν καὶ κολυμβήθραν Ἀμύγδαλον προσαγορευομένην· τούτου δὲ τὸ πεντεκαιδέκατον ἀπὸ τριάκοντα πηχῶν ἐχώννυ κατὰ τὸ τοῦ ἀρχιερέως μνημεῖον. Προσαγομένων δ' ἤδη τῶν ὀργάνων ὁ μὲν Ἰωάννης ἔνδοθεν ὑπορύξας τὸ κατὰ τὴν Ἀντωνίαν μέχρι τῶν χωμάτων διάστημα, καὶ διαλαβὼν σταυροῖς τοὺς ὑπονόμους ἀνακρήμνησι τὰ ἔργα. Πίσσῃ δὲ καὶ ἀσφάλτῳ διακεχρισμένην ὕλην εἰσκομίσας ἐνίησι πῦρ, καὶ τῶν σταυρῶν ὑποκαέντων ἥ τε διῶρυξ ἐνέδωκεν ἀθρόα καὶ μετὰ μεγίστου ψόφου κατεσείσθη τὰ σώματα εἰς αὐτήν. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον μετὰ τοῦ κονιορτοῦ καπνὸς ἠγείρετο βαθύς, πνιγομένου τῷ πτώματι τοῦ πυρός· τῆς δὲ θλιβούσης ὕλης διαβιβρωσκομένης ἤδη φανερὰ φλὸξ ἐρρήγνυτο. Καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἐκ-

« mnere clamabant, (eam quippe se servituti recte præferre,) « et mala quæcumque possint Romanis illaturos esse dum « spirent, ipsisque non curæ esse patriam, ut ipse dicat, per« ituris, mundumque Deo esse templum hoc præstantius. « Ceterum hoc ipsum ab eo servatum iri qui illud incole« ret, quem et ipsos auxiliatorem habentes minas omnes « deridere facta desiderantes : rerum enim eventum penes « Deum esse. » Hujusmodi dicta conviciis admista vociferabantur.

(XXIX.) 3. Interea autem et Antiochus Epiphanes aderat, aliosque multos milites secum habens et circa ipsum catervam quæ Macedonum appellabatur; omnes ejusdem ætatis, proceros, et ex ephebis paullum modo egressos, Macedonum more armatos et in re militari exercitos, unde etiam nomen habebant, qui tamen plerique famam gentis æquare non poterant. Omnium enim regum qui Romanis parebant felicissimum Commagenum fieri contigit, priusquam fortuna mutaretur : ostendit autem et ille in senecta ætate, neminem ante obitum beatum dici oportere. Ceterum filius ejus, qui eo adhuc vigente tunc forte aderat, se mirari aiebat, quidnam esset cur Romani muros adire cunctarentur. Erat enim bellator ipse, naturaque factus ad audendum, tantusque viribus ut non multum peccaret audacia. Quum vero Titus ad hoc subrisisset, laboremque communem esse dixisset, ita ut erat se cum Macedonibus proripuit Antiochus, et in muros impetum fecit. Et ipse quidem pro viribus suis ac peritia cavebat tela Judæorum, dum illos jaculis peteret : fere autem omnes ejus adolescentes attriti erant. Promissa enim reveriti certatim in pugna perseverabant, et ad extremum multi saucii recesserunt, secum cogitantes, etiam veris Macedonibus, si vellent vincere, opus esse fortuna Alexandri.

(XXX.) 4. Quum autem Romani duodecimo mensis Artemisii die aggeres inchoassent, vix eos vigesimo nono perfecerunt, septemdecim illis diebus operi sine intermissione impensis. Quattuor enim maximi surrexerant, et alter quidem ad Antoniam a quinta legione jactus erat contra mediam piscinam quæ Struthia vocatur : alius vero a duodecima legione inde circiter viginti cubitos distante. At decima legio, quæ ab his longe aberat, in operibus ad regionem septemtrionalem occupata erat et ad piscinam quæ Amygdalon appellatur : inde vero quasi ad triginta cubitos legio decima quinta aggeres struebat ad *Joannis* pontificis monumentum. Jam vero machinis admotis, Joannes quidem, eo spatio quod inter Antoniam et aggeres interjacet suffosso, et cuniculis sudibus suffultis opera suspendit. Quum vero materiam importasset pice ac bitumine illitam, ignem immittit, et sudibus deflagratis fossa repente subsedit, cumque magno sonitu in eam prolapsi sunt aggeres. Ac primo quidem cum pulvere fumus ex alto excitatus est, igne ruina suffocato : peresa vero materia qua premebatur, flamma tum manifesta erumpebat. Et Romani repentino quidem

πληξις μὲν πρὸς τὸ αἰφνίδιον, ἀθυμία δὲ πρὸς τὴν ἐπίνοιαν ἐμπίπτει. Καὶ κρατήσειν οἰομένοις ἤδη τὸ συμβὰν καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἔψυξε τὴν ἐλπίδα· τὸ δὲ ἀμύνειν ἀχρεῖον ἐδόκει πρὸς τὸ πῦρ, καὶ εἰ σβεσθείη, τῶν χωμάτων καταποθέντων.

ε'. Μετὰ δὲ ἡμέρας δύο καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτίθενται χώμασιν οἱ περὶ τὸν Σίμωνα. Καὶ γὰρ δὴ προσαγαγόντες ταύτῃ τὰς ἑλεπόλεις οἱ Ῥωμαῖοι διέσειον ἤδη τὸ τεῖχος. Τεφθαῖός δέ τις ἀπὸ Γαρσὶς πόλεως τῆς Γαλιλαίας, καὶ Μεγάσσαρος τῶν βασιλικῶν Μαριάμμης θεράπων, μεθ' ὧν Ἀδιαβηνός τις υἱὸς Ναβαταίου, τοὔνομα κληθεὶς ἀπὸ τῆς τύχης Χαγείρας, ὅπερ σημαίνει χωλὸς, ἁρπάσαντες λαμπάδας, προεπήδησαν ἐπὶ τὰς μηχανάς. Τούτων τῶν ἀνδρῶν οὔτε τολμηρότεροι κατὰ τόνδε τὸν πόλεμον ἐκ τῆς πόλεως ἐφάνησαν οὔτε φοβερώτεροι. Καθάπερ γὰρ εἰς φίλους ἐκτρέχοντες, οὐ πολεμίων στῖφος, οὔτε ἔδεισαν οὔτε ἐμέλλησαν, οὔτε ἀπέστησαν, ἀλλὰ διὰ μέσων ἐνθορόντες τῶν ἐχθρῶν ὑφῆψαν τὰς μηχανάς. Βαλλόμενοι δὲ καὶ τοῖς ξίφεσιν ἀνωθούμενοι πάντοθεν οὐ πρότερον ἐκ τοῦ κινδύνου μετεκινήθησαν ἢ δράξασθαι τῶν ὀργάνων τὸ πῦρ. Αἰρομένης δ' ἤδη τῆς φλογὸς Ῥωμαῖοι μὲν ἀπὸ τῶν στρατοπέδων συνθέοντες ἐβοήθουν, Ἰουδαῖοι δὲ ἐκ τοῦ τείχους ἐκώλυον, καὶ τοῖς σβεννύειν πειρωμένοις συνεπλέκοντο, κατὰ μηδὲν τῶν ἰδίων φειδόμενοι σωμάτων. Καὶ οἱ μὲν εἷλκον ἐκ τοῦ πυρὸς τὰς ἑλεπόλεις, τῶν ὑπὲρ αὐτὰς γέρρων φλεγομένων, οἱ δὲ Ἰουδαῖοι καὶ διὰ τῆς φλογὸς ἀντελαμβάνοντο καὶ τοῦ σιδήρου ζέοντος δρασσόμενοι τοὺς κριοὺς οὐ μεθίεσαν. Διέβαινε δ' ἀπὸ τούτων ἐπὶ τὰ χώματα τὸ πῦρ καὶ τοὺς ἀμύνοντας προελάμβανεν. Ἐν τούτῳ δ' οἱ μὲν Ῥωμαῖοι κυκλούμενοι τῇ φλογὶ καὶ τὴν σωτηρίαν τῶν ἔργων ἀπογνόντες ἀνεχώρουν ἐπὶ τὰ στρατόπεδα, Ἰουδαῖοι δὲ προσέκειντο πλείους ἀεὶ γινόμενοι, τῶν ἔνδοθεν προσβοηθούντων, καὶ τῷ κρατεῖν τεθαρρηκότες ἀταμιεύτοις ἐχρῶντο ταῖς ὁρμαῖς· προελθόντες δὲ μέχρι τῶν ἐρυμάτων ἤδη συνεπλέκοντο τοῖς φρουροῖς. Τάξις δ' ἐστὶν ἐκ διαδοχῆς ἱσταμένη πρὸ τοῦ στρατοπέδου [μετὰ τῶν ὅπλων] καὶ δεινὸς ἐπ' αὐτῇ Ῥωμαίων νόμος, τὸν ὑποχωρήσαντα καθ' ἣν δήποτ' οὖν αἰτίαν θνήσκειν. Οὗτοι τοῦ μετὰ κολάσεως τὸν μετ' ἀρετῆς θάνατον προκρίναντες ἵστανται, καὶ πρὸς τὴν τούτων ἀνάγκην πολλοὶ τῶν τραπέντων ἐπεστράφησαν αἰδούμενοι. Διαθέντες δὲ καὶ τοὺς ὀξυβελεῖς ἐπὶ τοῦ τείχους εἶργον τὸ προσγινόμενον πλῆθος ἐκ τῆς πόλεως, οὐδὲν εἰς ἀσφάλειαν ἢ φυλακὴν τῶν σωμάτων προνοουμένους· συνεπλέκοντο γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι τοῖς προστυχοῦσι, καὶ ταῖς αἰχμαῖς ἀφυλάκτως ἐμπίπτοντες αὐτοῖς τοῖς σώμασι τοὺς ἐχθροὺς ἔπαιον· οὔτε δ' ἔργοις αὐτοὶ πλέον ἢ τῷ θαρρεῖν περιῆσαν, καὶ Ῥωμαῖοι τῇ τόλμῃ πλέον εἶχον ἢ τῷ κακοῦσθαι.

ϛ'. Παρῆν δ' ἤδη ὁ Καῖσαρ ἀπὸ τῆς Ἀντωνίας, ὅπου κεχώριστο, κατασκεπτόμενος τόπον ἄλλοις χώμασι· καὶ πολλὰ τοὺς στρατιώτας φαυλίσας, εἰ κρατοῦντες

casu obstupefacti erant, atque animos despondere cœperunt ex facti sollertia. Quumque se victoriam reportaturos esse jam crederent, hoc ipsum quod accidit spem eorum in posterum refrigeravit: frustraque videbantur in igne exstinguendo laborare, quum illo exstincto absorptos viderent aggeres.

5. Biduo autem post reliquos etiam aggeres Simon cum suis aggreditur. Illa enim parte Romani jam productis helepolibus murum concutere cœperant. Tephthæus autem quidam ex Garsis ortus civitate Galilææ, et Megassarus ex regiis famulis Mariamnes, cum quibus Adiabenus quidam filius Nabatæi, ex fortuna cognominatus Chagiras, quæ vox claudum denotat, raptis facibus in machinas prosiluerunt. His viris neque audaciores quiquam eo bello ex urbe in hostem processerunt, neque magis terribiles. Nam veluti ad amicos, non in agmen hostium, excurrerent, non trepidarunt, neque cunctati sunt, neque abscesserunt, sed per medios hostes proruentes machinas succenderunt. Impetiti autem missilibus, et gladiis ab omni parte repulsi, non prius e periculo semet subduxerunt, quam ignis instrumenta corriperet. Sublata vero flamma, concursus quidem factus est Romanorum e castris, ut machinis subveniretur: Judæi vero ex muro prohibebant, et cum iis qui exstinctum ibant manus conserebant, propriis corporibus nullo modo parcentes. Et Romani quidem arietes igni subtrahebant, quum eorum tegmina cremarentur: Judæi vero etiam per flammas eos retinere certabant, et quamvis fervens nacti essent ferrum, arietes non dimittebant. Ab his autem in aggeres transibat ignis, et auxilium ferentes præveniebat. Quumque res ita erat, Romani quidem flammis circumdati, et de operibus servandis desperantes, in castra discedebant; Judæi vero magis instabant, semper numero gliscentes, quod ad eos in auxilium accurrerent qui in urbe erant, fretique victoria effuso impetu ferebantur; et usque ad munimenta castrorum progressi, jam cum custodibus ad conflictum veniebant. Est enim statio pro castris per vices succedentium [armatorum] et acerba in eos sanctio Romanorum, morte plectendum esse qui loco qualibet de causa cederet. Hi supplicio capitali gloriosa morte prælata substant, et ad horum necessitatem multi fugientium cum pudore conversi sunt. Quumque scorpiones per murum disposuissent, multitudinem a civitate advenientem repellebant, nihil in corporum securitatem custodiamve providentem: nam quoscunque obvios haberent, cum his congrediebantur Judæi; et in spicula incaute irruentes ipsis corporibus inimicos feriebant: neque hi tam illis quæ faciebant quam quæ audebant superiores erant; et Romani plus audaciæ quam quod male tractarentur cedebant.

6. Jam vero Cæsar aderat ab Antonia, quo seorsum iverat, ut loca exploraret aliis aggeribus: multumque increpatis militibus, quod, quum hostium muros obtinuissent, in suis

πάντοτε τὰς ἐλπίδας, τῶν μὲν χωμάτων ταῖς ἐπιβουλαῖς, τῶν δὲ ὀργάνων στερρότητι τοῦ τείχους, τῆς δὲ κατὰ χεῖρα μάχης ταῖς τῶν συμπλεκομένων τόλμαις πλεονεκτούμενοι. Τὸ δὲ μέγιστον, στάσεώς τε καὶ λιμοῦ καὶ πολέμου καὶ τοσούτων κακῶν εὑρίσκοντες ἐπάνω τὸ παράστημα τῆς ψυχῆς Ἰουδαίους ἔχοντας, ὑπελάμβανον τῶν ἀνδρῶν ἀμάχους μὲν τὰς ὁρμὰς, ἀνάλωτον δὲ τὴν ἐπὶ συμφοραῖς εὐθυμίαν εἶναι· τί γὰρ ἂν μὴ ὑποστῆναι δεξιᾷ τύχῃ χρωμένους, τοὺς ὑπὸ κακῶν πρὸς ἀλκὴν τρεπομένους; Οἱ μὲν οὖν ἐρρωμενεστέρας διὰ ταῦτα τῶν χωμάτων ἐποιοῦντο τὰς φυλακάς.

γʹ. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἰωάννην κατὰ τὴν Ἀντωνίαν ἅμα καὶ πρὸς τὸ μέλλον, εἰ καταρριφθείη τὸ τεῖχος, ἠσφαλίζοντο, καὶ πρὶν ἐπιστῆναι τοὺς κριοὺς ἐπέθεντο τοῖς ἔργοις. Οὐ μὴν ἐκράτησάν γε τῆς ἐπιχειρήσεως, ἀλλὰ προελθόντες μετὰ λαμπάδων, πρὶν ἐγγίσαι τοῖς χώμασι, ψυχρότεροι τῆς ἐλπίδος ὑπέστρεψαν. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐδὲ ὁμονοεῖν ἡ σκέψις αὐτῶν ἐδόκει κατὰ μέρος ἐκπηδώντων κἀκ διαλειμμάτων καὶ μεμελλημένως μετὰ δέους, καθόλου τ' εἰπεῖν, οὐκ Ἰουδαϊκῶς. Τὰ γὰρ ἴδια τοῦ ἔθνους ὑστέρητο ἅμα, τόλμα καὶ ὁρμὴ, καὶ δρόμος ὁμοῦ πάντων, καὶ τὸ μηδὲ πταίοντας ἀναστρέφειν. Ἀτονώτεροι δὲ ἑαυτῶν προελθόντες καὶ τοὺς Ῥωμαίους ηὗρον ἐρρωμενέστερον τοῦ συνήθους παρατεταγμένους. Τοῖς μέν γε σώμασι καὶ ταῖς πανοπλίαις οὕτως ἐφράξαντο τὰ χώματα πάντοθεν ὡς τῷ πυρὶ μηδαμόθεν καταλιπεῖν παράδυσιν, τὴν δὲ ψυχὴν ἐτόνωσαν ἕκαστος, μὴ μετακινηθῆναι τῆς τάξεως πρὸ θανάτου. Πρὸς γὰρ τῷ πάσας αὐτῶν ὑποκόπτεσθαι τὰς ἐλπίδας, εἰ κἀκεῖνα καταφλεγείη τὰ ἔργα, δεινὴ τοὺς στρατιώτας εἶχεν αἰδὼς, εἰ πάντα κρατήσειαν πανουργία μὲν ἀρετῆς, ἀπόνοια δὲ ὅπλων, πλῆθος δὲ ἐμπειρίας, Ἰουδαῖοι δὲ Ῥωμαίων. Ἅμα δέ τι καὶ τὰ ἀφετήρια συνήργει τῶν προπηδώντων ἐφικνούμενα, καὶ πεσών τις τῷ μεθ' ἑαυτὸν ἐμπόδιον ἦν, ὅ τε κίνδυνος τοῦ πρόσω χωρεῖν ἐποίει μαλακωτέρους. Τῶν δ' ἐνδοτέρω βέλους ὑποδραμόντων οἱ μὲν πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν τὴν εὐταξίαν καὶ τὸ πύκνωμα τῶν πολεμίων καταπλαγέντες, οἱ δὲ νυττόμενοι τοῖς ξυστοῖς ἐπαλινδρόμουν· καὶ τέλος ἀλλήλους κακίζοντες εἰς δειλίαν ἀνεχώρουν ἄπρακτοι. Νουμηνίᾳ Πανέμου μηνὸς ἡ ἐπιχείρησις ἦν. Ἀναχωρησάντων δὲ τῶν Ἰουδαίων προσῆγον οἱ Ῥωμαῖοι τὰς ἑλεπόλεις, βαλλόμενοι πέτραις τε ἀπὸ τῆς Ἀντωνίας καὶ πυρὶ καὶ σιδήρῳ καὶ παντὶ τῷ χορηγουμένῳ Ἰουδαίοις ὑπὸ τῆς ἀνάγκης βέλει. Καίπερ γὰρ πολὺ τῷ τείχει πεποιθότες καὶ τῶν ὀργάνων καταφρονοῦντες, ὅμως ἐκώλυον τοὺς Ῥωμαίους προσάγειν. Οἱ δὲ τὴν σπουδὴν τῶν Ἰουδαίων τοῦ μὴ πληγῆναι τὴν Ἀντωνίαν ὑπολαμβάνοντες γίνεσθαι δι' ἀσθένειαν τοῦ τείχους, καὶ σαθροὺς ἐλπίσαντες εἶναι τοὺς θεμελίους, ἀντεφιλονείκουν. Οὐ μὴν ὑπήκουε τὸ τυπτόμενον, ἀλλ' οἱ μὲν συνεχῶς βαλλόμενοι καὶ πρὸς μηδένα τῶν καθύπερθεν κινδύνων ἐνδιδόντες ἐνεργοὺς παρεῖχον τὰς ἑλεπόλεις·

debilitata, quum aggeres insidiis, machinæ soliditati muri, pugnaque manibus conserta audaciæ confligentium cederent. Maxime vero, quum et seditione et fame et bello superiorem animi fortitudinem Judæos habere experirentur, virorum insuperabiles esse impetus et animos eorum in calamitatibus terrore invictos arbitrabantur : quid enim non sustineant prosperis in rebus, qui malis ad virtutem incitarentur? Et illi quidem propterea validiores aggeribus adhibebant custodias.

3. Joannes autem ejusque socii apud Antoniam simul et futuris, si disjiceretur murus, prospiciebant, et antequam arietes admoverentur, impetum faciebant in opera. Non tamen illis successit conatus : sed cum facibus progressi, priusquam aggeribus appropinquarent, spe sua frustrati reverterunt. Nam primum ne concordare quidem videbatur eorum consilium, paulatim et per intervalla et cunctanter nec sine metu exsilientium, atque ut summatim dicam, non Judæorum more. Simul enim illis deerant quæ gentis sunt propria, audacia et impetus, conjunctusque omnium cursus, et sine offensione revertere. Languidiores vero progressi, quam solebant, etiam Romanos acie solito validiori stantes inveniebant: qui corporibus quidem atque armis ita undique aggeres sepserunt, ut nusquam igni aditum relinquerent; animo vero quisque eatenus confirmato erat, ut prius moreretur quam loco cederet. Nam præterquam quod omnis spes illis præcideretur, si etiam ista opera forent exusta, magno sibi pudori esse ducebant milites, si per omnia cederet aut calliditati virtus, aut arma temeritati, aut peritia multitudini, aut Romani Judæis. Simul autem et machinæ obsidionales pro illis faciebant, missilia ad eos usque conjicientes qui prosiliebant, et quum quis cecidisset, subsequuturo moram injiciebat, periculumque ultra progrediendi remissiores efficiebat. Qui vero intra teli jactum se proripuerant, alii, priusquam ad manus ventum esset, disciplina hostium et densitate perterriti, alii spiculis vulnerati retrocedebant: tandemque, alius alium timiditatis arguens, re infecta revertebantur. Primo mensis Panemi die hæc oppugnatio facta est. Judæis autem inde digressis, Romani helepoles admovere, quamvis ab Antonia saxis peterentur et igni et ferro, telisque omnigenis quæ Judæis suppeditaret necessitas. Nam licet mœnibus multum confiderent Judæi, machinasque contemnerent, tamen eas applicare prohibebant Romanos. Illi autem Judæorum studium ne læderetur Antonia ex murorum infirmitate esse arbitrantes, ratique eam fragilibus niti fundamentis, ex adverso contendebant. Nec tamen quod feriebatur ictibus cedebat : sed ipsi quidem crebris in se missilibus jactis, quum nulli periculo desuper venienti succumberent, eo perducebant helepoles ut agendi vim haberent. At quum inferiores

ὡς δ' ἦσαν ἐλάττους καὶ περιεθραύοντο ταῖς πέτραις, ἕτεροι τοὺς θυρεοὺς ὀροφώσαντες ὑπὲρ τῶν σωμάτων χερσὶ καὶ μοχλοῖς ὑπώρυττον τοὺς θεμελίους, καὶ τέσσαράς γε λίθους προσκαρτερήσαντες ἐξέσεισαν. Ἀνέπαυσε δὲ νὺξ ἑκατέρους, καὶ ἐν ταύτῃ τὸ τεῖχος ὑπὸ τῶν κριῶν σεσαλευμένον, καθ' ὃ τοῖς προτέροις ἐπιβουλεύων χώμασιν ὁ Ἰωάννης ὑπώρυξεν, ἐνδούσης τῆς διώρυχος, ἐξαπίνης κατερείπεται.

(Γ'.) δ'. Τούτου συμβάντος παραδόξως ἑκατέροις διηγέρθη τὰ φρονήματα. Ἰουδαίους μὲν γὰρ, οὓς ἀθυμεῖν εἰκὸς ἦν τῷ παρ' ἐλπίδα γενέσθαι τὸ πτῶμα καὶ μὴ προησφαλίσθαι πρὸς αὐτὸ, θαρρεῖν ὡς μενούσης συνέβαινε τῆς Ἀντωνίας· Ῥωμαίων δέ γε τὴν παρ' ἐλπίδα χαρὰν ἐπὶ τῷ καταρριφθέντι ταχέως ἔσβεσεν ὄψις ἑτέρου τείχους, ὅπερ ἔνδοθεν οἱ περὶ τὸν Ἰωάννην ἀντῳκοδομήκεσαν. Εὐμαρεστέρα μέν γε τῆς πρότερον ἡ προσβολὴ κατεφαίνετο· τότε γὰρ ἀναβῆναι διὰ τῶν καταρριφθέντων ῥᾷον ἐδόκει, καὶ τὸ τεῖχος ἀσθενέστερόν τε πολλῷ τῆς Ἀντωνίας καὶ ταχέως τῷ πρόσκαιρον εἶναι λύειν ὑπελάμβανον. Οὐ μὴν ἐτόλμα τις ἀναβῆναι· προὖπτος γὰρ τοῖς ἀρξαμένοις ἦν ἀπώλεια.

(Δ'.) ε'. Νομίζων δ' ὁ Τίτος ἐγείρεσθαι μάλιστα τὰς τῶν πολεμούντων προθυμίας ἐλπίδι καὶ λόγῳ, τάς τε προτροπὰς καὶ τὰς ὑποσχέσεις πολλάκις μὲν λήθην ἐνεργάζεσθαι τῶν κινδύνων, ἔστι δ' ὅτε καὶ θανάτου καταφρόνησιν, συναγαγὼν ἐπὶ ταυτὸ τοὺς ἀλκίμους, ἐπειρᾶτο τῶν ἀνδρῶν, « ὦ συστρατιῶται, λέγων, τὸ μὲν παρακε- « λεύειν ἐπὶ τὰ μὴ φέροντα κίνδυνον αὐτόθεν τοῖς παρα- « κελευομένοις ἀκλεὲς, ἀμέλει δὲ καὶ τῷ παρακελεύοντι « φέρει κατάγνωσιν ἀνανδρίας. Δεῖ δ', οἶμαι, προτροπῆς « εἰς μόνα τὰ σφαλερὰ τῶν πραγμάτων, ὡς ἐκεῖνά γε « καθ' αὐτοὺς πράττειν ἄξιον. Ὥστε ἔγωγε τὸ μὲν « ὑπάρχειν χαλεπὴν τὴν ἐπὶ τὸ τεῖχος ἄνοδον αὐτὸς « ὑμῖν προτίθημι· τὸ δ' ὅτι μάλιστα προσήκει μάχεσθαι « τοῖς δυσκόλοις τοὺς ἀρετῆς ἐφιεμένους, καὶ ὅτι καλὸν « ἐν εὐκλείᾳ τελευτὴ, καὶ ὡς οὐκ ἄκαρπον ἔσται τοῖς « καταρξαμένοις τὸ γενναῖον, διέξειμι. Πρῶτον μὲν « οὖν ὑμῖν γενέσθω προτροπὴ τὸ τινὰς ἴσως ἀποτρέπον, « ἡ Ἰουδαίων μακροθυμία καὶ τὸ καρτερικὸν ἐν οἷς κα- « κοπαθοῦσιν. Αἰσχρὸν γὰρ Ῥωμαίους τε ὄντας καὶ « στρατιώτας ἐμοὺς, καὶ διδακτὸν μὲν ἐν εἰρήνῃ τὸ « πολεμεῖν, ἔθιμον δ' ἐν πολέμῳ τὸ κρατεῖν ἔχοντας, « ἡττᾶσθαι κατὰ χεῖρα Ἰουδαίων ἢ κατὰ ψυχὴν, καὶ « ταῦτα πρὸς τέλει τῆς νίκης καὶ συνεργουμένους ὑπὸ « τοῦ Θεοῦ. Τὰ μὲν γὰρ ἡμέτερα πταίσματα τῆς « Ἰουδαίων ἐστὶν ἀπονοίας, τὰ δ' ἐκείνων πάθη ταῖς τε « ὑμετέραις ἀρεταῖς καὶ ταῖς τοῦ Θεοῦ συνεργίαις αὔξε- « ται. Στάσις γὰρ καὶ λιμὸς καὶ πολιορκία καὶ δίχα « μηχανημάτων πίπτοντα τείχη τί ἂν ἀλλ' ἢ Θεοῦ μὲν « εἴη μῆνις ἐκείνοις, βοήθεια δ' ἡμετέρα; Τὸ τοίνυν μὴ « μόνον ἐλαττοῦσθαι χειρόνων, ἀλλὰ καὶ τὴν θείαν συμ- « μαχίαν προδιδόναι, πρὸς ἡμῶν οὐκ ἂν εἴη. Πῶς δ' « οὐκ αἰσχρὸν Ἰουδαίους μὲν οἷς πολλὴν αἰσχύνην οὐ « φέρει τὸ λείπεσθαι μαθοῦσι δουλεύειν, ὑπὲρ τοῦ μηκέτι

essent ac lapidibus comminuerentur, alii scutis super corpora concameratis fundamenta manibus et vectibus suffodiebant, atque saxa quattuor obstinato labore amoliti sunt. Nox autem prælium utrinque diremit: atque in ea murus arietibus quassatus, qua Joannes, quum prioribus aggeribus insidiaretur, eum suffoderat, subsidente cuniculo, repente corruit.

(III.) 4. Quum hoc præter opinionem accidisset, utrorumque animi erigebantur. Nam Judæi quidem, quos anxios et dejectos esse verisimile erat, quod præter exspectationem inciderit ruina, et adversus eam nihil præcaverint, tanquam maneret Antonia hoc casu, confidebant: Romanorum vero inopinatam lætitiam e prostrato conceptam cito restinxit muri alterius conspectus, quem post illum Joannes cum suis ædificaverat. Verumtamen priori facilior oppugnatio apparebat: tunc enim et ascensus per ruinas promptior videbatur, et Antonia multo infirmiorem esse murum, quodque temporarius esset, cito destrui posse existimabant. Nemo tamen eum audebat ascendere, quod primo tentantibus præsentissimum impenderet exitium.

(IV.) 5. Titus vero spe atque oratione putans alacritatem pugnantium quammaxime excitari, et adhortationes atque promissa facere ut sæpe in oblivionem veniant periculorum, atque mors ipsa interdum contemnatur, fortissimis in concionem congregatis experiebatur eos, dicens, « hortari quidem ad ea, commilitones, quæ sine periculo geri possunt, « subinde et ipsis qui monentur inglorium est, ipsumque « certe qui monet ignaviæ arguit. Non opus esse puto ex- « hortatione, nisi quum res periculosæ sint; nam reliquas « per se quemque gerere dignum est. Quare ego ab una parte « difficilem vobis in murum esse ascensum ipse profiteor; « ab altera vero quod deceat gloriæ cupidos cum difficilibus « congredi, quodque pulchrum sit cum gloria mori, nec « infructuosum erit iis qui primi audeant forte facinus, per- « sequor. Et primum quidem vos illud hortetur, quod « nonnullos fortasse deterreat, Judæorum patientia et in « adversis rebus constantia. Etenim Romanos meosque « milites, quibus in pace quidem bella discere, in bello vero « vincere consuetum est, a Judæis manu vel animo superari, « turpe est, idque in fine victoriæ, quumque a Deo adjuti « simus. Nostra enim infortunia Judæorum desperationi « accepta debentur: illorum autem clades vestris virtutibus, « quibus auxiliatur Deus, crescunt. Etenim seditio, fames, « obsidio, murorumque sine machinis casus, quid sit aliud « quam in illos ira Dei, nostrumque adjumentum? Igitur « non solum deterioribus inferiores videri, sed etiam divi- « num auxilium prodere, nobis non convenit. Quo pacto « autem non turpe videatur, Judæos quidem, quibus non « magno pudori est vinci qui servire didicerint, ne in po- « sterum id patiantur, mortem contemnere, atque in nos

« τοῦτο πάσχειν θανάτου καταφρονεῖν, καὶ πολλάκις εἰς μέσους ἡμᾶς ἐκτρέχειν, οὐχ ἐλπίδι τοῦ κρατήσειν, ἀλλὰ διὰ ψιλὴν ἐπίδειξιν ἀνδρείας· ἡμᾶς δὲ τοὺς γῆς ὀλίγου δεῖν ἁπάσης καὶ θαλάσσης κρατοῦντας, οἷς καὶ τὸ μὴ νικᾶν ὄνειδος, μηδὲ ἅπαξ εἰς τοὺς πολεμίους παραβάλλεσθαι, περιμένειν δὲ τὸν λιμὸν κατ' αὐτῶν καὶ τὴν τύχην ἀργοὺς καθεζομένους μετὰ τοιούτων ὅπλων, καὶ ταῦτα δι' ὀλίγου τοῦ παραβόλου τὸ πᾶν κατορθῶσαι δυναμένους; ἀναβάντες γοῦν ἐπὶ τὴν Ἀντωνίαν ἔχομεν τὴν πόλιν. Καὶ γὰρ ἂν γίνηταί τις ἔτι πρὸς τοὺς ἔνδον, ὅπερ οὐκ οἴομαι, μάχη, τό γε κατὰ κορυφὴν εἶναι καὶ ταῖς ἀναπνοαῖς ἐπικαθῆσθαι τῶν πολεμίων ταχέως τὴν ὁλοσχερῆ νίκην ἐγγυᾶται. Καὶ ἔγωγε τὸ μὲν ὑμνεῖν ἄρτι τὴν ἐν πολέμῳ τελευτὴν, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς ἀρειμανίοις πεσοῦσιν ἀθανασίαν παραλείπω, ἐπαρασαίμην δ' ἂν τοῖς ἄλλως ἔχουσι τὸν κατ' εἰρήνην ἐκ νόσου θάνατον, οἷς μετὰ τοῦ σώματος καὶ ἡ ψυχὴ τάφῳ καταχρίνεται. Τίς γὰρ οὐκ οἶδε τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὅτι τὰς μὲν ἐν παρατάξει ψυχὰς σιδήρῳ τῶν σαρκῶν ἀπολυθείσας τὸ καθαρώτατον στοιχεῖον αἰθὴρ ξενοδοχῶν ἄστροις ἐγκαθιδρύει, δαίμονες δ' ἀγαθοὶ καὶ ἥρωες εὐμενεῖς ἰδίοις ἐγγόνοις ἐμφανίζονται, τὰς δὲ ἐν νοσοῦσι τοῖς σώμασι συντακείσας, κἂν τὰ μάλιστα κηλίδων ἢ μιασμάτων ὦσι καθαραὶ, νὺξ ὑπόγειος ἀφανίζει καὶ λήθη βαθεῖα δέχεται, λαμβανούσας ἅμα τοῦ τε βίου καὶ τῶν σωμάτων, ἔτι δὲ τῆς μνήμης περιγραφήν; Εἰ δὲ κέκλωσται μὲν ἀνθρώποις ἀναγκαία τελευτὴ, κουφότερος δ' εἰς αὐτὴν νόσου πάσης σίδηρος ὑπηρέτης, πῶς οὐκ ἀγεννὲς μὴ διδόναι ταῖς χρείαις ὃ τῷ χρεὼν ἀποδώσομεν; Καὶ ταῦτα μὲν ὡς οὐ δυναμένων σωθῆναι τῶν ἐπιχειρησόντων διεξῆλθον· ἔνεστι δὲ σώζεσθαι τοῖς ἀνδριζομένοις καὶ ἐκ τῶν σφαλερωτάτων. Πρῶτον μὲν γὰρ τὸ καταρριφθὲν εὐεπίβατον· ἔπειτα πᾶν τὸ οἰκοδομηθὲν εὐδιάλυτον. Ὑμεῖς τε πλείους, θαρσήσαντες ἐπὶ τὴν πρᾶξιν, ἀλλήλοις προτροπὴ καὶ βοήθεια γίνεσθε, καὶ τοῖς πολεμίοις τὸ ὑμέτερον παράστημα ταχέως κλάσει τὰ φρονήματα. Καὶ τάχα ἂν ὑμῖν ἀναίμακτον τὸ κατόρθωμα γένοιτο μόνον καταρξαμένοις. Ἀναβαίνοντας μὲν γὰρ κωλύειν πειράσονται κατὰ τὸ εἰκὸς, λαθόντας δὲ καὶ βιασαμένους ἅπαξ οὐκ ἂν ὑποσταῖεν ἔτι, κἂν ὀλίγοι φθάσητε. Τὸν δὲ καταρξάμενον αἰσχυνοίμην ἂν εἰ μὴ ποιήσαιμι ζηλωτὸν ἐν ταῖς ἐπικαρπίαις, καὶ ὁ μὲν ζῶν ἄρξει τῶν νῦν ὁμοίων, μακαριστὰ δ' ἀκολουθήσει καὶ τοῖς πεσοῦσι τὰ ἀριστεῖα. »

(Ε'.) ϛ'. Τοιαῦτα τοῦ Τίτου διεξιόντος τὸ μὲν ἄλλο πλῆθος ἔδεισε τοῦ κινδύνου τὸ μέγεθος, τῶν δ' ἐν ταῖς σπείραις στρατευομένων Σαβῖνος τοὔνομα, γένος ἀπὸ Συρίας, ἀνὴρ καὶ κατὰ χεῖρα καὶ κατὰ ψυχὴν ἄριστος ἐφάνη, καίτοι προϊδὼν ἄν τις αὐτὸν ἀπό γε τῆς σωματικῆς ἕξεως οὐ δίκαιον εἶναι στρατιώτην ἔδοξε. Μέλας μὲν γὰρ ἦν τὴν χροιὰν, ἰσχνὸς, τὴν σάρκα πεπιλημένος, ἀλλ' ἐνῴκει τις ἡρωικὴ ψυχὴ λεπτῷ σώματι καὶ πολὺ

« medios frequenter excurrere, non victoriæ spe, sed ad solam virtutis ostentationem: nos autem totius pæne terræ marisque victores, quibus etiam non vincere probro habetur, otiosos sedentes, ne semel quidem in hostem aliquid audaciter expertos, famem ac fortunam illis adversam cum ejusmodi armis operiri, idque quum parvo discrimine totum possitis efficere? nam in Antoniam si ascenderimus, habebimus civitatem. Nam etsi pugnandum sit adversum intus positos, quod non arbitror, attamen in verticibus esse ac respirationi hostium insidere victoriam nobis integram spondet. Equidem prætermissa nunc eorum laude qui in bello moriuntur, illorumque immortalitate qui Martio furore cadunt, est ut illis, qui non adeo fortiter animati sunt, ex morbo pacis tempore mortem imprecer, quorum anima cum corpore sepulchro damnatur. Quis enim virorum fortium nescit, animas in acie quidem ferro corporibus solutas purissimo ætheris elemento inter astra collocari; easque manes bonos ac propitios heroas posteris suis conspici; quas vero morbus corporis tabesque consumpserit, macularum licet labisque puras, sub terras ire in tenebras et in profundam demergi oblivionem, eundemque memoriæ statui terminum qui sit et vitæ et corporis? Quod si fati necessitate mors hominibus decreta est, ad eam autem omni morbo levius est ferri ministerium, cui non videatur ignavum negare id in commodum aliorum, quod ut fato debitum reddituri sumus? Et hæc quidem, quasi servari nequeant qui hoc ipsum aggredientur, prosequutus sum: est autem iis qui virilem animum gerunt evadendi via etiam e maximis periculis. Nam primum quidem quod dejectum est facile ascenditur: deinde totum quod ædificatum est facile dissolvi potest. Vosque plures, sumpta audacia ad rem aggrediendam, alii aliis incitamento estote et auxilio, vestraque animi fortitudo brevi animos hostium franget. Et fortasse vobis res sine sanguine successerit, si eam tantum inceperitis. Nam ascendentes quidem ab illis prohiberi verisimile est: si vero clam vel etiam per vim aliquid semel egeritis, non erit ut vos sustineant, si pauci id facere occupaveritis. Me autem profecto pudeat, nisi, qui primus murum conscenderit, eum invidendum remunerationibus fecero: et qui vixerit quidem, iis imperabit qui nunc ipsi æquales habeantur; beatissima vero etiam eos sequentur præmia, qui ceciderint. »

(V.) 6. Talia quum diceret Titus, cetera quidem multitudo periculi magnitudinem pertimuit: eorum vero unus qui in cohortibus militarent, Sabinus nomine, Syrus natione, vir et animo et manu fortissimus apparuit, etiamsi qui illum intuitus virtutem habitu corporis mensus fuisset, eum ne justum quidem militem esse credidisset. Etenim colore niger erat, gracilis et densa habitudine, sed in tenui corpore et viribus naturalibus fortiore heroica quædam virtus habi-

τῆς ἰδίας ἀλκῆς γενναιοτέρῳ. Πρῶτος γοῦν ἀναστὰς, « ἐπιδίδωμι σοὶ, Καῖσαρ, ἔφη, προθύμως ἐμαυτὸν, « πρῶτος ἀναβαίνω τὸ τεῖχος· καὶ εὔχομαι μέν μου τῇ « τε ἰσχύϊ καὶ τῇ γνώμῃ τὴν σὴν ἀκολουθῆσαι τύχην· « εἰ δὲ νεμεσηθείην τῆς ἐπιβολῆς, ἴσθι με μὴ πταίσαντα « παρ' ἐλπίδας, ἀλλ' ὑπὲρ σοῦ κρίσει τὸν θάνατον « ᾑρημένον. » Ταῦτα εἰπὼν καὶ τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ τὸν θυρεὸν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς προανατείνας, τῇ δεξιᾷ δὲ τὸ ξίφος σπασάμενος, ἐχώρει πρὸς τὸ τεῖχος, μάλιστα περὶ ὥραν τῆς ἡμέρας ἕκτην. Εἵποντο δ' αὐτῷ καὶ τῶν ἄλλων ἕνδεκα μόνοι ζηλωταὶ τῆς ἀνδρείας γενόμενοι. Προῆγε δὲ πολὺ πάντας ὁ ἀνὴρ ὁρμῇ τινι δαιμονίῳ χρώμενος. Οἱ φρουροὶ δ' ἀπὸ τοῦ τείχους κατηκόντιζόν τε αὐτοὺς καὶ βέλεσι πάντοθεν ἀπείροις ἔβαλλον, καὶ πέτρας ἐξαισίους κατεκύλιον, αἳ ἐκ τῶν μὲν ἕνδεκα παρέσυραν ἐνίους, ὁ δὲ Σαβῖνος ἀπαντῶν τοῖς ἀφιεμένοις καὶ καταχωννύμενος ὑπὸ τῶν βελῶν οὐ πρότερον ἐπέσχε τὴν ὁρμὴν ἢ γενέσθαι τε ἐπ' ἄκρῳ καὶ τρέψασθαι τοὺς πολεμίους. Καταπλαγέντες γὰρ αὐτοῦ τήν τε δύναμιν οἱ Ἰουδαῖοι καὶ τὸ παράστημα τῆς ψυχῆς, ἅμα δὲ καὶ πλείους ἀναβεβηκέναι δόξαντες, ἐτράπησαν. Ἔνθα δὴ καταμέμψαιτ' ἄν τις ὡς φθονερὰν ἐπὶ ταῖς ἀρεταῖς τὴν τύχην καὶ κωλύουσαν ἀεὶ τὰ παράδοξα τῶν κατορθωμάτων. Ὁ γοῦν ἀνὴρ οὗτος ὅτε ἐκράτησε τῆς ἐπιβολῆς ἐσφάλη, καὶ πταίσας πρός τινα πέτραν πρηνὴς ἐπ' αὐτῆς μετὰ μεγίστου ψόφου κατέπεσεν. Ἐπιστραφέντες δ' οἱ Ἰουδαῖοι καὶ κατιδόντες μόνον τε αὐτὸν καὶ πεπτωκότα πάντοθεν ἔβαλλον. Ὁ δ' εἰς γόνυ διαναστὰς, καὶ προκαλυψάμενος τὸν θυρεὸν, τὸ μὲν πρῶτον ἠμύνατο καὶ πολλοὺς τῶν πλησιασάντων ἔτρωσεν, αὖθις δ' ὑπὸ πλήθους τραυμάτων παρῆκε τὴν δεξιὰν, καὶ τέλος, πρὶν ἀποδοῦναι τὴν ψυχὴν, κατεχώσθη τοῖς βέλεσιν, ἀνὴρ ἄξιος μὲν ἀμείνονι χρῆσθαι δι' ἀνδρείαν τύχῃ, πεσὼν δὲ τῆς ἐπιβολῆς ἀναλόγως. Τῶν δ' ἄλλων τρεῖς μὲν τοὺς ἤδη πρὸς τοῖς ἄκροις ὄντας συντρίψαντες ἀπέκτειναν τοῖς λίθοις, οἱ δ' ὀκτὼ τραυματίαι κατασυρέντες ἀνεκομίσθησαν εἰς τὸ στρατόπεδον. Ταῦτα μὲν οὖν τρίτῃ Πανέμου μηνὸς ἐπράχθη.

(ϛ'.) ζ'. Μετὰ δὲ ἡμέρας δύο τῶν προκοιτούντων τινὲς ἐπὶ τοῖς χώμασι φυλάκων εἴκοσι συνελθόντες προσκαλοῦνται μὲν τὸν τοῦ πέμπτου τάγματος σημαιοφόρον καὶ δύο τινὰς τῶν ἐν ταῖς ἴλαις ἱππέων καὶ σαλπιγκτὴν ἕνα, κατὰ δ' ὥραν τῆς νυκτὸς ἐνάτην προβαίνουσι μὲν ἡσυχῇ διὰ τῶν ἐρειπίων ἐπὶ τὴν Ἀντωνίαν, ἀποσφάξαντες δὲ τοὺς πρώτους τῶν φρουρῶν κοιμωμένους κρατοῦσι τοῦ τείχους καὶ τῷ σαλπιγκτῇ σημαίνειν ἐκέλευσαν. Πρὸς δ τῶν μὲν ἄλλων φυλάκων ἐξανάστασίς τε αἰφνίδιος ἦν καὶ φυγὴ, πρίν τινα τὸ πλῆθος ἐπιδεῖν τῶν ἐπιβεβηκότων· ὅ τε γὰρ φόβος καὶ ἡ σάλπιγξ φαντασίαν αὐτοῖς τοῦ πλῆθος ἀναβεβηκέναι πολεμίων παρεῖχε. Καῖσαρ δὲ τοῦ σημείου κατακούσας ἐξοπλίζει τήν τε δύναμιν διὰ τάχους καὶ μετὰ τῶν ἡγεμόνων πρῶτος ἀναβαίνει τοὺς ἐπιλέκτους ἔχων. Καταφευγόντων δ' Ἰουδαίων εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ αὐτοὶ διὰ τῆς διώρυχος εἰσέπιπτον, ἣν

tabat. Quum primus itaque surrexisset, « dedo me, inquit, tibi alacri animo, Cæsar, et ante omnes in murum « ascendo : atque opto quidem ut vires ac voluntatem meam « sequatur fortuna tua. Quodsi invideatur mihi hoc facinus audax, scito me non præter spem, si res aliter cesserit, sed quod sic decreverim, pro te moriturum. » His dictis, et scuto læva manu capiti prætenso, strictoque dextera gladio, hora fere diei sexta murum petebat. Eumque ex ceteris sequebantur; qui soli ejus virtutem æmulati sunt, viri undecim. Ille autem omnes multo antecedebat, impulsu quodam divino incitatus. At vigiles e muro jaculis eos petebant, et tela undique innumera jaciebant, insuper et saxa ingentia devolvebant, quibus aliquot ex undecim dejecti sunt : Sabinus autem missilibus occurrens, telisque pæne obrutus, non prius destitit ab impetu, quam in summum murum evasisset et hostes fugasset. Nam Judæi, tam viribus illius attoniti quam animi fortitudine, simulque plures ascendisse rati, in fugam versi sunt. Hic est quod fortuna incusetur, ut quæ virtutibus invideat, semperque præclaris obstet facinoribus. Siquidem hic vir, quum quod aggressus est superasset, lapsus est, saxoque cuidam impactus maximo cum sonitu pronus in eum decidit. Quo factum est ut Judæi conversi, ubi solum et jacentem videre, undique eum peterent. Ille autem genu nixus et scuto protectus, primo quidem semet defendit, multosque ad ipsum accedentes sauciavit; postea vero vulnerum multitudine dextram laxavit, et ad extremum, priusquam animam redderet, telis est obrutus : vir sane ob fortitudinem dignus meliori fortuna, haud secus tamen ac pro cœpti facinoris difficultate cecidit. E ceteris autem tres, qui jam ad summum evaserant, lapidibus obtritos occiderunt, octo vero saucii detracti et in castra relati sunt. Hæc tertio die mensis Panemi gesta sunt.

(VI.) 7. Biduo autem post viginti de numero custodum per aggeres excubantium congregati signiferum legionis quintæ et duos quosdam ex ala equitum atque unum tubicinem ad se vocant : hora autem noctis nona tacite per ruinas ad Antoniam progrediuntur : occisisque primis custodibus qui obdormierant, murum occupant, et tubicinem signum dari jusserunt. Quo ceteri quidem vigiles subito exsuscitantur, fugiuntque priusquam numerum eorum qui ascenderunt discernere potuerant : nam et timor et tuba faciebant ut magna hostium multitudo ascendisse crederetur. Cæsar autem signo audito exercitum propere armari jubet, et cum ducibus primus, lectorum manu comitatus, ascendit. Quum autem Judæi ad templum confugerent, ipsi quoque per cuniculum, quem Joannes ad aggeres Ro-

ὁ Ἰωάννης ἐπὶ τὰ χώματα τῶν Ῥωμαίων ὑπώρυξε. Καὶ διαστάντες ἀπ' ἀμφοτέρων οἱ στασιασταὶ τῶν ταγμάτων, τοῦ τε Ἰωάννου καὶ τοῦ Σίμωνος, εἶργον αὐτοὺς, οὐδεμίαν οὔτε ἰσχύος οὔτε προθυμίας ἐλλείποντες ὑπερβολήν· πέρας γὰρ ἁλώσεως ὑπελάμβανον τὸ Ῥωμαίους παρελθεῖν εἰς τὸ ἅγιον, ὃ δὴ κἀκεῖνοι, τοῦ κρατεῖν ἀρχήν. Συρρήγνυται δὲ περὶ τὰς εἰσόδους μάχη καρτερὰ, τῶν μὲν καταλαβέσθαι καὶ τὸ ἱερὸν εἰσβιαζομένων, τῶν δὲ Ἰουδαίων ἐξωθούντων αὐτοὺς ἐπὶ τὴν Ἀντωνίαν. Καὶ τὰ βέλη μὲν ἦν ἀμφοτέροις ἄχρηστα καὶ τὰ δόρατα, σπασάμενοι δὲ τὰ ξίφη συνεπλέκοντο, καὶ περὶ τὴν συμβολὴν ἄκριτον ἦν ὁποτέρωθεν ἕκαστοι μάχοιντο, πεφυρμένων μὲν τῶν ἀνδρῶν καὶ περὶ τὴν στενοχωρίαν διηλλαγμένων, τῆς δὲ βοῆς ἀσημάντου προσπιπτούσης διὰ τὸ μέγεθος. Φόνος τε ἦν ἑκατέρωθεν πολὺς καὶ τῶν πεσόντων τά τε σώματα καὶ τὰς πανοπλίας πατοῦντες ἔθραυον οἱ μαχόμενοι. Ἀεὶ δ' ἐφ' ὁπότερον βρίσειε ῥέπων ὁ πόλεμος, παρακέλευσις μὲν ἦν τῶν πλεονεκτούντων, οἰμωγαὶ δὲ τῶν τρεπομένων· οὔτε δ' αἱ φυγαὶ τόπον εἶχον οὔθ' αἱ διώξεις, ἀλλ' ἀγχώμαλοι ῥοπαὶ καὶ μετακλίσεις μεμιγμένης ἐγίνοντο τῆς παρατάξεως. Τοῖς δ' ἔμπροσθεν γινομένοις ἢ τοῦ κτείνειν ἢ τοῦ θνήσκειν ἀνάγκη παρῆν, οὐκ οὔσης ἀναφυγῆς· οἱ γὰρ κατὰ νώτου πρόσω βιαζόμενοι τοὺς σφετέρους παρ' ἀμφοῖν οὐδὲ τῇ μάχῃ μεταίχμιον κατέλιπον. Πλεονεκτούντων δὲ τῶν Ἰουδαίων τοῖς θυμοῖς τὴν Ῥωμαίων ἐμπειρίαν, καὶ κλινομένης καθ' ἅπαν ἤδη τῆς παρατάξεως (ἀπὸ γὰρ ἐνάτης νυκτὸς ὥρας εἰς ἑβδόμην τῆς ἡμέρας ἐπολέμουν), οἱ μὲν ἀθρόοι καὶ τὸν τῆς ἁλώσεως κίνδυνον ἔχοντες ἀνδρείας ἐφόδιον, Ῥωμαῖοι δὲ μέρει τῆς δυνάμεως (οὔπω γὰρ ἐπαναβεβήκει τὰ τάγματα, κἀκείνοις ἐπανεῖχον οἱ μαχόμενοι), τότε κρατεῖν τῆς Ἀντωνίας ἀποχρῆν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐδόκει.

(Ζ'.) η'. Ἰουλιανὸς δέ τις ἑκατοντάρχης τῶν ἀπὸ τῆς Βιθυνίας, οὐκ ἄσημος ὢν ἀνὴρ, ὧν ἐγὼ κατ' ἐκεῖνον ἱστόρησα τὸν πόλεμον ὅπλων τε ἐμπειρίᾳ καὶ ἀλκῇ σώματος καὶ ψυχῆς παραστήματι πάντων ἄριστος, ὁρῶν τοὺς Ῥωμαίους ἐνδιδόντας ἤδη καὶ κακῶς ἀμυνομένους (παρειστήκει δὲ Τίτῳ κατὰ τὴν Ἀντωνίαν) προπηδᾷ, καὶ νικῶντας ἤδη τοὺς Ἰουδαίους τρέπεται μόνος μέχρι τῆς τοῦ ἐνδοτέρω ἱεροῦ γωνίας. Ἔφευγε δὲ τὸ πλῆθος ἄθρουν, οὔτε τὴν ἰσχὺν οὔτε τὴν τόλμαν ἀνθρωπίνην ὑπολαμβάνοντες. Ὁ δὲ διὰ μέσων τῶν σκεδαννυμένων ἄλλοτε ἄλλῃ διάττων ἐφόνευε τοὺς καταλαμβανομένους, καὶ τῆς ὄψεως ἐκείνης οὐδὲν οὔτε τῷ Καίσαρι θαυμασιώτερον οὔτε τοῖς ἄλλοις παρέστη φρικωδέστερον. Ἐδιώκετο δ' ἄρα καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης, ἣν ἀμήχανον διαφυγεῖν θνητὸν ὄντα. Τὰ γὰρ ὑποδήματα πεπαρμένα πυκνοῖς καὶ ὀξέσιν ἥλοις ἔχων, ὥσπερ τῶν ἄλλων στρατιωτῶν ἕκαστος, καὶ κατὰ λιθοστρώτου τρέχων ὑπολισθάνει, πεσὼν δ' ὕπτιος μετὰ μεγίστου τῆς πανοπλίας ἤχου τοὺς φεύγοντας ἐπιστρέφει. Καὶ τῶν μὲν ἀπὸ τῆς Ἀντωνίας Ῥωμαίων ἤρθη βοὴ περὶ τἀνδρὶ δεισάντων, οἱ δὲ Ἰουδαῖοι περι-

manorum excavarat, irruebant. Discretique ab utroque agmine seditiosi, tam Joannis quam Simonis, arcebant eos, summa vi atque alacritate repugnantes : siquidem excidii finem putabant locum sanctum penetrasse Romanos, quod et illi pro victoriæ principio habebant. Ad ipsum autem aditum acris committitur pugna, his quidem templum vi occupare nitentibus, Judæis vero Antoniam versus eos repellentibus. Et sagittæ quidem et hastæ utrisque inutiles erant, strictis autem gladiis congrediebantur, et in ipso conflictu discerni non poterat ex qua parte quisque pugnaret, permixtis quidem viris et propter angustias permutatis, incerto vero clamore propter ejus magnitudinem ad aures accidente. Ac multa utrinque cædes erat, et cadentium cadavera simul et arma conculcantes frangebant pugnatores. Semper autem, ad utram partem vergens prælium gravius esset, se invicem adhortabantur superantes, cedentesque ejulatus edebant; et neque fugæ locus erat neque persecutioni, sed incerto modo nunc inclinabant, nunc se reflectebant, acie mixta confusaque. Qui vero inter primos steterant, necesse habebant ut alios interficerent aut ipsi morerentur, quod refugere non daretur : nam posteriores utriusque partis suos in frontem urgebant, nullumque dimicantibus spatium intermedium relinquebant. Quum autem Judæorum animi Romanorum peritiam vincerent, jamque omnino tota acies inclinaret (a nona enim hora noctis ad septimam diei usque pugnabant), hi quidem simul omnes, etiam excidii periculum pro incitamento ad virtutem habentes, Romani vero cum parte exercitus (nondum enim ascenderant legiones, illisque spes pugnantium nitebantur), tunc satis esse videbatur in præsens Antoniam occupare.

(VII.) 8. Julianus vero quidam centurio ex Bithynia, vir non ignobilis, inter eos quos in illo bello cognovi et armorum peritia et corporis viribus et animi fortitudine omnium præstantissimus, ubi Romanos jam cedere et male semel defendere conspexit (nam Tito apud Antoniam adstabat), prosiliebat, et Judæos, quum victores essent, solus in fugam vertit usque ad interioris templi angulum. Fugiebat autem universa multitudo, neque vim ejus neque audaciam hominis esse opinantes. At ille per medios ruens, quos alios alio disjecit, ipsos quos prehendit interficiebat : illoque spectaculo nihil aut Cæsari magis admirabile visum est, aut ceteris magis horribile. Verum et ipsum profecto fata persequebantur, quæ mortalis nemo vitare potest. Nam calceis crebros clavos et acutos, ut et ceteri milites, infixos habens, et in solo lapidibus strato currens prolabitur : quumque resupinus caderet, maximo cum armorum sonitu, fugientes in se convertit. Et Romanorum quidem clamor ex Antonia sublatus est, saluti ejus metuentium : Judæi vero multi simul hastis et gladiis eum undique ferie-

στάντες αὐτὸν ἀθρόοι τοῖς τε ξυστοῖς καὶ ταῖς ῥομφαίαις πάντοθεν ἔπαιον. Ὁ δὲ πολὺν μὲν τῷ θυρεῷ σίδηρον ἐξεδέχετο, πολλάκις δ' ἀναστῆναι πειράσας, ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν τυπτόντων ἀνετράπη, καὶ κείμενος δ' ὅμως ἔνυττε τῷ ξίφει πολλούς. Οὐδὲ γὰρ ἀνηρέθη ταχέως, τῷ τε κράνει καὶ τῷ θώρακι πεφραγμένος πάντα τὰ καίρια πρὸς σφαγὴν, καὶ τὸν αὐχένα συνέλκων, μέχρι κοπτομένων αὐτῷ τῶν ἄλλων μελῶν καὶ μηδενὸς προσαμῦναι τολμῶντος ἐνέδωκε. Δεινὸν δὲ πάθος εἰσῄει Καίσαρα ἀνδρὸς οὕτως ἐναρέτου καὶ ἐν ὄψει τοσούτων φονευομένου· καὶ αὐτὸν μὲν ὁ τόπος διέκλειε τοῦ βοηθεῖν θέλοντα, τοὺς δυναμένους δὲ κατάπληξις. Ἰουλιανὸς μὲν οὖν πολλὰ δυσθανατήσας καὶ τῶν κτεινάντων ὀλίγους ἀπλῆγας καταλιπὼν μόλις ἀποσφάττεται, μέγιστον οὐ παρὰ Ῥωμαίοις καὶ Καίσαρι μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς πολεμίοις κλέος καταλιπών. Ἰουδαῖοι δὲ καὶ τὸν νεκρὸν ἁρπασάμενοι πάλιν τοὺς Ῥωμαίους τρέπονται, καὶ κατακλείουσιν εἰς τὴν Ἀντωνίαν. Ἠγωνίσαντο δ' ἐξ αὐτῶν ἐπισήμως κατὰ ταύτην τὴν μάχην Ἀλεξᾶς μέν τις καὶ Γυφθαῖος τοῦ Ιωάννου τάγματος, ἐκ δὲ τῶν περὶ Σίμωνα Μαλαχίας τε καὶ ὁ τοῦ Μέρτωνος Ἰούδας, καὶ Σωσᾶ υἱὸς Ἰάκωβος τῶν Ἰδουμαίων ἡγεμὼν, τῶν δὲ ζηλωτῶν ἀδελφοὶ δύο, παῖδες Ἀρὶ, Σίμων τε καὶ Ἰούδης.

ΚΕΦ. Β'.

Καῖσαρ δὲ τοῖς μὲν σὺν αὐτῷ στρατιώταις κατασκάπτειν προσέταξε τοὺς θεμελίους τῆς Ἀντωνίας, καὶ τῇ δυνάμει πάσῃ ῥᾳδίαν τὴν ἄνοδον εὐτρεπίζειν· αὐτὸς δὲ τὸν Ἰώσηπον παραστησάμενος (ἐπέπυστο γὰρ ἐπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας, Πανέμου δ' ἦν ἑπτακαιδεκάτη, τὸν ἐνδελεχισμὸν καλούμενον, ἀνδρῶν ἀπορίᾳ διαλελοιπέναι τῷ Θεῷ, καὶ τὸν δῆμον ἐπὶ τούτῳ δεινῶς ἀθυμεῖν) λέγειν τῷ Ἰωάννῃ πάλιν ἐκέλευσεν ἃ καὶ πρότερον, « ὡς εἰ καί τις αὐτὸν ἔρως κακὸς ἔχοι τοῦ μάχεσθαι, « προελθόντι μεθ' ὅσων βούλεται πολεμεῖν ἐξείη, δίχα « τοῦ συναπολέσθαι τήν τε πόλιν καὶ τὸν ναὸν αὐτῷ, « μηκέτι μέντοι μιαίνειν τὸ ἅγιον, μηδὲ εἰς τὸν Θεὸν « πλημμελεῖν. Παρεῖναι δ' αὐτῷ τὰς ἐπιλελοιπυίας « θυσίας ἐκτελεῖν, δι' ὧν ἂν ἐπιλέξηται Ἰουδαίων. » Καὶ ὁ Ἰώσηπος, ὡς ἂν εἰ μὴ τῷ Ἰωάννῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πολλοῖς, ἐν ἐπηκόῳ στὰς, τά τε τοῦ Καίσαρος διήγγειλεν Ἑβραΐζων, καὶ πολλὰ προσηντιβόλει « φείσασθαι τῆς πατρίδος, καὶ διασκεδάσαι τοῦ ναοῦ γευόμενον ἤδη τὸ πῦρ, τούς τε ἐναγισμοὺς ἀποδοῦναι τῷ « Θεῷ. » Πρὸς ταῦτα τοῦ δήμου μὲν ἦν κατήφεια καὶ σιγὴ, πολλὰ δ' ὁ τύραννος λοιδορηθείς τε τῷ Ἰωσήπῳ καὶ καταρασάμενος τὸ τελευταῖον προσέθηκεν « ὡς « οὐκ ἄν ποτε δείσειεν ἅλωσιν, Θεοῦ γὰρ ὑπάρχειν τὴν « πόλιν. » Καὶ ὁ Ἰώσηπος πρὸς ταῦτα ἀνέκραγε, « πάνυ γοῦν καθαρὰν τῷ Θεῷ τετήρηκας αὐτὴν, ἀμίαντον δὲ μένει τὸ ἅγιον· εἰς ὃν δὲ ἐλπίζεις σύμμαχον « οὐδὲν ἠσέβησας τὰς δὲ ἐθίμους θυσίας ἀπολαμβάνει. « Κἂν μέν σού τις ἀφέληται τὴν καθ' ἡμέραν τροφὴν,

bant. Ille autem multam quidem ferri vim scuto excipiebat; sæpe vero conatus semel erigere, percutientium multitudine prosternebatur: at jacens tamen multos gladio vulnerabat. Nec enim cito peremptus est, galea et thorace per omnia tectus ubi plagam letalem acciperet, contractaque cervice, donec concisis aliis ejus membris, et nemine ei succurrere audente, morti succubuit. Ingentem autem dolorem capiebat Cæsar ex viro tantæ fortitudinis etiam in conspectu tot virorum occiso: et ipsum quidem locus discludebat auxilium ferre cupientem; alios autem, quum possent, metus impediebat. Et Julianus quidem diu cum morte luctatus, relictisque paucis interfectorum suorum quos non percusserit, ægre perimitur; magna sui gloria non apud Romanos tantum et Cæsarem, verum apud hostes quoque relicta. Judæi vero etiam rapto mortui cadavere Romanos iterum in fugam vertunt et in Antoniam concludunt. Insigniter autem in eo prælio decertarunt Alexas quidam et Gyphthæus ex agmine Joannis, ex parte vero Simonis Malachias et Mertonis filius Judas, et Sosæ filius Jacobus, dux Idumæorum; zelotarum vero fratres duo, Ari filii, Simon et Judes.

CAP. II. (VII.)

Cæsar autem militibus qui cum ipso quidem erant imperavit ut Antoniæ fundamenta diruerent, facilemque ascensum toti exercitui darecurarent: ipse vero, quum Josephum ad se vocasset (nam audiverat eo die, qui erat mensis Panemi decimus septimus, juge sacrificium, ut vocabatur, virorum penuria Deo defuisse, idque populum valde dolere), Joanni dicere iterum præcepit quæ et ante mandaverat: « quod, si quis etiam eum pugnandi pravus amor teneret, « cum qua vellet multitudine ad bellum progrederetur, dum « modo non una cum ipso et civitas interiret simul et tem« plum: sanctum certe locum violare desineret, neve in « Deum nefas admitteret. Ipsi autem licere sacra intermis« sa celebrare per Judæos quos delecturus esset. » Atque Josephus, quasi non soli Joanni, sed etiam pluribus, quum constitisset unde exaudiri posset, quæque in mandatis dederat Cæsar Hebraice nunciavit, multisque etiam ab se additis eos precabatur, « ut patriæ parcerent, ignemque jam « templum attingentem depellerent, Deoque vota redderent « consueta. » Ad hæc mœstitia tenebatur populus et silentio. Tyrannus autem, quum multa Josepho convicia dixisset et maledicta, postremo addidit, « nunquam excidium esse me« tuendum, utpote quod Dei civitas esset. » Atque Josephus ad ista exclamavit, « valde quippe Deo puram conservasti, « et sacrarium manet incontaminatum; nec in eum, cujus « speras auxilium, aliquid sceleris admisisti, sed is sacra « solemnia consequitur. Et siquidem tibi, o sceleratissime, « quisquam quotidianum auferat cibum, eum pro hoste

ἀσεβέστατε, τοῦτον ἡγήσῃ πολέμιον, αὐτὸν δὲ, ὃν τῆς αἰωνίου θρησκείας ἐστέρησας Θεὸν, ἐλπίζεις σύμμαχον ἔχειν ἐν τῷ πολέμῳ; καὶ Ῥωμαίοις τὰς ἁμαρτίας ἀνατίθης, οἳ μέχρι νῦν κήδονται τῶν ἡμετέρων νόμων, καὶ τὰς ὑπὸ σοῦ διακοπείσας θυσίας ἀποδίδοσθαι τῷ Θεῷ βιάζονται; Τίς οὐκ ἂν στενάξειε καὶ κατολοφύραιτο τῆς παραδόξου μεταβολῆς τὴν πόλιν, εἴ γε ἀλλόφυλοι μὲν καὶ πολέμιοι τὴν σὴν ἀσέβειαν ἐπανορθοῦνται, σὺ δὲ ὁ Ἰουδαῖος, ὁ τοῖς νόμοις ἐντραφεὶς, κἀκείνων πρὸς αὐτοὺς γίνῃ χαλεπώτερος; Ἀλλ', ὦ Ἰωάννη, καὶ μετανοῆσαι μὲν ἐκ κακῶν οὐκ αἰσχρὸν ἐν ἐσχάτοις, καὶ καλὸν ὑπόδειγμα βουλομένῳ σώζειν τὴν πατρίδα σοι πρόκειται, βασιλεὺς Ἰουδαίων Ἰεχωνίας, ὅς ποτε στρατεύσαντι τῷ Βαβυλωνίῳ δι' αὐτὸν ἑκὼν ἐξέστη πρὶν ἁλῶναι τῆς πόλεως, καὶ μετὰ γενεᾶς αἰχμαλωσίαν ὑπέμεινεν ἐθελούσιον, ὑπὲρ τοῦ μὴ παραδοῦναι ταῦτα πολεμίοις τὰ ἅγια, καὶ τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ περιιδεῖν φλεγόμενον. Διὰ τοῦτο λόγος τε αὐτὸν πρὸς ἁπάντων Ἰουδαίων ἱερὸς ἀνυμνεῖ καὶ μνήμη ῥέουσα δι' αἰῶνος ἀεὶ νέα τοῖς ἐπιγινομένοις παραδίδωσιν ἀθάνατον. Καλὸν, ὦ Ἰωάννη, ὑπόδειγμα, κἂν προσῇ κίνδυνος. Ἐγὼ δέ σοι καὶ τὴν ἀπὸ Ῥωμαίων συγγνώμην ἐγγυῶμαι. Μέμνησο δὲ ὡς ὁμόφυλος ὢν παραινῶ καὶ Ἰουδαῖος ὢν ἐπαγγέλλομαι· καὶ χρὴ σκοπεῖν τίς ὁ συμβουλεύων καὶ πόθεν. Μὴ γὰρ ἔγωγέ ποτε γενοίμην ζῶν οὕτως αἰχμάλωτος, ἵνα παύσωμαι τοῦ γένους, ἢ τῶν πατρίων ἐπιλάθωμαι. Πάλιν ἀγανακτεῖς καὶ κέκραγάς μοι λοιδορούμενος, ἀξίῳ γε καὶ χαλεπωτέρων, ὃς ἄντικρυς εἱμαρμένης τι παραινῶ, καὶ τοὺς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ βιάζομαι κατακρίτους σώζειν. Τίς οὐκ οἶδε τὰς τῶν παλαιῶν προφητῶν ἀναγραφὰς καὶ τὸν ἐπιρρέποντα τῇ τλήμονι πόλει χρησμὸν ἤδη ἐνεστῶτα; Τότε γὰρ ἅλωσιν αὐτῆς προεῖπον, ὅταν ὁμοφύλου τις ἄρξῃ φόνου. Τῶν ὑμετέρων δὲ πτωμάτων οὐχ ἡ πόλις, καὶ τὸ ἱερὸν δὲ πᾶν πεπλήρωται; Θεὸς ἄρα, Θεὸς αὐτὸς ἐπάγει μετὰ Ῥωμαίων καθάρσιον αὐτῷ πῦρ, καὶ τὴν τοσούτων μιασμάτων γέμουσαν πόλιν ἀναρπάζει. »

(Θ'.) β'. Ταῦτα λέγων ὁ Ἰώσηπος μετ' ὀδυρμοῦ καὶ δακρύων λυγμῷ τὴν φωνὴν ἀνεκόπη. Καὶ Ῥωμαῖοι μὲν ᾤκτειράν τε τοῦ πάθους καὶ τῆς προαιρέσεως αὐτὸν ἐθαύμασαν· οἱ δὲ περὶ τὸν Ἰωάννην παρωξύνοντο μᾶλλον ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους, ἐπιθυμοῦντες ἐγκρατεῖς κἀκείνου γενέσθαι. Τῶν γε μὴν εὐγενῶν πολλοὺς ἐκίνησεν ὁ λόγος. Καὶ τινὲς μὲν ὀρρωδοῦντες τὰς φυλακὰς τῶν στασιαστῶν κατὰ χώραν ἔμενον, ἀπώλειαν μέντοι σφῶν τε αὐτῶν καὶ τῆς πόλεως κατεγνώκεσαν. Εἰσὶ δ' οἳ, καιροφυλακήσαντες ἄδειαν ἀναχωρήσεως, πρὸς τοὺς Ῥωμαίους κατέφυγον. Ὧν ἦσαν ἀρχιερεῖς μὲν Ἰώσηπός τε καὶ Ἰησοῦς, υἱοὶ δ' ἀρχιερέων, τρεῖς μὲν Ἰσμαήλου τοῦ καρατομηθέντος ἐν Κυρήνῃ καὶ τοῦ Ματθίου τέσσαρες, καὶ εἷς ἑτέρου Ματθίου παῖς, διαδρὰς μετὰ τὴν πατρὸς ἀπώλειαν, ὃν ὁ τοῦ Γιώρα Σίμων

habebis; ipsum vero Deum, quem perpetuo cultu privasti, in bello tibi auxilio speras futurum? et Romanis tua peccata imputas, qui hucusque legibus nostris curam adhibent, et quæ ipse interdixisti sacra, Deo ut reddantur vi contendunt? Quis non gemeret et urbem ob inopinatam mutationem defleret, quod alienigenæ quidem hostesque impietatem tuam emendatum eant; tu vero Judæus, inter leges educatus, eis etiam quam illi infestior sis? Atqui, Joannes, ut malorum te pœniteat non turpe est in extremis, bonumque tibi exemplum civitatem servare cupienti propositum est in Jechonia rege Judæorum : qui, quum olim Babylonius propter ipsum cum exercitu venisset, sponte ea, priusquam caperetur, excessit, et cum cognatione sua voluntariam captivitatem sustinuit, ne sancta hæc hostibus proderet, Deique domum ardentem videret. Ob hoc sacra omnium Judæorum commemoratione celebratur, eumque memoria per sæcula transmissa semper nova immortalem posteris tradidit. Bonum, o Joannes, exemplar, etiamsi immineat periculum. Ego autem veniam tibi a Romanis quoque spondeo. At memento quod popularis qui sum te moneam, Judæusque ista promittam : et spectari oportet quis sit auctor et unde. Absit enim unquam me ita captivum vivere, ut genus in memoria tenere desinam, aut eorum quæ e patria mea sint obliviscar. Rursum indignaris et vociferaris, mihique maledicis, qui etiam acerbiora mereor, qui adversus fata te horter et suadeam, Deique sententia condemnatos servare contendam. Quis ignorat scripta veterum prophetarum, et oraculum quod miseræ civitati jam præsens imminet? Tunc enim ejus excidium prædixere, quando aliquis e popularibus cædem patrare incipiet. Vestris autem cadaveribus nonne civitas et templum omne repletum est? Deus profecto, Deus ipse cum Romanis ignem ei lustrationis infert, totque scelerum plenam civitatem e sedibus evellit. »

(IX.) 2. Hæc Josepho cum fletu et lacrimis prosequente, singultibus vox ejus interrupta est. Et Romani quidem miserati sunt et ipsum ob ea quæ passus est, et admirati eorum ergo quæ facere destinavit : Joannes autem ejusque socii magis contra Romanos irritabantur, illum quoque capere cupientes. Ceterum nobilium plurimos commoverat oratio. Et nonnulli quidem, seditiosorum custodias formidantes, cum sociis suis manebant, quamvis certi de suo pariter et civitatis exitio. Erant autem qui, capto securæ discessionis tempore, ad Romanos confugere. In quibus erant Josephus et Jesus pontifices, filii vero pontificum, tres quidem Ismaeli, cui apud Cyrenen fuerat caput abscissum, et Matthiæ quattuor, alterius vero Matthiæ unus, qui post interitum patris aufugerat, quem Simon Gioræ cum

ἀπέκτεινε, σὺν τρισὶν υἱοῖς, ὡς προείρηται. Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἄλλων εὐγενῶν τοῖς ἀρχιερεῦσι συμμετεβάλλοντο. Καῖσαρ δ' αὐτοὺς τά τε ἄλλα φιλοφρόνως ἐδέξατο, καὶ γινώσκων ἀλλοφύλοις ἤθεσιν ἀηδῆ τὴν διατριβὴν ἕξειν, ἀπέπεμψεν αὐτοὺς εἰς Γόφναν, τέως ἐκεῖ παραινῶν μένειν· ἀποδώσειν γὰρ ἑκάστῳ τὰς κτήσεις κατὰ σχολὴν ἀπὸ τοῦ πολέμου γενόμενος. Οἱ μὲν οὖν εἰς τὸ δοθὲν πολίχνιον μετὰ πάσης ἀσφαλείας ἀνεχώρουν ἄσμενοι· μὴ φαινομένων δ' αὐτῶν διεφήμισαν οἱ στασιασταὶ πάλιν ὡς ἀποσφαγεῖεν ὑπὸ Ῥωμαίων οἱ αὐτόμολοι, δηλονότι τοὺς λοιποὺς ἀποτρέποντες τῷ φόβῳ διαδιδράσκειν. Ἤνυστο δ' ὡς καὶ πρότερον αὐτοῖς τὸ πανούργημα πρὸς καιρόν· ἐπεσχέθησαν γὰρ ὑπὸ τοῦ δέους αὐτομολεῖν.

(Γ'.) γ'. Αὖθις δ', ὡς ἀνακαλέσας τοὺς ἄνδρας ἀπὸ τῆς Γόφνας Τίτος ἐκέλευσε μετὰ τοῦ Ἰωσήπου περιελθόντας τὸ τεῖχος ὀφθῆναι τῷ δήμῳ, πλεῖστοι πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἔφευγον. Γινόμενοι δ' ἀθρόοι καὶ πρὸ τῶν Ῥωμαίων ἱστάμενοι μετ' οἰμωγῆς καὶ δακρύων ἱκέτευον τοὺς στασιαστάς, τὸ μὲν πρῶτον ὅλῃ τοὺς Ῥωμαίους δέξασθαι τῇ πόλει, καὶ τὴν πατρίδα σῶσαι πάλιν, εἰ δὲ μή, τοῦ τε ἱεροῦ πάντως ὑπεξελθεῖν καὶ ῥύσασθαι τὸν ναὸν αὐτοῖς· οὐ γὰρ ἂν τολμῆσαι Ῥωμαίους μὴ μετὰ μεγίστης ἀνάγκης καταφλέξαι τὰ ἅγια. Τούτοις μᾶλλον ἀντεφιλονείκουν, καὶ πολλὰ βλάσφημα τοῖς αὐτομόλοις ἀντικεκραγότες, ἐπὶ τῶν ἱερῶν πυλῶν τούς τε ὀξυβελεῖς καὶ καταπέλτας καὶ λιθοβόλους μηχανὰς διέστησαν, ὡς τὸ κύκλῳ μὲν ἱερὸν ἀπὸ πλήθους νεκρῶν προσεοικέναι πολυανδρίῳ, τὸν δὲ ναὸν αὐτὸν φρουρίῳ. Τοῖς δ' ἁγίοις καὶ ἀβάτοις μετὰ τῶν ὅπλων εἰσεπήδων, θερμὰς ἔτι τὰς χεῖρας ἐξ ὁμοφύλων ἔχοντες φόνων· καὶ προὔκοψαν εἰς τοσοῦτον παρανομίας, ὥστε ἣν ἂν εἰκὸς ἀγανάκτησιν γενέσθαι Ἰουδαίων, εἰ Ῥωμαῖοι ταῦτα ἐξυβρίζοιεν εἰς αὐτούς, ταύτην εἶναι παρὰ Ῥωμαίων τότε πρὸς Ἰουδαίους ἀσεβοῦντας εἰς τὰ ἴδια. Τῶν μέν γε στρατιωτῶν οὐκ ἔστιν ὅστις οὐ μετὰ φρίκης εἰς τὸν ναὸν ἀφεώρα καὶ προσεκύνει, τούς τε λῃστὰς ηὔχετο, πρὶν ἀνηκέστου πάθους, μετανοῆσαι.

δ'. Καῖσαρ δ' ὑπερπαθήσας πάλιν ἐξωνείδιζε τοὺς περὶ τὸν Ἰωάννην λέγων, « ἆρ' οὐχ ὑμεῖς, ὦ μιαρώ« τατοι, τὸν δρύφακτον τοῦτον προὐβάλεσθε τῶν ἁγίων; « οὐχ ὑμεῖς δὲ τὰς ἐν αὐτῷ στήλας διεστήσατε, γράμ« μασιν Ἑλληνικοῖς καὶ ἡμετέροις κεχαραγμένας, ἃ « μηδένα τὸ γείσιον ὑπερβαίνειν παραγγέλλει; οὐχ « ἡμεῖς δὲ τοὺς ὑπερβάντας ὑμῖν ἀναιρεῖν ἐπετρέψαμεν, « κἂν Ῥωμαίων τις ᾖ; Τί οὖν νῦν, ἀλιτήριοι, καὶ νε« κροὺς ἐν αὐτῷ καταπατεῖτε; τί δὲ τὸν ναὸν αἵματι « ξένῳ καὶ ἐγχωρίῳ φύρετε; Μαρτύρομαι θεοὺς ἐγὼ « πατρίους, καὶ εἴ τις ἐφεώρα ποτὲ τόνδε τὸν χῶρον « (νῦν μὲν γὰρ οὐκ οἴομαι), μαρτύρομαι δὲ καὶ στρα« τιὰν ἐμήν, καὶ τοὺς παρ' ἐμοὶ Ἰουδαίους, καὶ ὑμᾶς « αὐτούς, ὡς οὐκ ἐγὼ ταῦθ' ὑμᾶς ἀναγκάζω μιαίνειν· « κἂν ἀλλάξητε τῆς παρατάξεως τὸν τόπον, οὔτε προσ-

tribus filiis, ut supra dictum est, interemerat. Multi autem ex aliis quoque nobilibus una cum pontificibus migrabant ad Romanos : eosque Cæsar cetera humaniter excepit, sciensque inter alienigenarum mores haud jucunde illos victuros esse, in Gophnam dimisit, eis interim illic manere suadens, ut qui possessiones singulis redditurus esset, quando bello confecto frueretur otio. Et illi quidem in oppidum sibi concessum cum omni securitate læti discedebant. Quum autem illi non comparerent, seditiosi iterum divulgarunt, transfugas a Romanis occisos esse, scilicet ut metu reliquos a fuga deterrerent. Et paulisper, ut antea, hæc calliditas eis profuit : nam metus eos impedivit quominus transfugerent.

(X.) 3. Rursus autem, postquam eos Titus revocatos a Gophna cum Josepho muros obire et populo in conspectum dari jusserat, plurimi ad Romanos fugiebant. Frequentes vero congregati et ante Romanos stantes, cum ejulatu et lacrimis seditiosos supplicabant, primo quidem ut Romanos in omnem civitatem reciperent, patriamque iterum servarent : sin vero hoc displiceret, saltem de fano exirent, templumque ipsis servarent : non enim ausuros nisi in maxima necessitate Romanos ignem sanctis immittere. His autem illi magis adversabantur; quumque multa in transfugas vociferati essent maledicta, supra sacras portas scorpiones et catapultas et balistas disposuerunt : adeo ut omne circa fanum spatium mortuorum multitudine cœmeterio, templum vero ipsum castello simile videretur. In loca autem sancta et inaccessa cum armis et manibus adhuc gentili cæde calentibus insiliebant; et eo iniquitatis processerunt, ut quam ad indignationem Judæos adduci verisimile erat, si hanc Romani in ipsos injuriam admisissent, ea tunc in Judæos propria sacra temerantes uterentur Romani. Nemo sane erat ex militibus qui non cum horrore templum aspiceret atque adoraret, optaretque ut latrones, antequam insanabile malum pateretur, resipiscerent.

4. Cæsar autem, quum admodum doleret vicem eorum, iterum Joannem ejusque socios his verbis increpabat: « nonne vos, o sceleratissimi, hunc cancellum locis sanctis « objecistis? nonne vos columnas ad certa intervalla in eo « statuistis, literis Græcis ac nostris inscriptas, quibus « edicitur ne septa quidem cuiquam licere transgredi? nonne « nos eos qui transiissent, quamvis Romanus quis esset, « vobis necare permisimus? Quid igitur in eo etiam mor« tuos nunc conculcatis, o nocentissimi? cur autem tem« plum et externo et gentili sanguine contaminatis? Testor « ego patrios deos, et si quis olim hunc locum respexit « (nunc enim neminem ad eum respicere arbitror), itemque « testor et exercitum meum, et Judæos qui apud me « sunt, et vosmetipsos, quod non ego vos ad hæc violanda « compellam : et si locum aciei mutaveritis, neque accedet

« ἐλεύσεταί τις Ῥωμαίων τοῖς ἁγίοις οὔτε ἐνυβρίσει. « Τηρήσω δὲ τὸν ναὸν ὑμῖν καὶ μὴ θέλουσι. »

(ΙΑ΄.) ε΄. Ταῦτα τοῦ Ἰωσήπου διαγγέλλοντος ἐκ τοῦ Καίσαρος οἱ λῃσταὶ καὶ ὁ τύραννος οὐκ ἀπ' εὐνοίας, ἀλλὰ κατὰ δειλίαν γίνεσθαι τὰς παρακλήσεις δοκοῦντες, ὑπερηφάνουν. Τίτος δὲ, ὡς οὔτε οἶκτον ἑαυτῶν τοὺς ἄνδρας οὔτε φειδώ τινα τοῦ ναοῦ ποιουμένους ἑώρα, πάλιν πρὸς πόλεμον ἄκων ἐχώρει. Πᾶσαν μὲν οὖν τὴν δύναμιν ἐπάγειν αὐτοῖς οὐχ οἷόντε ἦν, μὴ χωρουμένην τῷ τόπῳ, τριάκοντα δ' ἐπιλέξας ἀφ' ἑκάστης ἑκατονταρχίας τοὺς ἀρίστους, καὶ τοῖς χιλιάρχοις ἀνὰ χιλίους παραδοὺς, τούτων δ' ἐπιτάξας ἡγεμόνα Κερεάλιον, ἐπιθέσθαι προσέταξε ταῖς φυλακαῖς περὶ ὥραν τῆς νυκτὸς ἐνάτην. Ὄντα δὲ καὶ αὐτὸν ἐν τοῖς ὅπλοις καὶ συγκαταβαίνειν παρεσκευασμένον οἵ τε φίλοι διὰ τὸ μέγεθος τοῦ κινδύνου κατέσχον, καὶ τὰ παρὰ τῶν ἡγεμόνων λεγόμενα· « πλέον γὰρ αὐτὸν ἀνύσειν ἔφασαν « ἐπὶ τῆς Ἀντωνίας καθεζόμενον καὶ τὴν μάχην ἀγωνοθετοῦντα τοῖς στρατιώταις ἢ εἰ καταβὰς προκινδυνεύοι· πάντας γὰρ ὁρῶντος Καίσαρος ἀγαθοὺς « πολεμιστὰς ἔσεσθαι. » Τούτοις πεισθεὶς ὁ Καῖσαρ, « δι' ἓν τοῦτο τοῖς στρατιώταις ὑπομένειν εἰπὼν, ἵνα « κρίνῃ τὰς ἀρετὰς αὐτῶν, καὶ μήτε τῶν ἀγαθῶν τις « ἀγέραστος μήτε τῶν ἐναντίων ἀτιμώρητος διαλάθῃ, γένηται δ' αὐτόπτης καὶ μάρτυς ἁπάντων, ὁ καὶ « τοῦ κολάζειν καὶ τοῦ τιμᾶν κύριος, » τοὺς μὲν ἐπὶ τὴν πρᾶξιν ἔπεμπε καθ' ἣν ὥραν καὶ προείρηται, προελθὼν δ' αὐτὸς εἰς τὸ κάτοπτον ἀπὸ τῆς Ἀντωνίας ἐκαραδόκει τὸ μέλλον.

(ΙΒ΄.) ς΄. Οὐ μὴν οἵ γε πεμφθέντες τοὺς φύλακας ηὗρον κοιμωμένους ὡς ἤλπισαν, ἀλλ' ἀναπηδήσασι μετὰ κραυγῆς εὐθέως συνεπλέκοντο. Πρὸς δὲ τὴν τῶν ἐκκοιτούντων βοὴν ἔνδοθεν οἱ λοιποὶ κατὰ στῖφος ἐξέθεον. Τῶν μὲν δὴ πρώτων τὰς ὁρμὰς ἐξεδέχοντο Ῥωμαῖοι, περιέπιπτον δ' οἱ μετ' ἐκείνους τῷ σφετέρῳ τάγματι, καὶ πολλοὶ τοῖς οἰκείοις ὡς πολεμίοις ἐχρῶντο. Τὴν μὲν γὰρ διὰ βοῆς ἐπίγνωσιν ἡ κραυγὴ συγχυθεῖσα παρ' ἀμφοῖν, τὴν δὲ δι' ὀμμάτων ἡ νὺξ ἕκαστον ἀφείλετο, καὶ τυφλώττειν ἄλλως οὓς μὲν οἱ θυμοὶ παρεσκεύαζον, οὓς δὲ οἱ φόβοι. Διὰ τοῦτο τὸν προστυχόντα πλήττειν ἦν ἄκριτον. Ῥωμαίους μὲν οὖν συνησπικότας καὶ κατὰ συντάξεις προπηδῶντας ἧττον ἔβλαπτεν ἄγνοια· καὶ γὰρ ἦν παρ' ἑκάστῳ μνήμη τοῦ συνθήματος· Ἰουδαῖοι δ' ἀεὶ σκεδαννύμενοι, καὶ τάς τε προσβολὰς καὶ τὰς ὑποχωρήσεις ἀνέδην ποιούμενοι, πολλάκις φαντασίαν παρεῖχον ἀλλήλοις πολεμίων· τὸν ὑποστρέφοντα γὰρ ἕκαστος οἰκεῖον διὰ σκότους ὡς ἐπιόντα Ῥωμαῖον ἐξεδέχετο. Πλείους γοῦν ὑπὸ τῶν ἰδίων ἢ τῶν πολεμίων ἐτρώθησαν, ἕως ἡμέρας γενομένης ὄψει τὸ λοιπὸν ἡ μάχη διεκρίνετο· καὶ κατὰ φάλαγγα διαστάντες τοῖς τε βέλεσιν εὐτάκτοις ἐχρῶντο καὶ ταῖς ἀμύναις. Οὐδέτεροι δὲ οὔτ' εἶκον οὔτ' ἐκοπίων, ἀλλ' οἱ μὲν, ὡς ἐφορῶντος Καίσαρος, κατ' ἄνδρα καὶ κατὰ συντάξεις ἤριζον ἀλλήλοις, καὶ προκοπῆς ἕκαστος ἐκείνην αὐτῷ τὴν ἡμέ-

« ad sancta quisquam Romanorum, neque contumeliam « eis faciet. Vobis autem etiam invitis templum servabo. »

(XI.) 5. Hæc Josepho illis renunciante mandato Cæsaris, latrones ac tyrannus non ex benevolentia, sed timiditate adhortationes proficisci existimantes, superbia efferebantur. Titus autem, quum illos neque suas fortunas miserari neque templo parcere videret, invitus bellum repetebat. Et copias quidem universas, quod locus eas non caperet, illis admovere non poterat : tricenis autem optimorum ex unaquaque centuria delectis, et tribunis per millenos attributis, hisque duce præposito Cereali, circa noctis horam nonam custodes aggredi jussit. Quum autem ipse quoque in armis esset, simulque ad descensum semet paravisset, propter periculi magnitudinem eum amici cohibebant, atque illa quæ a ducibus dicta erant : « plus enim ipsum effecturum, « aiebant, ad Antoniam sedentem, pugnamque assignantem « militibus, quam si descenderet periculisque pro ipsis se « objiceret : quippe omnes in conspectu Cæsaris strenuos « fore bellatores. » Istis obsequutus Cæsar, quum ad milites dixisset « ob hoc solum se manere, ut de eorum virtute « judicaret, et neque fortis quisquam præmio careret, « neque ignavus pœnam evaderet, sed omnium spectator « ipse esset et testis, penes quem ulciscendi et remunerandi « arbitrium, » illos quidem ad rem aggrediendam, hora quæ supra memorata est, dimisit, ipse vero ad speculam ex Antonia progressus, quid fieret exspectabat.

(XII.) 6. Verum hi qui missi fuerant non uti sperarant somno oppressos invenerunt custodes, sed cum clamore insilientibus statim ad manus ventum est. Ceteri autem excubitorum clamoribus exciti ex ædibus se turmatim proripiebant. Primorum quidem impetum excipiebant Romani : et qui illos sequerentur, in agmen proprium incidebant, multique suis velut hostibus utebantur. Nam voce quidem suorum agnitionem confusus utriusque partis clamor, oculis vero quominus discernerentur nox omnino impediebat : ac præterea quibusdam cæcitatem injiciebat furor, aliis timor. Idcirco obvium quemque sine discrimine feriebant. Et Romanis quidem, scutorum conjunctione septis et per globos prosilientibus, ignoratio minus nocebat; tesseræ enim suæ quisque meminerat. Judæi vero semper disjecti, et tam impetus quam recessus temere facientes, sibi invicem hostium speciem sæpe ingerebant; nam revertentem suum quisque per tenebras quasi Romanum aggredientem excipiebat. Qua re factum ut plures a suis quam ab hostibus sauciarentur, donec orto die visu deinceps pugna discerneretur, et in acie ex adverso stantes bono ordine hostes telis peterent atque propulsarent. Neutri vero cedebant, neque labore fatigabantur. Sed Romani quidem et sigillatim et multi simul utpote in conspectu Cæsaris strenue concertabant : illumque diem sibi quisque promotionis initium fore

Καιομένου δὲ τοῦ ναοῦ τῶν μὲν προσπιπτόντων ἦν ἁρπαγή, φόνος δὲ τῶν καταλαμβανομένων μυρίος· οὔτε δ' ἡλικίας ἦν ἔλεος οὔτ' ἐντροπὴ σεμνότητος, ἀλλὰ καὶ παιδία καὶ γέροντες καὶ βέβηλοι καὶ ἱερεῖς ὁμοίως ἀνῃροῦντο, καὶ πᾶν γένος ἐπεξῄει περισχὼν ὁ πόλεμος, ὁμοῦ τούς τε ἱκετεύοντας καὶ τοὺς ἀμυνομένους. Συνήχει δ' ἡ φλὸξ ἐπὶ πλεῖστον ἐκφερομένη τοῖς τῶν πιπτόντων στεναγμοῖς, καὶ διὰ μὲν τὸ ὕψος τοῦ λόφου καὶ τὸ τοῦ φλεγομένου μέγεθος ἔργου πᾶσαν ἄν τις ἔδοξε καίεσθαι τὴν πόλιν, τῆς δὲ βοῆς ἐκείνης οὐδὲν ἐπινοηθῆναι δύναιτ' ἂν ἢ μεῖζον ἢ φοβερώτερον. Τῶν τε γὰρ Ῥωμαϊκῶν ταγμάτων ἀλαλαγμὸς ἦν συμφερομένων καὶ τῶν στασιαστῶν πυρὶ καὶ σιδήρῳ κεκυκλωμένων κραυγή, τοῦ τε ἀπολειφθέντος ἄνω λαοῦ τροπή τε μετ' ἐκπλήξεως εἰς τοὺς πολεμίους καὶ πρὸς τὸ πάθος οἰμωγαί· συνεβόα δὲ τοῖς ἐπὶ τοῦ λόφου τὸ κατὰ τὴν πόλιν πλῆθος (ἤδη δὲ πολλοὶ τῷ λιμῷ μαραινόμενοι καὶ μεμυκότες, ὡς εἶδον τὸ τοῦ ναοῦ πῦρ, εἰς ὀδυρμοὺς πάλιν καὶ κραυγὴν ηὐτόνησαν· συνήχει δ' ἥ τε Περαία καὶ τὰ πέριξ ὄρη, βαρυτέραν ποιοῦντα τὴν ὁρμήν. Ἦν δὲ τοῦ θορύβου τὰ πάθη φοβερώτερα. Τὸν μέν γε τοῦ ἱεροῦ λόφον ἐκ ῥιζῶν ἄν τις ἔδοξε βράττεσθαι, πάντοθεν τοῦ πυρὸς καταγέμοντα, δαψιλέστερον δὲ τὸ αἷμα τοῦ πυρὸς εἶναι καὶ τῶν φονευόντων πλείους τοὺς φονευομένους. Οὐδαμοῦ γὰρ ἡ γῆ διεφαίνετο τῶν νεκρῶν, ἀλλὰ σωροῖς ἐπεμβαίνοντες οἱ στρατιῶται σωμάτων ἐπὶ τοὺς διαφεύγοντας ἔθεον. Τὸ μὲν οὖν ληστρικὸν πλῆθος ὠσάμενοι τοὺς Ῥωμαίους μόλις εἰς τὸ ἔξω διεκπίπτουσιν ἱερὸν κἀκεῖθεν εἰς τὴν πόλιν, τοῦ δημοτικοῦ δὲ τὸ λειφθὲν ἐπὶ τὴν ἔξω στοὰν κατέφυγε. (ΚΘ'.) Τῶν δ' ἱερέων τινὲς τὸ μὲν πρῶτον ἀπὸ τοῦ ναοῦ τούς τε ὀβελοὺς καὶ τὰς ἕδρας αὐτῶν μολίβδου πεποιημένας ἀνασπῶντες εἰς τοὺς Ῥωμαίους ἠφίεσαν, αὖθις δ' ὡς οὔτ' ἤνυόν τι καὶ τὸ πῦρ ἐπ' αὐτοὺς ἀνερρήγνυτο, ἐπὶ τὸν τοῖχον ἀναχωρήσαντες, ὄντα ὀκτάπηχυν τὸ εὖρος, ἔμενον. Δύο γε μὴν τῶν ἐπισήμων, παρὸν σωθῆναι πρὸς Ῥωμαίους μεταστᾶσιν, ἢ διακαρτερεῖν· πρὸς τὴν μετὰ τῶν ἄλλων τύχην, ἑαυτοὺς ἔρριψαν εἰς τὸ πῦρ, καὶ τῷ ναῷ συγκατεφλέγησαν, Μήϊρός τε υἱὸς Βελγᾶ καὶ Ἰώσηπος Δαλαίου.

β'. Ῥωμαῖοι δὲ μάταιον τὴν ἐπὶ τοῖς πέριξ φειδὼ κρίναντες τοῦ ναοῦ φλεγομένου πάντα συνεπίπρασαν, τά τε λείψανα τῶν στοῶν καὶ τὰς πύλας, πλὴν δύο, τῆς μὲν ἐκ τῶν ἀνατολικῶν, τῆς δὲ ἐκ μεσημβρίας, καὶ ταύτας ὕστερον κατέσκαψαν. Ἔκαιον δὲ καὶ τὰ γαζοφυλάκια, ἐν οἷς ἄπειρον μὲν χρημάτων πλῆθος, ἄπειροι δ' ἐσθῆτες καὶ ἄλλα κειμήλια, συνελόντι δ' εἰπεῖν, πᾶς ὁ Ἰουδαίων σεσώρευτο πλοῦτος, ἀνεσκευασμένων ἐκεῖ τῶν οἴκων τῶν εὐπόρων. Ἦκον δὲ καὶ ἐπὶ τὴν λοιπὴν στοὰν τοῦ ἔξωθεν ἱεροῦ· καταφεύγει δ' ἐπ' αὐτὴν

siano, anni sexcenti undequadraginta et dies quadraginta quinque.

CAP. V. (XXVIII.)

Templo autem ardente, obvia quidem quæque rapiebantur, et cædes erat infinita deprehensorum : nec ætati ulla erat miseratio, nec gravitatis reverentia; sed et pueri et senes, et profani et sacerdotes similiter interficiebantur; atque omne genus hominum belli calamitas complexa persequebatur, etiam supplices pariter ac semet defendentes. Atque flamma longe lateque pervagata cum gemitibus occumbentium concrepabat : et ex altitudine quidem collis, ardentisque operis magnitudine, totam quis conflagrare crederet civitatem : illo autem clamore nihil majus aut horribilius excogitari potest. Nam et legionum Romanarum simul moventium læta erat conclamatio, et seditiosorum igne et ferro circumdatorum ululatus, populusque in superioribus relictus fugabatur in hostes cum consternatione, et ob calamitatem luctum edebat et lamentationem : illisque qui in colle erant clamore resonabat multitudo in urbe (jam vero multi fame languidi et ore compresso, postquam ignem templi videbant, in questus iterum et ejulatus vires receperunt); hisque resonabatur ex Peræa et montibus in circuitu, unde impetus augebatur. Hoc tamen tumultu clades erant acerbiores. Nam collem quidem, cui templum impositum, radicitus quis exuri putaret, ut qui ignis undique plenus erat : et sanguinem igne largiorem esse, pluresque interfectoribus interfectos. Nusquam enim solum præ cadaveribus videri potuit : sed milites gradientes super acervos cæsorum fugientes persequebantur. Et latronum quidem multitudo, perruptis Romanorum agminibus, vix in templum exterius evasit, atque inde in urbem : reliquiæ vero popularis turbæ in exteriorem porticum confugerunt. (XXIX.) At sacerdotum nonnulli, primum quidem templi verubus, itemque sedibus suis, quæ ex plumbo factæ erant, avulsis, in Romanos pro missilibus utebantur : deinde quum nihil proficerent, ignisque in eos erumperet, in parietem octo cubitos latum secedentes, ibi manebant. Ceterum duo ex insignibus, quum ad Romanos transeundo servari possent, aut illic permanere ejusdem cum aliis fortunæ participes, in ignem insilierunt, et una cum templo conflagrarunt, Meirus filius Belgæ et Josephus Dalæi.

2. Tum Romani circumpositis ædificiis frustra parci existimantes, ipso templo ardente, omnia simul incenderunt, et quicquid ex porticibus reliquum erat, ipsasque portas, præter duas, unam ex parte orientali, alteram ex meridiana, quas tamen postea diruerunt. Etiam gazophylacia comburebant, in quibus infinita pecuniæ vis, infinitæ etiam vestes, et alia ornamenta, atque, ut breviter dicam, omnis Judæorum congesta erat opulentia, a divitibus illic domibus exstructis. Tandem autem ventum est in eam quæ restabat porticum exterioris templi, quo confugerant ex

ἀπὸ τοῦ δήμου γύναια καὶ παιδία καὶ σύμμικτος ὄχλος πλεῖστος εἰς ἑξακισχιλίους. Πρὶν δὲ Καίσαρα κρῖναί τι περὶ αὐτῶν ἢ κελεῦσαι τοὺς ἡγεμόνας, φερόμενοι τοῖς θυμοῖς οἱ στρατιῶται τὴν στοὰν ὑφάπτουσι. Καὶ συνέβη τοὺς μὲν ῥιπτοῦντας αὑτοὺς ἐκ τῆς φλογὸς διαφθαρῆναι, τοὺς δ' ἐν αὐτῇ. Περιεσώθη δ' ἐκ τοσούτων οὐδείς. (Λ'.) Τούτοις αἴτιος τῆς ἀπωλείας ψευδοπροφήτης τις κατέστη, κατ' ἐκείνην κηρύξας τὴν ἡμέραν τοῖς ἐπὶ τῆς πόλεως ὡς ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἀναβῆναι κελεύει, δεξομένους τὰ σημεῖα τῆς σωτηρίας. Πολλοὶ δ' ἦσαν ἐγκάθετοι παρὰ τῶν τυράννων τότε πρὸς τὸν δῆμον προφῆται, προσμένειν τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ βοήθειαν καταγγέλλοντες, ὡς ἧττον αὐτομολοῖεν, καὶ τοὺς ἐπάνω δέους καὶ φυλακῆς γινομένους ἐλπὶς παρακρατοίη. Πείθεται δὲ ταχέως ἄνθρωπος ἐν συμφοραῖς. Ὅταν δὲ δὴ καὶ τῶν κατεχόντων δεινῶν ἀπαλλαγὴν ὁ ἐξαπατῶν ὑπογράφῃ, τόθ' ὁ πάσχων ὅλος γίνεται τῆς ἐλπίδος.

(ΛΑ'.) γ'. Τὸν γοῦν ἄθλιον δῆμον οἱ μὲν ἀπατεῶνες καὶ καταψευδόμενοι τοῦ Θεοῦ τηνικαῦτα παρέπειθον, τοῖς δὲ ἐναργέσι καὶ προσημαίνουσι τὴν μέλλουσαν ἐρημίαν τέρασιν οὔτε προσεῖχον οὔτε ἐπίστευον, ἀλλ' ὡς ἐμβεβροντημένοι καὶ μήτ' ὄμματα μήτε ψυχὴν ἔχοντες τῶν τοῦ Θεοῦ κηρυγμάτων παρήκουσαν, τοῦτο μὲν ὅτε ὑπὲρ τὴν πόλιν ἄστρον ἔστη ῥομφαίᾳ παραπλήσιον καὶ παρατείνας ἐπ' ἐνιαυτὸν κομήτης, τοῦτο δὲ ἡνίκα πρὸ τῆς ἀποστάσεως καὶ τοῦ πρὸς τὸν πόλεμον κινήματος, ἀθροιζομένου τοῦ λαοῦ πρὸς τὴν τῶν Ἀζύμων ἑορτήν (ὀγδόη δ' ἦν Ξανθικοῦ μηνός), κατὰ νυκτὸς ἐνάτην ὥραν, τοσοῦτον φῶς περιέλαμψε τὸν βωμὸν καὶ τὸν ναὸν ὡς δοκεῖν ἡμέραν εἶναι λαμπράν, καὶ τοῦτο παρέτεινεν ἐφ' ἡμίσειαν ὥραν· ὃ τοῖς μὲν ἀπείροις ἀγαθὸν ἐδόκει, τοῖς δ' ἱερογραμματεῦσι πρὸς τῶν ἀποβεβηκότων εὐθέως ἐκρίθη. Καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ἑορτὴν βοῦς μὲν ἀχθεῖσα ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως πρὸς τὴν θυσίαν ἔτεκεν ἄρνα ἐν τῷ ἱερῷ μέσῳ, ἡ δὲ ἀνατολικὴ πύλη τοῦ ἐνδοτέρω, χαλκῆ μὲν οὖσα καὶ στιβαρωτάτη, κλειομένη δὲ περὶ δείλην μόλις ὑπ' ἀνδρῶν εἴκοσι, καὶ μοχλοῖς μὲν ἐπερειδομένη σιδηροδέτοις, καταπῆγας δ' ἔχουσα βαθυτάτους εἰς τὸν οὐδὸν ὄντα διηνεκοῦς λίθου καθιεμένους, ὤφθη κατὰ νυκτὸς ὥραν ἕκτην αὐτομάτως ἠνεῳγμένη. Δραμόντες δ' οἱ τοῦ ἱεροῦ φύλακες ἤγγειλαν τῷ στρατηγῷ, κἀκεῖνος ἀναβὰς μόλις αὐτὴν ἴσχυσε κλεῖσαι. Πάλιν τοῦτο τοῖς μὲν ἰδιώταις κάλλιστον ἐδόκει τέρας· ἀνοῖξαι γὰρ τὸν Θεὸν αὐτοῖς τὴν τῶν ἀγαθῶν πύλην· οἱ λόγιοι δὲ λυομένην αὐτομάτως τοῦ ναοῦ τὴν ἀσφάλειαν ἐνενόουν καὶ πολεμίοις δῶρον ἀνοίγεσθαι τὴν πύλην, δηλωτικόν τ' ἐρημίας ἀπέφαινον ἐν ἑαυτοῖς τὸ σημεῖον. Μετὰ δὲ τὴν ἑορτὴν ἡμέραις ὕστερον οὐ πολλαῖς, μιᾷ καὶ εἰκάδι Ἀρτεμισίου μηνός, φάσμα τι δαιμόνιον ὤφθη μεῖζον πίστεως. Τερατεία δ' ἂν ἔδοξεν, οἶμαι, τὸ ῥηθησόμενον, εἰ μὴ καὶ παρὰ τοῖς θεασαμένοις ἱστόρητο καὶ τὰ ἐπακολουθήσαντα πάθη τῶν σημείων ἦν ἄξια. Πρὸ γὰρ ἡλίου δύσεως ὤφθη μετέωρα περὶ πᾶσαν τὴν χώραν

populo mulierculæ et pueri et plurima multitudo promiscua, ad sex hominum millia. Sed priusquam de his Cæsar quicquam decerneret, aut ducibus imperaret, ira incitati milites porticum succendunt. Qua re fiebat ut nonnulli quidem sese e flammis præcipitantes perierint, alii vero in ipsis. Ex tanto autem numero servatus est nemo. (XXX.) His causa interitus erat falsus propheta quidam, qui illo tempore prædicaverat populo in civitate, « jubere Deum eos in templum ascendere, signa salutis accepturos. » Multi autem a tyrannis subornati erant ad populum prophetæ, denunciantes esse auxilium a Deo exspectandum, ut populus minus transfugeret, et eos, qui supra metum erant et custodes, spes retineret. Cito autem in adversis homini persuadetur : quodsi etiam a malis prementibus liberationem polliceatur qui fallit, tunc qui patitur totus spei plenus evadit.

(XXXI.) 3. Miserandam igitur plebem seductores seque a Deo missos mentientes tum suadendo decipiebant : evidentibus autem prodigiis et futuram solitudinem prænunciantibus neque advertebant animos neque credebant, sed tanquam attoniti oculisque et mente capti præconia Dei insuper habebant : primum quum supra civitatem stetit sidus simile gladio, et anni spatio ardere perseverabat cometes; deinde quum ante defectionem primosque belli motus, populo ad festum diem Azymorum congregato, die octavo mensis Xanthici, hora noctis nona, tanta lux circa altare templumque circumfusa est, ut dies clarus esse videretur, atque hoc horæ dimidiæ spatio duravit; quod ab imperitis quidem pro bono omine habebatur, sed sacrorum scribæ ea quæ post hæc evenerunt portendi statim judicarunt. In eadem quoque solemnitate vacca, quum a pontifice ad sacrificium adduceretur, agnum in medio templo enixa est. Sed et janua interioris sacrarii orienti obversa, quæ tota ærea et immensi ponderis erat, et quæ sub vesperam vix ab hominibus viginti claudebatur, et vectibus quidem ferro munitis sustentata erat, pessulos vero altissime in saxeum limen ex uno perpetuo lapide demissos habebat, visa est nocte circa horam sextam sponte patefacta. Quod templi custodes, quum ad prætorem cucurrissent, ei indicarunt : ille vero, ubi ascenderat, ægre eam claudere potuit. Id quoque rudibus quidem et indoctis signum videbatur optimum; Deum scilicet illis bonorum portam aperuisse : docti vero et eruditi securitatem templi ultro abiisse secum reputabant, et portam hostibus gratis patefactam, solitudinemque illo ostento signari inter se pronunciabant. Paucis deinde post festivitatem diebus, vicesimo primo mensis Artemisii die, prodigiosum quoddam spectrum apparuit fidem omnem superans. Ac profecto id quod dicturus sum fabula, ut opinor, esse videretur, nisi ab iis qui illud spectarunt, proditum esset, et subsequutæ clades ejusmodi signis haudquaquam impares exstitissent. Etenim ante solis occasum per universam regionem currus in aere sublimes ferri, et armatæ phalanges

ἅρματα καὶ φάλαγγες ἔνοπλοι διάττουσαι τῶν νεφῶν καὶ κυκλούμεναι τὰς πόλεις. Κατὰ δὲ τὴν ἑορτὴν, ἣ Πεντηκοστὴ καλεῖται, νύκτωρ οἱ ἱερεῖς παρελθόντες εἰς τὸ ἔνδον ἱερὸν, ὥσπερ αὐτοῖς ἔθος ἦν πρὸς τὰς λειτουργίας, πρῶτον μὲν κινήσεως ἀντιλαβέσθαι ἔφασαν καὶ κτύπου, μετὰ δὲ ταῦτα φωνῆς ἀθρόας, « μεταβαίνωμεν ἐντεῦθεν. » Τὸ δὲ τούτων φοβερώτερον· Ἰησοῦς γάρ τις υἱὸς Ἀνάνου τῶν ἰδιωτῶν ἀγροῖκος, πρὸ τεσσάρων ἐτῶν τοῦ πολέμου, τὰ μάλιστα τῆς πόλεως εἰρηνευομένης καὶ εὐθηνούσης, ἐλθὼν εἰς τὴν ἑορτὴν, ἐν ᾗ σκηνοποιεῖσθαι πάντας ἔθος τῷ Θεῷ κατὰ τὸ ἱερὸν, ἐξαπίνης ἀναβοᾶν ἤρξατο, « φωνὴ ἀπ' ἀνατολῆς, φωνὴ ἀπὸ δύσεως, « φωνὴ ἀπὸ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, φωνὴ ἐπὶ Ἱεροσό- « λυμα καὶ τὸν ναὸν, φωνὴ ἐπὶ νυμφίους καὶ νύμφας, « φωνὴ ἐπὶ τὸν λαὸν πάντα. » Τοῦτο μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ κατὰ πάντας τοὺς στενωποὺς περιῄει κεκραγώς. Τῶν δ' ἐπισήμων τινὲς δημοτῶν, ἀγανακτήσαντες πρὸς τὸ κακόφημον, συλλαμβάνουσι τὸν ἄνθρωπον καὶ πολλαῖς αἰκίζονται πληγαῖς. Ὁ δ' οὔθ' ὑπὲρ ἑαυτοῦ φθεγξάμενος οὔτ' ἰδίᾳ πρὸς τοὺς παίοντας ἃς καὶ πρότερον φωνὰς βοῶν διετέλει. Νομίσαντες δ' οἱ ἄρχοντες, ὅπερ ἦν, δαιμονιώτερον εἶναι τὸ κίνημα τοῦ ἀνδρὸς, ἀνάγουσιν αὐτὸν ἐπὶ τὸν παρὰ Ῥωμαίοις ἔπαρχον, ἔνθα μάστιξι μέχρις ὀστέων ξαινόμενος οὔθ' ἱκέτευσεν οὔτ' ἐδάκρυσεν· ἀλλ' ὡς ἐνῆν μάλιστα τὴν φωνὴν ὀλοφυρτικῶς παρεγκλίνων πρὸς ἑκάστην ἀπεκρίνατο πληγὴν, « αἰαῖ Ἱεροσολύμοις. » Τοῦ δὲ Ἀλβίνου διερωτῶντος (οὗτος γὰρ ἔπαρχος ἦν) τίς εἴη καὶ πόθεν καὶ διὰ τί ταῦτα φθέγγοιτο, πρὸς ταῦτα μὲν οὐδ' ὁτιοῦν ἀπεκρίνατο· τὸν δ' ἐπὶ τῇ πόλει θρῆνον εἴρων οὐ διέλειπε, μέχρι καταγνοὺς μανίαν ὁ Ἀλβῖνος ἀπέλυσεν αὐτόν. Ὁ δὲ τὸν μέχρι τοῦ πολέμου χρόνον οὔτε προσῄει τινὶ τῶν πολιτῶν οὔτ' ὤφθη λαλῶν, ἀλλὰ καθ' ἡμέραν ὥσπερ εὐχὴν μεμελετηκὼς, « αἰαῖ Ἱεροσολύμοις » ἐθρήνει· οὔτε δέ τινι τῶν τυπτόντων αὐτὸν ὁσημέραι κατηρᾶτο οὔτε τοὺς τροφῆς μεταδιδόντας ηὐλόγει. Μία δὲ πρὸς πάντας ἦν ἡ σκυθρωπὴ κληδὼν ἀπόκρισις· μάλιστα δὲ ἐν ταῖς ἑορταῖς ἐκεκράγει, καὶ τοῦτ' ἐφ' ἑπτὰ ἔτη καὶ μῆνας πέντε εἴρων, οὔτ' ἠμβλύνθη τὴν φωνὴν οὔτε ἔκαμεν, μέχρις οὗ κατὰ τὴν πολιορκίαν ἔργα τὰς κληδόνας ἰδὼν ἀνεπαύσατο. Περιιὼν γὰρ ἐπὶ τοῦ τείχους « αἰαῖ πάλιν τῇ πόλει καὶ τῷ λαῷ καὶ τῷ ναῷ » διαπρύσιον ἐβόα. Ὡς δὲ τελευταῖον προσέθηκεν « αἰαῖ δὲ κἀμοὶ », λίθος ἐκ τοῦ πετροβόλου σχασθεὶς καὶ πλήξας αὐτὸν, παραχρῆμα κτείνει· φθεγγόμενος δ' ἔτι τὰς κληδόνας ἐκείνας τὴν ψυχὴν ἀφῆκεν.

δ'. Ταῦτά τις ἐννοῶν εὑρήσει τὸν μὲν Θεὸν ἀνθρώπων κηδόμενον, καὶ παντοίως προσημαίνοντα τῷ σφετέρῳ γένει τὰ σωτήρια, τοὺς δ' ὑπ' ἀνοίας καὶ κακῶν αὐθαιρέτων ἀπολλυμένους, ὅπου γε Ἰουδαῖοι καὶ τὸ ἱερὸν μετὰ τὴν καθαίρεσιν τῆς Ἀντωνίας τετράγωνον ἐποίησαν, ἀναγεγραμμένον ἐν τοῖς λογίοις ἔχοντες ἁλώσεσθαι τὴν πόλιν καὶ τὸν ναὸν, ἐπειδὰν τὸ ἱερὸν γένηται τετράγωνον. Τὸ δὲ ἐπᾶραν αὐτοὺς μάλιστα πρὸς τὸν πό-

per nubes discurrere, urbesque circumvallare sunt visæ. Festo autem die qui Pentecoste appellatur, sacerdotes noctu templum ingressi ad obeunda ex more ministeria, primum quidem motum ac strepitum se exaudisse dixerunt, tum deinde vocem quasi confertæ multitudinis simul clamantis, « migremus hinc. » Quod vero his omnibus terribilius est, Jesus quidam Anani filius, vir plebeius et rusticus, quadriennio priusquam bellum esset exortum, pacata maxime civitate et rerum omnium copia abundante, quum ad festum venisset quo tabernacula in honorem Dei juxta templum defigi ab omnibus mos est, repente exclamare cœpit: « vox « ab oriente, vox ab occasu, vox a quattuor ventis; vox in « Hierosolyma et in templum, vox in sponsos et in sponsas, « vox in universum populum. » Idque noctu et interdiu clamitans omnes civitatis vicos circuibat. Nonnulli vero ex primoribus populi, diritatem ominis ægre ferentes, hominem corripiunt, multisque verberibus afficiunt. At ille nec pro se quicquam loquutus, nec eos qui ipsum verberabant privatim deprecatus, eadem quæ prius verba inclamare non destitit. Proinde magistratus Judæorum rati, id quod erat, diviniorem esse hominis motum, eum ad præsidem Romanum adducunt; apud quem ad ossium usque denudationem laniatus, nec preces nec lacrimas ullas effudit, sed, quantum maxime poterat flebili ac lugubri modo vocem inflectens, ad singula verbera clamabat, « væ væ Hierosolymis. » Albino autem interroganti (is enim tum procurator erat) quis esset et unde et cur ista diceret, ad ea nihil omnino respondit: non prius autem urbem lamentari desinebat, donec Albinus hominem absolvit, furere ratus. Ille vero ad belli usque tempus neque quenquam civium adibat, neque loqui visus est: sed quotidie, velut precationem quandam meditatus, « væ væ Hierosolymis » lamentabatur: neque cuiquam imprecatus est, quum in dies singulos vapularet, vero neque cibum impartienti bene dicebat: una autem ejus responsio ad omnes erat triste illud præsagium. At maxime in festivitatibus vociferabatur; idque quum annos septem et quinque menses fecisset, neque voce raucus erat factus, neque delassabatur, donec obsidionis tempore rata fieri videns auguria quievit. Nam in mœnibus obambulans, iterum « væ væ civitati et templo et populo » voce alta clamabat. Ubi autem ad extremum adjecit « væ etiam mihi », lapide ex ballista excusso ictus statim occubuit; animamque, dum adhuc ista omina loqueretur, dimisit.

4. Hæc si quis reputet, profecto inveniet Deo quidem curæ esse homines, modisque omnibus eum præmonstrare quæ sint eorum generi salutaria; ipsos vero sua dementia malisque voluntariis interire: siquidem Judæi etiam post Antoniam dirutam templum quadratum fecerunt, quum in oraculis scriptum haberent, « fore ut capiatur urbs et templum, ubi templum quadratam formam acceperit. » Sed quod maxime eos ad bellum excitaverat, vaticinium erat

λεμον ἦν χρησμὸς ἀμφίβολος ὁμοίως ἐν τοῖς ἱεροῖς ηὑρημένος γράμμασιν, ὡς κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἀπὸ τῆς χώρας τις αὐτῶν ἄρξει τῆς οἰκουμένης. Τοῦτο οἱ μὲν ὡς οἰκεῖον ἐξέλαβον καὶ πολλοὶ τῶν σοφῶν ἐπλανήθησαν περὶ τὴν κρίσιν. Ἐδήλου δ᾽ ἄρα τὴν Οὐεσπασιανοῦ τὸ λόγιον ἡγεμονίαν, ἀποδειχθέντος ἐπὶ Ἰουδαίας αὐτοκράτορος. Ἀλλὰ γὰρ οὐ δυνατὸν ἀνθρώποις τὸ χρεὼν διαφυγεῖν οὐδὲ προορωμένοις. Οἱ δὲ καὶ τῶν σημείων ἃ μὲν ἔκριναν πρὸς ἡδονήν, ἃ δ᾽ ἐξουθένησαν, μέχρις οὗ τῇ τε ἁλώσει τῆς πατρίδος καὶ τῷ σφῶν αὐτῶν ὀλέθρῳ διηλέγχθησαν τὴν ἄνοιαν.

ΚΕΦ. Ϛ'.

Ῥωμαῖοι δὲ τῶν μὲν στασιαστῶν καταπεφευγότων εἰς τὴν πόλιν, καιομένου δὲ αὐτοῦ τε τοῦ ναοῦ καὶ τῶν πέριξ ἁπάντων, κομίσαντες τὰς σημαίας εἰς τὸ ἱερὸν καὶ θέμενοι τῆς ἀνατολικῆς πύλης ἀντικρύς, ἔθυσάν τε αὐταῖς αὐτόθι καὶ τὸν Τίτον μετὰ μεγίστων εὐφημιῶν ἀπέφηναν αὐτοκράτορα. Ταῖς δὲ ἁρπαγαῖς οὕτως ἐνεπλήσθησαν οἱ στρατιῶται πάντες, ὥστε κατὰ τὴν Συρίαν πρὸς ἥμισυ τῆς πάλαι τιμῆς τὸν σταθμὸν τοῦ χρυσίου πιπράσκεσθαι. (ΛΓ'.) Τῶν δὲ ἀνὰ τὸν τοῖχον τοῦ ναοῦ ἱερέων διακαρτερούντων, παῖς διψήσας ἱκέτευε τοὺς φύλακας τῶν Ῥωμαίων δοῦναι δεξιὰν αὐτῷ, καὶ τὸ δίψος ἐξωμολογεῖτο. Τῶν δὲ τῆς ἡλικίας καὶ τῆς ἀνάγκης οἶκτον λαβόντων καὶ δόντων δεξιὰς καταβὰς αὐτός τε πίνει καὶ ὃ φέρων ἧκεν ἀγγεῖον πλήσας ὕδατος ᾤχετο φεύγων ἄνω πρὸς τοὺς σφετέρους. Τῶν δὲ φυλάκων καταλαβεῖν μὲν οὐδεὶς ἴσχυσε, πρὸς δὲ τὴν ἀπιστίαν ἐβλασφήμουν. Κἀκεῖνος οὐδὲν ἔφη παραβεβηκέναι τῶν συνθηκῶν· λαβεῖν γὰρ δεξιὰν οὐ τοῦ μένειν παρ᾽ αὐτοῖς, ἀλλὰ τοῦ καταβῆναι μόνον καὶ λαβεῖν ὕδωρ, ἅπερ ἀμφότερα πεποιηκὼς πιστὸς ἔδοξεν εἶναι. Τὸ μὲν δὴ πανούργημα διὰ τὴν ἡλικίαν μάλιστα τοῦ παιδὸς ἀπεθαύμαζον οἱ πλανηθέντες. Πέμπτῃ δ᾽ ἡμέρᾳ λιμώττοντες οἱ ἱερεῖς καταβαίνουσι, καὶ πρὸς Τίτον ἀναχθέντες ὑπὸ τῶν φυλάκων, ἱκέτευον τυχεῖν σωτηρίας. Ὁ δὲ τὸν μὲν τῆς συγγνώμης καιρὸν αὐτοῖς παρῳχηκέναι φήσας, οἴχεσθαι δὲ δι᾽ ὃν εὐλόγως ἂν αὐτοὺς ἔσωζε, πρέπειν δὲ τοῖς ἱερεῦσι τῷ ναῷ συναπολέσθαι, κελεύει κολάσαι τοὺς ἄνδρας.

(ΛΔ'.) β'. Οἱ δὲ περὶ τοὺς τυράννους ὡς τῷ τε πολέμῳ πανταχόθεν ἐκρατοῦντο καὶ περιτετειχισμένοις διαφυγεῖν οὐδαμόθεν ἦν, προσκαλοῦνται τὸν Τίτον εἰς λόγους. Ὁ δὲ διὰ τὸ φιλάνθρωπον φύσει τὸ γοῦν ἄστυ περισῶσαι προαιρούμενος, καὶ τῶν φίλων ἐναγόντων (ἤδη γὰρ μετριάζειν τοὺς λῃστὰς ὑπελάμβανον), ἵσταται κατὰ τὸ πρὸς δύσιν μέρος τοῦ ἔξωθεν ἱεροῦ. Ταύτῃ γὰρ ὑπὲρ τὸν ξυστὸν ἦσαν πύλαι καὶ γέφυρα συνάπτουσα τῷ ἱερῷ τὴν ἄνω πόλιν· αὕτη τότε μέση τῶν τυράννων ἦν καὶ τοῦ Καίσαρος. Τὸ δὲ πλῆθος ἑκατέροις βύζην ἐφειστήκει, Ἰουδαῖοι μὲν περὶ Σίμωνα καὶ Ἰωάννην μετέωροι συγγνώμης ἐλπίδι, Ῥωμαῖοι δὲ Καίσαρι, καραδοκοῦν-

ambiguum in sacris libris repertum, « illis circiter temporibus quendam ex ipsorum finibus orbis terrarum imperio potiturum. » Id enim illi quidem quasi sibi proprium acceperunt, multique sapientes interpretatione decepti sunt. Significabat nempe oraculum Vespasiani principatum, qui in Judæa declaratus est Imperator. Sed enim homines fatum vitare non possunt, etiamsi præviderint. At vero hi signorum quædam pro sua libidine interpretati sunt, atque alia pro nihilo habuerunt, donec et patriæ excidium ipsorumque exitium eorum redarguebant dementiam.

CAP. VI. (XXXII.)

Romani autem, quum seditiosi quidem in urbem confugissent, templum vero et quæ circa templum arderent omnia, signis in templum illatis positisque contra portam orientalem, et illis ibi sacrificarunt, et Titum cum maximis acclamationibus imperatorem designarunt. Usque autem adeo rapinis impleti erant milites universi, ut in Syria pondus auri dimidio minoris quam olim venderetur. (XXXIII.) At quum sacerdotes, qui templi murum conscenderant, illic perdurarent, puer siti maceratus custodibus Romanis supplicabat ut dextra sibi daretur, sitique se laborare fatebatur. Ubi autem illi, tam ætatis quam necessitatis miserti, ei dextram dederunt, is post descensum et ipse bibit, et, lagena quam secum attulerat aqua repleta, fuga se ad suos proripiebat. Custodum autem nemo quidem eum assequi valuit, ejus vero perfidiæ maledicebant. Ille autem nihil se contra quam esset pactum fecisse, dicebat: dextram enim sibi datam, non ut apud ipsos remaneret, sed ut tantum descenderet et aquam acciperet: quæ ambo quum fecerit, in fide mansisse visus est. Astutiam quidem propter ætatem pueri admodum, qui decepti fuerant, mirabantur. Quinta vero die sacerdotes fame confecti descendunt, et a custodibus ad Titum perducti ut sibi parceretur supplicabant. Ille autem, veniæ tempus illis præteriisse, fatus, periisse vero id cujus eos gratia merito conservasset, et decere sacerdotes cum templo interire, duci homines ad supplicium jubet.

(XXXIV.) 2. At tyranni et qui cum illis erant, quoniam bello undique tenebantur, et circumdati nusquam effugere poterant, Titum ad colloquium provocant. Ille autem, quod natura factus esset ad humanitatem, adeoque urbem certe servare cuperet, amicis præterea suadentibus (latrones enim jam moderatiores esse arbitrabantur), in parte occidua templi exterioris consistit. Hic enim super Xystum erant portæ, et pons qui civitatem superiorem templo jungebat: isque tunc inter tyrannos et Cæsarem interjectus erat. Multi autem utrinque densi adstabant: Judæi quidem circa Simonem et Joannem, spe veniæ suspensi; Romani vero ad Cæsarem, exspectantes qualiter eos exciperet. Quum autem

τες αὐτῶν τὴν ἀξίωσιν. Παραγγείλας δὲ τοῖς στρατιώταις Τίτος θυμοῦ τε καὶ βελῶν μένειν ἐγκρατεῖς καὶ τὸν ἑρμηνέα παραστησάμενος, ὅπερ ἦν τεκμήριον τοῦ κρατεῖν, πρῶτος ἤρξατο λέγειν. « Ἆρά γε ἤδη κεκόρεσθε τῶν τῆς πατρίδος κακῶν, ἄνδρες, οἱ μήτε τῆς ἡμετέρας δυνάμεως μήτε τῆς αὑτῶν ἀσθενείας ἔννοιαν λαβόντες, ὁρμῇ δὲ ἀσκέπτῳ καὶ μανίᾳ τόν τε δῆμον καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸν ναὸν ἀπολωλεκότες, ἀπολούμενοι δὲ καὶ αὐτοὶ δικαίως, οἳ πρῶτον μὲν ἀφ' οὗ Πομπήιος εἷλεν ὑμᾶς κατὰ κράτος, οὐκ ἐπαύσασθε νεωτεροποιίας, ἔπειτα καὶ φανερὸν ἐξηνέγκατε πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον; ἆρά γε πλήθει πεποιθότες; καὶ μὴν ἐλάχιστον ὑμῖν μέρος ἀντήρκεσε τοῦ Ῥωμαίων στρατιωτικοῦ. Πίστει τοιγαροῦν συμμάχων; καὶ τί τῶν ἔξω τῆς ἡμετέρας ἡγεμονίας ἐθνῶν ἔμελλεν αἱρήσεσθαι Ἰουδαίους πρὸ Ῥωμαίων; Ἀλλ' ἀλκῇ σωμάτων; καὶ μὴν ἴστε Γερμανοὺς δουλεύοντας ἡμῖν. Ὀχυρότητι δὲ τειχῶν; καὶ τί μεῖζον ὠκεανοῦ τεῖχος κώλυμα, ὃν περιβεβλημένοι Βρεττανοὶ τὰ Ῥωμαίων ὅπλα προσκυνοῦσι; Καρτερίᾳ ψυχῆς καὶ πανουργίᾳ στρατηγῶν; ἀλλὰ μὴν ᾔδειτε καὶ Καρχηδονίους ἁλόντας. Τοιγαροῦν ὑμᾶς ἐπήγειρε κατὰ Ῥωμαίων ἡ Ῥωμαίων φιλανθρωπία· οἳ πρῶτον μὲν ὑμῖν τήν τε χώραν ἔδομεν νέμεσθαι καὶ βασιλεῖς ὁμοφύλους ἐπεστήσαμεν, ἔπειτα τοὺς πατρίους νόμους ἐτηρήσαμεν, καὶ ζῆν οὐ μόνον καθ' ἑαυτούς, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἐπετρέψαμεν ὡς ἐβούλεσθε· τὸ δὲ μέγιστον, δασμολογεῖν τε ὑμῖν ἐπὶ τῷ Θεῷ καὶ ἀναθήματα συλλέγειν ἐπετρέψαμεν, καὶ τοὺς ταῦτα φέροντας οὔτε ἐνουθετήσαμεν οὔτε ἐκωλύσαμεν, ἵν' ἡμῶν γένησθε πλουσιώτεροι πολέμιοι, καὶ παρασκευάσησθε τοῖς ἡμετέροις χρήμασι καθ' ἡμῶν. Ἔπειτα τηλικούτων ἀγαθῶν ἀπολαύοντες ἐπὶ τοὺς παρασχόντας ἠνέγκατε τὸν κόρον, καὶ δίκην τῶν ἀτιθασεύτων ἑρπετῶν τοῖς σαίνουσι τὸν ἰὸν ἐναφήκατε. Ἔστω γοῦν, κατεφρονήσατε τῆς Νέρωνος ῥαθυμίας καὶ καθάπερ ῥήγματα ἢ σπάσματα τὸν ἄλλον χρόνον κακοήθως ἠρεμοῦντες ἐν τῇ μείζονι νόσῳ διεφάνητε, καὶ πρὸς ἐλπίδας ἀναιδεῖς καὶ ἀμέτρους ἐξετείνατε τὰς ἐπιθυμίας. Ἧκεν ὁ πατὴρ οὑμὸς εἰς τὴν χώραν, οὐ τιμωρησόμενος ὑμᾶς τῶν κατὰ Κέστιον, ἀλλὰ νουθετήσων. Δέον γοῦν, εἴπερ ἐπ' ἀναστάσει τοῦ ἔθνους παρῆν, ἐπὶ τὴν ῥίζαν ὑμῶν δραμεῖν, καὶ ταύτην ἐκπορθεῖν τὴν πόλιν εὐθέως, ὁ δὲ Γαλιλαίαν ἐδῄου καὶ τὰ πέριξ, ἐπιδιδοὺς ὑμῖν χρόνον εἰς μεταμέλειαν. Ἀλλ' ὑμῖν ἀσθένεια τὸ φιλάνθρωπον ἐδόκει, κἀκ τῆς ἡμετέρας πρᾳότητος τὴν τόλμαν ἐπεθρέψατε. Νέρωνος οἰχομένου τοῦθ' ὅπερ ἐχρῆν τοὺς πονηροτάτους ἐποιήσατε, ταῖς ἐμφυλίοις ἡμῶν ταραχαῖς ἐπεθαρρήσατε, καὶ χωρισθέντων εἰς τὴν Αἴγυπτον ἐμοῦ τε καὶ τοῦ πατρὸς, εἰς παρασκευὰς τοῦ πολέμου κατεχρήσασθε τοῖς καιροῖς· καὶ οὐκ ᾐδέσθητε ταράσσειν αὐτοκράτορας γεγενημένους, οὓς καὶ στρατηγοὺς φιλανθρώπους ἐπειράσατε. Προσφυγούσης γοῦν ἡμῖν τῆς ἡγεμονίας, καὶ τῶν

Titus militibus edixisset, ut et iracundiam et sagittas continerent, et interpretem sibi adjunxisset, primus (quod victoris indicium) dicere instituit. « Jamne saturati estis patriæ malis, o viri, quibus neque virtutis nostræ neque infirmitatis vestræ in mentem venit, sed inconsulto impetu ac furore perdidistis populum et civitatem simul ac templum, ipsi quoque juste perituri, qui primum quidem, postquam vos Pompeius debellaverat, novas res moliri non destitistis, ac deinde bellum apertum Romanis intulistis? num multitudine freti? Atqui minima exercitus Romani pars vobis restitit. Igiturne auxiliatoribus confisi? Quænam vero gens extra nostrum imperium Judæis præ Romanis succurrere eligeret? An corporum robori et viribus? Atqui scitis nobis servire Germanos. An murorum firmitati? Et quis magis quam Oceanus obsistit murus, quo septi Britanni arma Romanorum adorant? An patientiæ animi et astutiæ ducum? Atqui etiam Carthaginienses captos esse novistis. Itaque vos contra Romanos ipsorum excitavit humanitas; qui primum vobis et terram dedimus possidendam, regesque gentiles imposuimus, deinde leges servavimus patrias, et vivere vos non solum inter vos, sed cum aliis etiam vestra voluntate concessimus : quodque maximum est, tributum exigere Dei nomine ac donaria colligere permisimus; eaque offerentes neque monuimus neque prohibuimus, ut hostes nobis efficeremini ditiores, nostraque pecunia vosmet adversus nos compararetis. Deinde, tantis bonis cumulati, satietatem in eos qui hæc vobis præstiterant convertistis, et immitium instar serpentium in blandientes virus evomuistis. Esto igitur, Neronis socordiam contempsistis, et, tanquam membra disrupta aut convulsa, alio tempore maligne quiescentes, quum gravior ingrueret morbus, vosmet ostendistis, et ad spes improbas etiam cupiditates immodicas explicastis. Veniebat pater meus in hanc regionem, non ut ob ea quæ in Cestium admisistis pœnas exigeret, sed vos commonefaceret. Itaque quum deberet, si evertendæ nationis causa venisset, ipsam radicem petere, atque hanc statim delere civitatem, ille Galilæam et circa eam loca vastare maluit, ut vobis pœnitentiam agendi daret opportunitatem. Verum hæc ejus humanitas vobis infirmitas videbatur, et ex nostra lenitate vobis crevit audacia. Nerone e vita excedente, fecistis quod nequissimorum erat, ex turbis nostris civilibus animos sumpsistis; meque ac patre meo digressis in Ægyptum, tempus illud captastis ad bellicos apparatus faciendos; neque vos puduit perturbare principes declaratos, quos etiam duces humanissimos fueratis experti. Itaque quum ad nos devolveretur imperium, et omnes quidem in eo passim quiescerent,

μὲν κατὰ ταύτην ἠρεμούντων πάντων, πρεσβευομένων δὲ καὶ συνηδομένων τῶν ἔξωθεν ἐθνῶν, πάλιν οἱ Ἰουδαῖοι πολέμιοι· καὶ πρεσβεῖαι μὲν ὑμῶν πρὸς τοὺς ὑπὲρ Εὐφράτην ἐπὶ νεωτερισμῷ, περίβολοι δὲ τειχῶν ἀνοικοδομούμενοι καινοὶ, στάσεις δὲ καὶ τυράννων φιλονεικίαι, καὶ πόλεμος ἐμφύλιος, μόνα τοῖς οὕτω πονηροῖς πρέποντα. Ἧκον ἐπὶ τὴν πόλιν ἐγὼ, παρὰ τοῦ πατρὸς ἄκοντος λαβὼν σκυθρωπὰ παραγγέλματα· τὸν δῆμον ἀκούσας εἰρηνικὰ φρονεῖν ἥσθην. Ὑμᾶς παύσασθαι πρὸ πολέμου παρεκάλουν, μέχρι πολλοῦ πολεμούντων ἐφειδόμην, δεξιὰς αὐτομόλοις δέδωκα, καταφυγοῦσι πίστιν ἐτήρησα, πολλοὺς αἰχμαλώτους ἠλέησα, τοὺς ἐπείγοντας βασανίσας ἐκώλυσα, τείχεσιν ὑμετέροις μηχανὰς ἄκων προσήγαγον, ἀεὶ φονῶντας τοὺς στρατιώτας ἐφ' ὑμῖν κατέσχον, καθ' ἑκάστην νίκην ὡς ἡττώμενος ὑμᾶς εἰς εἰρήνην προὐκαλεσάμην. Τοῦ ἱεροῦ πλησίον γενόμενος πάλιν ἑκὼν ἐξελαθόμην τῶν τοῦ πολέμου νόμων· φείσασθαι δὲ παρεκάλουν τῶν ἰδίων ὑμᾶς ἁγίων, καὶ σῶσαι τὸν ναὸν ἑαυτοῖς, διδοὺς ἄδειάν τε ἐξόδου καὶ πίστιν σωτηρίας, εἰ δ' ἐβούλεσθε, καὶ μάχης καιρὸν ἐν ἄλλῳ τόπῳ. Πάντων ὑπερείδετε, καὶ τὸν ναὸν ἰδίαις χερσὶν ἐνεπρήσατε· ἔπειτα, μιαρώτατοι, προκαλεῖσθέ με πρὸς λόγους νῦν; ἵνα τί σώσητε τοιοῦτον οἷον ἀπόλωλεν; οἵας ὑμᾶς αὐτοὺς ἀξιοῦτε μετὰ τὸν ναὸν σωτηρίας; Ἀλλὰ καὶ νῦν μετὰ τῶν ὅπλων ἑστήκατε, καὶ οὐδ' ἐν ἐσχάτοις ὑποκρίνεσθε γοῦν ἱκέτας. Ὦ ταλαίπωροι, τίνι πεποιθότες; οὐ νεκρὸς μὲν ὑμῶν ὁ δῆμος, οἴχεται δὲ ὁ ναὸς, ὑπ' ἐμοὶ δὲ ἡ πόλις, ἐν χερσὶ δὲ ταῖς ἐμαῖς ἔχετε τὰς ψυχὰς, εἶθ' ὑπολαμβάνετε δόξαν ἀνδρείας τὸ δυσθανατᾶν; Οὐ μὴν ἐγὼ φιλονεικήσω πρὸς τὴν ἀπόνοιαν ὑμῶν· ῥίψασι δὲ τὰ ὅπλα καὶ παραδοῦσι τὰ σώματα χαρίζομαι τὸ ζῆν, ὥσπερ ἐν οἰκίᾳ πρᾷος δεσπότης, τὰ μὲν ἀνήκεστα κολάσας, τὰ δὲ λοιπὰ σώζων ἐμαυτῷ. »

(ΛΕ'.) γ'. Πρὸς δὲ ταῦτα ἀποκρίνονται δεξιὰν μὲν μὴ δύνασθαι παρ' αὐτοῦ λαβεῖν, ὀμωμοκέναι γὰρ μηδέποτε τοῦτο ποιήσειν· ἔξοδον δ' ᾐτοῦντο διὰ τοῦ περιτειχίσματος μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων· ἀπελεύσεσθαι γὰρ εἰς τὴν ἔρημον καὶ καταλείψειν αὐτῷ τὴν πόλιν. Πρὸς ταῦτα ἀγανακτήσας Τίτος, εἰ τύχην ἑαλωκότων ἔχοντες αἱρέσεις αὐτῷ προτείνουσιν νενικηκότων, κηρῦξαι μὲν ἐκέλευσεν εἰς αὐτοὺς μήτε αὐτομολεῖν ἔτι, μήτε δεξιὰν ἐλπίζειν (φείσεσθαι γὰρ οὐδενός), ἀλλὰ ἁπάσῃ δυνάμει μάχεσθαι, καὶ σώζειν ἑαυτοὺς ὅπως ἂν δύναιντο· πάντα γὰρ αὐτὸς ἤδη πράξειν πολέμου νόμῳ. Τοῖς δὲ στρατιώταις ἐμπιμπράναι καὶ διαρπάζειν ἐκέλευσε τὴν πόλιν. Οἱ δ' ἐκείνην μὲν ἐπέσχον τὴν ἡμέραν, τῇ δ' ὑστεραίᾳ τό τε ἀρχεῖον καὶ τὴν Ἄκραν καὶ τὸ βουλευτήριον καὶ τὸν Ὀφλᾶν καλούμενον ὑφῆψαν, καὶ προὔκοψε τὸ πῦρ μέχρι τῶν Ἑλένης βασιλείων, ἃ δὴ κατὰ μέσην τὴν Ἄκραν ἦν. Ἐκαίοντο δ' οἵ τε στενωποὶ καὶ αἱ οἰκίαι νεκρῶν ὑπὸ τοῦ λιμοῦ διεφθαρμένων πλήρεις.

legatos autem mitterent gratularenturque exteræ nationes, iterum hostes se ostendunt Judæi : et legationes quidem a vobis ad Transeuphratenses novarum rerum gratia missæ, murorum autem novi ambitus exstructi; seditio etiam excitata, tyrannorumque contentio, et bellum intestinum, quæ sola hujuscemodi populum sceleratum decent. Ego ad civitatem veniebam, cum tristibus ab invito patre mandatis : cognitoque populum paci studere, lætabar. Ante bellum rogabam vos ab eo desistere, diu pugnantibus parcebam, transfugis dextram dedi, quumque ad me se recepissent fidem servavi, multosque captivos miseratus sum, cruciatibus bellum urgentes coercui, muris vestris machinas invitus admovebam, semper cædis vestræ cupidos milites continebam; quoties vincebam, toties vos ad pacem tanquam victus provocavi. Quum prope ad templum accessissem, ultro iterum legis belli obliviscebar; et parcere vos propriis sanctis orabam, templumque vobismet conservare, data exeundi copia et fide salutis, et, si velletis, pugnandi etiam opportunitatem alio in loco. Omnia insuper habuistis, et templum manibus vestris incendistis : deinde, sceleratissimi, nunc me ad colloquium provocatis? quidnam ut conservetis, tale quale periit? Qua vosmet salute dignos esse judicatis post templum excisum? Quin nunc etiam armati statis, nec in extremis supplices esse vel simulatis. O miseri, qua fiducia? nonne populus vester exstinctus est, periit templum, mihi subdita est civitas, in mea potestate sunt animæ vestræ, et tamen fortitudinis esse gloriam arbitramini, mori velle? Verum non ego contendam cum pertinacia vestra : sed projectis armis, traditisque corporibus, vitam vobis indulgeo, ut in domo mitis dominus, qui de insanabilibus sumpto supplicio, cetera mihimet servo. »

(XXXV.) 3. Ad hæc autem illi respondent dextram ab eo se minime posse accipere, jurasse enim sese id nunquam facturos : egrediendi vero per munitiones, qua murum separat, cum conjugibus ac liberis facultatem petebant : ituros quippe in solitudinem ipsique urbem relicturos. Quam ob rem Titus vehementer iratus, si in sorte captorum constituti victorum ipsi conditiones ponerent, declarari quidem his jussit voce præconis ne quis amplius transfugeret, aut spem dextræ haberet (se enim parsurum esse nemini), cunctis itaque viribus dimicarent, et quantum possent saluti suæ consulerent : jam enim se omnia jure belli gesturum. Milites autem urbem incendere ac diripere jussit. Atqui illi eo quidem die nihil agebant; postridie vero archivum, et Acram, et curiam, et locum qui vocatur Ophla succenderunt; et progrediebatur ignis usque ad Helenæ regiam, quæ in media erat Acra. Incensi autem sunt angiportus et domus fame enectorum plenæ.

(ΛϚ΄.) δ΄. Κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν οἵ τε Ἰζάτου βασιλέως υἱοὶ καὶ ἀδελφοὶ, πρὸς οἷς πολλοὶ τῶν ἐπισήμων δημοτῶν ἐκεῖ συνελθόντες, ἱκέτευσαν Καίσαρα δοῦναι δεξιὰν αὐτοῖς. Ὁ δὲ, καίτοι πρὸς πάντας τοὺς ὑπολοίπους διωργισμένος, οὐκ ἤλλαξε τὸ ἦθος, δέχεται δὲ τοὺς ἄνδρας. Καὶ τότε μὲν ἐν φρουρᾷ πάντας εἶχε, τοὺς δὲ τοῦ βασιλέως παῖδας καὶ συγγενεῖς δήσας ὕστερον εἰς Ῥώμην ἀνήγαγε, πίστιν ὁμήρων παρέξοντας.

ΚΕΦ. Ζ΄.

Οἱ στασιασταὶ δ᾽ ἐπὶ τὴν βασιλικὴν ὁρμήσαντες αὐλὴν, εἰς ἣν δι᾽ ὀχυρότητα πολλοὶ τὰς κτήσεις ἀπέθεντο, τούς τε Ῥωμαίους ἀπ᾽ αὐτῆς τρέπονται, καὶ τὸ συνηθροισμένον αὐτόθι τοῦ δήμου πᾶν φονεύσαντες, ὄντας εἰς ὀκτακισχιλίους καὶ τετρακοσίους, τὰ χρήματα διήρπασαν. Ἐζώγρησαν δὲ καὶ Ῥωμαίων δύο, τὸν μὲν ἱππέα, τὸν δὲ πεζόν. Καὶ τὸν μὲν πεζὸν ἀποσφάξαντες εὐθέως ἔσυραν περὶ τὴν πόλιν, ὥσπερ ἐν ἑνὶ σώματι πάντας Ῥωμαίους ἀμυνόμενοι, ὁ δὲ ἱππεὺς, ὠφέλιμόν τι αὐτοῖς πρὸς σωτηρίαν ὑποθήσεσθαι λέγων, ἀνάγεται πρὸς Σίμωνα· παρ᾽ ᾧ μηδὲν εἰπεῖν ἔχων Ἀρδάλᾳ τινὶ τῶν ἡγεμόνων παραδίδοται κολασθησόμενος. Ὁ δ᾽ αὐτοῦ ὀπίσω τὼ χεῖρε δήσας καὶ ταινίᾳ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀντικρὺ τῶν Ῥωμαίων προήγαγεν ὡς καρατομήσων· φθάνει δ᾽ ἐκεῖνος εἰς τοὺς Ῥωμαίους διαφυγὼν, ἐν ὅσῳ τὸ ξίφος ἐσπάσατο ὁ Ἰουδαῖος. Τοῦτον διαφυγόντα ἐκ τῶν πολεμίων ἀνελεῖν μὲν οὐχ ὑπέμεινε Τίτος, ἀνάξιον δὲ Ῥωμαίων εἶναι στρατιώτην κρίνας ὅτι ζῶν ἐλήφθη, τά τε ὅπλα ἀφείλετο καὶ τοῦ τάγματος ἐξέβαλεν, ἅπερ ἦν αἰσχυνομένῳ θανάτου χαλεπώτερα.

(ΛΗ΄.) β΄. Τῇ δ᾽ ἑξῆς Ῥωμαῖοι τρεψάμενοι τοὺς λῃστὰς ἐκ τῆς κάτω πόλεως τὰ μέχρι τοῦ Σιλωὰμ πάντα ἐνέπρησαν. Καὶ τοῦ μὲν ἄστεος ἥδοντο δαπανωμένου, τῶν δὲ ἁρπαγῶν διημάρτανον, ἐπειδὴ πάνθ᾽ οἱ στασιασταὶ προκενοῦντες ἀνεχώρουν εἰς τὴν ἄνω πόλιν. Ἦν γὰρ αὐτοῖς μετάνοια μὲν οὐδεμία τῶν κακῶν, ἀλαζονεία δ᾽ ὡς ἐπ᾽ ἀγαθοῖς. Καιομένην γοῦν ἀφορῶντες τὴν πόλιν ἱλαροῖς τοῖς προσώποις εὔθυμοι τὴν τελευτὴν προσδέχεσθαι ἔλεγον, πεφονευμένου μὲν τοῦ δήμου, κεκαυμένου δὲ τοῦ ναοῦ, φλεγομένου δὲ τοῦ ἄστεος, μηδὲν καταλιπόντες τοῖς πολεμίοις. Οὐ μὴν ὅ γε Ἰώσηπος ἐν ἐσχάτοις ἱκετεύων αὐτοὺς ὑπὲρ τῶν λειψάνων τῆς πόλεως ἔκαμνεν, ἀλλὰ πολλὰ μὲν πρὸς τὴν ὠμότητα καὶ τὴν ἀσέβειαν εἰπὼν, πολλὰ δὲ συμβουλεύσας πρὸς σωτηρίαν, οὐδὲν τοῦ χλευασθῆναι πλέον ἀπηνέγκατο. Ἐπεὶ δ᾽ οὔτε παραδοῦναι διὰ τὸν ὅρκον ἑαυτοὺς ὑπέμενον οὔτε πολεμεῖν ἐξ ἴσου Ῥωμαίοις ἔθ᾽ οἷοίτε ἦσαν, ὥσπερ εἱρκτῇ περιειλημμένοι, τό τε τοῦ φονεύειν ἔθος ἐκίνει τὰς δεξιὰς, σκιδνάμενοι κατὰ τὰ ἔμπροσθεν τῆς πόλεως, τοῖς ἐρειπίοις ὑπελόχων τοὺς αὐτομολεῖν ὡρμημένους. Ἡλίσκοντο δὲ πολλοὶ, καὶ πάντας ἀποσφάττοντες (ὑπὸ γὰρ ἐνδείας οὐδὲ φυγεῖν ἴσχυον) ἐρρίπτουν αὐτῶν κυσὶ τοὺς νεκρούς. Ἐδόκει δὲ πᾶς τρόπος

(XXXVI.) 4. Eandem circa diem Izatæ regis et filii et fratres cumque his multi nobiles indigenæ illic congregati, supplicarunt Cæsari ut dextram sibi darent. Ille vero, quamvis omnibus qui supererant valde iratus, a moribus suis non recessit, sed eos suscipit. Et tunc quidem omnes in custodia habebat: regis autem filios et propinquos postea vinctos Romam perduxit, obsidum fidem præstituros.

CAP. VII. (XXXVII.)

Seditiosi autem, facto in regiam impetu, ubi ob loci munitionem multi facultates suas deposuerant, et Romanos inde pellunt, et cœtu plebis ibi congregatæ, ad octo millia et quadringentos, omni interfecto, pecuniam diripuerunt. Vivos autem duos Romanos ceperunt, unum equitem, alterum peditem. Et peditem quidem trucidatum statim per omnem traxere civitatem, quasi in uno corpore omnes Romanos ulciscerentur. Eques vero, se aliquid illis quod saluti foret suggesturum dicens, ad Simonem deducitur: cui quum nihil haberet quod diceret, Ardalæ cuidam e ducibus traditur puniendus. Qui quum eum, revinctis post tergum manibus, oculisque fascia obstrictis, in conspectum Romanorum veluti caput cæsurus produxisset; is, dum gladium Judæus educeret, occupat fugam mature ad Romanos. Hunc ab hostibus elapsum occidere quidem non sustinuit Titus, militem vero esse ratus Romanis indignum, quia vivus fuerat captus, armis ablatis eum agmine pepulit; quæ res viro pudenti morte gravior.

(XXXVIII.) 2. Postridie autem Romani latronibus ex inferiore urbe profligatis, ad Siloam usque omnia incendêre. Et urbem quidem flammis absumi gaudebant, rapinis vero excidebant, quoniam seditiosi, exhaustis prius omnibus, in superiorem civitatem se receperant. Illos enim malorum minime pœnitebat, sed arroganter adeo se gerebant, ac si res bene cecidissent. Itaque quum urbem ardere viderent, hilari vultu mortem se exspectare dicebant, ut qui perempto populo, incenso templo, conflagrante urbe, nihil hostibus reliquerint. Non tamen Josephus in extremis cessabat eos obsecrare pro reliquiis civitatis, sed multa quidem in eorum crudelitatem atque impietatem loquutus, multis vero pro salute eos adhortatus, nihil amplius quam ut irrideretur assequutus est. Quoniam vero neque Romanis se dedere propter jusjurandum volebant, neque pugnare cum Romanis ex æquo jam poterant, arcta quippe obsidione circumdati, cædibusque insuper assuetis familiare erat dextras movere, ante urbem dispersi in ruinis transfugere cupientibus insidiabantur. Multos autem capiebant, omnesque interficientes (nam propter inediam fugere non valebant), illorum cadavera canibus projiciebant. Omne autem pereundi genus fame levius videbatur: adeo

ἀπωλείας τοῦ λιμοῦ κουφότερος, ὥστε καὶ Ῥωμαίοις ἀπηλπικότες ἤδη τὸν ἔλεον ὅμως προσέφευγον, καὶ φονεύουσι τοῖς στασιασταῖς ἑκόντες ἐνέπιπτον, τόπος τε ἐπὶ τῆς πόλεως οὐδεὶς γυμνὸς ἦν, ἀλλὰ ἅπας λιμοῦ νεκρὸν εἶχεν ἢ στάσεως [καὶ πεπλήρωτο νεκρῶν ἢ διὰ στάσιν ἢ διὰ λιμὸν ἀπολωλότων].

(ΛΘ'.) γ'. Ἔθαλπε δὲ τούς τε τυράννους καὶ τὸ σὺν αὐτοῖς λῃστρικὸν ἐλπὶς ἐσχάτη περὶ τῶν ὑπονόμων, εἰς οὓς καταφεύγοντες οὐ προσεδόκων ἐρευνηθήσεσθαι· μετὰ δὲ τὴν παντελῆ τῆς πόλεως ἅλωσιν ἀναζευξάντων τῶν Ῥωμαίων προελθόντες ἀποδράσεσθαι ἐπεχείρουν. Τὸ δ' ἦν ἄρα ὄνειρος αὐτοῖς· οὔτε γὰρ τὸν Θεὸν οὔτε Ῥωμαίους λήσειν ἔμελλον. Τηνικαῦτά γε μὴν τοῖς ὑπογείοις πεποιθότες αὐτοὶ πλείονα τῶν Ῥωμαίων ἐνεπίμπρασαν· καὶ τοὺς ἐκ τῶν καιομένων καταφεύγοντας εἰς τὰς διώρυχας ἔκτεινόν τε ἀνέδην καὶ ἐσύλων, κἂν εἴ τινος εὕροιεν τροφὴν ἁρπάζοντες, αἵματι πεφυρμένην κατέπινον. Ἦν δὲ καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐν ταῖς ἁρπαγαῖς ἤδη πόλεμος αὐτοῖς· δοκοῦσι δ' ἄν μοι μὴ φθασθέντες ὑπὸ τῆς ἁλώσεως δι' ὑπερβολὴν ὠμότητος γεύσασθαι καὶ τῶν νεκρῶν.

ΚΕΦ. Η'

Καῖσαρ δέ, ὡς ἀμήχανον ἦν ἐξελεῖν δίχα χωμάτων τὴν ἄνω πόλιν περίκρημνον οὖσαν, διανέμει τοῖς ἔργοις τὴν δύναμιν Λώου μηνὸς εἰκάδι. Χαλεπὴ δ' ἦν τῆς ὕλης ἡ κομιδή, πάντων, ὡς ἔφην, τῶν περὶ τὴν πόλιν ἐφ' ἑκατὸν σταδίους ἐψιλωμένων εἰς τὰ πρότερον χώματα. Τῶν μὲν οὖν τεσσάρων ταγμάτων ἠγείρετο τὰ ἔργα κατὰ τὸ πρὸς δύσιν κλίμα τῆς πόλεως, ἄντικρυς τῆς βασιλικῆς αὐλῆς, τὸ δὲ συμμαχικὸν πλῆθος καὶ ὁ λοιπὸς ὄχλος κατὰ τὸν ξυστὸν [ἐξ οὗ] καὶ τὴν γέφυραν καὶ τὸν Σίμωνος πύργον, ὃν ᾠκοδόμησε πρὸς Ἰωάννην πολεμῶν ἑαυτῷ φρούριον.

β'. Κατὰ ταύτας τὰς ἡμέρας οἱ τῶν Ἰδουμαίων ἡγεμόνες κρύφα συνελθόντες ἐβουλεύσαντο περὶ παραδόσεως σφῶν αὐτῶν, καὶ πέμψαντες ἄνδρας πέντε πρὸς Τίτον ἱκέτευον δοῦναι δεξιὰν αὐτοῖς. Ὁ δὲ καὶ τοὺς τυράννους ἐνδώσειν ἐλπίσας, ἀποσπασθέντων τῶν Ἰδουμαίων, οἳ πολὺ τοῦ πολέμου μέρος ἦσαν, βραδέως μέν, ἀλλ' οὖν κατανεύει τε σωτηρίαν αὐτοῖς καὶ τοὺς ἄνδρας ἀνέπεμψε. Παρασκευαζομένων δ' ἀποχωρεῖν αἰσθάνεται Σίμων, καὶ πέντε μὲν τοὺς ἀπελθόντας πρὸς Τίτον εὐθέως ἀναιρεῖ, τοὺς δ' ἡγεμόνας, ὧν ἐπισημότατος ἦν ὁ τοῦ Σωσᾶ Ἰάκωβος, συλλαβὼν εἴργνυσι· τὸ δὲ πλῆθος τῶν Ἰδουμαίων ἀμηχανοῦν διὰ τὴν ἀφαίρεσιν τῶν ἡγεμόνων οὐκ ἀφύλακτον εἶχε, καὶ τὸ τεῖχος φρουραῖς ἐπιμελεστέραις διελάμβανεν. Οὐ μὴν ἀντέχειν οἱ φρουροὶ πρὸς τὰς αὐτομολίας ἴσχυον, ἀλλὰ καίτοι πλείστων φονευομένων, πολὺ πλείους οἱ διαφεύγοντες ἦσαν. Ἐδέχοντο δὲ Ῥωμαῖοι πάντας, τοῦ τε Τίτου διὰ πραότητα τῶν προτέρων ἀμελήσαντος παραγγελμάτων, καὶ αὐτοὶ κόρῳ τοῦ κτείνειν ἀπεχόμενοι καὶ κέρδους ἐλπίδι. Τοὺς γὰρ δημοτικοὺς κατα-

ut ad Romanos, licet jam desperata misericordia, tamen fugerent; atque in seditiosos, a cæde non cessantes, sponte inciderent. Nullusque in urbe locus erat vacuus, sed omnis aut fame aut seditione peremptos habebat [et cadaveribus eorum oppletus erat, qui aut seditione aut alimentorum penuria perierunt].

(XXXIX.) 3. Tyrannos autem factionemque latronum, qui cum illis erant, fovebat spes ultima cuniculorum: in quos si confugerent, se non indagatum iri putabant, sed peracto excidio, post Romanorum digressum prodire et aufugere cogitabant. Id autem plane illis erat somnium: nec enim vel Deum vel Romanos fuerant latituri. Porro tunc subterraneis freti, plura quam Romani concremabant: et qui ex incendiis fugientes in fossas descenderant, eos passim necabant et spoliabant; atque cibum sicubi reperissent inter rapinas, sanguine concretum devorabant. Inter ipsos autem de rapinis jam bellum gerebatur: eosque putaverim, nisi excidio præventos, nimia crudelitate etiam mortuorum corpora fuisse degustaturos.

CAP. VIII. (XL.)

Cæsar autem, quum urbs superior, in loco præcipiti sita, sine aggeribus capi non posset, copiis opus distribuit vicesimo die mensis Loi. Erat autem materiæ advectio difficilis, omnibus, ut dictum est, circa civitatem ad stadium usque centesimum in aggerum priorum exstructionem detonsis. Et quattuor quidem legionum opera in parte civitatis occidentali ex adverso aulæ regiæ erigebantur: auxiliarium vero manus et cetera multitudo Xystum versus occupabatur, ac pontem, et Simonis turrim, quam cum Joanne bellum gerens pro castello sibi ædificaverat.

2. Iis diebus Idumæorum duces, clam congregati, consilium de sui traditione inierunt; virisque quinque ad Titum missis, ut dextram sibi daret, supplices petebant. Ille vero, tyrannos, Idumæis avulsis qui belli pars magna erant, pertinaciam abjecturos sperans, tarde quidem, verumtamen illis incolumitatem promittit, virosque remisit. Dum autem discessum pararent, rem intelligit Simon, et quinque quidem, qui ad Titum perrexerant, statim occidit, duces vero, quorum nobilissimus erat Jacobus Sosæ filius, correptos in carcerem compingit: Idumæorum autem multitudinem, quod privati essent ducibus, consilii inopem, observari jubet, et mœnia præsidiis accuratioribus muniebat. Non tamen custodes transfugientibus obstare valebant; sed quamvis plurimi necarentur, multo plures erant qui diffugerent. Omnes autem suscipiebantur a Romanis, et quod Titus lenitate sua præcepta priora insuper habuerat, et ipsi satietate lucrique spe cæde abstinebant. Nam solis plebeiis relictis, ceteram multitudi-

λιπόντες μόνους τὸν ἄλλον ὄχλον ἐπώλουν σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, ἐλαχίστης τιμῆς ἕκαστον, πλήθει τε τῶν πιπρασκομένων καὶ ὀλιγότητι τῶν ὠνουμένων. Καίπερ δὲ προκηρύξας μηδένα μόνον αὐτομολεῖν, ὅπως καὶ τὰς γενεὰς ἐξαγάγοιεν, ὅμως καὶ τούτους ἐδέχετο· ἐπέστησε μέντοι τοὺς διακρινοῦντας ἀπ' αὐτῶν, εἴ τις εἴη κολάσεως ἄξιος. Καὶ τῶν μὲν ἀπεμποληθέντων ἄπειρον τὸ πλῆθος ἦν, οἱ δημοτικοὶ δὲ διεσώθησαν ὑπὲρ τετρακισμυρίους, οὓς διαφῆκε Καῖσαρ, ᾗ φίλον ἦν ἑκάστῳ.

(ΜΑ'.) γ'. Ἐν δὲ ταῖς αὐταῖς ἡμέραις καὶ τῶν ἱερέων τις Θεβουθὶ παῖς, Ἰησοῦς ὄνομα, λαβὼν περὶ σωτηρίας ὅρκους παρὰ Καίσαρος ἐφ' ᾧ παραδώσει τινὰ τῶν ἱερῶν κειμηλίων, ἔξεισι, καὶ παραδίδωσιν ἀπὸ τοῦ τοίχου τοῦ ναοῦ λυχνίας δύο ταῖς κατὰ τὸν ναὸν κειμέναις παραπλησίας, τραπέζας τε καὶ κρατῆρας καὶ φιάλας, πάνθ' ὁλόχρυσα καὶ στιβαρώτατα· παραδίδωσι δὲ καὶ τὰ καταπετάσματα καὶ τὰ ἐνδύματα τῶν ἀρχιερέων σὺν τοῖς λίθοις, καὶ πολλὰ τῶν πρὸς τὰς ἱερουργίας σκευῶν ἄλλα. Συλληφθεὶς δὲ καὶ ὁ γαζοφύλαξ τοῦ ἱεροῦ Φινέας ὄνομα τούς τε χιτῶνας καὶ τὰς ζώνας ἐπέδειξε τῶν ἱερέων, πορφύραν τε πολλὴν καὶ κόκκον, ἃ πρὸς τὰς χρείας ἀπέκειτο τοῦ καταπετάσματος, σὺν οἷς κιννάμωμόν τε πολὺ καὶ κασσίαν καὶ πλῆθος ἑτέρων ἀρωμάτων, ἃ συμμίσγοντες ἐθυμίων ὁσημέραι τῷ Θεῷ. Παρεδόθη δὲ ὑπ' αὐτοῦ πολλὰ καὶ τῶν ἄλλων κειμηλίων, κόσμος θ' ἱερὸς οὐκ ὀλίγος, ἅπερ αὐτῷ βίᾳ ληφθέντι τὴν τῶν αὐτομόλων συγγνώμην ἔδωκε.

(ΜΒ'.) δ'. Συντετελεσμένων δ' ἤδη καὶ τῶν χωμάτων ἑβδόμῃ Γορπιαίου μηνὸς ἐν ὀκτωκαίδεκα ἡμέραις Ῥωμαῖοι μὲν προσῆγον τὰς μηχανάς, τῶν δὲ στασιαστῶν οἱ μέν, ἀπεγνωκότες ἤδη τὴν πόλιν, ἀνεχώρουν τοῦ τείχους εἰς τὴν Ἄκραν, οἱ δ' ἐγκατεδύοντο τοῖς ὑπονόμοις, πολλοὶ δὲ διαστάντες ἠμύνοντο τοὺς προσάγοντας τὰς ἑλεπόλεις. Ἐκράτουν δὲ καὶ τούτων Ῥωμαῖοι πλήθει τε καὶ βίᾳ καί, τὸ μέγιστον, εὐθυμοῦντες ἀθύμων ἤδη καὶ παρειμένων. Ὡς δὲ περιερράγη μέρος τι τοῦ τείχους, καί τινες τῶν πύργων τυπτόμενοι τοῖς κριοῖς ἐνέδοσαν, φυγὴ μὲν ἦν εὐθέως τῶν ἀμυνομένων, δέος δὲ καὶ τοῖς τυράννοις ἐμπίπτει σφοδρότερον τῆς ἀνάγκης· πρὶν γὰρ ὑπερβῆναι τοὺς πολεμίους, ἐνάρκων τε καὶ μετέωροι πρὸς φυγὴν ἦσαν. Ἦν δ' ἰδεῖν τοὺς πάλαι σοβαροὺς καὶ τοῖς ἀσεβήμασιν ἀλαζόνας τότε ταπεινοὺς καὶ τρέμοντας, ὡς ἐλεεινὴν εἶναι καίπερ ἐν πονηροτάτοις τὴν μεταβολήν. Ὥρμησαν μὲν οὖν ἐπὶ τὸ περιτείχισμα δραμόντες ὤσασθαί τε τοὺς φρουροὺς καὶ διακόψαντες ἐξελθεῖν· ὡς δὲ τοὺς μὲν πάλαι πιστοὺς ἑώρων οὐδαμοῦ (διέφυγον γὰρ ὅπῃ τινὶ συνεβούλευσεν ἡ ἀνάγκη), προθέοντες δὲ οἱ μὲν ὅλον ἀνατετράφθαι τὸ πρὸς δύσιν τεῖχος ἤγγελλον, οἱ δ' ἐμβεβληκέναι τοὺς Ῥωμαίους, οἱ δ' ἤδη πλησίον εἶναι ζητοῦντας αὐτούς, ἕτεροι δὲ καὶ ἀφορᾶν ἐπὶ τῶν πύργων πολεμίους ἔλεγον, πλάζοντος τὰς ὄψεις τοῦ δέους, ἐπὶ στόμα πεσόντες, ἀνῴμωξαν τὴν ἑαυτῶν φρενοβλάβειαν, καὶ

nem cum uxoribus et liberis, minimo quemque pretio venumdabant, ob mancipiorum magnum numerum et emptorum paucitatem. Quanquam autem voce præconis edixerat ne quis solus transfugeret, ut familias suas secum educerent, tamen hos quoque recipiebat, appositis qui ab illis separarent quotquot pœna digni viderentur. Et eorum quidem qui venditi sunt infinita erat multitudo; e plebeiis vero ultra quadraginta millia sunt conservati, quos Cæsar, prout gratum unicuique erat, dimisit.

(XLI.) 3. In iisdem diebus quidam a sacerdotibus, Thebuthi filius, nomine Jesus, jurejurando pacta sibimet a Cæsare incolumitate, ea lege ut de sacris instrumentis quædam traderet, egreditur, ac tradit ex fani pariete candelabra duo, his quæ posita erant in templo similia, mensasque et crateras et phialas, omnia ex solido auro et gravissimo facta; tradit etiam aulæa, et pontificias vestes cum lapidibus, et multa alia vasa sacro ministerio comparata tradit. Sed sacri quoque thesauri custos, nomine Phineas, comprehensus tunicas et cingula sacerdotum ostendit, multamque purpuram et coccum, quæ in aulæa adhibenda servabantur : cum quibus et multum cinnamomi erat, et cassia, et aromatum aliorum vis ingens, quæ commiscentes Deo quotidie adolebant. Traditæ sunt etiam ab eo multæ aliæ res pretiosæ, et sacra ornamenta non pauca, quæ ipsi vi capto veniam transfugis datam conciliabant.

(XLII.) 4. Jam vero die septimo mensis Gorpiæi aggeribus intra octodecim dies confectis, Romani machinas admovebant : seditiosorum autem alii, qui tum de civitate desperaverant, muris relictis in Acram recedebant; alii se in cuniculos abdebant, multi denique ordine dispositi eos arcebant qui helepoles adducebant. Hos vero multitudine ac vi superabant Romani, quodque maximum erat, læti mœstos atque jam debiles. Cum autem muri pars quædam abrupta esset, nonnullæque turres arietibus pulsatæ cessissent, statim quidem propugnatores diffugiebant, tyrannisque etiam metus incessit vehementior quam pro necessitate : nam priusquam transilirent hostes, torpore tenebantur et ad fugiendum suspensi erant. Cernere autem erat paullo ante superbos et impiis facinoribus gloriantes, ita tunc dejectos et tremebundos, ut miseranda esset, quanquam in nequissimis, tanta mutatio. Et conati quidem sunt in munitiones excursibus custodes pellere, illisque perruptis evadere : quum autem eos, quorum fideli opera prius usi fuerant, nusquam viderent (nam dispersi erant quo quenquam fugere suadebat necessitas), et præcursorum alii totum ab occidente murum subversum esse nunciarent, alii Romanos ingressos esse, alii jam in propinquo esse qui ipsos quærerent, aliique se videre hostes in turribus affirmarent, faciente metu ut errarent oculi, in faciem prolapsi vecordiam suam deplorarunt, ac veluti si succisi essent

καθάπερ ὑποκεκομμένοι τὰ νεῦρα τῆς φυγῆς ἠπόρουν. Ἔνθα δὴ μάλιστ' ἄν τις καταμάθοι τήν τε τοῦ Θεοῦ δύναμιν ἐπὶ τοῖς ἀνοσίοις καὶ τὴν Ῥωμαίων τύχην. Οἱ μὲν γὰρ τύραννοι τῆς ἀσφαλείας ἐγύμνωσαν ἑαυτοὺς κἀκ τῶν πύργων κατέβησαν ἑκόντες, ἐφ' ὧν βίᾳ μὲν οὐδέποτ' ἁλῶναι, μόνῳ δ' ἐδύναντο λιμῷ· Ῥωμαῖοι δὲ τοσαῦτα περὶ τοῖς ἀσθενεστέροις τείχεσι καμόντες παρέλαβον τύχῃ τὰ μὴ δυνατὰ τοῖς ὀργάνοις· παντὸς γὰρ ἰσχυρότεροι μηχανήματος ἦσαν οἱ τρεῖς πύργοι, περὶ ὧν ἀνωτέρω δεδηλώκαμεν.

ε'. Καταλιπόντες δὴ τούτους, μᾶλλον δ' ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καταβληθέντες ἀπ' αὐτῶν, παραχρῆμα μὲν εἰς τὴν ὑπὸ Σιλωὰμ φάραγγα καταφεύγουσιν. Αὖθις δ' ὀλίγον ἀναψύξαντες ἐκ τοῦ δέους ὥρμησαν ἐπὶ τὸ τῇδε περιτείχισμα. Χρησάμενοι δὲ ταῖς τόλμαις ἀγεννεστέραις τῆς ἀνάγκης (κατεάγησαν γὰρ ἤδη τὴν ἰσχὺν ἅμα τῷ δέει καὶ ταῖς συμφοραῖς), ὑπὸ τῶν φρουρῶν ἀνωθοῦνται, καὶ σκεδασθέντες ἀπ' ἀλλήλων κατέδυσαν εἰς τοὺς ὑπονόμους. Ῥωμαῖοι δὲ τῶν τειχῶν κρατήσαντες τάς τε σημαίας ἔστησαν ἐπὶ τῶν πύργων καὶ μετὰ κρότου καὶ χαρᾶς ἐπαιάνιζον ἐπὶ τῇ νίκῃ, πολὺ τῆς ἀρχῆς κουφότερον τοῦ πολέμου τὸ τέλος ηὑρηκότες. Ἀναιμωτὶ γοῦν τοῦ τελευταίου τείχους ἐπιβάντες ἠπίστουν, καὶ μηδένα βλέποντες ἀντίπαλον ἀήθως ἠπόρηντο. Εἰσχυθέντες δὲ τοῖς στενωποῖς ξιφήρεις τούς τε καταλαμβανομένους ἐφόνευον ἀνέδην καὶ τῶν συμφευγόντων τὰς οἰκίας αὐτάνδρους ὑπεπίμπρασαν. Πολλὰ δὲ κεραΐζοντες, ὁπότ' ἔνδον παρέλθοιεν ἐφ' ἁρπαγὴν, γενεὰς ὅλας νεκρῶν κατελάμβανον, καὶ τὰ δωμάτια πλήρη τῶν τοῦ λιμοῦ πτωμάτων. Ἔπειτα πρὸς τὴν ὄψιν πεφρικότες κεναῖς χερσὶν ἐξῄεσαν. Οὐ μὴν οἰκτείροντες τοὺς οὕτως ἀπολωλότας ταυτὸ καὶ πρὸς τοὺς ζῶντας ἔπασχον, ἀλλὰ τὸν ἐντυγχάνοντα διελαύνοντες ἀπέφραξαν μὲν τοὺς στενωποὺς νεκροῖς, αἵματι δ' ὅλην τὴν πόλιν κατέκλυσαν, ὡς πολλὰ τῶν φλεγομένων σβεσθῆναι τῷ φόνῳ. Καὶ οἱ μὲν κτείνοντες ἐπαύσαντο πρὸς ἑσπέραν, ἐν δὲ τῇ νυκτὶ τὸ πῦρ ἐπεκράτει. Φλεγομένοις δ' ἐπανέτειλεν Ἱεροσολύμοις ἡμέρα Γορπιαίου μηνὸς ὀγδόη, πόλει τοσαύταις χρησαμένῃ συμφοραῖς κατὰ τὴν πολιορκίαν, ὅσοις ἀπὸ τῆς κτίσεως ἀγαθοῖς κεχρημένη πάντως ἂν ἐπίφθονος ἔδοξεν, οὐ μὴν ἀξία κατ' ἄλλο τι τῶν τηλικούτων ἀτυχημάτων ἢ τὸ γενεὰν τοιαύτην ἐνεγκεῖν ὑφ' ἧς ἀνετράπη.

ΚΕΦ. Θ'.

Παρελθὼν δὲ Τίτος εἴσω τά τ' ἄλλα τῆς ὀχυρότητος τὴν πόλιν καὶ τῶν πύργων ἀπεθαύμασεν, οὓς οἱ τύραννοι κατὰ φρενοβλάβειαν ἀπέλιπον. Κατιδὼν γοῦν τό τε ναστὸν αὐτῶν ὕψος καὶ τὸ μέγεθος ἑκάστης πέτρας, τήν τε ἀκρίβειαν τῆς ἁρμονίας, καὶ ὅσοι μὲν εὖρος, ἡλίκοι δὲ ἦσαν τὴν ἀνάτασιν, « σὺν Θεῷ γ' ἐπολεμήσαμεν, « ἔφη, καὶ Θεὸς ἦν ὁ τῶνδε τῶν ἐρυμάτων Ἰουδαίους « καθελὼν, ἐπεὶ χεῖρές τε ἀνθρώπων ἢ μηχαναί τί πρὸς « τούτους τοὺς πύργους δύνανται; » Τότε μὲν οὖν πολλὰ

nervi, fugere non poterant. Inde igitur maxime quis et Dei potentiam in sceleratos intelligat, et fortunam Romanorum. Nam tyranni quidem securitate semetipsos exuerunt, atque ultro e turribus descenderunt, in quibus vi quidem nunquam, sola vero fame expugnari poterant: Romani autem, qui adeo circa mœnia infirmiora laboraverant, fortuna ea ceperunt, adversus quæ nihil valebant organa; omnibus enim machinis validiores erant tres illæ turres, de quibus supra memoravimus.

5. His itaque relictis, aut magis ex illis Dei voluntate dejecti, confestim in vallem infra Siloam confugerunt. Verum quum paululum ad se ex metu rediissent, munitionem illic structam petiere. Usi autem audacia minus virili quam necessitas postulabat (jam enim vires eorum metus et calamitas fregerat), repulsi sunt a custodibus, et per diversa disjecti cuniculos subierunt. At Romani muris potiti, et signa in turribus posuere, et victoriam cum plausu et lætitia celebrabant, quod bellum multo levius sub finem quam sub initium invenerant. Itaque quum citra sanguinem in murum extremum ascendissent, supra quam cuique credibile est videbatur, neminemque sibi adversum videntes, præter morem quo se verterent dubitabant. In angustias autem vicorum strictis gladiis effusi deprehensos ad satietatem usque trucidabant; domosque totas, cum omnibus qui eo confugerant, incenderunt. Multas vero vastantes, quum prædæ causa eas penetrassent, integras defunctorum familias et tecta plena mortuis, quos fames confecerat, offendebant. Dein quum ista intuerentur, horrescentes vacuis manibus egressi sunt. Non tamen eo modo peremptos miserantes, idem etiam circa vivos patiebantur: sed unumquemque obvium transfigentes, angustias vicorum cadaveribus obstruxerunt, et totam civitatem sanguine obruerunt, ut pleraque incensorum sanguine cæsorum exstinguerentur. Et occidentes quidem ad vesperam desierunt, nocte vero ignis prævalebat. Ardentibus autem Hierosolymis illuxit dies Gorpiæi mensis octavus, urbi tot calamitates quum obsideretur expertæ, quot bonis si floruisset ex quo fuerat condita, plane invidenda ipsa esset; non tamen alia causa infelicitatibus digna, quam quod talem progeniem edidit, a qua subversa est.

CAP. IX. (XLIII.)

Ubi autem intraverat Titus, inter alia miratus est urbem ob firma opera et turres, quas per vecordiam tyranni deseruerant. Considerans igitur solidam earum altitudinem et singulorum lapidum magnitudinem, et exactissimam coagmentationem, tum qua latitudine essent, qua longitudine, « Deo, inquit, favente bellavimus. Deus est qui Judæos ex istis munimentis detraxit; nam humanæ manus « et machinæ quid contra tales turres valeant? » Et tunc

τοιαῦτα διελέχθη πρὸς τοὺς φίλους, τοὺς δὲ τῶν τυράννων δεσμώτας οἳ κατελήφθησαν ἐν τοῖς φρουρίοις ἀνῆκεν. Αὖθις δὲ τὴν ἄλλην ἀφανίζων πόλιν καὶ τὰ τείχη κατασκάπτων τούτους τοὺς πύργους κατέλιπε μνημεῖον εἶναι τῆς αὐτοῦ τύχης, ᾗ συστρατιώτιδι χρησάμενος ἐκράτησε τῶν ἁλῶναι μὴ δυναμένων.

(ΜΔʹ.) βʹ. Ἐπεὶ δ' οἱ στρατιῶται μὲν ἔκαμνον ἤδη φονεύοντες, πολὺ δ' ἔτι πλῆθος τῶν περιόντων ἀνεφαίνετο, κελεύει Καῖσαρ μόνους μὲν τοὺς ἐνόπλους καὶ χεῖρας ἀντισχόντας κτείνειν, τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος ζωγρεῖν. Οἱ δὲ μετὰ τῶν παρηγγελμένων τό τε γηραιὸν καὶ τοὺς ἀσθενεῖς ἀνῄρουν, τὸ δ' ἀκμάζον καὶ χρήσιμον εἰς τὸ ἱερὸν συνελάσαντες ἐγκατέκλεισαν τῷ τῶν γυναικῶν περιτειχίσματι· καὶ φρουρὸν μὲν ἐπέστησε Καῖσαρ ἕνα τῶν ἀπελευθέρων, Φρόντωνα δὲ τῶν φίλων, ἐπικρινοῦντα τὴν ἀξίαν ἑκάστῳ τύχην. Ὁ δὲ τοὺς μὲν στασιώδεις καὶ ληστρικοὺς πάντας ὑπ' ἀλλήλων ἐνδεικνυμένους ἀπέκτεινε, τῶν δὲ νέων τοὺς ὑψηλοτάτους καὶ καλοὺς ἐπιλέξας ἐτήρει τῷ θριάμβῳ. Τοῦ δὲ λοιποῦ πλήθους τοὺς ὑπὲρ ἑπτακαίδεκα ἔτη δήσας ἔπεμψεν εἰς τὰ κατ' Αἴγυπτον ἔργα, πλείστους δ' εἰς τὰς ἐπαρχίας διεδωρήσατο Τίτος, φθαρησομένους ἐν τοῖς θεάτροις σιδήρῳ καὶ θηρίοις. Οἱ δ' ἐντὸς ἑπτακαίδεκα ἐτῶν ἐπράθησαν. Ἐφθάρησαν δ' αὐτῶν ἐν αἷς διέκρινεν ὁ Φρόντων ἡμέραις ὑπ' ἐνδείας χίλιοι πρὸς τοῖς μυρίοις, οἱ μὲν ὑπὸ μίσους τῶν φυλάκων μὴ μεταλαμβάνοντες τροφῆς, οἱ δ' οὐ προσιέμενοι διδομένην. Πρὸς δὲ τὸ πλῆθος ἦν ἔνδεια καὶ σίτου.

(ΜΕʹ.) γʹ. Τῶν μὲν οὖν αἰχμαλώτων πάντων, ὅσα καθ' ὅλον ἐλήφθη τὸν πόλεμον, ἀριθμὸς ἐννέα μυριάδες καὶ ἑπτακισχίλιοι συνήχθη, τῶν δ' ἀπολομένων κατὰ πᾶσαν τὴν πολιορκίαν μυριάδες ἑκατὸν καὶ δέκα. Τούτων τὸ πλέον ὁμόφυλον μὲν, ἀλλ' οὐκ ἐπιχώριον. Ἀπὸ γὰρ τῆς χώρας ὅλης ἐπὶ τὴν τῶν Ἀζύμων ἑορτὴν συνεληλυθότες ἐξαπίνης τῷ πολέμῳ περιεσχέθησαν, ὥστε τὸ μὲν πρῶτον αὐτοῖς τὴν στενοχωρίαν γενέσθαι λοιμώδη φθορὰν, αὖθις δὲ καὶ λιμὸν ὠκύτερον. Ὅτι δ' ἐχώρει τοσούτους ἡ πόλις δῆλον ἐκ τῶν ἐπὶ Κεστίου συναριθμηθέντων, ὃς τὴν ἀκμὴν τῆς πόλεως διαδηλῶσαι Νέρωνι βουλόμενος καταφρονοῦντι τοῦ ἔθνους παρεκάλεσε τοὺς ἀρχιερεῖς, εἴ πως δυνατὸν εἴη τὴν πληθὺν ἐξαριθμήσασθαι. Οἱ δ' ἐνστάσης τῆς ἑορτῆς (Πάσχα καλεῖται) καθ' ἣν θύουσι μὲν ἀπὸ τῆς ἐνάτης ὥρας μέχρι ἑνδεκάτης, ὥσπερ δὲ φατρία περὶ ἑκάστην γίνεται θυσίαν, οὐκ ἔλασσον ἀνδρῶν δέκα (μόνον γὰρ οὐκ ἔξεστι δαίνυσθαι, πολλοὶ δὲ καὶ σὺν εἴκοσιν ἀθροίζονται), τῶν μὲν θυμάτων εἴκοσι πέντε μυριάδας ἠρίθμησαν, πρὸς δὲ ἑξακισχίλια καὶ πεντακόσια. Γίνονται δ' ἀνδρῶν, ἵν' ἑκάστου δέκα δαιτυμόνας θῶμεν, μυριάδες ἑβδομήκοντα καὶ διακόσιαι, καθαρῶν ἁπάντων καὶ ἁγίων· οὔτε γὰρ λεπροῖς οὔτε γονορροίοις οὔτε γυναιξὶν ἐπ' ἐμμήνοις οὔτε τοῖς ἄλλως μεμιασμένοις ἐξῆν τῆσδε τῆς θυσίας μεταλαμβάνειν, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἀλλοφύλοις, ὅσοι κατὰ θρησκείαν παρῆσαν.

quidem multa ejusmodi quum amicis collocutus est: vinctos vero a tyrannis in castellis relictos solvit. Quum autem rursus ac urbem reliquam delendam se converteret et mœnia destrueret, eas turres monumentum reliquit fortunæ suæ, qua commilitante iis potitus est quæ expugnari non poterant.

(XLIV.) 2. Quandoquidem autem milites cædibus quidem defatigati erant, ingens vero multitudo superesse visa est, eos solos qui in armis essent manibusque resisterent occidi jubet Cæsar, reliquam vero multitudinem vivam capi. Illi autem, cum his, quos interficere jussi erant, etiam senes ac debiles trucidabant; at ætate florentes ac usui idoneos, in templum compulsos, in destinatum mulieribus ambitum incluserunt: et custodem quidem his apposuit Cæsar unum ex libertis, Frontonem vero ex amicis, qui fortunam quam quisque meritus esset decerneret. Ille vero seditiosos omnes atque latrones, mutuo indicio damnatos, occidit: juvenes autem lectos, qui proceritate et forma cæteris præstarent, triumpho servabat. Ex reliqua autem multitudine annis septemdecim majores vinctos ad metalla exercenda in Ægyptum misit; plurimos etiam per provincias distribuit Titus, in theatris ferro et bestiis consumendos. Quicunque vero infra septem decimum annum erant, venditi sunt. Iis autem diebus, dum a Frontone secernebantur, ex inedia perierunt undecim millia, partim ex custodum in illos odio nihil habentes quod comedant, partim accipere recusantes quod datum erat. Præ multitudine autem era frumenti etiam penuria.

(XLV.) 3. Et captivorum quidem omnium, qui totius belli tempore capti sunt, numerus erat ad nonaginta septem millia: totius autem obsidionis tempore undecies centena millia perierunt. Horum major pars ejusdem quidem gentis erat, non vero ejusdem regionis. Nam qui e tota regione ad Azymorum festum convenerant, derepente bello circumdati erant: adeo ut primo quidem ex loci angustia in illos invaderet pestis, ac deinde citius famea. Quod autem tantam multitudinem caperet civitas, manifestum ex illis qui sub Cestio fuerant enumerati: is enim integræ ætatis viros in civitate Neroni, gentem contemnenti, significare cupiens, a pontificibus petiit ut, si quo modo possent, multitudinem numerarent. Illi autem, quum festum adesset (Pascha vocatur) in quo a nona quidem hora usque ad undecimam hostias mactant, ut vero sodalitas circa unamquamque victimam habebatur, ex hominibus nunquam paucioribus decem (solum enim epulari non licet, sed sæpe etiam viginti conveniunt), hostiarum quidem ducenta et quinquaginta sex millia et quingentas numeravere. Virorum autem erant purorum et mundorum, ut denos epulatores singulis victimis demus, vicies septies centena millia: nec enim leprosis, nec quibus genitura flueret, nec menstruis mulieribus, neque alio modo inquinatis licebat de sacris istis participare, sed ne alienigenis quidem, qui religionis ergo eo venerant.

(ΜϚ'.) δ'. Πολὺ δὲ τοῦτο πλῆθος ἔξωθεν συλλέγεται· τότε γε μὴν ὥσπερ εἰς εἱρκτὴν ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης πᾶν συνεκλείσθη τὸ ἔθνος, καὶ ναστὴν ὁ πόλεμος τὴν πόλιν ἀνδρῶν ἐκυκλώσατο. Πᾶσαν γοῦν ἀνθρωπίνην καὶ δαιμόνιον φθορὰν ὑπερβάλλει τὸ πλῆθος τῶν ἀπολωλότων. Ἐπὶ γοῦν τῶν φανερῶν οὓς μὲν ἀνεῖλον, οὓς δ' ᾐχμαλωτίσαντο Ῥωμαῖοις, οὓς δ' ἐν τοῖς ὑπονόμοις ἀνηρεύνων, καὶ τοὔδαφος ἀναρρηγνύντες ὅσοις μὲν ἐνετύγχανον ἔκτεινον. Ηὑρέθησαν δὲ κἀκεῖ νεκροὶ πλείους δισχιλίων, οἱ μὲν ὑπὸ σφῶν αὐτῶν, οἱ δ' ὑπ' ἀλλήλων, τὸ πλέον δ' ὑπὸ τοῦ λιμοῦ διεφθαρμένοι. Δεινὴ δ' ὑπήντα τοῖς ἐπεισπίπτουσιν ὀδμὴ τῶν σωμάτων, ὡς πολλοὺς μὲν ἀναχωρεῖν εὐθέως, τοὺς δὲ ὑπὸ πλεονεξίας εἰσδύεσθαι, νεκροὺς σεσωρευμένους ἐμπατοῦντας. Πολλὰ γὰρ τῶν κειμηλίων ἐν ταῖς διώρυξιν ηὑρίσκετο, καὶ πᾶσαν θεμιτὴν τὴν ὁδὸν ἐποίει τὸ κέρδος. Ἀνήγοντο δὲ καὶ δεσμῶται πολλοὶ τῶν τυράννων· οὐδὲ γὰρ ἐν ἐσχάτοις ἐπαύσαντο τῆς ὠμότητος. Ἀπετίσατό γε μὴν ὁ Θεὸς ἀμφοτέρους ἀξίως. Καὶ Ἰωάννης μὲν λιμώττων μετὰ τῶν ἀδελφῶν ἐν τοῖς ὑπονόμοις, ἣν πολλάκις ὑπερηφάνησε δεξιὰν παρὰ Ῥωμαίων λαβεῖν ἱκέτευσε, Σίμων δὲ πολλὰ διαμαχήσας πρὸς τὴν ἀνάγκην, ὡς διὰ τῶν ἑξῆς δηλώσομεν, ἑαυτὸν παραδίδωσιν. Ἐφυλάχθη δ' ὁ μὲν τῷ θριάμβῳ σφάγιον, ὁ δ' Ἰωάννης δεσμοῖς αἰωνίοις. Ῥωμαῖοι δὲ τάς τε ἐσχατιὰς τοῦ ἄστεος ἐνέπρησαν καὶ τὰ τείχη κατέσκαψαν.

ΚΕΦ. Ι'.

Ἑάλω μὲν οὕτως Ἱεροσόλυμα ἔτει δευτέρῳ τῆς Οὐεσπασιανοῦ ἡγεμονίας, Γορπιαίου μηνὸς ὀγδόῃ. Ἁλοῦσα δὲ καὶ πρότερον πεντάκις τοῦτο δεύτερον ἠρημώθη. Ἀσωχαῖος μὲν γὰρ ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς καὶ μετ' αὐτὸν Ἀντίοχος, ἔπειτα Πομπήιος, καὶ ἐπὶ τούτοις σὺν Ἡρώδῃ Σόσσιος ἑλόντες ἐτήρησαν τὴν πολιν· πρὸ δὲ τούτων ὁ τῶν Βαβυλωνίων βασιλεὺς κρατήσας ἠρήμωσεν αὐτὴν μετὰ ἔτη τῆς κτίσεως χίλια τετρακόσια ἑξήκοντα ὀκτὼ καὶ μῆνας ἕξ. Ὁ δὲ πρῶτος κτίσας ἦν Χαναναίων δυνάστης, ὁ τῇ πατρίῳ γλώσσῃ κληθεὶς βασιλεὺς δίκαιος· ἦν γὰρ δὴ τοιοῦτος· διὰ τοῦτο ἱεράσατό τε τῷ Θεῷ πρῶτος καὶ τὸ ἱερὸν πρῶτος δειμάμενος Ἱεροσόλυμα τὴν πόλιν προσηγόρευσε, Σόλυμα καλουμένην πρότερον. Τὸν μὲν δὴ τῶν Χαναναίων λαὸν ἐκβαλὼν ὁ τῶν Ἰουδαίων βασιλεὺς Δαυίδης κατοικίζει τὸν ἴδιον, καὶ μετ' αὐτὸν ἔτεσι τετρακοσίοις ἑβδομήκοντα καὶ ἑπτὰ, μησὶν ἕξ, ὑπὸ Βαβυλωνίων κατασκάπτεται. Ἀπὸ δὲ Δαυίδου τοῦ βασιλέως, ὃς πρῶτος αὐτῆς ἐβασίλευσεν Ἰουδαῖος μέχρι τῆς ὑπὸ Τίτου γενομένης κατασκαφῆς, ἔτη χίλια καὶ ἑκατὸν ἑβδομήκοντα ἐννέα. Ἀπὸ δὲ τῆς πρώτης κτίσεως ἔτη μέχρι τῆς ἐσχάτης ἁλώσεως δισχίλια ἑκατὸν, ἑβδομήκοντα καὶ ἑπτά. Ἀλλὰ γὰρ οὔθ' ἡ ἀρχαιότης οὔθ' ὁ βαθὺς πλοῦτος οὔτε τὸ διαπεφοιτηκὸς ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνος οὔθ' ἡ μεγάλη δόξα τῆς θρησκείας ἤρκεσέ τι πρὸς ἀπώλειαν αὐτῇ.

(XLVI.) 4. Ingens autem hæc multitudo aliis e locis congregata erat : verum tunc quasi in carcerem tota gens fato conclusa erat, et urbem viris refertam circumvallaverat bellum. Itaque omnem humanam et a Deo immissam pestem superat numerus peremptorum. Nam ex manifestis alios quidem occidêre, alios vero cepere Romani, alios etiam in cuniculis indagabant, perruptoque solo obvios quosque trucidarunt. Sed et ibi mortuorum ultra duo millia sunt reperti, quorum alii quidem manu sua, alii vero mutuis vulneribus, pluresque fame perempti erant. Teter autem cadaverum fœtor introeuntibus occurrebat, ut statim quidem multi recederent, alii vero præ avaritia subirent, mortuorum cumulos calcantes. Nam in iis cavernis multæ res pretiosæ reperiebantur, atque omnis lucri captandi via honesta habebatur. Multi etiam educebantur et dimittebantur, quos tyranni captivos tenuerant : non enim hi vel in extremis aliquid de crudelitate remiserunt. Ceterum utrumque prout meruerunt ultus est Deus. Et Joannes quidem, cum fratribus in cavernis esuriens, dextram, quam sæpe despexerat, a Romanis supplex petiit : Simon vero, multa vi cum necessitate luctatus, sicut infra declarabimus, semet tradidit. Servatus est alter quidem triumpho in cædem, Joannes autem vinculis sempiternis. Romani vero extremas urbis partes incenderunt, et mœnia funditus everterunt.

CAP. X. (XLVII.)

Ita capta sunt Hierosolyma secundo anno principatus Vespasiani, Gorpiæi mensis die octavo. Quinquies autem prius capta, tunc altera vice vastata erant. Nam Ægyptiorum quidem rex Asochæus, et post eum Antiochus, deinde Pompeius, et post hos cum Herode Sossius captam urbem servavere : ante hos vero rex Babyloniorum expugnatam ad vastitatem redegit, post annos ab illius conditu mille quadringentos sexaginta octo atque menses sex. Primus autem conditor ejus erat Chananæorum dynasta, qui patria lingua appellatus est Rex justus : nam erat profecto talis; propereaque primus sacerdos erat Deo, quumque templum primus ædificasset, civitatem Hierosolyma appellavit, quæ antea Solyma vocabatur. Ac Judæorum quidem rex Davides, populo Chananæorum inde ejecto, suo eam incolendam dedit : atque anno post ipsum quadringentesimo sexagesimo septimo cum sex mensibus a Babyloniis eversa est. A rege autem Davide, qui primus Judæorum in ea regnavit, usque ad eversionem a Tito factam, anni mille centum septuaginta et novem. A primo autem illius condita usque ad extremum excidium, anni bis mille centum et septuaginta septem. Sed enim neque antiquitas, neque profundæ divitiæ, neque gentis fama per universum terrarum orbem diffusa, neque magna religionis gloria quidquam juvit quo-

Τοιοῦτον μὲν δὴ τὸ τέλος τῆς Ἱεροσολύμων πολιορκίας.

ΛΟΓΟΣ Ζ.

α'. Ὅπως, πάντων Ἰουδαίων φονευθέντων ἢ καὶ ληφθέντων, τὰ μὲν ἄλλα Ῥωμαῖοι κατέσκαψαν, κατέλιπον δὲ πύργους τέ τινας καὶ μοῖραν τοῦ τείχους πρὸς ἐπίδειξιν τοῦ προτέρου κάλλους τοῖς μετ' ἔπειτα.

β'. Δημηγορία Τίτου Καίσαρος πρὸς τοὺς στρατιώτας, ὑπερεπαινοῦντος αὐτούς.

γ'. Ὅπως ἀξίως ἕκαστον αὐτῶν ἐτίμησεν, ἆθλα καὶ γέρα διανείμας αὐτοῖς.

δ'. Ὅπως διαθεὶς καλῶς τοῖς τάγμασιν εἰς Καισάρειαν ἀφικνεῖται, κἀκεῖ τὴν πᾶσαν τοῦ πολέμου λείαν ἐναπέθετο.

ε'. Περὶ Οὐεσπασιανοῦ Καίσαρος, ὅπως ἀπ' Ἀλεξανδρείας τὴν ἐπὶ Ῥώμην πορείαν ἐποιήσατο.

ς'. Ὅπως Τίτος εἰς τὴν Φιλίππου καταβὰς Καισάρειαν καὶ θεωρίας ἐπιτελῶν πολλοὺς τῶν αἰχμαλώτων ἐν αὐταῖς ἀπέκτεινεν.

ζ'. Περὶ Σίμωνος τοῦ τυράννου, ὅπως ἑάλω καὶ εἰς τὸν θρίαμβον Ῥώμης ἐτηρήθη.

η'. Ὅπως Τίτος τὴν γενέθλιον ἡμέραν τἀδελφοῦ καὶ πατρὸς ἄγων πολλοὺς τῶν Ἰουδαίων ἀνάλωσεν.

θ'. Περὶ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ κινδυνευσάντων Ἰουδαίων, ἀπὸ τῆς τοῦ Ἰουδαίου Ἀντιόχου παραβάσεώς τε καὶ ἀσεβείας.

ι'. Ὅπως ἀπεδέξαντο οἱ ἐν ταῖς ἄλλαις τε πόλεσι καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ τὸν Οὐεσπασιανόν.

ια'. Ὅπως ἀποστάντες Γερμανοὶ Ῥωμαίων αὖθις ὑπετάγησαν.

ιβ'. Ὅπως οἱ Σαρμάται καταδραμόντες Μυσίαν δίκην τε ἔδοσαν καὶ ἠναγκάσθησαν πολλοὺς καταλιπόντες εἰς τὰ ἴδια ὑποστρέψαι.

ιγ'. Ὅπως ἀπὸ Βηρυτοῦ Τίτος ὑποστρέφων πολλοὺς Ἰουδαίους ἐν ταῖς θεωρίαις ἀνῄρει· ἐν ᾧ περὶ τοῦ λεγομένου Σαββατικοῦ ποταμοῦ παράδοξον.

ιδ'. Ὅπως Ἀντιοχεῖς κατὰ Ἰουδαίων προσελθόντες Τίτῳ παρῃτήθησαν.

ιε'. Ὡς ἐπαναστρέφων εἰς Ἱεροσόλυμα Τίτος ᾤκτειρε τῆς ἐρημίας τὴν πόλιν· καὶ εἰς Ἀλεξάνδρειαν παραγενόμενος ἐκεῖθεν εἰς Ῥώμην κατέπλευσεν.

ις'. Ὅπως εἰς Ἰταλίαν κατέπλευσε καὶ ὡς ἐδέχθη τε καὶ ἐπόμπευσε, τῶν δύο Καισάρων ὁμοῦ θριαμβευσάντων.

ιζ'. Ἔκφρασις τοῦ θριάμβου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ λαφύρων, ὅσα τε καὶ ὁποῖα ἦσαν.

ιη'. Περὶ τῆς ἀναιρέσεως τοῦ τυράννου Σίμωνος ἐν τῷ θριάμβῳ γεγονυίας.

ιθ'. Ὡς μετὰ τὸν θρίαμβον τέμενος εἰρήνης Οὐεσπασιανὸς κατασκευάσας, ἐν αὐτῷ πάντα τὰ τοῦ πολέμου ἀνέθηκε λάφυρα.

κ'. Ὅπως Βάσσος εἰς Ἰουδαίαν ἀφικόμενος, καὶ τὸ φρούριον τὸ ἐν Ἡρωδείῳ προσαγαγόμενος, ἐπεχείρησε καὶ τὸ ἐν Μαχαιροῦντι παραστήσασθαι.

κα'. Περὶ τῆς θέσεως Μαχαιροῦντος.

κβ'. Περὶ τοῦ ἐν τοῖς βασιλείοις Μαχαιροῦντος φυέντος πηγάνου.

κγ'. Περὶ τῆς ἑτέρας βοτάνης παράδοξον.

κδ'. Περὶ τῶν αὐτόθι θερμῶν ὑδάτων.

κε'. Ὅπως Βάσσος τύχῃ τινὶ παραδόξῳ διὰ τὴν Ἐλεαζάρου κατάσχεσιν ὀχυρωτάτην οὖσαν τὴν πόλιν ῥᾳδίως παρέλαβεν.

κς'. Ὅπως καὶ τοὺς συμφυγόντας ἐπὶ τὸν Ἰάρδην καλούμενον δρυμὸν καταπολεμήσας, πάντας ἀπέκτεινεν.

κζ'. Ὅπως Καῖσαρ ἐπέστειλε Βάσσῳ καὶ Λιβερίῳ τὴν γῆν Ἰουδαίων πᾶσαν ἀποδόσθαι καὶ τοὺς ἁπανταχοῦ Ἰουδαίους φόρον τελεῖν εἰς τὸ Καπιτώλιον δύο δραχμὰς ἕκαστον, ὥσπερ πρότερον εἰς τὸν ναὸν συνετέλουν.

minus periret. Talis igitur erat finis obsidionis Hierosolymorum.

LIBER VII.

1. Quomodo, Judæis omnibus occisis aut etiam captis, cetera quidem Romani diruerunt, turres vero nonnullas et muri partem reliquerunt, ut seris posteris ostenderetur prior urbis pulchritudo.

2. Titi Cæsaris ad milites oratio, qua ipsos miris laudibus extollit.

3. Quomodo eorum singulos pro merito cohonestavit præmiis et muneribus.

4. Quomodo legionibus bene remuneratis Cæsaream venit, et illic omnes belli manubias reposuit.

5. De Vespasiano Cæsare, quomodo ab Alexandria profectus Romam iter fecit.

6. Quomodo Titus, quum Cæsaream Philippi descendisset et spectacula celebraret, magnam captivorum multitudinem in illis interfecit.

7. De Simone tyranno, quo modo captus et triumpho Romæ agendo servatus erat.

8. Quomodo Titus, quum diem natalem fratris patrisque celebraret, multos Judæorum consumpsit.

9. De Judæis in periculum apud Antiochiam adductis ex Judæi Antiochi iniqua legum violatione.

10. Qualiter Vespasianus exceptus erat in aliis civitatibus et Romæ præcipue.

11. Quomodo Germani, quum a Romanis defectionem fecissent, iterum subjugantur.

12. Quomodo Sarmatæ ob excursionem in Mysiam factam pœnas dederunt, et coacti sunt, multis trucidatis, domum refugere.

13. Quomodo Titus, dum Berytο reverteretur, Judæorum multos in spectaculis interficiendos dabat: itemque mirandum quiddam de fluvio qui Sabbaticus dicitur.

14. Quomodo Antiocheni, Tito supplicantes contra Judæos, repulsam passi sunt.

15. Quod Titus Hierosolyma revertens urbem desolatam miseratus est; quumque Alexandriam pervenisset, inde Romam versus navigavit.

16. Qualiter, navigatione in Italiam peracta, exceptus erat et cum pompa deductus, duobus Cæsaribus una triumphantibus.

17. Descriptio triumphi et spoliorum in eo, quæque et qualia erant.

18. De interfectione Simonis tyranni in triumpho.

19. Quod in templo pacis, post triumphum a Vespasiano exstructo, ab ipso omnia in eo reposita sunt belli spolia.

20. Quomodo Bassus, quum in Judæam venisset, et castellum Herodeum deditione cepisset, ad Machæruntem etiam castellum expugnandum aggressus est.

21. De situ Machæruntis.

22. De ruta in Machæruntis regia proveniente.

23. De altera planta, et mira de illa.

24. De aquis illic loci calidis.

25. Qualiter Bassus, propter Eleazarum casu quodam mirabili captum, urbem validissimam ad deditionem redegit.

26. Quomodo etiam eos, qui ad saltum Jarden vocatum confugerant, bello appetens, omnes interfecit.

27. Quomodo Bassus et Liberius a Cæsare omnem Judæorum terram vendere jussi sunt; et Judæis ubicunque degentibus tributum indicere, ut quotannis binas quisque drachmas in Capitolium inferat, quemadmodum prius in templum conferebant.

ΚΕΦ. Α'.

Ἐπεὶ δὲ οὔτε φονεύειν οὔτε διαρπάζειν εἶχεν ἡ στρατιὰ, πάντων τοῖς θυμοῖς ἐπιλιπόντων (οὐ γὰρ δή γε φειδοῖ τινὸς ἔμελλον ἀφέξεσθαι δρᾶν ἔχοντες), κελεύει Καῖσαρ ἤδη τήν τε πόλιν ἅπασαν καὶ τὸν νεὼν κατασκάπτειν, πύργους μὲν ὅσοι τῶν ἄλλων ὑπερανεστήκεσαν καταλιπόντας, Φασάηλον, Ἱππικὸν, Μαριάμμην, τεῖχος δ' ὅσον ἦν ἐξ ἑσπέρας τὴν πόλιν περιέχον, τοῦτο μὲν, ὅπως εἴη τοῖς ὑπολειφθησομένοις φρουροῖς στρατόπεδον· τοὺς πύργους δὲ, ἵνα τοῖς ἔπειτα σημαίνωσιν οἵας πόλεως καὶ τίνα τρόπον ὀχυρᾶς οὕτως ἐκράτησεν ἡ Ῥωμαίων ἀνδραγαθία. Τὸν δ' ἄλλον ἅπαντα τῆς πόλεως περίϐολον οὕτως ἐξωμάλισαν οἱ κατασκάπτοντες ὡς μηδὲ πώποτ' οἰκηθῆναι πίστιν ἂν ἔτι παρασχεῖν τοῖς προσελθοῦσι. Τοῦτο μὲν οὖν τέλος ἐκ τῆς τῶν νεωτερισάντων ἀνοίας Ἱεροσολύμοις ἐγένετο, λαμπρᾷ τε πόλει καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις διαϐοηθείσῃ.

(Β'.) β'. Καῖσαρ δὲ φυλακὴν μὲν αὐτόθι καταλιπεῖν ἔγνω τῶν ταγμάτων τὸ δέκατον, καί τινας ἴλας ἱππέων καὶ λόχους πεζῶν. Πάντα δὲ ἤδη τὰ τοῦ πολέμου διῳκηκὼς ἐπαινέσαι τε σύμπασαν ἐπόθει τὴν στρατιὰν ἐπὶ

CAP. I.

Postquam vero neque quos occiderent, neque quod raperent, habebat exercitus, quod iratis animis omnia deerant (neque enim ut alicui parceretur, si esset quod agerent, abstinuissent), jubet eos Cæsar totam funditus jam evertere civitatem et templum, relictis quidem turribus quæ præter alias eminebant, Phasaelo, Hippico, Mariamne; eaque tantummodo muri parte, quæ civitatem ab occidente cingeret: illam quidem, ut castra essent militibus illic præsidii causa relinquendis; turres autem, ut posteris indicarent, qualem civitatem et qualiter munitam Romanorum virtus obtinuerat. Totum vero reliquum civitatis ambitum ita solo æquavere qui eum diruebant, ut ne unquam quidem habitatam fuisse fidem amplius faceret eo accedentibus. Et hic quidem, ex illorum dementia qui res novas moliti sunt, finis erat Hierosolymorum, splendidæ civitatis, summæque apud omnes homines celebritatis.

(II.) 2. Cæsar autem præsidio quidem illic statuit relinquere decimam legionem, nonnullasque alas equitum et peditum cohortes. Quumque jam omnes belli partes administrasset, gestiebat et universum laudare exercitum ob res præclare

τοῖς κατωρθωμένοις καὶ τὰ προσήκοντα γέρα τοῖς ἀριστεύσασιν ἀποδοῦναι. Ποιηθέντος οὖν αὐτῷ μεγάλου κατὰ μέσην τὴν πρότερον παρεμβολὴν βήματος, καταστὰς ἐπὶ τούτῳ μετὰ τῶν ἡγεμονικωτάτων εἰς ἐπήκοον ἁπάσῃ τῇ στρατιᾷ ἔλεγε χάριν μὲν πολλὴν ἔχειν αὐτοῖς τῆς πρὸς αὐτὸν εὐνοίας, ᾗ χρώμενοι διατελοῦσιν. Ἐπῄνει δὲ τῆς ἐν παντὶ πολέμῳ πειθαρχίας, ἣν ἐν πολλοῖς καὶ μεγάλοις κινδύνοις ἅμα τῇ κατὰ σφᾶς ἀνδρείᾳ παρέσχον, τῇ μὲν πατρίδι καὶ δι' αὐτῶν τὸ κράτος αὔξοντες, φανερὸν δὲ πᾶσιν ἀνθρώποις καθιστάντες ὅτι μήτε πλῆθος πολεμίων μήτε χωρίων ὀχυρότητες, ἢ μεγέθη πόλεων, ἢ τῶν ἀντιτεταγμένων ἀλόγιστοι τόλμαι καὶ θηριώδεις ἀγριότητες δύναιντ' ἄν ποτε τὴν Ῥωμαίων ἀρετὴν διαφυγεῖν, κἂν εἰς πολλά τινες τὴν τύχην εὕρωνται συναγωνιζομένην. Καλὸν μὲν οὖν ἔφη καὶ τῷ πολέμῳ τέλος αὐτοὺς ἐπιθεῖναι, πολλῷ χρόνῳ γενομένῳ. Μηδὲ γὰρ εὔξασθαί τι τούτων ἄμεινον, ὅτ' εἰς αὐτὸν καθίσταντο. Τούτου δὲ κάλλιον αὐτοῖς καὶ λαμπρότερον ὑπάρχειν, ὅτι τοὺς ἡγησομένους καὶ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἐπιτροπεύσοντας, αὐτῶν χειροτονησάντων εἴς τε τὴν πατρίδα προπεμψάντων, ἄσμενοι πάντες προσίενται, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἐγνωσμένοις ἐμμένουσι, χάριν ἔχοντες τοῖς ἑλομένοις. Θαυμάζειν μὲν οὖν ἔφη πάντας καὶ ἀγαπᾶν, εἰδὼς ὅτι τοῦ δυνατοῦ τὴν προθυμίαν οὐδεὶς ἔσχε βραδυτέραν. Τοῖς μέντοι διαπρεπέστερον ἀγωνισαμένοις ὑπὸ ῥώμης πλείονος, καὶ τὸν μὲν αὐτῶν βίον ἀριστείαις κεκοσμηκόσι, τὴν δ' αὐτοῦ στρατιὰν ἐπιφανεστέραν διὰ τῶν κατορθωμάτων πεποιηκόσιν, ἔφη τὰ γέρα καὶ τὰς τιμὰς εὐθὺς ἀποδώσειν, καὶ μηδένα τῶν πλέον πονεῖν ἑτέρου θελησάντων τῆς δικαίας ἀμοιβῆς ἁμαρτήσεσθαι. Πλείστην γὰρ αὐτῷ τούτου γενήσεσθαι τὴν ἐπιμέλειαν, ἐπεὶ καὶ μᾶλλον ἐθέλειν τὰς ἀρετὰς τιμᾶν τῶν συστρατευομένων ἢ κολάζειν τοὺς ἁμαρτάνοντας.

(Γ'.) γ'. Εὐθέως οὖν ἐκέλευσεν ἀναγινώσκειν τοῖς ἐπὶ τούτῳ τεταγμένοις ὅσοι τι λαμπρὸν ἦσαν ἐν πολέμῳ κατωρθωκότες. Καὶ κατ' ὄνομα καλῶν ἐπῄνει τε παριόντας, ὡς ἂν ὑπερευφραινόμενός τις ἐπ' οἰκείοις κατορθώμασι, καὶ στεφάνους ἐπετίθει χρυσοῦς, περιαυχένιά τε χρυσᾶ, καὶ δόρατα μακρὰ χρυσᾶ, καὶ σημαίας ἐδίδου πεποιημένας ἐξ ἀργύρου, καὶ τὴν ἑκάστου τάξιν ἤλλαττεν εἰς τὸ κρεῖττον. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν λαφύρων ἄργυρον καὶ χρυσὸν ἐσθῆτάς τε καὶ τῆς ἄλλης αὐτοῖς λείας δαψιλῶς ἀπένειμε. Πάντων δὲ τετιμημένων ὅπως ἂν αὐτὸς ἕκαστον ἠξίωσε, τῇ συμπάσῃ στρατιᾷ ποιησάμενος εὐχάς, ἐπὶ πολλῇ κατέβαινεν εὐφημίᾳ, τρέπεταί τε πρὸς θυσίας ἐπινικίους· καὶ πολλοῦ βοῶν πλήθους τοῖς βωμοῖς παρεστηκότος, καταθύσας ἅπαντας, τῇ στρατιᾷ διαδίδωσιν εἰς εὐωχίαν. Αὐτὸς δὲ τοῖς ἐν τέλει τρεῖς ἡμέρας συνεορτάσας, τὴν μὲν ἄλλην στρατιὰν διαφίησιν, ᾗ καλῶς εἶχεν ἑκάστους ἀπιέναι, (Δ'.) τῷ δεκάτῳ οι τάγματι τὴν τῶν Ἱεροσολύμων ἐπέτρεψε φυλακήν, οὐκέτ' αὐτοὺς ὑπὸ τὸν Εὐφράτην ἀποστείλας, ἔνθα πρότερον ἦσαν. Μεμνημένος δὲ τοῦ δωδεκάτου

gestas, et debita viris fortibus præmia persolvere. Facto igitur ipsi in medio priorum castrorum magno tribunali, quum in eo constitisset cum ducum eminentissimis, ut ab omni exercitu posset audiri, dicebat magnam quidem illis se gratiam habere quod benevolentiam erga ipsum præstare perseverarint. Laudabat autem eos quod ipsi per omne belli tempus obtemperarint, idque in multis magnisque periculis cum egregia fortitudine, patriæ quidem etiam per se amplificantes imperium, omnibus vero hominibus abunde testatum facientes, neque hostium multitudinem, neque regionum munimenta, neque civitatum magnitudinem, neque adversantium audaciam temerariam et barbaram immanitatem posse unquam Romanorum vires effugere, quamvis in multis nonnulli fortunam opitulantem habuerint. Et pulchrum quidem esse aiebat, illos etiam bello finem imponere, quod tam diu duraverit. Nec enim optasse eos his quicquam melius, quum id ingrederentur. Hoc autem pulchrius atque præclarius illis accidisse, quod duces et administratores imperii Romani, ab illis creatos et in patriam præmissos, libenter omnes suscipiant; quodque ab illis decretum fuerit æquissimo animo ferant, gratiam illis habentes qui sibi imperaturos elegerint. Et mirari quidem se aiebat eos omnes atque diligere, ut qui norit nemini, quum primum res fieri poterit, ad aggrediendum defuisse alacritatem. Ceterum illos, qui pro majore vi clarius dimicassent, vitamque suam factis egregiis condecorassent, et rebus præclare gestis militiam suam nobiliorem fecissent, pronunciabat se et præmia et honores confestim redditurum; nec ullum eorum, qui plus alio laborare voluisset, justam remunerationem non consequuturum. Maximæ enim hanc rem sibi curæ fore, ut qui magis vellet virtutes commilitonum honore prosequi, quam delinquentes pœnis afficere.

(III.) 3. Confestim ergo jussit eos quibus datum erat id negotii, indicare quinam in bello præclari aliquid gesserint. Ac nominatim eos appellans, et præsentes collaudabat, ut qui ex propriis bene feliciterque gestis valde lætaretur, et coronas eis aureas imponebat, atque torquibus aureis, et hastis longis aureis, signisque ex argento factis eos donabat, et uniuscujusque ordinem mutabat in melius. Quin ex manubiis et aurum et argentum, etiam vestes, et ex reliqua præda largiter eis distribuit. Omnibus autem ita honoratis, prout ipse unumquemque meritum esse judicavit, universo exercitui fausta omnia precatus cum multis et lætis acclamationibus descendebat, seque ad sacra pro victoria facienda convertit: quumque magna boum multitudo ad aras adstitisset, omnibus mactatis, exercitui eos dividit ad epulas. Ipse vero per triduum cum illis in conviviis versatus, reliquum exercitum, quo quemque ire conveniret, dimittit: (IV.) decimæ autem legioni Hierosolymorum custodiam concessit, neque ad Euphratem, ubi pridem fuerat, eam remisit. Duodecimam vero legionem, memor quod

τάγματος, ὅτι Κεστίου στρατηγοῦντος ἐνέδωκαν τοῖς Ἰουδαίοις, τῆς μὲν Συρίας αὐτὸ παντάπασιν ἐξήλασεν (ἦν γὰρ τὸ παλαιὸν ἐν Ῥαφαναίαις), εἰς δὲ τὴν Μελιτηνὴν καλουμένην ἀπέστειλε (παρὰ τὸν Εὐφράτην ἐν μεθορίοις τῆς Ἀρμενίας ἐστὶ καὶ Καππαδοκίας). Δύο δ' ἠξίωσεν αὐτῶν μέχρι τῆς εἰς Αἴγυπτον ἀφίξεως, τὸ πέμπτον καὶ τὸ πεντεκαιδέκατον, παραμένειν. Καὶ καταβὰς ἅμα τῷ στρατῷ πρὸς τὴν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ Καισάρειαν εἰς, ταύτην τό τε πλῆθος τῶν λαφύρων ἀπέθετο, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους προσέταξεν ἐν αὐτῇ φυλάττεσθαι· τὸν γὰρ εἰς τὴν Ἰταλίαν πλοῦν ὁ χειμὼν ἐκώλυε.

ΚΕΦ. Β'.

Καθ' ὃν δὲ καιρὸν Τίτος Καῖσαρ τοῖς Ἱεροσολύμοις πολιορκῶν προσήδρευεν, ἐν τούτῳ νεὼς φορτίδος Οὐεσπασιανὸς ἐπιβὰς ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας εἰς Ῥόδον διέβαινεν. Ἐντεῦθεν δὲ πλέων ἐπὶ τριηρῶν καὶ πάσας τὰς ἐν τῷ παράπλῳ πόλεις ἐπελθὼν, εὐκταίως αὐτὸν δεχομένας, ἀπὸ τῆς Ἰωνίας εἰς τὴν Ἑλλάδα περαιοῦται, κἀκεῖθεν ἀπὸ Κερκύρας ἐπ' ἄκραν Ἰαπυγίαν, ὅθεν ἤδη κατὰ γῆν ἐποιεῖτο τὴν πορείαν. (Ϛ'.) Τίτος δ' ἀπὸ τῆς ἐπὶ θαλάττῃ Καισαρείας ἀναζεύξας εἰς τὴν Φιλίππου καλουμένην Καισάρειαν ἧκει, συχνόν τ' ἐν αὐτῇ χρόνον ἐπέμενε, παντοίας θεωρίας ἐπιτελῶν· καὶ πολλοὶ τῶν αἰχμαλώτων ἐνταῦθα διεφθάρησαν, οἱ μὲν θηρίοις παραβληθέντες, οἱ δὲ κατὰ πληθὺν ἀλλήλοις ἀναγκαζόμενοι χρήσασθαι πολεμίοις. Ἐνταῦθα καὶ τὴν Σίμωνος τοῦ Γιώρα σύλληψιν ἐπύθετο, τοῦτον γενομένην τὸν τρόπον. (Ζ'.) Σίμων οὗτος, Ἱεροσολύμων πολιορκουμένων, ἐπὶ τῆς ἄνω πόλεως ὢν, ἐπεὶ τῶν τειχῶν ἐντὸς ἡ Ῥωμαίων στρατιὰ γενομένη πᾶσαν ἐπόρθει τὴν πόλιν, τότε τῶν φίλων τοὺς πιστοτάτους παραλαβὼν, καὶ σὺν αὐτοῖς λιθοτόμους τε καὶ τὸν πρὸς τὴν ἐργασίαν ἐπιτήδειον τούτοις σίδηρον, τροφήν τε διαρκεῖν εἰς πολλὰς ἡμέρας δυναμένην, σὺν ἐκείνοις ἅπασι καθίησιν ἑαυτὸν εἴς τινα τῶν ἀφανῶν ὑπονόμων· καὶ μέχρι μὲν ἦν τὸ παλαιὸν ὄρυγμα, προὐχώρουν δι' αὐτοῦ, τῆς στερεᾶς δὲ γῆς ὑπαντώσης, ταύτην ὑπενόμευον, ἐλπίδι τοῦ πορρωτέρω δυνήσεσθαι προελθόντες, ἐν ἀσφαλεῖ ποιησάμενοι τὴν ἀνάδυσιν, ἀποσώζεσθαι. Ψευδῆ δὲ τὴν ἐλπίδα διήλεγχεν ἡ πεῖρα τῶν ἔργων. Ὀλίγον τε γὰρ μόλις προὔβαινον οἱ μεταλλεύοντες, ἥ τε τροφὴ, καίτοι ταμιευομένοις, ἔμελλεν ἐπιλείψειν. Τότε δὴ τοίνυν, ὡς δι' ἐκπλήξεως ἀπατῆσαι τοὺς Ῥωμαίους δυνησόμενος, λευκοὺς ἐνδιδύσκεται χιτωνίσκους, καὶ πορφυρᾶν ἐμπερονησάμενος χλανίδα, κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν τόπον ἐν ᾧ τὸ ἱερὸν ἦν πρόσθεν ἐκ γῆς ἀνεφάνη. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον τοῖς ἰδοῦσι θάμβος προσέπεσε, καὶ κατὰ χώραν ἔμενον, ἔπειτα δ' ἐγγυτέρω προσελθόντες ὅστις ἐστὶν ἤροντο. Καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἐδήλου Σίμων αὐτοῖς, καλεῖν δὲ τὸν ἡγεμόνα προσέταττεν. Καὶ ταχέως πρὸς αὐτὸν δραμόντων ἧκε Τερέντιος Ῥοῦφος· οὗτος γὰρ ἄρχων τῆς στρατιᾶς κατελέ-

Cestio duce Judæis cesserat, totam quidem Syria pepulit (erat enim olim apud Raphanæas), ad Melitenen autem quæ vocatur misit, ad Euphraten in confinio Armeniæ et Cappadociæ sitam. Duas vero secum permanere volebat, donec ad Ægyptum perveniret, quintam et decimam quintam. Quumque ad Cæsaream maritimam cum exercitu descendisset, in ea et manubiarum vim reposuit, captivosque ibi adservari præcipit: nam ad Italiam navigare hiemis tempus prohibebat.

CAP. II. (V.)

Quo autem tempore Hierosolyma obsidere perseverabat Titus Cæsar, eo Vespasianus, navi oneraria conscensa, Alexandria Rhodum trajiciebat. Hinc autem vectus triremibus, quum omnes quas subternavigavit urbes invisisset, ipsum cum votis excipientes, in Græciam ex Ionia transit, atque inde Corcyra solvens appulit promontoriorum Iapygium, unde jam terra iter agebat. (VI.) Titus autem, ex Cæsarea maritima profectus, in Cæsaream venit quæ Philippi vocatur; et diutius in ea commorabatur, omne genus spectacula exhibens: multique illic captivi consumpti sunt, alii quidem bestiis objecti, alii vero catervatim inter se depugnare coacti. Hic loci Simonem etiam Gioræ filium hoc modo comprehensum esse accepit. (VII.) Simon iste, quum Hierosolyma obsiderentur, in superiore urbe degens, postquam Romanorum exercitus mœnia intrarat et urbem omnem devastaverat, tunc assumptis amicorum fidissimis, unaque lapicidis et ferro eorum operi idoneo, et alimentis quæ multis diebus sufficere possent, cum istis omnibus in quandam cavernam obscuram se demisit; et quoad vetus fossa pateret, per eam quidem progrediebantur: quum autem terra firma occurrisset, illam excavabant, sperantes posse ulterius progressos tuto loco emergere, atque ita servari. Sed vanam hanc spem arguebat operis experimentum. Vix enim paululum fossores processerant, jamque alimenta, quamvis parce his uterentur, eos defectura esse videbantur. Tunc igitur, quasi Romanis stuporem incutiendo posset eos fallere, candida indutus tunica et chlamyde purpurea infibulatus, eo in loco e terra emersit ubi templum dudum fuerat. Ac primum obstupuere, qui eum viderunt, in locisque suis manebant: deinde propius accesserunt, interrogantes quis esset. Et id quidem Simon illis non indicabat, ducem autem vocari jubebat. Quumque ad eum e vestigio cucurrissent, veniebat Terentius Rufus; namque is exercitui præfectus relictus erat. Ac postquam ab eo omnia quæ vera essent

λειπτο. Πυθόμενος δὲ παρ' αὐτοῦ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, τὸν μὲν ἐφύλαττε δεδεμένον, Καίσαρι δὲ ὅπως εἴη συνειλημμένος ἐδήλου. Σίμωνα μὲν οὖν εἰς δίκην τῆς κατὰ τῶν πολιτῶν ὠμότητος, ὧν πικρῶς αὐτὸς ἐτυράννησεν, ὑπὸ τοῖς μάλιστα μισοῦσι πολεμίοις ἐποίησεν ὁ Θεὸς, οὐ βίᾳ γενόμενον αὐτοῖς ὑποχείριον, ἀλλ' αὐτὸν ἑκουσίως εἰς τὴν τιμωρίαν παραβαλόντα, δι' ὃ πολλοὺς αὐτὸς ὠμῶς ἀπέκτεινε, ψευδεῖς αἰτίας ἐπιφέρων τῆς πρὸς Ῥωμαίους μεταβολῆς. Οὐ γὰρ διαφεύγει πονηρία Θεοῦ χόλον, οὐδὲ ἀσθενὴς ἡ δίκη, χρόνῳ δὲ μέτεισι τοὺς εἰς αὐτὴν παρανομήσαντας, καὶ χείρω τὴν τιμωρίαν ἐπιφέρει τοῖς πονηροῖς, ὅτι καὶ προσεδόκησαν αὐτῆς ἀπηλλάχθαι, μὴ παραυτίκα κολασθέντες. Ἔγνω τοῦτο καὶ Σίμων εἰς τὰς Ῥωμαίων ὀργὰς ἐμπεσών. Ἡ δὲ ἐκείνου γῆθεν ἄνοδος πολὺ καὶ τῶν ἄλλων στασιαστῶν πλῆθος ὑπ' ἐκείνας τὰς ἡμέρας ἐν τοῖς ὑπονόμοις φωραθῆναι παρεσκεύασε. Καίσαρι δὲ εἰς τὴν παράλιον ἐπανελθόντι Καισάρειαν Σίμων προσήχθη δεδεμένος, κἀκεῖνον μὲν εἰς ὃν ἐπιτελεῖν ἐν Ῥώμῃ παρεσκευάζετο θρίαμβον, προσέταξε φυλάττειν.

ΚΕΦ. Γ'.

Διατρίβων δ' αὐτόθι τὴν τἀδελφοῦ γενέθλιον ἡμέραν ἐπιφανῶς ἑώρταζε, πολὺ καὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων κολάσεως εἰς τὴν ἐκείνου τιμὴν ἀνατιθείς. Ὁ γὰρ ἀριθμὸς τῶν ἔν τε ταῖς πρὸς τὰ θηρία μάχαις καὶ τῶν καταπιμπραμένων ἔν τε ταῖς ἀλληλοκτονίαις ἀναιρουμένων πεντακοσίους ἐπὶ τοῖς δισχιλίοις ὑπερέβαλε. Πάντα μέντοι Ῥωμαίοις ἐδόκει ταῦτα μυρίοις αὐτῶν ἀπολλυμένων τρόποις ἐλάττων κόλασις εἶναι. Μετὰ τοῦτο Καῖσαρ εἰς Βηρυτὸν ἧκεν (ἡ δὲ ἔστιν ἐν τῇ Φοινίκῃ πόλις, Ῥωμαίων ἄποικος), κἀνταῦθα χρονιωτέραν ἐποιήσατο τὴν ἐπιδημίαν, πλείονι χρώμενος τῇ λαμπρότητι περὶ τὴν τοῦ πατρὸς ἡμέραν γενέθλιον ἔν τε ταῖς τῶν θεωριῶν πολυτελείαις καὶ κατὰ τὴν ἄλλην ἐπίνοιαν τῶν ἄλλων ἀναλωμάτων. Τὸ δὲ τῶν αἰχμαλώτων πλῆθος τὸν αὐτὸν τρόπον ὡς πρόσθεν ἀπώλλυτο.

(Θ'.) β'. Γενέσθαι δὲ συνέβη περὶ τὸν καιρὸν τοῦτον καὶ τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ τῶν Ἰουδαίων ὑπολειπομένοις ἐγκλήματα καὶ κίνδυνον ὀλέθρου, τῆς πόλεως ἐπ' αὐτοὺς τῶν Ἀντιοχέων ἐκταραχθείσης, διά τε τὰς ἐν τῷ παρόντι διαβολὰς αὐτοῖς ἐπενεχθείσας καὶ διὰ τὰ προϋπηργμένα χρόνῳ πρόσθεν οὐ πολλῷ. Περὶ ὧν ἀναγκαῖόν ἐστι διὰ συντόμων προειπεῖν, ἵνα καὶ τῶν μετὰ ταῦτα πραχθέντων εὐπαρακολούθητον ποιήσωμαι τὴν διήγησιν.

γ'. Τὸ γὰρ Ἰουδαίων γένος πολὺ μὲν κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην παρέσπαρται τοῖς ἐπιχωρίοις, πλεῖστον δὲ τῇ Συρίᾳ κατὰ τὴν γειτνίασιν ἀναμεμιγμένον, ἐξαιρέτως δ' ἐπὶ τῆς Ἀντιοχείας ἦν πολὺ, διὰ τὸ τῆς πόλεως μέγεθος, μάλιστα δ' αὐτοῖς ἀδεᾶ τὴν ἐκεῖ κατοίκησιν οἱ μετ' Ἀντίοχον βασιλεῖς παρέσχον. Ἀντίοχος μὲν γὰρ ὁ κληθεὶς Ἐπιφανὴς Ἱεροσόλυμα πορθήσας τὸν νεὼν ἐσύλησεν, οἱ δὲ μετ' αὐτὸν τὴν βασιλείαν παραλαβόντες τῶν ἀναθημάτων ὅσα χαλκᾶ πεποίητο πάντα

acceperat, ipsum quidem vinctum adservabat; Cæsari vero quemadmodum esset comprehensus significabat. Et Simonem quidem in ultionem crudelitatis erga cives, quibus sese amarum tyrannum præbuerat, infensissimis hostibus Deus in manum tradidit, non vi subactum, sed ipso se conjiciente sponte sua in pœnam, propterea quod multos ipse crudeliter interfecerat, falsas criminationes intendens defectionis ad Romanos. Neque enim potest iram Dei effugere nequitia, neque infirma fieri potest justitia : sed tandem ulciscitur sui temeratores, et gravius supplicium sumit de malis, quod se ab eo liberatos crediderint, quando non illico pœnas dederunt. Id etiam Simon didicit, postquam in iras Romanorum incidit. Illius autem ex terra emersio in causa fuit, ut ceterorum etiam seditiosorum magna turba iisdem diebus in cuniculis inveniretur. Ad Cæsarem autem Cæsaream maritimam reversum Simon vinctus adductus est : et illum quidem triumpho, quem Romæ agere parabat, servari jussit.

CAP. III. (VIII.)

Ibi autem moratus fratris sui natalem diem splendide celebrabat, magnam partem Judæorum morte mulctandorum ejus honori attribuens. Numerus enim eorum qui cum bestiis depugnarunt, quique ignibus cremati sunt, et inter se digladiantes periere, supra duo millia erat et quingentos. Ista tamen omnia Romanis videbantur, licet illi mille modis consumerentur, pœna levior. Postea Cæsar Berytum veniebat (hæc autem in Phœnice est urbs, Romanorum colonia), atque illic diutius demoratus est, majori adhibito splendore dum patris diem natalem celebrat, tam spectaculorum magnificentia, quam sumptibus aliis alium in modum excogitatis. Captivorum autem multitudo similiter ac antea cecidit.

(IX.) 2. Accidit autem per idem tempus, ut Judæi qui apud Antiochiam reliqui erant, accusationes subirent et interitus periculum, concitata in eos Antiochensium civitate tam propter criminationes eis in præsentia intentas, quam propter ea quæ fuerant non multo ante commissa. De quibus necesse habeo paucis præfari, ut eorum quæ postea gesta sunt narrationem faciam intellectu faciliorem.

3. Nam multum quidem Judaicæ gentis per totum terrarum orbem indigenis erat interspersum; maxima autem pars Syriæ propter vicinitatem erat immista, et præcipue apud Antiochiam multi ex illis versabantur, ob urbis amplitudinem, maximeque propter liberam ibi habitandi facultatem ab Antiochi successoribus impetratam. Nam Antiochus quidem dictus Epiphanes, vastatis Hierosolymis, templum spoliavit : qui vero post eum regnum assequuti sunt, quicquid æneum in donariis reperiretur, Judæis

τοῖς ἐπ' Ἀντιοχείας Ἰουδαίοις ἀπέδοσαν, εἰς τὴν συναγωγὴν αὐτῶν ἀναθέντες, καὶ συνεχώρησαν αὐτοῖς ἐξ ἴσου τῆς πόλεως τοῖς Ἕλλησι μετέχειν. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τῶν μετὰ ταῦτα βασιλέων αὐτοῖς προσφερομένων εἴς τε τὸ πλῆθος ἐπέδωκαν καὶ τῇ κατασκευῇ καὶ τῇ πολυτελείᾳ τῶν ἀναθημάτων τὸ ἱερὸν ἐξελάμπρυναν, ἀεί τε προσαγόμενοι ταῖς θρησκείαις πολὺ πλῆθος Ἑλλήνων, κἀκείνους τρόπῳ τινὶ μοῖραν αὐτῶν πεποίηντο. Καθ' ὃν δὲ καιρὸν ὁ πόλεμος ἀνεκεκήρυκτο, νεωστὶ δ' εἰς τὴν Συρίαν Οὐεσπασιανὸς καταπεπλεύκει, τὸ δὲ κατὰ τῶν Ἰουδαίων παρὰ πᾶσιν ἤκμαζε μῖσος, τότε δή τις Ἀντίοχος εἷς ἐξ αὐτῶν τὰ μάλιστα διὰ τὸν πατέρα τιμώμενος (ἦν γὰρ ἄρχων τῶν ἐπ' Ἀντιοχείας Ἰουδαίων), τοῦ δήμου τῶν Ἀντιοχέων ἐκκλησιάζοντος, εἰς τὸ θέατρον παρελθὼν, τόν τε πατέρα τὸν ἑαυτοῦ καὶ τοὺς ἄλλους ἐνεδείκνυτο κατηγορῶν, ὅτι νυκτὶ μιᾷ καταπρῆσαι τὴν πόλιν ἅπασαν διεγνώκεισαν, καὶ παρεδίδου ξένους Ἰουδαίους τινὰς ὡς κεκοινωνηκότας τῶν βεβουλευμένων. Ταῦτα δ' ἀκούων ὁ δῆμος τὴν ὀργὴν οὐ κατεῖχεν, ἀλλ' ἐπὶ μὲν τοὺς παραδοθέντας πῦρ εὐθὺς ἐκέλευον κομίζειν, καὶ παραχρῆμα πάντες ἐπὶ τοῦ θεάτρου κατεφλέγησαν. Ἐπὶ δὲ τὸ πλῆθος ὥρμηντο τῶν Ἰουδαίων, ἐν τῷ τάχιον ἐκείνους τιμωρίᾳ περιβαλεῖν τὴν αὐτῶν πατρίδα σώζειν νομίζοντες. Ἀντίοχος δὲ προσεπέτεινε τὴν ὀργὴν, περὶ μὲν τῆς αὐτοῦ μεταβολῆς, καὶ τοῦ μεμισηκέναι τὰ τῶν Ἰουδαίων ἔθη, τεκμήριον ἐμπαρέχειν οἰόμενος τὸ ἐπιθύειν, ὥσπερ νόμος ἐστὶ τοῖς Ἕλλησιν· ἐκέλευε δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ταυτὸ ποιεῖν ἀναγκάζειν· φανεροὺς γὰρ γενήσεσθαι τῷ μὴ θέλειν τοὺς ἐπιβεβουλευκότας. Χρωμένων δὲ τῇ πείρᾳ τῶν Ἀντιοχέων ὀλίγοι μὲν ὑπέμειναν, οἱ δὲ μὴ βουληθέντες ἀνῃρέθησαν. Ἀντίοχος δὲ, στρατιώτας παρὰ τοῦ Ῥωμαίων ἡγεμόνος λαβὼν, χαλεπὸς ἐφεστήκει τοῖς αὐτοῦ πολίταις, ἀργεῖν τὴν ἑβδόμην οὐκ ἐπιτρέπων, ἀλλὰ βιαζόμενος πάντα πράττειν ὅσα δὴ καὶ ταῖς ἄλλαις ἡμέραις· οὕτω τε τὴν ἀνάγκην ἰσχυρὰν ἐποίησεν ὡς μὴ μόνον ἐπ' Ἀντιοχείας καταλυθῆναι τὴν ἑβδομάδα ἀργεῖν ἡμέραν, ἀλλ' ἐκεῖθεν ἀρξαμένου τοῦ πράγματος, κἀν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ὁμοίως βραχύν τινα χρόνον.

δ'. Τοιούτων δὴ τοῖς ἐπ' Ἀντιοχείας Ἰουδαίοις τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν κακῶν γεγενημένων, δευτέρα πάλιν συμφορὰ προσέπεσε, περὶ ἧς ἀφηγεῖσθαι ἐπιχειρήσαντες καὶ ταῦτα διεξήλθομεν. Ἐπεὶ γὰρ συνέβη καταπρησθῆναι τὴν τετράγωνον ἀγορὰν, ἀρχεῖά τε καὶ γραμματοφυλάκιον καὶ τὰς βασιλικὰς, μόλις τε τὸ πῦρ ἐκωλύθη μετὰ πολλῆς βίας ἐπὶ πᾶσαν τὴν πόλιν περιφερόμενον, ταύτην Ἀντίοχος τὴν πρᾶξιν Ἰουδαίων κατηγόρει, καὶ τοὺς Ἀντιοχεῖς, εἰ καὶ μὴ πρότερον εἶχον πρὸς αὐτοὺς ἀπεχθῶς, τάχιστα τῇ διαβολῇ παρὰ τὴν ἐκ τοῦ συμβεβηκότος ταραχὴν ὑπαχθέντας πολὺ μᾶλλον ἐκ τῶν προϋπηργμένων τοῖς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένοις πιστεύειν παρεσκεύασεν, ὡς μόνον οὐκ ἐπ' αὐτοὺς τὸ πῦρ ἐνιέμενον ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἑωρακότας, καὶ καθά-

Antiochiam degentibus reddidere, in eorum synagoga reponendum : eisque concesserunt ut ex æquo cum Græcis participes urbis essent. A regibus etiam qui eos deinceps exceperunt eodem modo tractati, et in magnam multitudinem excreverunt, et apparatu donariorumque magnificentia illustratum dederunt templum et multis subinde Græcis ad suam religionem perductis, etiam illos quodammodo sui partem fecere. Ceterum quo tempore bellum fuerat indictum, et recens in Syriam appulerat Vespasianus, atque omnes Judæorum flagrabant odio, tunc unus eorum Antiochus quidam, cui præcipue patris causa plurimum deferebatur (erat enim Judæorum princeps apud Antiochiam), quum Antiochensium populus in concionem congregatus esset, in theatrum progressus et patrem suum et alios deferebat, insimulans eos quod una nocte totam urbem incendere statuissent : et peregrinos quosdam Judæos, ut ejus consilii conscios, tradidit. Quum autem ista audiret populus, iram cohibere non poterant : sed in eos quidem qui traditi fuerant ignem statim afferri jusserunt, confestimque omnes in theatro exusti erant. In multitudinem vero Judæorum irruere properabant, eos si celeriter ulti essent, patriam suam servatum iri existimantes. Verum Antiochus iracundiam magis adhuc accendebat, suæ quidem voluntatis mutatæ argumentum, quodque Judæorum mores odisset, exhibere se credens, si more Græco immolaret; imperabatque ut ceteros etiam idem facere cogerent : quippe insidiatores recusando fore manifestos. Ejus rei quum Antiocheni periculum fecissent, pauci quidem consenserunt; qui vero renuerunt interfecti sunt. Antiochus autem, acceptis a Romanorum præside militibus, atrociter instabat suis civibus, otium diei septimi eos agere non permittens, sed omnia cogens facere quæ reliquis diebus facere solebant : tamque validam illis afferebat necessitatem, ut non Antiochiæ duntaxat septimi diei feriæ abrogarentur, sed ab ea facto rei initio, in aliis similiter urbibus ad breve tempus.

4. Judæis autem apud Antiochiam eo tempore mala hujuscemodi perpessis altera denuo calamitas accessit : de qua quum narrationem facere instituissemus, hæc quoque persequuti sumus. Quoniam enim accidit ut quadratum urbis forum, prætoriaque et tablina cremarentur, itemque basilicæ, vixque inhiberetur ignis quin urbem universam magna cum vi peragraret; hujus facti Antiochus Judæos accusabat; et Antiochenos, si his infesti jam ante non fuissent, recenti tamen ex incendii tumultu facile calumnia perpulisset, multo magis ex anteactis fidem dictis suis habere induxisset, quasi tantum non conspexissent ignem illis injectum a Judæis, et tanquam furore correpti magno cum im-

περ ἐμμανεῖς γεγενημένοι μετὰ πολλοῦ τινος οἴστρου πάντες ἐπὶ τοὺς διαβεβλημένους ὥρμηντο. Μόλις δ' αὐτῶν ἐδυνήθη τὰς ὁρμὰς ἐπισχεῖν Κνέος Κολλήγας τις, πρεσβευτής, ἀξιῶν ἐπιτρέψαι Καίσαρι δηλωθῆναι περὶ τῶν γεγονότων. Τὸν γὰρ ἡγεμονεύοντα τῆς Συρίας Καισέννιον Παῖτον ἤδη μὲν Οὐεσπασιανὸς ἐξαπεστάλκει, συνέβαινε δὲ παρεῖναι μηδέπω. Ποιούμενος δ' ἐπιμελῆ τὴν ζήτησιν ὁ Κολλήγας ἐξηῦρε τὴν ἀλήθειαν, καὶ τῶν μὲν τὴν αἰτίαν ὑπ' Ἀντιόχου λαβόντων Ἰουδαίων οὐδεὶς οὐδ' ἐκοινώνησεν, ἅπαν δὲ τοὔργον ἔπραξαν ἄνθρωποί τινες ἀλιτήριοι, διὰ χρεῶν ἀνάγκας, νομίζοντες, εἰ τὴν ἀγορὰν καὶ τὰ δημόσια καταπρήσειαν γράμματα, τῆς ἀπαιτήσεως ἀπαλλαγὴν ἕξειν. Ἰουδαῖοι μὲν οὖν ἐπὶ μετεώροις ταῖς αἰτίαις τὸ μέλλον ἔτι καραδοκοῦντες ἐν φόβοις χαλεποῖς ἐπεσάλευον.

ΚΕΦ. Δ'.

Τίτος δὲ Καῖσαρ τῆς περὶ τοῦ πατρὸς ἀγγελίας αὐτῷ κομισθείσης, ὅτι πάσαις μὲν ποθεινὸς ταῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν πόλεσιν ἐπῆλθε, μάλιστα δ' ἡ Ῥώμη μετὰ πολλῆς αὐτὸν ἐδέξατο προθυμίας καὶ λαμπρότητος, εἰς πολλὴν χαρὰν καὶ θυμηδίαν ἐτράπετο, τῶν περὶ αὐτοῦ φροντίδων ὡς ἥδιστον ἦν ἀπηλλαγμένος. Οὐεσπασιανὸν γὰρ ἔτι μὲν καὶ μακρὰν ἀπόντα πάντες οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἄνθρωποι ταῖς γνώμαις περιεῖπον ὡς ἥκοντα, τὴν προσδοκίαν ἐκ τοῦ πάνυ θέλειν ἄφιξιν αὐτοῦ νομίζοντες, καὶ πάσης ἀνάγκης ἐλευθέραν τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχοντες εὔνοιαν. Τῇ τε γὰρ βουλῇ κατὰ μνήμην τῶν γεγενημένων ἐν ταῖς τῶν ἡγεμόνων μεταβολαῖς συμφορῶν εὐκταῖον ἦν ἀπολαβεῖν ἡγεμόνα γήρως σεμνότητι καὶ πράξεων ἀκμῇ πολεμικῶν κεκοσμημένον, ᾧ τὴν ὑπεροχὴν πρὸς μόνην ἠπίσταντο τὴν ἀρχομένων σωτηρίαν ἐσομένην, καὶ μὴν ὁ δῆμος ὑπὸ τῶν ἐμφυλίων κακῶν τετρυχωμένος ἔτι μᾶλλον ἐλθεῖν αὐτὸν ἔσπευδε, τότε δὴ βεβαίως μὲν ἀπαλλαγήσεσθαι τῶν συμφορῶν ὑπολαμβάνων, ἀπολήψεσθαι δὲ τὴν ἄδειαν μετὰ τῆς εὐετηρίας πεπιστευκώς. Ἐξαιρέτως δὲ τὸ στρατιωτικὸν εἰς αὐτὸν ἀφεώρα· μάλιστα γὰρ οὗτοι τῶν κατωρθωμένων αὐτῷ πολέμων ἐγίνωσκον τὸ μέγεθος. Τῆς ἀπειρίας δὲ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων καὶ τῆς ἀνανδρίας πεπειραμένοι πολλῆς μὲν αἰσχύνης αὐτοὺς ἐπεθύμουν ἀπηλλάχθαι, τὸν μόνον δὲ καὶ σώζειν αὐτοὺς καὶ κοσμεῖν δυνάμενον ἀπολαβεῖν ηὔχοντο. Τοιαύτης δ' εὐνοίας ἐξ ἁπάντων ὑπαρχούσης τοῖς μὲν κατὰ τὰς ἀξιώσεις προὔχουσι τῶν ἀνδρῶν οὐκέτ' ἀνεκτὸν ἦν ἀναμένειν, ἀλλὰ πορρωτάτω τῆς Ῥώμης αὐτῷ προεντυχεῖν ἔσπευδον. Οὐ μὴν οὐδὲ τῶν ἄλλων τις ἠνείχετο τῆς ἐντεύξεως τὴν ἀναβολὴν, ἀλλ' οὕτως ἐξεχέοντο πάντες ἀθρόοι, καὶ πᾶσιν εὐπορώτερον καὶ ῥᾷον ἐδόκει τοῦ μένειν τὸ ἀπιέναι, ὡς καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν τότε πρῶτον ἐν ἑαυτῇ λαβεῖν ὀλιγανθρωπίας αἴσθησιν ἡδεῖαν· ἦσαν γὰρ ἐλάττους τῶν ἀπιόντων οἱ μένοντες. Ἐπεὶ δὲ προσιὼν ἠγγέλλετο καὶ τὴν ἡμερότητα τῆς ἐντεύξεως αὐτοῦ τὴν πρὸς ἑκάστους ἐδήλουν οἱ προελθόντες, ἅπαν

petu omnes in accusatos irruerant. Vix autem motus eorum reprimere potuit Cneus quidam Collega, legatus, postulans permitti ut ad Cæsarem de rebus gestis referretur. Præsidem namque Syriæ Cæsennium Pætum jam quidem Vespasianus ad eam miserat, accidit autem ut nondum adesset. Re vero diligenter inquisita Collega reperiebat veritatem, et eorum quidem Judæorum quos Antiochus accusaverat neminem conscium fuisse, omnis autem facinoris auctores exstitisse homines quosdam improbos ob æris alieni necessitatem, ratos, si curiam et publica tablina incendissent, fore neminem a quo appellarentur. Et Judæi quidem, ex suspensis criminationibus futura adhuc exspectantes, magno timore fluctuabant.

CAP. IV. (X.)

Titus autem Cæsar, de patre sibi allato nuncio, quod universis quidem Italiæ civitatibus gratus optatusque venisset, maxime vero quod Roma multa cum alacritate et splendore eum suscepisset, magna lætitia animique voluptate perfunditur, curis de eo quam suavissime liberatus. Vespasianum enim, etiam quum longe abesset, omnes per Italiam homines, tanquam venientem, animo complectebantur, exspectationem ex vehementi desiderio pro adventu habentes, nullaque necessitate adacti suam erga ipsum benevolentiam præstantes. Nam et senatus, memor calamitatum quas ex principum mutatione acceperat, expetebat Imperatorem suscipere senectutis gravitate bellicorumque gestorum maturitate decoratum, cujus eminentiam solummodo in salutem fore subditis noverat. Atque populus, malis intestinis attritus, magis adhuc studebat ejus adventui : tunc fore existimans ut a calamitatibus quidem pro certo liberaretur, securitatem vero cum opulentia recepturum esse persuasus. At præcipue milites ad eum respiciebant, ut qui maxime bellorum ab eo præclare gestorum magnitudinem cognoverant. Imperitiam vero aliorum ducum atque ignaviam experti, magna quidem se turpitudine liberari expetebant; eum vero, qui se et servare et cohonestare solus posset, recipere precabantur. Quum autem tanta benevolentia eum prosequerentur omnes, viris quidem dignitatis eminentioris non amplius tolerandum erat eum exspectare, sed longissime a Roma prius se obviam ei dare properabant. Ac ne reliquorum quidem quisquam moras ejus conveniendi ferebat; sed ita simul omnes effundebantur, et universis expeditius et facilius ire quam manere videbatur, ut etiam urbs ipsa tunc primum experiretur jucundam in se hominum infrequentiam : nam qui manebant, pauciores erant abeuntibus. Ubi autem eum appropinquare nunciabatur, et humanum mansuetumque ejus cum singulis congressum indicabant ii qui præcesserant, omnis jam reliqua multitudo cum conjugibus ac li-

ἤδη τὸ λοιπὸν πλῆθος ἅμα γυναιξὶ καὶ παισὶν ἐπὶ ταῖς παρόδοις ἐξεδέχοντο, καὶ καθ' οὓς γένοιτο παριὼν πρὸς τὴν ἡδονὴν τῆς θέας καὶ τὸ μειλίχιον αὐτοῦ τῆς ὄψεως παντοίας ἠφίεσαν φωνάς, τὸν εὐεργέτην καὶ σωτῆρα καὶ μόνον ἄξιον ἡγεμόνα τῆς Ῥώμης ἀποκαλοῦντες. Ἅπασα δ' ἡ πόλις ὡς νεὼς ἦν στεφανωμάτων καὶ θυμιαμάτων ἀνάπλεως. Μόλις δ' ὑπὸ πλήθους τῶν περὶ αὐτὸν ἱσταμένων δυνηθεὶς εἰς τὸ βασίλειον ἐλθεῖν, αὐτὸς μὲν τοῖς ἔνδον θεοῖς θυσίας τῆς ἀφίξεως χαριστηρίους ἐπετέλει, τρέπεται δὲ τὰ πλήθη πρὸς εὐωχίαν καὶ κατὰ φυλὰς καὶ γένη καὶ γειτονίας ποιούμενοι τὰς ἑστιάσεις ηὔχοντο τῷ Θεῷ σπένδοντες αὐτόν τ' ἐπὶ πλεῖστον χρόνον Οὐεσπασιανὸν ἐπιμεῖναι τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ, καὶ παισὶν αὐτοῦ καὶ τοῖς ἐξ ἐκείνων ἀεὶ γινομένοις φυλαχθῆναι τὰ κράτος ἀκαταγώνιστον. Ἡ μὲν οὖν Ῥωμαίων πόλις οὕτως Οὐεσπασιανὸν ἐκδεξαμένη προθύμως εὐθὺς εἰς πολλὴν εὐδαιμονίαν ἐπεδίδου.

(ΙΑ'.) β'. Πρὸ δὲ τούτων τῶν χρόνων, ἐν οἷς Οὐεσπασιανὸς μὲν περὶ Ἀλεξάνδρειαν ἦν, Τίτος δὲ τῇ τῶν Ἱεροσολύμων προσήδρευε πολιορκίᾳ, πολὺ μέρος Γερμανῶν ἐκινήθη πρὸς ἀπόστασιν, οἷς καὶ Γαλατῶν οἱ πλησίον συμφρονήσαντες κοινῇ μεγάλας ἐλπίδας αὐτοῖς συνέθεσαν, ὡς καὶ τῆς Ῥωμαίων ἀπαλλαξόμενοι δεσποτείας. Ἐπῆρε δ' αὐτοὺς Γερμανοὺς ἅψασθαι τῆς ἀποστάσεως καὶ τὸν πόλεμον ἐξενεγκεῖν πρῶτον μὲν ἡ φύσις, οὖσα λογισμῶν ἔρημος ἀγαθῶν καὶ μετὰ μικρᾶς ἐλπίδος ἑτοίμως ῥιψοκίνδυνος, ἔπειτα δὲ καὶ μῖσος τὸ πρὸς τοὺς κρατοῦντας, ἐπεὶ μόνοις ἴσασι Ῥωμαίοις τὸ γένος αὐτῶν δουλεύειν βεβιασμένον. Οὐ μὴν ἀλλὰ μάλιστά γε πάντων ὁ καιρὸς αὐτοῖς θάρσος ἐνεποίησεν. Ὁρῶντες γὰρ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ταῖς συνεχέσι τῶν αὐτοκρατόρων ἀλλαγαῖς ἐν ἑαυτῇ τεταραγμένην, πᾶν τε μέρος τῆς ὑπ' αὐτοῖς οἰκουμένης πυθόμενοι μετέωρον εἶναι καὶ κραδαίνεσθαι, τοῦτον σφίσιν αὐτοῖς ἄριστον ὑπὸ τῆς ἐκείνων κακοπραγίας καὶ στάσεως καιρὸν ᾠήθησαν παραδεδόσθαι. Ἐνῆγον δὲ τὸ βούλευμα καὶ ταύταις αὐτοὺς ταῖς ἐλπίσιν ἐτύφουν Κλασσικός τις καὶ Οὐϊτέλλιος τῶν παρ' αὐτοῖς ὄντες ἡγεμόνων, οἳ δῆλον μὲν ὡς ἐκ μακροῦ ταύτης ἐφίεντο τῆς νεωτεροποιίας, ὑπὸ τοῦ καιροῦ δὲ θαρσῆσαι προαχθέντες τὴν αὐτῶν γνώμην ἐξέφηναν· ἔμελλον δὲ προθύμως διακειμένοις τὴν πεῖραν τοῖς πλήθεσι προσφέρειν. Πολλοῦ δὴ μέρους ἤδη τῶν Γερμανῶν τὴν ἀπόστασιν ἀνωμολογηκότος καὶ τῶν ἄλλων οὐκ ἂν δίχα φρονησάντων, ὥσπερ ἐκ δαιμονίου προνοίας Οὐεσπασιανὸς πέμπει γράμματα Πετιλίῳ Κερεαλίῳ τῷ πρότερον ἡγεμόνι Γερμανίας γενομένῳ, τὴν ὕπατον διδοὺς τιμήν, καὶ κελεύων ἄρξοντα Βρεττανίας ἀπιέναι. Πορευόμενος οὖν ἐκεῖνος ὅποι προσετέτακτο καὶ τὰ περὶ τὴν ἀπόστασιν τῶν Γερμανῶν πυθόμενος ἤδη συνειλεγμένοις αὐτοῖς ἐπιπεσὼν καὶ παραταξάμενος, πολύ τε πλῆθος αὐτῶν ἀνειρεῖ κατὰ τὴν μάχην, καὶ τῆς ἀνοίας παυσαμένους ἠνάγκασε σωφρονεῖν. Ἔμελλον δὲ, κἀκείνου μὴ θᾶττον εἰς τοὺς τόπους παραβαλόντος, δίκην οὐκ εἰς μακρὰν ὑφέξειν. Ἡνίκα

beris ad viam eum excipiebant; et ad quos in transitu advenisset, isti ad jucundum illius intuitum et blandum ejus aspectum omne genus voces ediderunt, benefactorem, et servatorem, solumque qui Romæ imperet dignum appellantes. Tota vero civitas templi instar erat sertis atque odoribus plena. Quum autem vix per circumstantem multitudinem in palatium venire potuisset, ipse quidem diis penatibus adventus sui gratulatoria sacra celebrabat. Vertunt autem se ad epulas turbæ, perque tribus et cognationes et vicinias convivia agitantes, cum libationibus Deum precabantur, ut et ipsi Vespasiano, functo longissima statione mortali, imperium conservaretur; utque filiis ejus eorumque posteris nullis viribus expugnabilis maneret principatus. Et urbs quidem Romana, quum Vespasianum tanta alacritate excepisset, statim in magnam felicitatem proficiebat.

(XI.) 2. Jam vero ante hæc tempora, quibus Vespasianus apud Alexandriam erat, Titus vero Hierosolymorum obsidioni incumbebat, magna pars Germanorum ad defectionem incitata est : quibuscum etiam Gallorum proximi una conspirantes, magnam in commune spem illis afferebant, fore ut Romanorum dominatu liberarentur. Ipsos autem Germanos ad defectionem moliendam bellumque inferendum extulit natura quidem primo, bonis consiliis vacua, et parva cum spe ad periclitandum projecta; deinde vero et odium adversus dominantes, quoniam solis sciunt gentem suam vi coactam servire Romanis. Verumtamen maxime omnium tempus eis fiduciam dedit. Nam quum viderent Romanorum imperium ex crebris Imperatorum mutationibus intestina seditione turbatum, omnemque his subditam orbis terrarum partem pendere ac nutare inaudirent, hoc sibi optimum tempus ex illorum rebus adversis atque discordiis oblatum esse putaverunt. Hujus autem consilii auctores erant et hujusmodi spe eos efferebant Classicus quidam et Vitellius, principes inter illos; quos olim quidem hoc rerum novarum desiderio teneri manifestum erat, ea opportunitate autem ad audendum inducti, animi sententiam palam fecerunt : jamque multitudinis alacritate gestientis periculum facturi erant. Verum quum magna pars Germanorum ad defectionem consensisset, et ceteri ab illis non dissensissent, Vespasianus, quasi divina providentia, ad Petilium Cerealem, qui prius Germaniam imperio rexerat, literas mittit, quibus eum consulem declaravit, jussitque ad Britannias administrandas proficisci. Igitur dum ille quo jussus erat abire pararet, audita rebellione Germanorum, eos jam congregatos acie instructa adortus est, et magnum illorum numerum in pugna interficit, et eos ad sobrietatem deposita amentia compulit. Sed etiamsi ille ad ea loca non citius pervenisset, tamen haud multo post supplicia erant luituri. Nam ut primum defectionis

γὰρ πρῶτον ἡ περὶ τῆς ἀποστάσεως αὐτῶν ἀγγελία τῇ Ῥώμῃ προσέπεσε, Δομετιανὸς Καῖσαρ πυθόμενος, οὐχ ὡς ἂν ἕτερος ἐν τούτῳ τῆς ἡλικίας (νέος γὰρ ἦν ἔτι παντάπασι) τηλικοῦτον ἄρασθαι μέγεθος πραγμάτων ὤκνησεν, ἔχων δὲ πατρόθεν ἔμφυτον τὴν ἀνδραγαθίαν, καὶ τελειοτέραν τὴν ἄσκησιν τῆς ἡλικίας πεποιημένος, ἐπὶ τοὺς βαρβάρους εὐθὺς ἤλαυνεν. Οἱ δὲ πρὸς τὴν φήμην τῆς ἐφόδου καταπεσόντες ἐπ' αὐτῷ σφᾶς αὐτοὺς ἐποιήσαντο μετὰ φόβου, κέρδος εὑράμενοι τὸ χωρὶς συμφορῶν ὑπὸ τὸν αὐτὸν πάλιν ζυγὸν ὑπαχθῆναι. Πᾶσιν οὖν ἐπιθεὶς τοῖς περὶ τὴν Γαλατίαν τάξιν τὴν προσήκουσαν Δομετιανὸς, ὡς μηδ' αὖθις ἄν ποτε ῥαδίως ἔτι τἀκεῖ παραχθῆναι, λαμπρὸς καὶ περίβλεπτος ἐπὶ κρείττοσι μὲν τῆς ἡλικίας, πρέπουσι δὲ τῷ πατρὶ κατορθώμασιν, εἰς τὴν Ῥώμην ἀνέζευξεν.

(ΙΒ'.) γ'. Τῇ δὲ προειρημένῃ Γερμανῶν ἀποστάσει κατὰ τὰς αὐτὰς ἡμέρας καὶ Σκυθικὸν τόλμημα πρὸς Ῥωμαίους συνέδραμεν. Οἱ γὰρ καλούμενοι Σκυθῶν Σαρμάται, πολὺ πλῆθος ὄντες, ἄδηλοι μὲν τὸν Ἴστρον ἐπεραιώθησαν εἰς τὴν Μυσίαν, ἔπειτα δὲ πολλῇ βίᾳ καὶ χαλεποὶ διὰ τὸ παντάπασιν ἀνέλπιστον τῆς ἐφόδου προσπεσόντες, πολλοὺς μὲν τῶν ἐπὶ τῆς φρουρᾶς Ῥωμαίων ἀναιροῦσι, καὶ τὸν πρεσβευτὴν τὸν ὑπατικὸν Φοντήιον Ἀγρίππαν ὑπαντιάσαντα καρτερῶς μαχόμενον κτείνουσι, τὴν δ' ὑποκειμένην χώραν ἅπασαν κατέτρεχον, ἄγοντες καὶ φέροντες ὅτῳ περιπέσοιεν. Οὐεσπασιανὸς δὲ τὰ γεγενημένα καὶ τὴν πόρθησιν τῆς Μυσίας πυθόμενος Ῥούβριον Γάλλον ἐκπέμπει δίκην ἐπιθήσοντα τοῖς Σαρμάταις, ὑφ' οὗ πολλοὶ μὲν αὐτῶν ἐν ταῖς μάχαις ἀπέθανον, τὸ δὲ περισωθὲν μετὰ δέους εἰς τὴν οἰκείαν διέφυγε. Τούτῳ δὲ τῷ πολέμῳ τέλος ἐπιθεὶς ὁ στρατηγὸς καὶ τῆς εἰς τὸ μέλλον ἀσφαλείας προὐνόησε· πλείοσι γὰρ καὶ μείζοσι φυλακαῖς τὸν τόπον διέλαβεν, ὡς εἶναι τοῖς βαρβάροις τὴν διάβασιν τελέως ἀδύνατον. Ὁ μὲν οὖν περὶ τὴν Μυσίαν πόλεμος ταχεῖαν οὕτως ἔλαβε τὴν κρίσιν.

ΚΕΦ. Ε'.

Τίτος δὲ Καῖσαρ χρόνον μέν τινα διέτριψεν ἐν Βηρυτῷ, καθὰ προειρήκαμεν· ἐκεῖθεν δ' ἀναζεύξας, καὶ δι' ὧν ᾔει πόλεων τῆς Συρίας, ἐν πάσαις θεωρίας τε συντελῶν πολυτελεῖς καὶ τῶν Ἰουδαίων τοῖς αἰχμαλώτοις εἰς ἐπίδειξιν τῆς ἑαυτῶν ἀπωλείας ἀποχρώμενος, θεᾶται κατὰ τὴν πορείαν ποταμοῦ φύσιν ἀξίαν ἱστορηθῆναι. Ῥεῖ μὲν γὰρ μέσος Ἀρκαίας τῆς Ἀγρίππα βασιλείας καὶ Ῥαφαναίας, ἔχει δὲ θαυμαστὴν ἰδιότητα. Πολὺς γὰρ ὢν ὅτε ῥεῖ καὶ κατὰ τὴν φορὰν οὐ σχολαῖος, ἔπειτα δὲ πᾶς ἐκ τῶν πηγῶν ἐπιλείπων ἓξ ἡμερῶν ἀριθμὸν, ξηρὸν παραδίδωσιν ὁρᾶν τὸν τόπον. Εἶθ' ὥσπερ οὐδεμιᾶς γενομένης μεταβολῆς ὅμοιος κατὰ τὴν ἑβδόμην ἐκδίδωσι, καὶ ταύτην ἀεὶ τὴν τάξιν ἀκριβῶς τετήρηται διαφυλάττων· ὅθεν δὴ καὶ Σαββατικὸν αὐτὸν κεκλήκασιν, ἀπὸ τῆς ἱερᾶς τῶν Ἰουδαίων ἑβδόμης οὕτως ὀνομάσαντες.

eorum nuncium acceperant Romæ, Domitianus Cæsar, hoc audito, non sicut alter illa in ætate (nam adolescentulus admodum erat) rem tantæ magnitudinis aggredi dubitabat : sed a patre habens ingenitam fortitudinem, et supra ætatem exercitatus, illico in barbaros expeditionem faciebat. Illi vero, ad rumorem de incursu consternati, præ metu se submiserunt, lucrum nacti, quod sine clade pristino jugo subjicerentur. Omnibus itaque circa Galliam ita ut oportuit a Domitiano ordinatis, ut non facile unquam res illic iterum turbarentur, clarus atque insignis, rebus quidem præclare gestis ætatem superantibus, patris vero gloriæ convenientibus, Romam reversus est.

(XII.) 3. Simul autem iisdem diebus cum supradicta Germanorum defectione fama Scythici ausus ad Romanos perlata est. Nam qui e Scythis appellantur Sarmatæ, magna multitudine, clam quidem Istrum transgressi sunt in Mysiam; deinde vero quum et vi magna, et graves ob insperatum omnino adventum, Romanos adorti essent, multos eorum, quos in præsidiis offenderunt, et consularem legatum Fonteium Agrippam, qui his obviam iverat, fortiter pugnantem occidunt; et in subjectam regionem omnem incursus fecerunt, omnia populantes in quæ inciderint. Vespasianus autem, quum ea quæ facta erant et Mysiæ vastationem accepisset, Rubrium Gallum mittit de Sarmatis pœnas sumpturum : a quo multi quidem eorum in prœliis ceciderunt, qui vero salvi evaserunt, timore perculsi domum se recipiebant. Huic autem bello quum finem imposuisset exercitus dux, etiam securitati in posterum prospexit : nam pluribus et majoribus præsidiis loca circumdedit, ut barbari nullo plane modo Istrum transgredi possent. Et bellum quidem Mysianum ita celeriter finitum est.

CAP. V. (XIII.)

Titus vero Cæsar aliquamdiu quidem Beryti commoratus est, ut jam ante diximus : inde autem reversus, et per omnes quas obiret Syriæ civitates, et magnificentissima edens spectacula, et Judæorum captivis in exitii illorum indicium abutens, conspicit in itinere fluvium, cujus natura digna est quæ memoretur. Labitur is medius inter Arcæam regni Agrippæ urbem et Raphanæas; mirabilem autem proprietatem habet. Nam quum sit copiosus quando fluit, nec in lapsu segnis, postea totus a fontibus deficiens per sex dierum spatium siccum alveum oculis spectandum præbet. Deinde, ac si nullam mutationem passus fuisset, die septimo sibi similis fluit : atque hunc ordinem exacte semper servari observatum est; unde sane et Sabbaticum eum appellant, a sacra apud Judæos die septima ita nominantes.

(ΙΔ'.) β'. Ὁ δὲ τῶν Ἀντιοχέων δῆμος, ἐπεὶ πλησίον ὄντα Τίτον ἐπυνθάνοντο, μένειν μὲν ἐντὸς τειχῶν ὑπὸ χαρᾶς οὐχ ὑπέμενον, ἔσπευδον δ' ἐπὶ τὴν ὑπάντησιν, καὶ τριάκοντα σταδίων ἐπὶ πλέον προῆλθον, οὐκ ἄνδρες μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναίων πλῆθος ἅμα παισὶ, τῆς πόλεως ἐκχεόμενοι. Κἀπειδήπερ ἐθεάσαντο προσιόντα, παρὰ τὴν ὁδὸν ἑκατέρωθεν παρακαταστάντες, τάς τε δεξιὰς προὔτεινον προσαγορεύοντες, καὶ παντοίοις ἐπιφημίσμασι χρώμενοι συνυπέστρεφον. Συνεχὴς δ' ἦν αὐτῶν παρὰ πάσας ἅμα τὰς εὐφημίας δέησις ἐκβαλεῖν τῆς πόλεως τοὺς Ἰουδαίους. Τίτος μὲν οὖν οὐδὲν ἐνέδωκε πρὸς ταύτην τὴν δέησιν, ἀλλ' ἡσυχῇ τῶν λεγομένων ἐπήκουεν. Ἐπ' ἀδήλῳ δὲ τῷ τί φρονεῖ καὶ τί ποιήσει πολὺς καὶ χαλεπὸς τοῖς Ἰουδαίοις ὁ φόβος ἦν. Οὐδὲ γὰρ ἐπέμεινεν ἐν Ἀντιοχείᾳ Τίτος, ἀλλ' εὐθὺς ἐπὶ τὸ Ζεῦγμα τὸ κατὰ τὸν Εὐφράτην συνέτεινε τὴν πορείαν· ἔνθα δὴ καὶ παρὰ τοῦ Πάρθων βασιλέως Βολογέσου πρὸς αὐτὸν ἧκον στέφανον χρυσοῦν ἐπὶ τῇ κατὰ τῶν Ἰουδαίων νίκῃ κομίζοντες. Ὃν δεξάμενος εἱστία τοὺς βασιλικοὺς, κἀκεῖθεν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἐπανέρχεται. Τῆς δὲ βουλῆς καὶ τοῦ δήμου τῶν Ἀντιοχέων πολλὰς ποιησαμένων δεήσεις ἐλθεῖν εἰς τὸ θέατρον αὐτῶν, ἐν ᾧ πᾶν τὸ πλῆθος ἠθροισμένον ἐξεδέχετο, φιλανθρώπως ὑπήκουσε. Πάλιν δ' αὐτῶν σφόδρα λιπαρῶς ἐγκειμένων καὶ συνεχῶς δεομένων ἐξελάσαι τῆς πόλεως τοὺς Ἰουδαίους, εὔστοχον ἐποιήσατο τὴν ἀπόκρισιν, εἰπὼν, « ἀλλ' ἥ γε πατρὶς αὐτῶν εἰς ἣν ἐκβαλεῖν ἐχρῆν ἂν τοὺς « Ἰουδαίους ἀνῄρηται, καὶ δέξαιτ' ἂν οὐδεὶς αὐτοὺς ἔτι « τόπος. » Ἐπὶ δευτέραν οὖν Ἀντιοχεῖς τρέπονται δέησιν τῆς προτέρας ἁμαρτόντες. Τὰς γὰρ χαλκᾶς ἠξίουν δέλτους ἀνελεῖν αὐτὸν, ἐν αἷς γέγραπται τὰ δικαιώματα τῶν Ἰουδαίων. Οὐ μὴν οὐδὲ τοῦτο Τίτος ἐπένευσεν αὐτοῖς, ἀλλ' ἐάσας πάντα κατὰ χώραν τοῖς ἐπ' Ἀντιοχείας Ἰουδαίοις ὡς πρότερον ἔχειν, εἰς Αἴγυπτον ἀπηλλάττετο. (ΙΕ'.) Καὶ κατὰ τὴν πορείαν τοῖς Ἱεροσολύμοις προσελθὼν καὶ τὴν λυπρὰν ἐρημίαν βλεπομένην ἀντιθεὶς τῇ ποτὲ τῆς πόλεως λαμπρότητι, καὶ τὸ μέγεθος τῶν ἐρρηγμένων κατασκευασμάτων, καὶ τὸ πάλαι κάλλος εἰς μνήμην βαλλόμενος, ᾤκτειρε τῆς πόλεως τὸν ὄλεθρον, οὐχ ὥσπερ ἄλλος ἄν τις αὐχῶν ὅτι τηλικαύτην οὖσαν καὶ τοσαύτην εἷλε κατὰ κράτος, ἀλλὰ πολλάκις ἐπαρώμενος τοῖς αἰτίοις τῆς ἀποστάσεως ὑπάρξασι, καὶ ταύτην ἐπὶ τῇ πόλει τὴν τιμωρίαν γενέσθαι παρασκευάσασιν, οὕτως ἔκδηλος ἦν οὐκ ἂν ἐθελήσας ἐκ τῆς συμφορᾶς τῶν κολασθέντων γενέσθαι τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ τὴν ἐπιφάνειαν. Τοῦ δὲ πολλοῦ πλούτου τῆς πόλεως ἔτι κἀν τοῖς ἐρειπίοις οὐκ ὀλίγον μέρος ἀνηυρίσκετο· τὰ μὲν γὰρ πολλὰ ἀνέσκαπτον οἱ Ῥωμαῖοι, τὰ πλείω δ' ἐκ μηνύσεως τῶν αἰχμαλώτων ἀνῃροῦντο, χρυσόν τε καὶ ἄργυρον καὶ τὰ τῆς ἄλλης τιμιώτατα κατασκευῆς, ἅπερ οἱ κεκτημένοι πρὸς τὰς ἀδήλους τοῦ πολέμου τύχας κατὰ γῆς ἀποτεθησαυρίκεσαν.

γ'. Τίτος δὲ τὴν προκειμένην ποιούμενος πορείαν ἐπ' Αἴγυπτον, καὶ τὴν ἔρημον ᾗ τάχιστα διανύσας, ἧκεν

(XIV.) 2. Antiochensium autem populus, audito Titum appropinquare, manere intra mœnia præ gaudio non sustinebant, et obviam ei egredi properabant, et ad stadium usque tricesimum et amplius progressi sunt, non modo viri, sed etiam feminarum multitudo cum liberis, ex urbe effusi. Et quum appropinquantem vidissent, ex utroque viæ latere stantes et dextras inter salutandem tendebant, variisque ominibus eum excipientes cum ipso revertebantur. Omnibus autem acclamationibus continuo mistæ erant preces de Judæis urbe pellendis. Et Titus quidem huic precationi nihil indulsit, sed tacite quæ dicebantur audiebat. Judæi autem, incerti quid sentiret, quidve facturus esset, magno et tristi metu tenebantur. Neque enim commoratus est Antiochiæ Titus, sed e vestigio ad Zeugma, oppidum ad Euphratem situm, iter contendit: ubi missi quidam a Vologeso rege Parthorum ad eum veniebant cum aurea corona, victoriam Judaicam ei gratulantes. Qua accepta, convivio regios adhibebat, atque inde Antiochiam regreditur. Senatu autem et populo Antiocheno multis precibus eum obsecrantibus, ut in ipsorum theatrum veniret, ubi omnis eum multitudo congregata exspectabat, humanissime illis obsequutus est. Rursus autem iisdem vehementer admodum instantibus et crebro postulantibus ut Judæos urbe pelleret, dextre illis respondit, dicens, « at patria illorum, quo revertendum Judæis esset, eversa « est, neque ullus locus est in quo recipiantur. » Ad alteram itaque petitionem convertuntur Antiocheni, priore frustrati. Rogabant enim ut æneas tabulas, quibus jura Judaica inscripta erant, ipse tolleret. Verum ne id quidem Titus eis concessit, sed Judæos Antiochenos omnia quæ prius habuerant in regione tenere passus, ad Ægyptum discedebat. (XV.) Quumque in itinere Hierosolyma venisset, tristemque solitudinem cum antiquæ civitatis splendore compararet, disjectorumque operum magnitudinem et veterem pulchritudinem in memoriam revocaret, miseratus est excidium civitatis, non sicut alius fecisset cum exsultatione, quod talem ac tantam vi expugnasset; verum aliquoties imprecatus defectionis auctoribus, quique in causa fuerant ut hujusmodi pœna urbi infligeretur, ita palam testatus est se nequaquam velle virtutem suam ex punitorum calamitate clarescere. Ingentis autem urbis opulentiæ magna adhuc pars etiam in ruinis reperiebatur: nam multa quidem Romani effodiebant, plura vero ex captivorum indicio auferebantur, aurum atque argentum, aliaque instrumenta pretiosissima, quæ possessores ob incertam belli fortunam terræ mandarant.

3. Titus vero propositum iter ad Ægyptum faciens, emensaque velociter solitudine, Alexandriam perveniebat:

εἰς Ἀλεξάνδρειαν· καὶ πλεῖν ἐπὶ τῆς Ἰταλίας διεγνωκὼς, δυοῖν αὐτῷ ταγμάτων συνηκολουθηκότων, ἑκάτερον ὅθεν περ ἀφῖκτο πάλιν ἀπέστειλεν, εἰς μὲν τὴν Μυσίαν τὸ πέμπτον, εἰς Παννονίαν δὲ τὸ πεντεκαιδέκατον. Τῶν αἰχμαλώτων δὲ τοὺς μὲν ἡγεμόνας Σίμωνα καὶ Ἰωάννην, τόν τε ἄλλον ἀριθμὸν ἑπτακοσίους ἄνδρας ἐπιλέξας μεγέθει τε καὶ κάλλει σωμάτων ὑπερβάλλοντας, προσέταξεν εἰς τὴν Ἰταλίαν αὐτίκα μάλα κομίζεσθαι, βουλόμενος αὐτοὺς ἐν τῷ θριάμβῳ παραγαγεῖν. (IϚ'.) Τοῦ πλοῦ δ' αὐτῷ κατὰ νοῦν ἀνυσθέντος, ὁμοίως μὲν ἡ Ῥώμη περὶ τὴν ὑποδοχὴν εἶχε καὶ τὰς ὑπαντήσεις, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ πατρός. Λαμπρότατον δ' ἦν Τίτῳ καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ ὑπαντῶν καὶ δεχόμενος. Τῷ δὲ πλήθει τῶν πολιτῶν δαιμόνιόν τινα τὴν χαρὰν παρεῖχε τὸ βλέπειν αὐτοὺς ἤδη τοὺς τρεῖς ἐν ταυτῷ γεγονότας. Οὐ πολλῶν δ' ἡμερῶν διελθουσῶν, ἕνα καὶ κοινὸν ἔγνωσαν τὸν ἐπὶ τοῖς κατωρθωμένοις ποιήσασθαι θρίαμβον, καίπερ ἑκατέρῳ τῆς βουλῆς ἴδιον ψηφισαμένης. Προδιασαφηθείσης δὲ τῆς ἡμέρας, ἐφ' ἧς ἔμελλεν ἡ πομπὴ γενήσεσθαι τῶν ἐπινικίων, οὐδεὶς οἴκοι καταλέλειπτο τῆς ἀμέτρου πληθύος ἐν τῇ πόλει· πάντες δ' ὅπῃ καὶ στῆναι μόνον ἦν οἷον προεληλυθότες, τοὺς τόπους κατειλήφεσαν, ὅσον τοῖς ὀφθησομένοις μόνον εἰς πάροδον ἀναγκαίαν καταλιπόντες.

δ'. Τοῦ δὲ στρατιωτικοῦ παντὸς ἔτι νύκτωρ κατὰ λόχους καὶ τάξεις ὑπὸ τοῖς ἡγεμόσι προεξωδευκότος καὶ περὶ θύρας ὄντος, οὐ τῶν ἄνω βασιλείων, ἀλλὰ πλησίον τοῦ τῆς Ἴσιδος ἱεροῦ (ἐκεῖ γὰρ ἀνεπαύοντο τῆς νυκτὸς ἐκείνης οἱ αὐτοκράτορες), περὶ αὐτὴν ἀρχομένην ἤδη τὴν ἕω παρίασιν Οὐεσπασιανὸς καὶ Τίτος δάφνῃ μὲν ἐστεφανωμένοι, πορφυρᾶς δ' ἐσθῆτας πατρίους ἀμπεχόμενοι, καὶ παρίασιν εἰς τοὺς Ὀκταουΐας περιπάτους. Ἐνταῦθα γὰρ ἥ τε βουλὴ καὶ τὰ τέλη τῶν ἀρχόντων οἵ τε ἀπὸ τῶν τιμημάτων ἱππεῖς τὴν ἄφιξιν αὐτῶν ἀνέμενον. Πεποίητο δὲ βῆμα πρὸ τῶν στοῶν, δίφρων αὐτοῖς ἐλεφαντίνων ἐπ' αὐτοῦ κειμένων, ἐφ' οὓς παρελθόντες ἐκαθέσθησαν, καὶ τὸ στρατιωτικὸν εὐθέως ἐπηυφήμει, πολλὰς αὐτοῖς τῆς ἀρετῆς μαρτυρίας ἀποδιδόντες ἅπαντες. Κἀκεῖνοι χωρὶς ὅπλων ἦσαν ἐν ἐσθῆσι σηρικαῖς, ἐστεφανωμένοι δάφναις. Δεξάμενος δ' αὐτῶν τὴν εὐφημίαν Οὐεσπασιανὸς, ἔτι βουλομένων λέγειν, τὸ τῆς σιγῆς ἐποιήσατο σύμβολον. Καὶ πολλῆς ἐκ πάντων ἡσυχίας γενομένης ἀναστὰς, καὶ τῷ περιβλήματι τὸ πλέον τῆς κεφαλῆς μέρος ἐπικαλυψάμενος, εὐχὰς ἐποιήσατο τὰς νενομισμένας· ὁμοίως δὲ καὶ Τίτος ηὔξατο. Μετὰ δὲ τὰς εὐχὰς εἰς κοινὸν ἅπασιν Οὐεσπασιανὸς βραχέα διαλεχθεὶς τοὺς μὲν στρατιώτας ἀπέλυσεν ἐπὶ τὸ νενομισμένον ἄριστον αὐτοῖς ὑπὸ τῶν αὐτοκρατόρων εὐτρεπισθέν· πρὸς δὲ τὴν πύλην αὐτὸς ἀνεχώρει τὴν ἀπὸ τοῦ πέμπεσθαι δι' αὐτῆς ἀεὶ τοὺς θριάμβους τῆς προσηγορίας ἀπ' αὐτῶν τετυχυῖαν. Ἐνταῦθα τροφῆς προαπογεύονται καὶ τὰς θριαμβικὰς ἐσθῆτας ἀμφιασάμενοι τοῖς τε παριδρυμένοις τῇ πύλῃ θύσαντες θεοῖς ἔπεμπον τὸν θρίαμβον, διὰ τῶν θεάτρων

decretoque in Italiam navigare, ex duabus legionibus, quæ illum comitabantur, utramque unde venerant remisit, quintam quidem in Mysiam, decimam vero quintam in Pannoniam. Captivorum autem duces, Simonem et Joannem, et alios numero ad septingentos viros, quos proceritate et elegantia corporum præstantes elegerat, statim in Italiam transportari jussit, eo animo ut illos in triumphum duceret. (XVI.) Peracta vero ut volebat navigatione, similiter Roma eum suscipere gestiebat, eique obviam ire studebat, ac patri. Tito autem maximum in splendorem cedebat, quod pater ei obviam veniret ipse eumque susciperet. Civium vero multitudini divinam quandam lætitiam afferebat, quod jam videret tres ipsos in unum locum convenisse. Non multis autem diebus post, unum et communem triumphum agere ob res prospere gestas statuerunt, quamvis utrique senatus proprium decreverat. Quumque ante declarata esset dies, qua processura erat pompa victoriæ, nemo ex infinita civium multitudine domi remansit: sed omnes quum exissent, spatium ubi tantum stare possent occupaverant, loco duntaxat, quantus spectandis sufficeret, ad transitum necessarium relicto.

4. Quum autem milites omnes, dum adhuc nox esset, per turmas atque ordines progressi fuissent sub ductoribus suis, et circa januas constitissent, non palatii superioris, sed prope Isidis templum (ibi enim imperatores nocte illa quiescebant), quum jam primo dilucesceret, foras prodeunt Vespasianus et Titus, lauro quidem coronati, amicti vero patria veste purpurea, et ad Octaviæ ambulacra progrediuntur. Illic enim senatus et primores magistratuum, virique census equestris adventum illorum exspectabant. Tribunal autem ante porticus factum erat, sellæque eburneæ illis in eo positæ, quibus ascensis consederunt, et milites statim acclamabant, multa virtutis testimonia illis universim reddentes. Atque illi inermes erant veste serica induti, et laureis coronati. Vespasianus autem, ubi illorum acclamationes acceperat, quum adhuc dicere vellent, silentii signum dedit. Magnaque omnium quiete facta surrexit, et amictu majorem capitis partem adopertus, preces solemnes adhibuit; itidemque Titus precatus est. Finitis autem precibus Vespasianus, in commune omnes paucis alloquutus, milites ad prandium more debitum, illis ab imperatoribus apparatum, dimisit: ipse vero ad portam regrediebatur, quæ ex eo, quod per illam semper triumphorum pompa ducitur, nomen accepit. Ibi cibum prius gustabant, et triumphalibus vestibus amicti, diisque ad portam collocatis cæsa hostia, per theatra transeuntes

διεξελαύνοντες, ὅπως εἴη τοῖς πλήθεσιν ἡ θέα ῥᾴων.

(ΙΖ'.) ε'. Ἀμήχανον δὲ κατὰ τὴν ἀξίαν εἰπεῖν τῶν θεαμάτων ἐκείνων τὸ πλῆθος καὶ τὴν μεγαλοπρέπειαν ἐν ἅπασιν οἷς ἄν τις ἐπινοήσειεν, ἢ τεχνῶν ἔργοις, ἢ πλούτου μέρεσιν, ἢ φύσεως σπανιότησι. Σχεδὸν γὰρ ὅσα τοῖς πώποτ' ἀνθρώποις εὐδαιμονήσασιν ἐκτήθη κατὰ μέρος, ἄλλα παρ' ἄλλοις θαυμαστὰ καὶ πολυτελῆ, ταῦτ' ἐπὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἀθρόα τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἔδειξε τὸ μέγεθος. Ἀργύρου γὰρ καὶ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος ἐν παντοίαις ἰδέαις κατασκευασμάτων ἦν ὁρᾷν, οὐχ ὥσπερ ἐν πομπῇ κομιζόμενον, πλῆθος, ἀλλ' ὡς ἂν εἴποι τις ῥέοντα ποταμόν. Καὶ τὰ μὲν ἐκ πορφύρας ὑφάσματα τῆς σπανιωτάτης φερόμενα, τὰ δ' εἰς ἀκριβῆ ζωγραφίαν πεποικιλμένα τῇ Βαβυλωνίων τέχνῃ· λίθοι τε διαφανεῖς, οἱ μὲν χρυσοῖς ἐμπεπλεγμένοι στεφάνοις, οἱ δὲ κατ' ἄλλας ποιήσεις, τοσοῦτοι παρηνέχθησαν, ὥστε μαθεῖν ὅτι μάτην εἶναί τι τούτων σπάνιον ὑπειλήφαμεν. Ἐφέρετο δὲ καὶ θεῶν ἀγάλματα, τῶν παρ' αὐτοῖς μεγέθεσι θαυμαστὰ, καὶ κατὰ τὴν τέχνην οὐ παρέργως πεποιημένα· καὶ τούτων οὐδὲν ὅ τι μὴ τῆς ὕλης τῆς πολυτελοῦς. Ζώων τε πολλαὶ φύσεις παρήγοντο, κόσμον οἰκεῖον ἁπάντων περικειμένων. Ἦν δὲ καὶ τὸ κομίζον ἕκαστα τούτων ἀνθρώπων πλῆθος ἁλουργαῖς ἐσθῆσι καὶ διαχρύσοις κεκοσμημένον, οἵ τ' εἰς αὐτὸ τὸ πομπεύειν διακριθέντες ἐξαίρετον εἶχον καὶ καταπληκτικὴν περὶ αὐτοὺς τοῦ κόσμου τὴν πολυτέλειαν. Ἐπὶ τούτοις οὐδὲ τῶν αἰχμαλώτων ἦν ἰδεῖν ὄχλον ἀκόσμητον· ἀλλ' ἡ τῶν ἐσθήτων ποικιλία, καὶ τὸ κάλλος αὐτῆς τὴν ἀπὸ τῆς κακώσεως τῶν σωμάτων ἀηδίαν ἔκλεπτε τῆς ὄψεως. Θαῦμα δὲ ἐν τοῖς μάλιστα παρεῖχεν ἡ τῶν φερομένων πηγμάτων κατασκευή· καὶ γὰρ διὰ μέγεθος ἦν δεῖσαι τῷ βεβαίῳ τῆς φορᾶς ἀπαντήσαντα. Τριώροφα γὰρ αὐτῶν πολλὰ καὶ τετρώροφα πεποίητο, καὶ τῇ πολυτελείᾳ τῇ περὶ τὴν κατασκευὴν ἦν ἡσθῆναι μετ' ἐκπλήξεως. Καὶ γὰρ ὑφάσματα πολλοῖς διάχρυσα περιεβέβλητο, καὶ χρυσὸς καὶ ἐλέφας οὐκ ἀποίητος πᾶσι περιεπεπήγει. Διὰ πολλῶν δὲ μιμημάτων ὁ πόλεμος ἄλλως εἰς ἄλλα μεμερισμένος ἐναργεστάτην ὄψιν ἑαυτοῦ παρεῖχεν. Ἦν γὰρ ὁρᾷν χώραν μὲν εὐδαίμονα δῃουμένην, ὅλας δὲ φάλαγγας κτεινομένας πολεμίων, καὶ τοὺς μὲν φεύγοντας, τοὺς δ' εἰς αἰχμαλωσίαν ἀγομένους, τείχη δὲ ὑπερβάλλοντα μεγέθει μηχαναῖς ἐρειπόμενα, καὶ φρουρίων ἁλισκομένας ὀχυρότητας, καὶ πόλεων πολυανθρώπων περιβόλους κατ' ἄκρας ἐχομένους, καὶ στρατιὰν ἔνδον τειχῶν εἰσχεομένην, καὶ πάντα φόνου πληθύοντα τόπον, καὶ τῶν ἀδυνάτων χεῖρας ἀνταιρεῖν ἱκεσίας, πῦρ τε ἐνιέμενον ἱεροῖς καὶ κατασκαφὰς οἴκων ἐπὶ τοῖς δεσπόταις, καὶ μετὰ πολλὴν ἐρημίαν καὶ κατήφειαν ποταμοὺς ῥέοντας οὐκ ἐπὶ γῆν γεωργουμένην, οὐδὲ ποτὸν ἀνθρώποις ἢ βοσκήμασιν, ἀλλὰ διὰ τῆς ἔτι πανταχόθεν φλεγομένης. Ταῦτα γὰρ Ἰουδαῖοι πεισομένους αὐτοὺς τῷ πολέμῳ παρέδοσαν. Ἡ τέχνη δὲ καὶ τῶν κατασκευασμάτων ἡ μεγαλουργία τοῖς οὐκ εἰδόσι

triumphum agebant, ut multitudini facilior esset aspectus.

(XVII.) 5. Fieri autem nequit ut pro dignitate enarretur spectaculorum illorum multitudo, et magnificentia in omnibus quibus aliquis animum intenderit, sive artium operibus, sive divitiarum partibus, sive naturæ raritatibus. Nam omnia fere quæ ab hominibus unquam beatis præcipua possessa erant, alia apud alios mirabilia atque magnifica, ista universa illo die Romani imperii magnitudinem ostenderunt. Nam et argenti et auri et eboris in omni operum specie cernere erat non copiam qualis in pompa gestari solet, sed, ut ita dixerim, continuum flumen. Et partim quidem vestes ex purpura rarissima textas portabant, partim vero in accuratissimas picturas arte Babyloniorum variatas; gemmæ etiam, aliæ quidem aureis coronis insertæ, aliæ vero aliis operibus inclusæ, in medium tam magno numero prælatæ erant, ut discere liceret, frustra nos earum aliquid rarum esse existimasse. Etiam deorum simulacra ferebantur, magnitudine apud ipsos mirabilia, et arte eximia elaborata: horumque nihil nisi quod ex pretiosa materia. Insuper animalia diversæ naturæ traducebantur, omnia ornamentis sibi propriis induta. Erant autem etiam qui singula portarent homines multi purpureis vestibus atque inauratis ornati; quique ad pompam fuerant destinati, insignem et admirabilem ornamentorum magnificentiam gerebant. Præterea ne captivorum quidem turbam cernere erat inornatam: sed vestium varietas ejusque pulchritudo natam ex fatigatione corporum deformitatem oculis subtrahebat. Maximæ autem admirationi erat ferculorum quæ portabantur apparatus: nam et propter magnitudinem de gestationis firmitate metuebat quicunque occurrerit. Multa quippe in tertium tabulatum quartumque surrexerunt: et magnificentia fabricæ delectationem simul afferebat et stuporem incutiebat. Nam et in multis amictus erat auratæ vestis, et argentum atque ebur factum omnibus affixum erat. Multis autem ad imitationem factis bellum, aliter in alia divisum, sese in conspectum manifestissimum dedit. Erat enim cernere, vastari quidem beatissimam terram, totas vero interfici acies hostium, et alios fugere, alios captivos duci, murosque magnitudine insignes machinis dirui, et castellorum munimina exscindi, et populosarum civitatum mœnia in summis jugis superari, exercitumque intra muros infundi, et loca omnia cædis plena, eosque qui manibus resistere non poterant ad preces conversos, atque ignem templis immissum, ædiumque super dominos eversionem; et post multam tristemque desolationem fluvios non in arva culta decurrentes, neque ad hominum vel pecorum potum, sed per terram adhuc undique ardentem. Hæc enim passuros se Judæi in bellum dederunt. Ars vero operumque magnificentia, quæ tunc facta erant nescientibus, haud secus ac si præsentes fuissent, ostendebant.

τὰ γινόμενα τότε ἐδείκνυεν ὡς παροῦσι. Τέτακτο δ' ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πηγμάτων ὁ τῆς ἁλισκομένης πόλεως στρατηγὸς, ὃν τρόπον ἐλήφθη. Πολλαὶ δὲ καὶ νῆες εἵποντο. Λάφυρα δὲ τὰ μὲν ἄλλα χύδην ἐφέρετο· διέπρεπε δὲ πάντων τὰ ἐγκαταληφθέντα τῷ ἐν Ἱεροσολύμοις ἱερῷ, χρυσῆ τε τράπεζα τὴν ὁλκὴν πολυτάλαντος, καὶ λυχνία χρυσοῦ μὲν ὁμοίως πεποιημένη· τὸ δὲ ἔργον ἐξήλλακτο τῆς κατὰ τὴν ἡμετέραν χρῆσιν συνηθείας. Ὁ μὲν γὰρ μέσος ἦν κίων ἐκ τῆς βάσεως πεπηγὼς, λεπτοὶ δ' ἀπ' αὐτοῦ μεμήκυντο καυλίσκοι, τριαίνης σχήματι παραπλησίαν τὴν θέσιν ἔχοντες, λύχνον ἕκαστος αὐτῶν ἐπ' ἄκρων κεχαλκευμένος· ἑπτὰ δ' ἦσαν οὗτοι, τῆς παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἑβδομάδος τὴν τιμὴν ἐμφανίζοντες. Ὅ τε νόμος ὁ τῶν Ἰουδαίων ἐπὶ τούτοις ἐφέρετο τῶν λαφύρων τελευταῖος. Ἐπὶ τούτοις παρῄεσαν πολλοὶ, νίκης ἀγάλματα κομίζοντες· ἐξ ἐλέφαντος δ' ἦν πάντων καὶ χρυσοῦ ἡ κατασκευή. Μεθ' ἃ Οὐεσπασιανὸς ἤλαυνε πρῶτος, καὶ Τίτος εἵπετο, Δομετιανὸς δὲ παρίππευεν, αὐτός τε διαπρεπῶς κεκοσμημένος καὶ τὸν ἵππον παρέχων θέας ἄξιον.

(ΙΗ'.) ς'. Ἦν δὲ τῆς πομπῆς τὸ τέλος ἐπὶ τὸν νεὼν τοῦ Καπετωλίου Διὸς, ἐφ' ὃν ἐλθόντες ἔστησαν. Ἦν γὰρ παλαιὸν πάτριον περιμένειν, μέχρις ἂν τὸν τοῦ στρατηγοῦ τῶν πολεμίων θάνατον ἀπαγγείλῃ τις. Σίμων οὗτος ἦν ὁ Γιώρα, τότε πεπομπευκὼς ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις, βρόχῳ δὲ περιβληθεὶς εἰς τὸν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἐσύρετο τόπον, αἰκιζομένων αὐτὸν ἅμα τῶν ἀγόντων. Νόμος δ' ἐστὶ Ῥωμαίοις ἐκεῖ κτείνειν τοὺς ἐπὶ κακουργίᾳ θάνατον κατεγνωσμένους. Ἐπεὶ δ' ἀπηγγέλθη τέλος ἔχων καὶ πάντες ηὐφήμησαν, ἤρχοντο τῶν θυσιῶν, ἃς ἐπὶ ταῖς νομιζομέναις καλλιερήσαντες εὐχαῖς ἀπῄεσαν εἰς τὸ βασίλειον. Καὶ τοὺς μὲν αὐτοὶ πρὸς εὐωχίαν ὑπεδέχοντο, τοῖς δ' ἄλλοις ἅπασιν εὐπρεπεῖς κατὰ τὸ οἰκεῖον αἱ τῆς ἑστιάσεως ἦσαν παρασκευαί. Ταύτην γὰρ τὴν ἡμέραν ἡ Ῥωμαίων πόλις ἑώρταζεν, ἐπινίκιον μὲν τῆς κατὰ τῶν πολεμίων στρατείας, πέρας δὲ τῶν ἐμφυλίων κακῶν, ἀρχὴν δὲ τῶν ὑπὲρ τῆς εὐδαιμονίας ἐλπίδων.

(ΙΘ'.) ζ'. Μετὰ δὲ τοὺς θριάμβους καὶ τὴν βεβαιοτάτην τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας κατάστασιν Οὐεσπασιανὸς ἔγνω τέμενος Εἰρήνης κατασκευάσαι, ταχὺ δὲ δὴ μάλα καὶ πάσης ἀνθρωπίνης κρεῖττον ἐπινοίας ἐτετελείωτο. Τῇ γὰρ ἐκ τοῦ πλούτου χορηγίᾳ δαιμονίῳ χρησάμενος, ἔτι καὶ τοῖς ἔκπαλαι κατωρθωμένοις, γραφῆς τε καὶ πλαστικῆς ἔργοις αὐτὸ κατεκόσμησε. Πάντα γὰρ εἰς ἐκεῖνον τὸν νεὼν συνήχθη καὶ κατετέθη, δι' ὧν τὴν θέαν ἄνθρωποι πρότερον περὶ πᾶσαν ἐπλανῶντο τὴν οἰκουμένην, ὡς ἄλλο παρ' ἄλλοις ἦν κείμενον ἰδεῖν ποθοῦντες. Ἀνέθηκε δ' ἐνταῦθα καὶ τὰ ἐκ τοῦ ἱεροῦ τῶν Ἰουδαίων χρυσᾶ κατασκευάσματα, σεμνυνόμενος ἐπ' αὐτοῖς. Τὸν δὲ νόμον αὐτῶν καὶ τὰ πορφυρᾶ τοῦ σηκοῦ καταπετάσματα προσέταξεν ἐν τοῖς βασιλείοις ἀποθεμένους φυλάττειν.

Erat autem per singula fercula captæ civitatis dux, quo modo captus erat, collocatus. Etiam naves multæ sequebantur. Spolia vero alia quidem passim ferebantur: omnia autem supereminebant quæ in templo erant Hierosolymitano deprehensa; mensa aurea quæ pondere plura talenta æquabat, et lychnuchus ex auro similiter constructus, sed opere diverso a nostri usus consuetudine. Nam medius quidem stipes basi impactus surgebat, et tenues ab eo rami producebantur, ad fuscinæ similitudinem positi, in quorum singulorum apice lychnus erat fabricatus: erant autem isti septem, numeri septenarii honorem apud Judæos indicantes. Post hæc lex etiam Judæorum, ultimum spoliorum, portabatur. Deinde transibant multi victoriæ simulacra gestantes; omnia ex auro et ex ebore facta. Post hæc proxime equo vehebatur Vespasianus, et sequebatur Titus; Domitianus autem cum illis equitabat, et ipse splendide vestitus, et equo conspicuus admodum specioso.

(XVIII.) 6. Finis autem pompæ erat ad templum Jovis Capitolini, quo quum pervenissent constitere. Erat enim vetus mos patrius illic manere paulisper, donec ducis hostium mors ab aliquo nunciaretur. Is autem erat Simon Gioræ filius, hinc inter captivos in pompa traductus; laqueo vero circumdatus in locum foro imminentem trahebatur, simul virgis mulcatus ab iis qui eum ducebant. Lex autem Romanis est ut ibi necentur ob maleficia morte damnati. Postquam autem eum vitæ finem habere nunciatum est, et læte acclamarant universi, ex eo cœperunt sacra facere; quumque adhibitis precibus solemnibus litassent, in palatium recesserunt. Et alios quidem epulis ipsi exceperunt; aliis autem omnibus domi instructi erant lauti conviviorum apparatus. Hunc enim diem celebrabat urbs Romana victoriæ ergo in expeditione contra hostes reportatæ, finisque malorum civilium, bonæque spei initæ de felicitate.

(XIX.) 7. Post triumphos vero et firmam imperii Romani constitutionem Vespasianus statuit Paci templum ædificare: fecitque cito admodum, et pulchrius meliusque omni opinione perfecit. Magnis enim opibus largiter in hanc rem usus, et priscorum etiam præclara omnia adhibens, picturis et statuis pulcherrimis illud adornavit. Omnia enim in hoc templum collata et disposita erant, quorum visendorum studio homines antea per totum terrarum orbem vagabantur, quo modo aliud apud alios se haberet, videre cupientes. Posuit autem hic etiam illa e Judæorum templo vasa et instrumenta aurea, de iis se efferens. Legem vero eorum, et vela tabernaculi purpurea, in palatio reposita servari præcepit.

ΚΕΦ. Ϛ'.

Εἰς δὲ τὴν Ἰουδαίαν πρεσβευτὴς Λουκίλιος Βάσσος ἐκπεμφθεὶς καὶ τὴν στρατιὰν παρὰ Κερεαλίου Οὐϊτελλιανοῦ παραλαβὼν τὸ μὲν ἐν τῷ Ἡρωδείῳ φρούριον προσηγάγετο μετὰ τῶν ἐχόντων· μετὰ ταῦτα δὲ πᾶν ὅσον ἦν στρατιωτικὸν συναγαγὼν (πολὺ δ' ἦν κατὰ μέρη διῃρημένον) καὶ τῶν ταγμάτων τὸ δέκατον, ἔγνω στρατεύειν ἐπὶ Μαχαιροῦντα. Πάνυ γὰρ ἦν ἀναγκαῖον ἐξαιρεθῆναι τὸ φρούριον, μὴ διὰ τὴν ὀχυρότητα πολλοὺς εἰς ἀπόστασιν ἐπαγάγηται· καὶ γὰρ τοῖς κατέχουσι βεβαίαν ἐλπίδα σωτηρίας καὶ τοῖς ἐπιοῦσιν ὄκνον καὶ δέος ἡ τοῦ χωρίου φύσις ἦν παρασχεῖν ἱκανωτάτη. (ΚΑ'.) Αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ τετειχισμένον πετρώδης ὄχθος ἐστὶν, εἰς μήκιστον ὕψος ἐγηγερμένος, ὡς εἶναι καὶ διὰ τοῦτο δυσχείρωτος. Μεμηχάνηται δ' ὑπὸ τῆς φύσεως εἶναι μηδὲ προσιτός· φάραγξι γὰρ πάντοθεν ἀσύνοπτον ἐχούσαις τὸ βάθος περιτετάφρευται, μήτε περαθῆναι ῥᾳδίως δυναμέναις, καὶ χωσθῆναι παντάπασιν ἀμηχάνοις. Ἡ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας περιτέμνουσα παρατείνει σταδίους ἑξήκοντα, πέρας αὐτῆς τὴν Ἀσφαλτῖτιν ποιουμένη λίμνην (κατὰ τοῦτο δέ πῃ καὶ αὐτὸς ὁ Μαχαιροῦς τὴν ὑψηλοτάτην ἔχει κορυφὴν ὑπερανίσχουσαν)· αἱ δὲ ἀπὸ τῆς ἄρκτου καὶ μεσημβρίας φάραγγες μεγέθει μὲν ἀπολείπονται τῆς προειρημένης, ὁμοίως δ' εἰσὶν ἀμήχανοι πρὸς ἐπιχείρησιν. Τῆς δὲ πρὸς τὴν ἀνατολὴν φάραγγος τὸ μὲν βάθος οὐκ ἔλαττον ἑκατὸν εὑρίσκεται πηχῶν, τέρμα δὲ γίνεται πρὸς ὄρος ἀπαντικρὺ κείμενον Μαχαιροῦντος.

β'. Ταύτην τοῦ τόπου κατιδὼν τὴν φύσιν βασιλεὺς Ἰουδαίων Ἀλέξανδρος πρῶτος ἐπ' αὐτοῦ τειχίζει φρούριον, ὃ μετὰ ταῦτα Γαβίνιος Ἀριστοβούλῳ πολεμῶν καθεῖλεν. Ἡρώδῃ δὲ βασιλεύοντι παντὸς ἔδοξε μᾶλλον ἐπιμελείας ἄξιον εἶναι καὶ κατασκευῆς ὀχυρωτάτης, μάλιστα καὶ διὰ τὴν τῶν Ἀράβων γειτνίασιν· κεῖται γὰρ ἐν ἐπικαίρῳ πρὸς τὴν ἐκείνων γῆν ἀποβλέπων. Μέγαν μὲν οὖν τόπον τείχεσι καὶ πύργοις περιβαλὼν πόλιν ἐνταῦθα κατῴκισεν, ἐξ ἧς ἄνοδος εἰς αὐτὴν ἔφερε τὴν ἀκρώρειαν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ αὐτὴν ἄνω τὴν κορυφὴν τεῖχος ἐδείματο καὶ πύργους ἐπὶ ταῖς γωνίαις ἑκατὸν ἑξήκοντα πηχῶν ἀνέστησε. Μέσον δὲ τοῦ περιβόλου βασίλειον ᾠκοδομήσατο, μεγέθει τε καὶ κάλλει τῶν οἰκήσεων πολυτελές, πολλὰς δὲ καὶ δεξαμενὰς εἰς ὑποδοχὴν ὕδατος καὶ χορηγίαν ἄφθονον, ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις τῶν τόπων κατεσκεύασεν, ὥσπερ πρὸς τὴν φύσιν ἁμιλληθεὶς, ἵν' αὐτὸς τὸ κατ' ἐκείνην τοῦ τόπου δυσάλωτον ὑπερβάληται ταῖς χειροποιήτοις ὀχυρώσεσιν· ἔτι τε γὰρ καὶ βελῶν πλῆθος καὶ μηχανημάτων ἐγκατέθετο καὶ πᾶν ἐπενόησεν ἑτοιμάσασθαι τὸ παρασχεῖν δυνάμενον τοῖς ἐνοικοῦσι μηκίστης πολιορκίας καταφρόνησιν.

(ΚΒ'.) γ'. Ἐπεφύκει δ' ἐν τοῖς βασιλείοις καὶ πήγανον ἄξιον τοῦ μεγέθους θαυμάσαι· συκῆς γὰρ οὐδεμιᾶς

CAP. VI. (XX.)

In Judæam vero legatus missus Lucilius Bassus cum exercitu quem a Cereali Vitelliano acceperat, castellum quidem Herodeum cum præsidio deditione capiebat: post autem, copiis omnibus militaribus collectis (multas enim in partes divisæ erant), interque eas legione decima, statuit exercitum educere contra Machæruntem. Quippe omnino necesse erat exscindi castellum, ne multos ob firmitatem ad defectionem moveret: nam et salutis spem certam illud tenentibus, et aggredientibus cunctationem atque formidinem ex natura loci maxime afferre poterat. (XXI.) Nam quod muro cingitur, saxosus est collis in maximam altitudinem evectus, adeo ut difficulter admodum capi potuerit. Quin et a natura ita paratum erat, ut nullus in id pateret accessus; utpote vallibus quasi fossis undique cinctum in quarum altitudinem oculi penetrare non poterant, neque facile transeundis, nulloque modo terræ aggestione complendis. Nam ea quæ ab occidente secat vallis per sexaginta stadia diffunditur, lacum Asphaltiten sibi limitem faciens (et hac parte ipse Machærus altissimum verticem habet supereminentem): a septemtrione autem et meridie valles magnitudine quidem a prædicta superantur, similiter vero sunt inexpugnabiles. Ejus autem quæ ab oriente est vallis profunditas quidem non minor centum cubitis invenitur: terminatur vero monte ex adverso Machæruntis posito.

2. Alexander rex Judæorum, conspecta loci natura, primus in eo castellum munivit; quod postea Gabinius, bellum gerens contra Aristobulum, demolitus est. Herodi autem regnanti visum est omni loco dignius, cui adhiberetur cura et constructio validissima, maximeque propter Arabum vicinitatem: nam commode situm erat, illorum terram prospectans. Et magno quidem loco quum murum circumdedisset et turres, urbem illic condidit, unde in arcem ipsam patebat ascensus. Verumtamen et circa ipsum verticem superædificavit murum, turresque in angulis centum sexagenorum cubitorum erexit. In medio autem ambitu regiam exstruxit, conspicuam magnitudine et pulchritudine conclavium: insuper et multas cisternas, in locis maxime idoneis ad aquam excipiendam abundeque suppeditandam, paravit, certamine ab ipso veluti cum natura inito, ut quod illa situ loci inexpugnabile fecerat, ipse manu structis munitionibus superaret. Insuper enim et sagittarum multitudinem et machinarum reposuit, animumque adjecit ad ea omnia paranda, quibus incolas faceret contemptui habere longissimam obsidionem.

(XXII.) 3. In ipsa quoque regia olim fuerat ruta mirandæ magnitudinis: a nulla enim ficu vel altitudine vel crassitu-

ὕψους καὶ πάχους ἀπελείπετο. Λόγος δ' ἦν ἀπὸ τῶν Ἡρώδου χρόνων αὐτὸ διαρκέσαι, κἂν ἐπὶ πλεῖστον ἴσως ἔμεινεν· ἐξεκόπη δ' ὑπὸ τῶν παραλαβόντων τὸν τόπον Ἰουδαίων. (ΚΓ'.) Τῆς φάραγγος δὲ τῆς κατὰ τὴν ἄρκτον περιεχούσης τὴν πόλιν Βαάρας ὀνομάζεταί τις τόπος, φύει τε ῥίζαν ὁμωνύμως λεγομένην αὐτῷ. Αὕτη φλογὶ μὲν τὴν χροιὰν ἔοικε, περὶ δὲ τὰς ἑσπέρας σέλας ἀπαστράπτουσα τοῖς ἐπιοῦσι καὶ βουλομένοις λαβεῖν αὐτὴν οὐκ ἔστιν εὐχείρωτος, ἀλλ' ὑποφεύγει, καὶ οὐ πρότερον ἵσταται πρὶν ἄν τις οὖρον γυναικὸς ἢ τὸ ἔμμηνον αἷμα χέῃ κατ' αὐτῆς· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τότε τοῖς ἁψαμένοις πρόδηλός ἐστι θάνατος, εἰ μὴ τύχοι τις αὐτὴν ἐκείνην ἐπενεγκάμενος τὴν ῥίζαν ἐκ τῆς χειρὸς ἀπηρτημένην. Ἁλίσκεται δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον ἀκινδύνως, ὅς ἐστι τοιόσδε. Κύκλῳ πᾶσαν αὐτὴν περιορύσσουσιν, ὡς εἶναι τὸ κρυπτόμενον τῆς ῥίζης βραχύτατον, εἶτ' ἐξ αὐτῆς ἀποδοῦσι κύνα, κἀκείνου τῷ δήσαντι συνακολουθεῖν ὁρμήσαντος, ἡ μὲν ἀνασπᾶται ῥᾳδίως, θνήσκει δ' εὐθὺς ὁ κύων, ὥσπερ ἀντιδοθεὶς τοῦ μέλλοντος τὴν βοτάνην ἀναιρήσεσθαι. Φόβος γὰρ οὐδεὶς τοῖς μετὰ ταῦτα λαμβάνουσιν. Ἔστι δὲ μετὰ τοσούτων κινδύνων διὰ μίαν ἰσχὺν περισπούδαστος· τὰ γὰρ καλούμενα δαιμόνια (ταῦτα δὲ πονηρῶν ἐστιν ἀνθρώπων πνεύματα) τοῖς ζῶσιν εἰσδυόμενα καὶ κτείνοντα τοὺς βοηθείας μὴ τυγχάνοντας, αὕτη ταχέως ἐξελαύνει, κἂν προσενεχθῇ μόνον τοῖς νοσοῦσι. Ῥέουσι δὲ καὶ θερμῶν ὑδάτων πηγαὶ κατὰ τὸν τόπον πολὺ τὴν γεῦσιν ἀλλήλων διαφέρουσαι. Πικραὶ μὲν γὰρ αὐτῶν τινές εἰσιν, αἱ δὲ γλυκύτητος οὐδὲν ἀπολείπουσι. Πολλαὶ δὲ καὶ ψυχρῶν ὑδάτων ἀναδόσεις οὐ μόνον ἐν τῷ χθαμαλωτέρῳ τὰς πηγὰς παραλλήλους ἔχουσιν, ἀλλ' ὡς ἂν καὶ μᾶλλόν τις θαυμάσειε· σπήλαιον γάρ τι πλησίον ὁρᾶται κοιλότητι μὲν οὐ βαθὺ, τῇ πέτρᾳ δὲ προὐχούσῃ σκεπόμενον· ταύτης ἄνωθεν ὡσανεὶ μαστοὶ δύο ἀνέχουσιν, ἀλλήλων ὀλίγῳ διεστῶτες, καὶ ψυχροτάτην μὲν ἅτερος πηγὴν, ἅτερος δὲ θερμοτάτην ἐκδίδωσιν· αἳ μισγόμεναι ποιοῦσι λουτρὸν ἥδιστον παιώνιόν τε νοσημάτων, πολλῷ δὲ μάλιστα νεύρων ἄκεσιν. Ἔχει δ' ὁ τόπος καὶ θείου καὶ στυπτηρίας μέταλλα.

(ΚΕ'.) δ'. Βάσσος δὲ πάντῃ περισκεψάμενος τὸ χωρίον ἔγνω ποιεῖσθαι τὴν πρόσοδον, χωννὺς τὴν φάραγγα τὴν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς· καὶ τῶν ἔργων εἴχετο, σπουδὴν ποιούμενος ᾗ τάχος ἐξᾶραι τὰ χώματα, καὶ δι αὐτῶν ῥᾳδίαν ποιῆσαι τὴν πολιορκίαν. Οἱ δ' ἔνδον ἀπειλημμένοι τῶν Ἰουδαίων, αὐτοὶ καθ' ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν ξένων διακριθέντες, ἐκείνους μὲν ἠνάγκασαν, ὄχλον ἄλλως εἶναι νομίζοντες, ἐν τῇ κάτω πόλει παραμένειν καὶ τοὺς κινδύνους προεκδέχεσθαι, τὸ δ' ἄνω φρούριον αὐτοὶ καταλαβόντες εἶχον, καὶ διὰ τὴν ἰσχὺν τῆς ὀχυρότητος καὶ προνοίᾳ τῆς σωτηρίας αὐτῶν· τεύξεσθαι γὰρ ἀφέσεως ὑπελάμβανον, εἰ τὸ χωρίον Ῥωμαίοις ἐγχειρίσειαν. Πείρᾳ δὲ πρότερον ἐβούλοντο τὰς ὑπὲρ τοῦ διαφεύξεσθαι τὴν πολιορκίαν ἐλπίδας

dine superabatur. Ferebant etiam eam ab Herodis durasse temporibus, et longissimo forsan tempore mansisset; sed a Judæis, qui locum illum occuparant, excisa erat. (XXIII.) Vallis autem, qua civitas a septemtrione cingitur, locus quidam Baaras appellatur, gignitque radicem ejusdem nominis. Illa colore flammæ assimulari visa est, circa vesperam vero jubar quoddam ejaculari. Accedentibus eamque evellere cupientibus captu haud facilis est, sed refugit, nec prius se sistit, quam quis urinam mulieris aut sanguinem menstruum affuderit: ac tum iis qui eam attigerint indubia mors imminet, nisi quis forte illam ipsam radicem ferat de manu suspensam. Capitur etiam alio modo sine periculo, qui talis est. Undique eam circumfodiunt, ut radicis quam minimum terra tegatur: deinde canem ei alligant, qui quum eum, a quo ligatus est, comitari cupit, illa quidem facile evellitur, canis vero continuo moritur, tanquam vice ejus a quo herba tollenda erat traditus. Accipientibus vero eam post nihil est metus. Expetitur autem propter unam virtutem tantis periculis. Nam quæ dæmonia vocantur (hæc autem malorum hominum spiritus sunt) et viventes intrant, eosque necant quibus nihil auxilii præsto est, ipsa statim, si modo ægrotantibus admoveatur, abigit. Fluunt autem ex eo loco aquarum quoque calidarum fontes, multum inter se sapore diversi. Nam alii quidem amari sunt, alii vero nihil dulcedinis desiderant. Multæ etiam frigidarum aquarum eruptiones non modo in humilioribus locis non longe a se invicem fiunt, sed, quod amplius quis miretur, in proximo quædam spelunca cernitur, non quidem magnæ profunditatis, saxo autem prominente tecta: super hoc duæ quasi mammæ eminent inter se paululum distantes; et ex altera quidem frigidissimus fons scaturit, altera vero calidissimum fundit: qui mixti lavacrum suavissimum præbent, morbis curandis, omnium vero maxime nervis roborandis idoneum. Habet etiam locus hic et sulphuris et aluminis metalla.

(XXV.) 4. Bassus autem, castellum undique contemplatus, accessum parare statuit, vallem orientalem terra aggesta complens: operique se admovebat, properans quam celerrime aggeres erigere, perque eos facilem ad oppugnationem viam sternere. Judæi autem qui intus erant obsessi, quum se a peregrinis separassent, illos quidem inane vulgus esse existimantes, in urbe inferiore manere coegerunt ac pericula priores excipere; superius autem castellum ipsi occupatum tenebant, et propter munitionis firmitatem, et ut saluti suæ consulerent: impetraturos enim se veniam opinabantur, si castellum Romanis traderent. Periculo autem facto prius volebant spem arguere, quam de obsidione decli

ἐλέγξαι. Διὰ τοῦτο καὶ προθύμως ἐποιοῦντο τὰς ἐξόδους ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν, καὶ τοῖς τυχοῦσι συμπλεκόμενοι πολλοὶ μὲν ἔθνησκον, πολλοὺς δὲ τῶν Ῥωμαίων ἀνῄρουν. Ἀεὶ δὲ τοῦ κρατεῖν ὁ καιρὸς ἐβράβευεν ἑκατέροις τὸ πλέον, τοῖς μὲν Ἰουδαίοις, εἰ πρὸς ἀφυλακτοτέρους προσπέσοιεν, τοῖς δὲ ἐπὶ τῶν χωμάτων προϊδομένοις, εἰ τὴν ἐκδρομὴν αὐτῶν δέχοιντο πεφραγμένως. Ἀλλ' οὐκ ἐν τούτοις ἔμελλε γενήσεσθαι τὸ πέρας τῆς πολιορκίας. Ἔργον δέ τι πραχθὲν ἐκ συντυχίας παράλογον τῆς παραδόσεως τοῦ φρουρίου τὴν ἀνάγκην ἐπέστησε τοῖς Ἰουδαίοις. Ἦν ἐν τοῖς πολιορκουμένοις νεανίας τολμῆσαί τε θρασὺς καὶ κατὰ χεῖρα δραστήριος, Ἐλεάζαρος ὄνομα. Ἐγεγόνει δ' οὗτος ἐν ταῖς ἐκδρομαῖς ἐπιφανής, τοὺς πολλοὺς ἐξιέναι καὶ κωλύειν τὴν χῶσιν παρακαλῶν καὶ κατὰ τὰς μάχας πολλὰ καὶ δεινὰ τοὺς Ῥωμαίους διατιθείς, τοῖς δὲ σὺν αὐτῷ τολμῶσιν ἐπεκτρέχειν ῥᾳδίαν μὲν τὴν προσβολὴν τιθέμενος, ἀκίνδυνον δὲ παρέχων τὴν ἀναχώρησιν τῷ τελευταῖος ἀπιέναι. Καὶ δή ποτε τῆς μάχης διακριθείσης καὶ γεγονυίας ἀμφοτέρων ἀναχωρήσεως αὐτός, ἅτε δὴ περιφρονῶν καὶ νομίζων οὐκ ἂν ἔτι τῶν πολεμίων οὐδένα τότε μάχης ἄρξειν, μείνας τῶν πυλῶν ἔξω, τοῖς ἐπὶ τοῦ τείχους διελάλει, καὶ πᾶς πρὸς ἐκείνους τὴν διάνοιαν ἦν. Ὁρᾷ δὲ τὸν καιρὸν τοῦ Ῥωμαικοῦ τις στρατοπέδου Ῥοῦφος, γένος Αἰγύπτιος· καὶ μηδενὸς ἂν προσδοκήσαντος ἐξαίφνης ἐπιδραμών, σὺν αὐτοῖς ἀράμενος αὐτὸν τοῖς ὅπλοις, ἕως κατεῖχε τοὺς ἀπὸ τῶν τειχῶν ἰδόντας ἔκπληξις, φθάνει τὸν ἄνδρα μεταθεὶς πρὸς τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον. Τοῦ δὲ στρατηγοῦ κελεύσαντος γυμνὸν διαλαβεῖν αὐτόν, καὶ καταστήσαντας εἰς τὸ φανερώτατον τοῖς ἐκ τῆς πόλεως ἀποβλέπουσι μάστιξιν αἰκίζεσθαι, σφόδρα τοὺς Ἰουδαίους τὸ περὶ τὸν νεανίαν πάθος συνέχεεν, ἀθρόα τε ἡ πόλις ἀνῴμωξε καὶ θρῆνος ἦν μείζων ἢ καθ' ἑνὸς ἀνδρὸς συμφοράν. Τοῦτο συνιδὼν ὁ Βάσσος κατὰ τῶν πολεμίων ἀρχὴν ἐποιήσατο στρατηγήματος, καὶ βουληθεὶς αὐτῶν ἐπιτεῖναι τὸ περιαλγές, ἵνα βιασθῶσιν ἀντὶ τῆς σωτηρίας τἀνδρὸς ποιήσασθαι τοῦ φρουρίου παράδοσιν, τῆς ἐλπίδος οὐ διήμαρτεν. Ὁ μὲν γὰρ προσέταξε καταπηγνύναι σταυρόν, ὡς αὐτίκα κρεμῶν τὸν Ἐλεάζαρον. Τοῖς δ' ἀπὸ τοῦ φρουρίου τοῦτο θεασαμένοις ὀδύνη τε πλείων προσέπεσε καὶ διωλύγιον ἀνῴμωζον, οὐκ ἀνασχετὸν εἶναι τὸ πάθος βοῶντες. Ἐνταῦθα δὴ τοίνυν Ἐλεάζαρος ἱκέτευεν αὐτοὺς μήτ' αὐτὸν περιιδεῖν ὑπομείναντα θανάτων τὸν οἴκτιστον καὶ σφίσιν αὐτοῖς τὴν σωτηρίαν παρασχεῖν τῇ Ῥωμαίων εἴξαντας ἰσχύϊ καὶ τύχῃ, μετὰ πάντας ἤδη κεχειρωμένους. Οἱ δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἐκείνου λόγους κατακλώμενοι, καὶ πολλῶν ἔνδον ὑπὲρ αὐτοῦ δεομένων (ἦν γὰρ ἐκ μεγάλης καὶ σφόδρα πολυανθρώπου συγγενείας) παρὰ τὴν αὐτῶν φύσιν εἰς οἶκτον ἐνέδωκαν· καί τινας ἐξαποστείλαντες κατὰ τάχος διελέγοντο ποιεῖσθαι τὴν παράδοσιν τοῦ φρουρίου, ἀξιοῦντες ἵνα ἀδεεῖς ἀπαλλάττωνται, κομισάμενοι τὸν Ἐλεάζαρον. Δεξαμένων δὲ

nanda habere possent. Ideoque alacri animo quotidianas eruptiones fecerunt; et, cum obviis congressi, multi quidem perierunt, Romanorumque multos occiderunt. Semper autem utrisque plus victoriæ ex tempore tribuebatur, Judæis quidem quum minus cautos et imparatos adorirentur, in aggeribus autem positis, si provisum excursum eorum bene septi armis exciperent. Sed non is futurus erat obsidionis finis. Res autem quædam fortuita inopinatam castelli tradendi necessitatem imposuit Judæis. Erat inter obsessos juvenis, audacia ferox, et manu strenuus, nomine Eleazarus. Is autem fuerat in excursionibus conspicuus, plurimosque ut exirent et aggeris exstructionem prohiberent hortari solebat, et in præliis multas gravesque Romanis clades inferebat: quin et iis qui cum ipso excursiones facere audebant, primam impressionem facilem, et viam receptui tutam reddebat, novissimus recedendo. Aliquando autem prælio dirempto et utrinque discessione facta, ille, tanquam despiciens omnes, et existimans neminem tunc hostium ad prælium lacessiturum esse, extra portas remansit, et in muro stantes alloquebatur, omni cogitatione in illos defixus. Hanc autem opportunitatem animadvertit Rufus quidam Romanus miles, genere Ægyptius; et, quum nemo exspectaret, subito accurrens illum cum ipsis armis sublatum, dum hoc viso stantes in muros stupor teneret, celeriter hominem in castra Romanorum transfert. Quem quum dux comprehensum nudari præcepisset, et planissime conspectui civium expositum flagris cædi jussisset, vehementer Judæos confudit casus adolescentis, et universa civitas ingemuit, majorque erat lamentatio quam pro unius viri calamitate. Quod ubi Bassus animadvertit, adversus hostes cœpit strategema adhibere, quumque vellet eorum miserationem ita augere, ut pro salute viri cogerentur castelli traditionem facere, de spe non decidit. Nam crucem defigi jussit, quasi Eleazarum statim in ea suspensurus. Quo conspectu, ii qui in castello erant, magis doluerunt, maximis suspiriis editis, non ferendam esse calamitatem vociferantes. Tunc igitur Eleazarus eos rogabat, ne ipsum mortem miserrimam subire sinerent, et suæ ipsorum saluti consulentes Romanorum viribus et fortunæ cederent, omnibus jam subactis. Illi autem, Et Eleazari verbis fracti et multorum in castello pro eo deprecantium precibus (erat enim ex magna et populosa familia), præter indolem suam misericordiæ cesserunt: et quibusdam statim missis illos alloquebantur, se velle castelli deditionem facere, si accepto Eleazaro salvis discedere liceret. Quam conditionem ubi Romani et dux

τῶν Ῥωμαίων καὶ τοῦ στρατηγοῦ ταῦτα, τὸ πλῆθος τῶν ἐν τῇ κάτω πόλει τὴν γεγενημένην ἰδίᾳ τοῖς Ἰουδαίοις πυθόμενοι σύμβασιν αὐτοὶ κατὰ νύκτα λαθόντες ἔγνωσαν ἀποδρᾶναι. Τὰς πύλας δ' αὐτῶν ἀνοιξάντων παρὰ τῶν τὴν ὁμολογίαν πεποιημένων πρὸς τὸν Βάσσον ἧκε μήνυσις, εἴτ' οὖν τῆς σωτηρίας αὐτοῖς φθονησάντων εἴτε καὶ διὰ δέος μὴ τὴν αἰτίαν αὐτοὶ λάβωσι τῆς ἐκείνων ἀποδράσεως. Οἱ μὲν οὖν ἀνδρειότατοι τῶν ἐξιόντων ἔφθασαν διεκπαίσασθαι καὶ διέφυγον· τῶν δ' ἔνδον καταληφθέντων ἄνδρες μὲν ἀνῃρέθησαν ἐπὶ τοῖς χιλίοις ἑπτακόσιοι, γύναια δὲ καὶ παῖδες ἠνδραποδίσθησαν. Τὰς δὲ πρὸς τοὺς παραδόντας τὸ φρούριον ὁμολογίας οἰόμενος δεῖν ὁ Βάσσος διαφυλάττειν αὐτούς τ' ἀφίησι καὶ τὸν Ἐλεάζαρον ἀπέδωκεν.

liores erant, conjugum et familiarum misericordia tenebantur; quumque plane suus cuique interitus ob oculos versaretur, alius alium intuentes lacrimis indicabant, se nolle istiusmodi consilium sequi. Hos ubi Eleazarus pavitare animadvertit animisque frangi ex rei deliberatæ magnitudine, pertimuit ne etiam eos qui fortiter quæ dixerat audiverant, hi simul effeminarent obsecrantes et lacrimantes. Itaque ab exhortatione non desistit, sed quum semet erexisset multoque replesset spiritu, clariorem de animæ immortalitate exorsus est orationem, magnaque usus exclamatione et oculis attentis flentes aspiciens, « certe, inquit, plurimum deceptus eram, qui putarim viris fortibus in certamine pro libertate succurrere, quibus honeste vivere aut mori decretum est. Vos autem profecto ne cuilibet quidem homini vel audacia vel virtute præstatis, qui etiam mala maxima effugituri mortem timetis; quum oporteret vos super ea re neque cunctari neque exspectare monitorem. Olim enim et a prima statim rerum notitia constanter nos docuerunt patrii ac sacri sermones, majorum quoque nostrorum factis et animis eos confirmantibus, quod vivere hominibus, non mori in calamitatem cedit. Nam mors quidem animabus dans libertatem, in proprium purumque locum eas discedere permittit, ubi futuræ sunt ab omni malo immunes. Quamdiu autem mortali corpori vinctæ sunt, simulque malis ejus opplentur, verissime dicantur mortuæ, utpote quod parum deceat divinum cum mortali sociari. Esto quidem multum posse animam etiam corpori conjunctam, quippe suum facit instrumentum, sensu præditum, dum ipsa non visa in eo motum ciet, atque actionibus ultra mortalem naturam provehit. Verumtamen quum pondere eam in terram deprimente eique appenso liberata, proprium locum receperit, tunc vim beatam et undique liberam sortitur potestatem, humanorum oculorum, ut ipse Deus, aciem effugiens. Nec enim, quamdiu in corpore est, conspicitur: ut quæ nemini apparens accedat, neque rursus quum recedit cuiquam aspectabilis est, unam quidem naturam ipsa habens mutationis expertem, corpori autem in causa quod in eo mutationes fiant. Nam quodcunque anima attigerit, hoc vivit atque viget; unde vero digressa fuerit, id ipsum flaccescit et moritur: adeo in se abunde habet immortalitatis. Eorum autem quæ dico pro indicio sit manifestissimo somnus, in quo animæ in se collectæ, nusquam eas distrahente corpore, jucundissimam quidem agunt quietem, cum Deo vero conversantes ex naturæ cognatione loca omnia peragrant, et multa futura prædicunt. Quorsum igitur mortem formidaremus, quum quietem in somno diligamus? quomodo non amentiæ sit vivendi libertatem affectantibus, sibi eam invidere perpetuam? Ergo oportebat nos, domesticis institutis imbutos, aliis præire voluntate ad moriendum prompta. Attamen si fidem etiam ab alienigenis faciendam desideremus, nos-

« πίστεως, βλέψωμεν εἰς Ἰνδοὺς τοὺς σοφίαν ἀσκεῖν ὑπισχνουμένους. Ἐκεῖνοί τε γὰρ ὄντες ἄνδρες ἀγαθοὶ τὸν μὲν τοῦ ζῆν χρόνον ὥσπερ ἀναγκαίαν τινὰ τῇ φύσει λειτουργίαν ἀκουσίως ὑπομένουσι, σπεύδουσι δὲ τὰς ψυχὰς ἀπολῦσαι τῶν σωμάτων, καὶ μηδενὸς αὐτοὺς κατεπείγοντος κακοῦ, μηδὲ ἐξελαύνοντος, πόθῳ τῆς ἀθανάτου διαίτης προλέγουσι μὲν τοῖς ἄλλοις ὅτι μέλλουσιν ἀπιέναι, καὶ ἔστιν ὁ κωλύσων οὐδείς· ἀλλὰ πάντες αὐτοὺς εὐδαιμονίζοντες, πρὸς τοὺς οἰκείους ἕκαστοι διδόασιν ἐπιστολάς. Οὕτω βεβαίαν καὶ ἀληθεστάτην ταῖς ψυχαῖς τὴν μετ' ἀλλήλων εἶναι δίαιταν πεπιστεύκασιν. Οἱ δὲ, ἐπειδὰν ἐπακούσωσι τῶν ἐντεταλμένων αὐτοῖς, πυρὶ τὸ σῶμα παραδόντες, ὅπως δὴ καὶ καθαρωτάτην ἀποκρίνωσι τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν, ὑμνούμενοι τελευτῶσι. Ῥᾷον γὰρ ἐκείνους εἰς τὸν θάνατον οἱ φίλτατοι προπέμπουσιν ἢ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἕκαστος τοὺς πολίτας εἰς μηκίστην ἀποδημίαν· καὶ σφᾶς μὲν αὐτοὺς δακρύουσιν, ἐκείνους δὲ μακαρίζουσιν, ἤδη τὴν ἀθάνατον τάξιν ἀπολαμβάνοντας. Ἆρ' οὖν οὐκ αἰδούμεθα χεῖρον Ἰνδῶν φρονοῦντες, καὶ διὰ τῆς ἑαυτῶν ἀτολμίας τοὺς πατρίους νόμους, οἳ πᾶσιν ἀνθρώποις εἰς ζῆλον ἥκουσιν, αἰσχρῶς ὑβρίζοντες; ἀλλ' εἴ γε καὶ τοὺς ἐναντίους ἐξ ἀρχῆς λόγους ἐπαιδεύθημεν, ὡς ἄρα μέγιστον ἀγαθὸν ἀνθρώποις ἐστὶ τὸ ζῆν, συμφορὰ δ' ὁ θάνατος, ὁ γοῦν καιρὸς ἡμᾶς παρακαλεῖ φέρειν εὐκαρδίως αὐτὸν, Θεοῦ γνώμῃ καὶ κατ' ἀνάγκας τελευτήσαντας. Πάλαι γὰρ, ὡς ἔοικε, κατὰ τοῦ κοινοῦ παντὸς Ἰουδαίων γένους ταύτην ἔθετο τὴν ψῆφον ὁ Θεὸς, ὥσθ' ἡμᾶς τοῦ ζῆν ἀπηλλάχθαι μὴ μέλλοντας αὐτῷ χρῆσθαι κατὰ τρόπον. Μὴ γὰρ αὐτοῖς ὑμῖν ἀνάπτετε τὰς αἰτίας, μηδὲ χαρίζεσθε τοῖς Ῥωμαίοις, ὅτι πάντας ἡμᾶς ὁ πρὸς αὐτοὺς πόλεμος διέφθειρεν. Οὐ γὰρ ἐκείνων ἰσχύϊ ταῦτα συμβέβηκεν, ἀλλὰ κρείττων αἰτία γενομένη τὸ δοκεῖν ἐκείνοις νικᾶν παρέσχηκεν. Ποίοις γὰρ ὅπλοις Ῥωμαίων τεθνήκασιν οἱ Καισάρειαν Ἰουδαῖοι κατοικοῦντες, ἀλλὰ οὐδὲ μελλήσοντας αὐτοὺς ἐκείνων ἀφίστασθαι, μεταξὺ δὲ τὴν ἑβδόμην ἑορτάζοντας, τὸ πλῆθος τῶν Καισαρέων ἐπιδραμὸν, μηδὲ χεῖρας ἀνταίροντας ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις κατέσφαξαν, οὐδὲ αὐτοὺς Ῥωμαίους ἐντραπέντες, οἳ μόνους ὡς ἡμᾶς ἡγοῦντο πολεμίους τοὺς ἀφεστηκότας; Ἀλλὰ φήσει τις ὅτι Καισαρεῦσιν ἦν ἀεὶ διαφορὰ πρὸς τοὺς παρ' αὐτοῖς, καὶ τοῦ καιροῦ λαβόμενοι τὸ παλαιὸν μῖσος ἀπεπλήρωσαν. Τί οὖν τοὺς ἐν Σκυθοπόλει φῶμεν; ἡμῖν γὰρ ἐκεῖνοι διὰ τοὺς Ἕλληνας πολεμεῖν ἐτόλμησαν, ἀλλ' οὐ μετὰ τῶν συγγενῶν ἡμῶν Ῥωμαίους ἀμύνεσθαι. Πολὺ τοίνυν ὤνησεν αὐτοὺς ἡ πρὸς ἐκείνους εὔνοια καὶ πίστις, ὑπ' αὐτῶν μέντοι πανοικεσίᾳ πικρῶς κατεφονεύθησαν, ταύτην τῆς συμμαχίας ἀμοιβὴν ἀπολαβόντες. Ἃ γὰρ ἐκείνους ὑφ' ἡμῶν ἐκώλυσαν, ταῦθ' ὑπέμειναν ὡς αὐτοὶ δρᾶσαι θελήσαντες. Μακρὸν ἂν εἴη νῦν ἰδίᾳ περὶ ἑκάστων λέγειν. Ἴστε γὰρ ὅτι τῶν ἐν Συρίᾳ πόλεων οὐχ

« met convertamus ad sapientiæ professores inter Indos. Illi enim viri boni vivendi quidem tempus, quasi necessarium quoddam naturæ ministerium, inviti obeunt : festinant autem animas corporum vinculis expedire; nulloque eos urgente aut exagitante malo, vitæ immortalis cupiditate aliis quidem se hinc discessuros esse prædicunt, nec est qui prohibeat quisquam; sed omnes beatos eos appellantes, ad familiares suos singuli aliquid in mandatis dant. Ita certam verissimamque animabus esse inter se consuetudinem credunt. Ipsi autem mandatis acceptis igni tradunt corpora, ut ab omni mortali concretione purissimæ segregentur animæ, atque ita magna cum laude moriuntur. Facilius enim ad mortem eos amicissimi prosequuntur quam aliorum hominum quisquam suos cives in longissimam peregrinationem ituros : et se quidem ipsos deflent, illos vero beatos prædicant, ut in immortalium ordinem jam receptos. Non ergo nos pudebit, si ab Indis sapientia superemur, propriaque ignavi leges patrias, quæ omnibus hominibus æmulandæ venerunt, turpiter dedecoremus? Verum esto quod contrariis institutis educati fuerimus, ut vitam summum esse bonum crederemus, mortem vero calamitatem : attamen tempus nos adhortatur eam bono animo ferre, ut qui Dei voluntate et ex necessitate moriamur. Olim enim, ut verisimile est, contra Judæorum genus in universum hoc decretum tulit Deus, ut mortem oppeteremus, qui eo non eramus usuri propitio. Nam haud fas est vobismetipsis causas adscribere, neque Romanis concedere, quod nos omnes absumpserit bellum contra illos gestum. Non enim ex viribus illorum ista acciderunt : sed causa fortior interveniens illis præstitit ut vincere viderentur. Quibus enim Romanorum armis perempti erant, qui Cæsaream incolebant Judæi, quos tamen ne defecturos quidem ab illis, dum vero diem septimum celebrarent, aggressa Cæsareensium multitudo, non repugnantes cum conjugibus ac liberis mactaverunt, neque ipsos reveriti Romanos, qui sicuti nos eos tantummodo hostes judicabant qui defecerant? Sed dicet aliquis Cæsareensibus semper cum Judæis apud ipsos fuisse discordiam, captatoque opportuno tempore vetus odium exsaturasse. Quid ergo de Scythopolitanis dicemus? nobiscum enim illi propter Græcos bellum gerere ausi sunt, ac non cum consanguineis nostris Romanos ulcisci. Multum vero his profuit sua erga illos benevolentia ac fides : siquidem ab istis cum totis familiis acerbe trucidati sunt, pro auxilio suo hanc gratiam consequuti. Nam quæ illos a vobis pati prohibuerunt, hæc passi sunt, velut ea ipsi committere voluissent. Longum foret, si velim nunc separatim de singulis dicere. Nostis enim quod Syriæ civitatum nulla est quæ non Judæos in ipsa habi-

« ἔστιν ἥτις τοὺς παρ' αὐτῇ κατοικοῦντας Ἰουδαίους
« οὐκ ἀνῄρηκεν, ἡμῖν πλέον ἢ Ῥωμαῖοι ὄντας πολεμίους,
« ὅπου γε Δαμασκηνοὶ μηδὲ πρόφασιν εὔλογον πλάσαι
« δυνηθέντες, φόνου μιαρωτάτου τὴν αὐτῶν πόλιν ἐνέ-
« πλησαν, ὀκτακισχιλίους πρὸς τοῖς μυρίοις Ἰουδαίους
« ἅμα γυναιξὶ καὶ γενεαῖς ἀποσφάξαντες. Τὸ δὲ ἐν
« Αἰγύπτῳ πλῆθος τῶν μετ' αἰκίας ἀνῃρημένων ἕξ που
« μυριάδας ὑπερβαλεῖν ἐπυνθανόμεθα. Κἀκεῖνοι μὲν
« ἴσως ἐπ' ἀλλοτρίας γῆς οὐδὲν ἀντίπαλον εὑράμενοι
« τοῖς πολεμίοις οὕτως ἀπέθανον, τοῖς δ' ἐπὶ τῆς οἰκείας
« τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον ἀραμένοις ἅπασί τε
« ἐλπίδα νίκης ἐχυρᾶς παρασχεῖν δυναμένοις οὐχ ὑπῆρ-
« ξε· καὶ γὰρ ὅπλα καὶ τείχη καὶ φρουρίων δυσάλωτοι
« κατασκευαὶ καὶ φρόνημα πρὸς τοὺς ὑπὲρ τῆς ἐλευθε-
« ρίας κινδύνους ἄτρεστον πάντας πρὸς τὴν ἀπόστασιν
« ἐπέρρωσεν. Ἀλλὰ ταῦτα πρὸς βραχὺν χρόνον ἀρκέ-
« σαντα καὶ ταῖς ἐλπίσιν ἡμᾶς ἐπάραντα, μειζόνων
« ἀρχὴ κακῶν ἐφάνη. Πάντα γὰρ ἥλω καὶ πάντα
« τοῖς πολεμίοις ὑπέπεσεν, ὥσπερ εἰς τὴν ἐκείνων εὐ-
« κλεεστέραν νίκην, οὐκ εἰς τὴν τῶν παρασκευασαμέ-
« νων σωτηρίαν εὐτρεπισθέντα. Καὶ τοὺς μὲν ἐν ταῖς
« μάχαις ἀποθνήσκοντας εὐδαιμονίζειν προσῆκεν (ἀμυ-
« νόμενοι γὰρ καὶ τὴν ἐλευθερίαν οὐ προέμενοι τεθνή-
« κασι), τὸ δὲ πλῆθος τῶν ὑπὸ Ῥωμαίοις γενομένων τίς
« οὐκ ἂν ἐλεήσειεν; ἢ τίς οὐκ ἂν ἐπειχθείη πρὸ τοῦ ταὐ-
« τὰ παθεῖν ἐκείνοις ἀποθανεῖν; ὧν οἱ μὲν στρεβλού-
« μενοι καὶ πυρὶ καὶ μάστιξιν αἰκιζόμενοι τεθνήκασιν,
« οἱ δ' ἀπὸ θηρίων ἡμίβρωτοι πρὸς δευτέραν αὐτοῖς
« τροφὴν ζῶντες ἐφυλάχθησαν, γέλωτα καὶ παιδιὰν τοῖς
« πολεμίοις παρασχόντες. Ἐκείνων μὲν οὖν ἀθλιωτά-
« τους ὑποληπτέον τοὺς ἔτι ζῶντας, οἳ πολλάκις εὐχό-
« μενοι τὸν θάνατον λαβεῖν οὐκ ἔχουσι. Ποῦ δ' ἡ
« μεγάλη πόλις ἡ τοῦ παντὸς Ἰουδαίων γένους μητρό-
« πολις, ἡ τοσούτοις μὲν ἐρυμνὴ τειχῶν περιβόλοις,
« τοσαῦτα δ' αὐτῆς φρούρια καὶ μεγέθη πύργων προβε-
« βλημένη, μόλις δὲ χωροῦσα τὰς εἰς τὸν πόλεμον
« παρασκευάς, τοσαύτας δὲ μυριάδας ἀνδρῶν ἔχουσα
« τῶν ὑπὲρ αὐτῆς μαχομένων; ποῦ γέγονεν ἡμῖν ἡ τὸν
« Θεὸν ἔχειν οἰκιστὴν πεπιστευμένη; Πρόρριζος ἐκ βά-
« θρων ἀνήρπασται, καὶ μόνον αὐτῆς μνημεῖον ὑπολέ-
« λειπται τὸ τῶν ἀνῃρηκότων αὐτὴν στρατόπεδον, ἔτι
« τοῖς λειψάνοις ἐποικοῦν. Πρεσβῦται δὲ δύστηνοι τῇ
« σποδῷ τοῦ τεμένους παρακάθηνται, καὶ γυναῖκες
« ὀλίγαι πρὸς ὕβριν αἰσχίστην ὑπὸ τῶν πολεμίων τετη-
« ρημέναι. Ταῦτα τίς ἐν νῷ βαλλόμενος ἡμῶν καρτε-
« ρήσει τὸν ἥλιον ὁρᾶν, κἂν δύνηται ζῆν ἀκινδύνως; τίς
« οὕτω τῆς πατρίδος ἐχθρός, ἢ τίς οὕτως ἄνανδρος καὶ
« φιλόψυχος, ὡς μὴ καὶ περὶ τοῦ μέχρι νῦν ζῆσαι με-
« τανοεῖν; Ἀλλ' εἴθε πάντες ἐτεθνήκειμεν, πρὶν τὴν ἱερὰν
« ἐκείνην πόλιν χερσὶν ἰδεῖν κατασκαπτομένην πολεμίων,
« πρὶν τὸν ναὸν τὸν ἅγιον οὕτως ἀνοσίως ἐξορωρυγμένον.
« Ἐπεὶ δὲ ἡμᾶς οὐκ ἀγεννὴς ἐλπὶς ἐβουκόλησεν ὡς τάχα
« που δυνήσεσθαι πολεμίους ὑπὲρ αὐτῆς ἀμύνεσθαι,
« φρούδη δὲ γέγονε νῦν, καὶ μόνους ἡμᾶς ἐπὶ τῆς

« tantes occiderit, nobis quam Romani magis inimicos:
« siquidem Damasceni, quum ne causam quidem probabilem
« fingere potuissent, civitatem suam cæde maxime nefaria
« oppleverunt, octodecim Judæorum millibus cum conju-
« gibus ac familiis trucidatis. Eorum autem multitudinem
« qui in Ægypto cum cruciatibus perempti sunt, sexa-
« ginta fere millium numerum excedere accipiebamus. Et
« isti quidem fortasse in aliena terra, ubi nihil inve-
« nerant quod hostibus sui in auxilium objicerent, ita
« mortem obierunt: qui vero sua in terra bellum
« contra Romanos susceperunt, et omnibus firmæ victo-
« riæ spem præbere poterant, his non licuit: nam et
« arma et muri et castellorum structuræ inexpugnabiles,
« atque indeterriti spiritus ad pericula pro libertate subeun-
« da, cunctos ad defectionem fortius animarunt. Verum
« ista quum ad breve tempus valuissent, nosque ad spem
« excitassent, majorum malorum visa sunt principium.
« Omnia enim capta erant, omniaque hostibus succubue-
« runt, quasi ut victoriam illis nobiliorem redderent, non
« in salutem eorum a quibus exstructa erant apparata
« fuissent. Et in prœlio quidem morientes beatos prædi-
« cari oportet (se quippe defendentes, nec prodita li-
« bertate, interiere): eorum vero multitudinis qui a Roma-
« nis subjugati erant quis non misereatur? quisve non, an-
« tequam eadem patiatur ac illi, mori properet? quorum
« quidam torti tamque igne quam verberibus cruciati perie-
« re; alii vero semesi a bestiis, ut illis in victum iterum
« objicerentur, vivi servati erant, ad risum lusumque fa-
« ciendum hostibus. Et illorum quidem miserrimi habendi
« sunt qui adhuc vivunt, quibus mori non accidit, quod
« illis sæpe optatur. Ubi est autem illa magna civi-
« tas, gentis Judæorum universæ metropolis, tantis qui-
« dem murorum septis munita, tot vero in mœnibus ca-
« stella et magnas turres in propugnacula habens, bellique
« apparatum vix capiens, et tot hominum myriadas pro
« ipsa pugnantium complectens? quid de ea factum est,
« quam Deum inhabitare credidimus? Radicitus ex funda-
« mentis evulsa est, id solum ejus monumentum relictum,
« castra scilicet illorum a quibus excisa est jam reliquiis
« ejus imposita. Senes vero infelices templi cineribus assi-
« dent, et paucæ mulieres ad turpissimam injuriam ab
« hostibus reservatæ. Hæc secum reputans quis nostrûm
« solem aspicere sustinebit, etiamsi vivere sine periculo
« possit? quis inimicus adeo patriæ, quis tam imbellis, aut
« parcus animæ, ut eum non pœniteat vel hucusque vixisse?
« Atqui utinam omnes fuissemus mortui, priusquam illam
« sacram civitatem hostium manibus exscindi videremus,
« priusquam templum tanta impietate funditus erui! Sed
« quoniam spes non ignobilis nos lactavit, quod forte potue-
« rimus pro ea hostes ulcisci, ea autem nunc evanuit, et nos

« ἀνάγκης καταλέλοιπε, σπεύσωμεν καλῶς ἀποθανεῖν· ἐλεήσωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας, ἕως ἡμῖν ἔξεστι παρ' ἡμῶν αὐτῶν λαβεῖν τὸν ἔλεον. Ἐπὶ μὲν γὰρ θάνατον ἐγεννήθημεν, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν ἐγεννήσαμεν, καὶ τοῦτον οὐδὲ τοῖς εὐδαιμονοῦσιν ἔστι διαφυγεῖν· ὕβρις δὲ καὶ δουλεία καὶ τὸ βλέπειν γυναῖκας εἰς αἰσχύνην ἀγομένας μετὰ τέκνων οὐκ ἔστιν ἀνθρώποις κακὸν ἐκ φύσεως ἀναγκαῖον, ἀλλὰ ταῦτα διὰ τὴν αὐτῶν δειλίαν ὑπομένουσιν οἱ παρὸν πρὸ αὐτῶν ἀποθανεῖν μὴ θελήσαντες. Ἡμεῖς δ' ἐπ' ἀνδρείᾳ μέγα φρονοῦντες Ῥωμαίων ἀπέστημεν, καὶ τὰ τελευταῖα νῦν ἐπὶ σωτηρίᾳ προκαλουμένων ἡμᾶς οὐχ ὑπηκούσαμεν. Τίνι τοίνυν οὐκ ἔστιν ὁ θυμὸς αὐτῶν πρόδηλος, εἰ ζώντων ἡμῶν κρατήσουσιν; Ἄθλιοι μὲν οἱ νέοι τῆς ῥώμης τῶν σωμάτων εἰς πολλὰς αἰκίας ἀρκέσοντες, ἄθλιοι δ' οἱ παρηβηκότες, φέρειν τῆς ἡλικίας τὰς συμφορὰς οὐ δυναμένης. Ὄψεταί τις γυναῖκα πρὸς βίαν ἀγομένην, φωνῆς ἐπακούσεται τέκνου, πατέρα βοῶντος χεῖρας δεδεμένον· ἀλλ' ἕως εἰσὶν ἐλεύθεραι καὶ ξίφος ἔχουσι, καλὴν ὑπουργίαν ἡμῖν ὑπουργησάτωσαν. Ἀδούλωτοι μὲν ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀποθάνωμεν, ἐλεύθεροι δὲ μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν τοῦ ζῆν συνεξέλθωμεν. Ταῦθ' ἡμᾶς οἱ νόμοι κελεύουσι, ταῦθ' ἡμᾶς γυναῖκες καὶ παῖδες ἱκετεύουσι. Τούτων τὴν ἀνάγκην Θεὸς ἀπέσταλκε, τούτων Ῥωμαῖοι τἀναντία θέλουσι, καὶ μή τις ἡμῶν πρὸ τῆς ἁλώσεως ἀποθάνῃ δεδοίκασι. Σπεύσωμεν οὖν ἀντὶ τῆς ἐλπιζομένης αὐτοῖς καθ' ἡμῶν ἀπολαύσεως ἔκπληξιν τοῦ θανάτου καὶ θαῦμα τῆς τόλμης καταλιπεῖν. »

ΚΕΦ. Θ'.

Ἔτι γε βουλόμενον αὐτὸν παρακαλεῖν πάντες ὑπετέμνοντο, καὶ πρὸς τὴν πρᾶξιν ἠπείγοντο, ἀνεπισχέτου τινὸς ὁρμῆς πεπληρωμένοι, καὶ δαιμονῶντες ἀπῄεσαν, ἄλλος πρὸ ἄλλου φθάσαι γλιχόμενος, καὶ ταύτην ἐπίδειξιν εἶναι τῆς ἀνδρείας καὶ τῆς εὐβουλίας νομίζοντες, τὸ μή τις ἐν ὑστάτοις γενόμενος ὀφθῆναι· τοσοῦτος αὐτοῖς γυναικῶν καὶ παιδίων καὶ τῆς αὐτῶν σφαγῆς ἔρως ἐνέπεσεν. Καὶ μὴν οὐδ' ὥσπερ ἄν τις ᾠήθη τῇ πράξει προσιόντες ἠμβλύνθησαν, ἀλλ' ἀτενῆ τὴν γνώμην διεφύλαξαν, οἵαν ἔσχον τῶν λόγων ἀκροώμενοι, τοῦ μὲν οἰκείου καὶ φιλοστόργου πάθους ἅπασι παραμένοντος, τοῦ λογισμοῦ δ' ὡς τὰ κράτιστα βεβουλευκότος τοῖς φιλτάτοις ἐπικρατοῦντος. Ὁμοῦ γὰρ ἠσπάζοντο γυναῖκας περιπτυσσόμενοι καὶ τέκνα προσηγκαλίζοντο, τοῖς ὑστάτοις φιλήμασιν ἐμφυόμενοι καὶ δακρύοντες, ὁμοῦ δὲ, καθάπερ ἀλλοτρίαις χερσὶν ὑπουργούμενοι, συνετέλουν τὸ βούλευμα, τὴν ἐπίνοιαν ὧν πείσονται κακῶν ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γενόμενοι παραμύθιον τῆς ἐν τῷ κτείνειν ἀνάγκης ἔχοντες. Καὶ πέρας οὐδεὶς τηλικούτου τολμήματος ἥττων ηὑρέθη, πάντες δὲ διὰ τῶν οἰκειοτάτων διεξῆλθον. Ἄθλιοι τῆς ἀνάγκης, οἷς αὐτοχειρὶ γυναῖκας τὰς αὐτῶν καὶ τέκνα

« solos subdidit necessitati, pulchre mori festinemus: nostrimet ipsi misereamur et conjugum et liberorum, dum nobis licet nobismetipsis misericordiam adhibere. Ad mortem namque et ipsi geniti sumus, et ii quos ex nobis genuimus, eamque fugere ne fortunati quidem possunt: injuria vero et servitus et videre conjuges ad turpitudinem duci cum liberis, non est malum hominibus ex naturæ necessitate profectum, sed ista præ timiditate sua perferunt qui ante eos mori quum licuit noluere. Nos autem animi fortitudine valde elati a Romanis defecimus, et postremo nunc illis ad salutem hortantibus non paruimus. Cui igitur non manifesta est illorum ira, si nos vivos subjugare potuerint? Miserandi quidem adolescentes erunt, quorum corporis vires ad multos sufficient cruciatus: miserandi autem provectiores, quorum ætas calamitates ferre non poterit. Videbit alius conjugem ad vim patiendam abductam; alius manibus revinctis vocem filii patrem implorantis exaudiet: sed dum liberæ sunt et gladios habent, pulchrum ministerium nobis præbeant. Expertes quidem servitutis hostium moriamur; in libertate vero una cum liberis et conjugibus vita decedamus. Hæc nobis leges præcipiunt, hæc a nobis conjuges ac liberi deprecantur. Horum necessitatem Deus injecit, his contraria Romani volunt, et ne quis nostrûm ante excidium pereat metuunt. Festinemus igitur eis, pro sperata potiundi nostri voluptate, stuporem ex morte et admirationem relinquere ex audacia. »

CAP. IX. (XXXV.)

Ipsum, quum in adhortatione pergere vellet, omnes interpellabant, et effrenato quodam impetu pleni ad rem agendam festinabant, dæmonioque afflati abierunt, alius alium prævenire cupiens, hoc fortitudinis rectique consilii argumentum esse apertum existimantes, ne quis inter extremos conspiceretur: tantus eos et conjugum et liberorum et propriæ cædis amor invasit. Sed nec (id quod aliquis putaverit) retundebatur eorum impetus quum ad facinus accederent, sed eam fixam in animis servavere sententiam, quam, quum dicta perciperent, habuerunt: proprio quidem et naturali afflatu cunctis permanente, cogitatione vero ista, quod optime liberis consuluissent, prævalente. Simul enim cum amplexibus uxores salutabant, et liberos ulnis suis excipiebant, osculis extremis cum fletu inhærentes: simulque, tanquam manibus alienis jussa peragentes, volentes eos configebant: malorum, quæ subditi hostibus passuri fuerunt, cogitationem habentes pro solatio necessitatis qua ad cædem adigebantur. Denique nemo inventus est qui tam immane facinus patrare non audebat; cuncti autem conjunctissimos transfixere. Miseri, quibus id necesse erat, quibusque uxores suas atque liberos manibus suis occidere, ma-

κτεῖναι κακῶν ἔδοξεν εἶναι τὸ κουφότατον. Οὗτοι δὴ τοίνυν τὴν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ὀδύνην οὐκέτι φέροντες καὶ τοὺς ἀνῃρημένους νομίζοντες ἀδικεῖν, κἂν βραχὺν αὐτοῖς ἔτι χρόνον ἐπιζήσωσι, ταχὺ μὲν τὴν κτῆσιν ἅπασαν εἰς ταὐτὸ σωρεύσαντες, πῦρ εἰς αὐτὴν ἐνέβαλον, κλήρῳ δ' ἐξ αὐτῶν ἑλόμενοι δέκα τοὺς ἁπάντων σφαγεῖς ἐσομένους, καὶ γυναικί τις αὑτὸν καὶ παισὶ κειμένοις παραστρώσας καὶ τὰς χεῖρας περιβαλὼν παρεῖχον ἑτοίμους τὰς σφαγὰς τοῖς τὴν δύστηνον ὑπουργίαν ἐκτελοῦσιν. Οἱ δὲ ἀτρέστως πάντας φονεύσαντες τὸν αὐτὸν ἐπ' ἀλλήλοις τοῦ κλήρου νόμον ὥρισαν, ἵν' ὁ λαχὼν τοὺς ἐννέα κτείνας ἑαυτὸν ἐπὶ πᾶσιν ἀνέλῃ. Πάντες οὕτως ἐθάρρουν ἑαυτοῖς μήτ' εἰς τὸ δρᾶν μήτ' εἰς τὸ παθεῖν ἄλλος ἄλλου διαφέρειν. Καὶ τέλος οἱ μὲν τὰς σφαγὰς ὑπέθεσαν, ὁ δ' εἷς καὶ τελευταῖος τὸ πλῆθος τῶν κειμένων περιαθρήσας, μή πού τις ἔτι ἐν πολλῷ φόνῳ τῆς αὐτοῦ λείπεται χειρὸς δεόμενος, ὡς ἔγνω πάντας ἀνῃρημένους, πῦρ μὲν τοῖς βασιλείοις ἐνίησιν, ἀθρόᾳ δὲ τῇ χειρὶ δι' αὑτοῦ πᾶν ἐλάσας τὸ ξίφος πλησίον τῶν οἰκείων κατέπεσε. Καὶ οἱ μὲν ἐτεθνήκεσαν ὑπειληφότες οὐδὲν ἔχον ψυχὴν ὑποχείριον ἐξ αὐτῶν Ῥωμαίοις καταλιπεῖν, ἔλαθε δὲ γυνὴ πρεσβῦτις καὶ συγγενὴς ἑτέρα τις Ἐλεαζάρου, φρονήσει καὶ παιδείᾳ πλείστων γυναικῶν διαφέρουσα, καὶ πέντε παιδία τοῖς ὑπονόμοις, οἳ ποτὸν ἦγον ὕδωρ διὰ γῆς, ἐγκατακρυβῆναι, τῶν ἄλλων πρὸς τῇ σφαγῇ τὰς διανοίας ἐχόντων, οἳ τὸν ἀριθμὸν ἦσαν ἑξήκοντα πρὸς τοῖς ἐνναχοσίοις, γυναικῶν ἅμα καὶ παίδων αὐτοῖς συναριθμουμένων. Καὶ τὸ πάθος ἐπράχθη πεντεκαιδεκάτῃ Ξανθικοῦ μηνός.

(ΛϚ'.) β'. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι μάχην ἔτι προσδοκῶντες ὑπὸ τὴν ἕω διασκευασάμενοι, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν χωμάτων ἐφόδους ταῖς ἐπιβάθραις γεφυρώσαντες, προσβολὴν ἐποίουν. Βλέποντες δ' οὐδένα τῶν πολεμίων, ἀλλὰ δεινὴν πανταχόθεν ἐρημίαν, καὶ πῦρ ἔνδον καὶ σιωπήν, ἀπόρως εἶχον τὸ γεγονὸς συμβαλεῖν· καὶ τέλος ὡς εἰς ἄφεσιν βολῆς ἠλάλαξαν, εἴ τινα τῶν ἔνδον προκαλέσαιντο. Τῆς δὲ βοῆς αἴσθησις γίνεται τοῖς γυναίοις, κἀκ τῶν ὑπονόμων ἀναδῦσαι τὸ πραχθὲν, ὡς εἶχε, πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἐμήνυον, πάντα τῆς ἑτέρας ὡς ἐλέχθη τε καὶ τίνα τρόπον ἐπράχθη σαφῶς ἐκδιηγουμένης. Οὐ μὴν ῥᾳδίως αὐτῇ προσεῖχον τῷ μεγέθει τοῦ τολμήματος ἀπιστοῦντες, ἐπεχείρουν τε τὸ πῦρ σβεννύναι, καὶ ταχέως ὁδὸν δι' αὐτοῦ τεμόντες τῶν βασιλείων ἐντὸς ἐγένοντο. Καὶ τῷ πλήθει τῶν πεφονευμένων ἐπιτυχόντες, οὐχ ὡς ἐπὶ πολεμίοις ἥσθησαν, τὴν δὲ γενναιότητα τοῦ βουλεύματος καὶ τὴν ἐν τοσούτοις ἄτρεπτον ἐπὶ τῶν ἔργων ἐθαύμασαν τοῦ θανάτου καταφρόνησιν.

ΚΕΦ. Ι'.

Τοιαύτης δὲ τῆς ἁλώσεως γενομένης ἐπὶ μὲν τοῦ φρουρίου καταλείπει φυλακὴν ὁ στρατηγὸς, αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως ἀπῆλθεν εἰς Καισάρειαν. Οὐδὲ γὰρ ὑπελείπετό τις τῶν κατὰ τὴν χώραν πολεμίων,

lorum videbatur esse levissimum. Isti igitur dolorem ex iis quæ perpetrarunt non jam ferentes, et interfectos læsos existimantes, si vel brevissimum tempus eis forent superstites, statim quidem, quum opes universas congessissent, ignem eis injiciunt; et decem viris sorte delectis a quibus omnes mactarentur, quum singuli se juxta conjuges ac liberos humi jacentes prostravissent, eosque complexibus tenuissent, sine mora jugulum dabant illis, qui miserum ministerium obibant. Isti autem, intrepide cunctis occisis, eandem sortis legem alii erga alios statuerunt, ut, cui id sorte evenerat, novem sociis interfectis semet super omnes occideret. Ita omnes sibi confidebant, ut neque in audendo neque in sustinendo facinore alius alii præstaret. Et ad extremum ceteri quidem jugula supposuerunt, unus vero isque novissimus, multitudine jacentium circumspecta, ne quis forte in multa cæde superesset qui suæ manus egeret, ut intellexit omnes occisos, regiam incendit, valida vero manu adacto per totum corpus ense, prope suos occidit. Et illi quidem perierunt, nihil credentes animam habens ex numero suo Romanis subditum reliquisse: latuit autem una mulier grandæva et alia quædam Eleazari cognata, doctrina et sapientia plerisque mulierum præstans, et quinque pueri in cuniculis, qui aquam sub terra potui ducebant, abditi, quum alii cædibus occupatas mentes haberent, qui erant noningenti numero et sexaginta cum mulieribus simul ac pueris. Atque hæc calamitas accidit quinto decimo die Xanthici mensis.

(XXXVI.) 2. Romani autem adhuc pugnam exspectantes, mane sub armis stantes, et ab aggeribus scalarum pontibus junctis, impetum faciebant. Quum autem hostium neminem cernerent, sed circumquaque magnam solitudinem, ignemque intus et silentium, illos quid factum esset conjicere fugiebat; tandemque ululatum, velut ad impulsum arietis, dederunt, si quem forte intus provocarent. Clamorem autem senserunt mulierculæ, atque, e cuniculis emersæ, factum Romanis ut erat indicarunt, altera earum qualiter omnia dicta fuerint et quomodo gesta narrante manifeste. Non tamen facile illi auscultabant, ausus magnitudini parum credentes, ignemque exstinguere conabantur, et per hunc secta via cito regiam ingressi sunt. Quumque in cæsorum multitudinem incidissent, non ut de hostibus gaudio gestiebant, sed generosum virorum consilium inque tot numero, qui intrepidum facinus patrarent, mortis contemptum sunt admirati.

CAP. X. (XXXVII.)

Facto autem ad hunc modum excidio, in castello quidem præsidium dux relinquit, ipse vero cum exercitu Cæsaream profectus est. Nec enim quisquam supererat in illa regione hostium, sed jam tota ex bello longo fuerat subversa,

ἀλλ' ἤδη πᾶσα οἷα μακροῦ τοῦ πολέμου κατέστραπτο, πολλοῖς καὶ τῶν ἀπωτάτω κατοικούντων αἴσθησιν καὶ κίνδυνον ταραχῆς παρασχόντος. Ἔτι δὲ καὶ περὶ Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐν Αἰγύπτῳ μετὰ ταῦτα συνέβη πολλοὺς Ἰουδαίων ἀποθανεῖν. Τοῖς γὰρ ἐκ τῆς στάσεως τῶν σικαρίων ἐκεῖ διαφυγεῖν δυνηθεῖσιν οὐκ ἀπέχρη τὸ σώζεσθαι, πάλιν δὲ καινοτέροις ἐνεχείρουν πράγμασι καὶ πολλοὺς τῶν ὑποδεξαμένων ἔπειθον τῆς ἐλευθερίας ἀντιποιεῖσθαι, καὶ Ῥωμαίους μὲν μηδὲν κρείττους αὐτῶν ὑπολαμβάνειν, Θεὸν δὲ μόνον ἡγεῖσθαι δεσπότην. Ἐπεὶ δ' αὐτοῖς τῶν οὐκ ἀφανῶν τινες Ἰουδαίων ἀντέβαινον, τοὺς μὲν ἀπέσφαξαν, τοῖς δ' ἄλλοις ἐνέκειντο πρὸς τὴν ἀπόστασιν παρακαλοῦντες. Ὁρῶντες δ' αὐτῶν τὴν ἀπόνοιαν οἱ πρωτεύοντες τῆς γερουσίας οὐκέτ' ἀσφαλὲς αὐτοῖς ἐνόμιζον περιορᾶν, ἀλλὰ πάντας ἀθροίσαντες εἰς ἐκκλησίαν τοὺς Ἰουδαίους ἤλεγχον τὴν ἀπόνοιαν τῶν σικαρίων, πάντων αἰτίους ἀποφαίνοντες ἐκείνους τῶν κακῶν· « καὶ νῦν ἔφασαν αὐτούς, ἐπείπερ οὐδὲ πεφευγότες τῆς σωτηρίας ἐλπίδα βεβαίαν ἔχουσι (γνωσθέντας γὰρ ὑπὸ Ῥωμαίων εὐθὺς ἀπολεῖσθαι), τῆς αὐτοῖς προσηκούσης συμφορᾶς ἀναπιμπλάναι τοὺς μηδενὸς τῶν ἁμαρτημάτων μετασχόντας. » Φυλάξασθαι τοίνυν τὸν ἐξ αὐτῶν ὄλεθρον τὸ πλῆθος παρεκάλουν, καὶ περὶ αὐτῶν πρὸς Ῥωμαίους ἀπολογήσασθαι τῇ τούτων παραδόσει. Συνιδόντες οὖν τοῦ κινδύνου τὸ μέγεθος ἐπείσθησαν τοῖς λεγομένοις, καὶ μετὰ πολλῆς ὁρμῆς ἐπὶ τοὺς σικαρίους ᾄξαντες συνήρπαζον αὐτούς. Τῶν δ' ἑξακόσιοι μὲν εὐθὺς ἑάλωσαν, ὅσοι δ' εἰς τὴν Αἴγυπτον καὶ τὰς ἐκεῖ Θήβας διέφυγον, οὐκ εἰς μακρὰν συλληφθέντες ἐπανήχθησαν· ἐφ' ὧν οὐκ ἔστιν ὃς οὐ τὴν καρτερίαν καὶ τὴν εἴτε ἀπόνοιαν εἴτε τῆς γνώμης ἰσχὺν χρὴ λέγειν οὐ κατεπλάγη. Πάσης γὰρ ἐπ' αὐτοὺς βασάνου καὶ λύμης τῶν σωμάτων ἐπινοηθείσης, ἐφ' ἓν τοῦτο μόνον, ὅπως αὐτῶν Καίσαρα δεσπότην ὁμολογήσωσιν, οὐδεὶς ἐνέδωκεν, οὐδ' ἐμέλλησεν εἰπεῖν, ἀλλὰ πάντες ὑπερτέραν τῆς ἀνάγκης τὴν αὐτῶν γνώμην διεφύλαξαν, ὥσπερ ἀναισθήτοις σώμασι, χαιρούσῃ μονονουχὶ τῇ ψυχῇ τὰς βασάνους καὶ τὸ πῦρ δεχόμενοι. Μάλιστα δ' ἡ τῶν παίδων ἡλικία τοὺς θεωμένους ἐξέπληξεν· οὐδὲ γὰρ ἐκείνων τις ἐξενικήθη Καίσαρα δεσπότην ἐξονομάσαι. Τοσοῦτον ἄρα τῆς τῶν σωμάτων ἀσθενείας ἡ τῆς τόλμης ἰσχὺς ἐπεκράτει.

β'. Λοῦπος τότε διῴκει τὴν Ἀλεξάνδρειαν καὶ περὶ τοῦ κινήματος τούτου Καίσαρι κατὰ τάχος ἐπέστειλεν. Ὁ δὲ τῶν Ἰουδαίων τὴν ἀκατάπαυστον ὑφορώμενος νεωτεροποιΐαν, καὶ δείσας μὴ πάλιν εἰς ἓν ἀθρόοι συλλεγῶσι καί τινας αὐτοῖς συνεπισπάσωνται, προσέταξε τῷ Λούπῳ τὸν ἐν τῇ Ὀνίου καλουμένῃ νεὼν καθελεῖν τῶν Ἰουδαίων. Ἡ δέ ἐστιν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ διὰ τοιαύτην αἰτίαν ᾠκίσθη τε καὶ τὴν ἐπίκλησιν ἔλαβεν. Ὀνίας Σίμωνος υἱός, εἷς τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ἀρχιερέων, φεύγων Ἀντίοχον τὸν Συρίας βασιλέα πολεμοῦντα τοῖς Ἰουδαίοις, ἧκεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν. Καὶ

quod in causa erat ut multos, etiam loca procul remota incolentes, perturbatio attingeret ac periculum. Præterea etiam Alexandriæ in Ægypto postea accidit ut multi Judæorum cæderentur. Istos enim ex sicariorum factione, qui illic effugium assequi potuerunt, non satis erat in tuto esse; verum iterum novas res moliebantur, et multis hospitum suorum persuadebant ut se in libertatem assererent, et Romanos quidem nihil ipsis meliores putarent, Deum vero pro solo domino haberent. Quum autem Judæorum quidam non ignobiles iis adversarentur, eos quidem occiderunt, ceteris vero instabant ad defectionem eos stimulantes. Illorum autem vecordiam et amentiam quum viderent senatus primores, haud amplius sibi tutum esse arbitrabantur rem negligere; sed, Judæis omnibus ad concionem vocatis, sicariorum temeritatem arguebant, illos omnium malorum causam esse demonstrantes: « et nunc, aiebant, illos, quoniam ne quum fugissent quidem certam spem salutis habere videantur (a Romanis etenim cognitos statim perituros esse), sibi debita calamitate replere eos qui nullius fuissent delicti participes. » Populum itaque hortabantur ut exitium ab illis caverent, atque semet illorum traditione Romanis excusarent. Intellecta igitur periculi magnitudine dictis paruerunt, multoque impetu in sicarios facto eos corripiebant. Illorumque sexcenti statim capti sunt; quotquot vero in Ægyptum Thebasque illius regionis effugerant, non multo post comprehensi reductique sunt: quorum non est qui animi duritiam, sive desperatio sive voluntatis pertinacia sit dicenda, non obstupuerit. Nam omni genere tormentorum et corporis vexatione in eos excogitata ob hoc solummodo, ut Cæsarem dominum agnoscerent, nemo cessit, neque id dicere velle visus est; sed omnes animos necessitate superiores conservarunt, ut qui corporibus sensu carentibus, animabus tantum non lætitia gestientibus cruciatus ignemque susciperent. Maxime autem puerorum ætas spectatores obstupefecit: nam ne ab illorum quidem ullo exprimi potuit ut Cæsarem dominum appellarent. Usque adeo corporum infirmitati prævalebat audaciæ vis.

2. Lupus tunc Alexandriam administrabat, et hunc motum illico per literas Cæsari significavit. Ille autem Judæos a rebus novis moliendis nunquam cessaturos esse suspicans, veritusque ne rursus in unum congregarentur et quosdam sibi adjungerent, præcepit Lupo ut templum Judæorum, in ea regione exstructum quæ Oniæ regio dicitur, demolitum iret. Est autem illa in Ægypto, et ex hujusmodi causa condita est nomenque habuit. Onias Simonis filius, unus e pontificibus Hierosolymitanis, fugiens Antiochum regem Syriæ cum Judæis bellum gerentem, Alexandriam venit. Quumque eum humaniter excepisset

δεξαμένου Πτολεμαίου φιλοφρόνως αὐτὸν, διὰ τὴν πρὸς Ἀντίοχον ἀπέχθειαν, ἔφη σύμμαχον αὐτῷ ποιήσειν τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος, εἰ πεισθείη τοῖς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένοις. Ποιήσειν δὲ τὰ δυνατὰ τοῦ βασιλέως ὁμολογήσαντος ἠξίωσεν ἐπιτρέπειν αὐτῷ νεών τέ που τῆς Αἰγύπτου κατασκευάσασθαι καὶ τοῖς πατρίοις ἔθεσι θεραπεύειν τὸν Θεόν· οὕτω γὰρ Ἀντιόχῳ μὲν ἔτι μᾶλλον ἐκπολεμώσεσθαι τοὺς Ἰουδαίους, τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼν πεπορθηκότι, πρὸς αὐτὸν δ' εὐνοϊκωτέρως ἕξειν καὶ πολλοὺς ἐπ' ἀδείᾳ τῆς εὐσεβείας ὡς αὐτὸν συλλεγήσεσθαι.

γ'. Πεισθεὶς Πτολεμαῖος τοῖς λεγομένοις δίδωσιν αὐτῷ χώραν ἑκατὸν ἐπὶ τοῖς ὀγδοήκοντα σταδίους ἀπέχουσαν Μέμφεως. Νομὸς δ' οὗτος Ἡλιουπολίτης καλεῖται, ἔνθα φρούριον κατασκευασάμενος Ὀνίας τὸν μὲν ναὸν οὐχ ὅμοιον ᾠκοδόμησε τῷ ἐν Ἱεροσολύμοις, ἀλλὰ πύργῳ παραπλήσιον, λίθων μεγάλων εἰς ἑξήκοντα πήχεις ἀνεστηκότα, τοῦ βωμοῦ δὲ τὴν κατασκευὴν πρὸς τὸν οἴκοι ἐξεμιμήσατο καὶ τοῖς ἀναθήμασιν ὁμοίως ἐκόσμησε, χωρὶς τῆς περὶ τὴν λυχνίαν κατασκευῆς. Οὐ γὰρ ἐποίησε λυχνίαν, αὐτὸν δὲ χαλκευσάμενος τὸν λύχνον χρυσοῦν ἐπιφαίνοντα σέλας χρυσῆς ἁλύσεως ἐξεκρέμασε. Τὸ δὲ τέμενος πᾶν ὀπτῇ πλίνθῳ περιετετείχιστο, πύλας ἔχον λιθίνας. Ἀνῆκε δὲ καὶ χώραν πολλὴν ὁ βασιλεὺς εἰς χρημάτων πρόσοδον, ὅπως εἴη καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἀφθονία, καὶ τῷ Θεῷ πολλὰ τὰ πρὸς τὴν εὐσέβειαν. Οὐ μὴν Ὀνίας ἐξ ὑγιοῦς γνώμης ταῦτα ἔπραττεν, ἀλλ' ἦν αὐτῷ φιλονεικία πρὸς τοὺς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις Ἰουδαίους ὀργὴν τῆς φυγῆς ἀπομνημονεύοντι· καὶ τοῦτο τὸ ἱερὸν ἐνόμιζε κατασκευάσας εἰς αὐτὸ περισπάσειν ἀπ' ἐκείνων τὸ πλῆθος. Ἐγεγόνει δέ τις καὶ παλαιὰ πρόρρησις ἔτεσί που πρόσθεν ἑξακοσίοις· Ἠσαΐας ὄνομα τῷ προαγορεύσαντι τοῦδε τοῦ ναοῦ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ γενησομένην ὑπ' ἀνδρὸς Ἰουδαίου κατασκευήν. Τὸ μὲν οὖν ἱερὸν οὕτως ἐπεποίητο.

δ'. Λοῦπος δ' ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἡγεμὼν, τὰ παρὰ Καίσαρος λαβὼν γράμματα καὶ παραγενόμενος εἰς τὸ ἱερὸν, καί τινα τῶν ἀναθημάτων ἐκφορήσας, τὸν ναὸν ἀπέκλεισε. Λούπου δὲ μετὰ βραχὺ τελευτήσαντος Παυλῖνος διαδεξάμενος τὴν ἡγεμονίαν οὔτε τῶν ἀναθημάτων οὐδὲν κατέλιπε (πολλὰ γὰρ διηπείλησε τοῖς ἱερεῦσιν, εἰ μὴ πάντα προκομίσειαν) οὔτε προσιέναι τῷ τεμένει τοὺς θρησκεύειν βουλομένους ἀφῆκεν, ἀλλ' ἀποκλείσας τὰς πύλας ἀπρόσιτον αὐτὸ παντελῶς ἐποίησεν, ὡς μηδ' ἴχνος ἔτι τῆς εἰς τὸν Θεὸν θεραπείας ἐν τῷ τόπῳ καταλιπεῖν. Χρόνος ἦν εἰς τὴν ἀπόκλεισιν τοῦ ναοῦ γεγονὼς ἀπὸ τῆς κατασκευῆς ἔτη τρία καὶ τεσσαράκοντα καὶ τριακόσια.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Ἥψατο δὲ καὶ τῶν περὶ Κυρήνην πόλεων ἡ τῶν σικαρίων ἀπόνοια καθάπερ νόσος. Διαπεσὼν γὰρ εἰς αὐτὴν Ἰωνάθης, πονηρότατος ἄνθρωπος καὶ τὴν τέχνην

Ptolemæus, propter suas cum Antiocho inimicitias, aiebat se illi in societatem adjuncturum esse Judæorum gentem, si dictis suis obtemperare vellet. Rege autem affirmante, se omnia quæ fieri possunt facturum esse, rogavit ille ut sibi permitteret in aliqua Ægypti parte templum ædificare, et more patrio Deum colere : ita enim fore ut Judæi ad bellum acrius excitarentur contra Antiochum, qui templum apud Hierosolyma vastaverat, et propensiore in ipsum animo essent, adeoque multos ex religionis libertate ad se colligeret.

3. Quibus verbis inductus Ptolemæus ei regionem concedit centum et octoginta stadiis a Memphi distantem. Illa autem erat in præfectura quæ dicitur Heliopolitana, ubi Onias, castello exstructo, templum quidem dispar Hierosolymitano ædificavit, sed turri quidem non dissimile, saxis ingentibus ad sexaginta cubitos erectum : fecit autem ut aræ fabrica Hierosolymitanam referret, et donariis similiter exornavit, præterquam quod lychnuchum non ita fabricavit. Lychnuchum enim non fecit, sed quum ipsum lychnum aureum fabrefecisset, jubaris luce radiantem, de aurea catena suspendit. Totum vero circa templum spatium cocto latere circumdedit, saxeas portas habens. Sed et rex ei permisit magnum agri modum ad pecuniæ reditus, ut sacerdotibus esset copia et Deo multa suppeditarentur ad cultum ipsius necessaria. Non tamen Onias sana voluntate hæc faciebat : sed erat ei, propter fugæ memorem iracundiam, contentio cum Judæis Hierosolyma habitantibus; atque hoc templo ædificato, arbitrabatur ad id multitudinem se esse allecturum. Atque olim fuerat prædictio quædam ante annos sexcentos, vate cui nomen Esaias prædicente hujus templi futuram in Ægypto constructionem a viro Judæo. Et templum quidem ita fuerat exstructum.

4. Lupus autem præses Alexandriæ, quum literas ab Imperatore accepisset et ad templum advenisset, nonnullis donariis ablatis templum clausit. Verum, Lupo non multo post mortuo, Paulinus, qui ei successit in imperio, neque donariorum quicquam reliquit (vehementer enim sacerdotibus comminatus est nisi omnia protulissent) neque Deum colere volentibus permisit ad templum adire; sed clausis foribus ipsum omnino inaccessum fecit, ut ne vestigium quidem cultus divini in loco superesset. Fluxerant a templi conditu usque ad tempus quo clausum erat, anni trecenti quadraginta tres.

CAP. XI. (XXXVIII.)

Dementia vero et furor sicariorum, veluti morbi contagium, Cyrenen quoque urbesque circa eam invasit. Nam quum Jonathas, vir improbissimus et arte textor, eo evasisset,

ὑφάντης, οὐκ ὀλίγους τῶν ἀπόρων ἀνέπεισε προσέχειν αὐτῷ, καὶ προήγαγεν εἰς τὴν ἔρημον, σημεῖα καὶ φάσματα δείξειν ὑπισχνούμενος. Καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἐλάνθανε ταῦτα διαπραττόμενος καὶ φεναχίζων, οἱ δὲ τοῖς ἀξιώμασι προὔχοντες τῶν ἐπὶ τῆς Κυρήνης Ἰουδαίων τὴν ἔξοδον αὐτοῦ καὶ παρασκευὴν τῷ τῆς Πενταπόλεως Λιβύης ἡγεμόνι Κατύλλῳ προσαγγέλλουσιν. Ὁ δ' ἱππέας τε καὶ πεζοὺς ἀποστείλας ῥᾳδίως ἐκράτησεν ἀνόπλων. Καὶ τὸ μὲν πλέον ἐν χερσὶν ἀπώλετο, τινὲς δὲ καὶ ζωγρηθέντες ἀνήχθησαν πρὸς τὸν Κάτυλλον. (ΛΘ'.) Ὁ δ' ἡγεμὼν τοῦ βουλεύματος Ἰωνάθης τότε μὲν διέφυγε, πολλῆς δὲ καὶ λίαν ἐπιμελοῦς ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώραν ζητήσεως γινομένης, ἥλω· καὶ πρὸς τὸν ἡγεμόνα ἀναχθεὶς ἑαυτῷ μὲν ἐμηχανᾶτο τῆς τιμωρίας ἀπαλλαγήν, τῷ Κατύλλῳ δὲ ἔδωκεν ἀφορμὴν ἀδικημάτων. Ὁ μὲν γὰρ τοὺς πλουσιωτάτους τῶν Ἰουδαίων ἔλεγε καταψευδόμενος, διδασκάλους αὐτῷ τοῦ βουλεύματος γεγονέναι.

β'. Προθύμως δὲ τὰς διαβολὰς ἐκεῖνος ἐξεδέχετο, καὶ τῷ πράγματι πολὺν ὄγκον περιετίθει, μεγάλα προστραγῳδῶν, ἵνα δὴ δόξειε καὶ αὐτὸς Ἰουδαϊκόν τινα πόλεμον κατωρθωκέναι. Τὸ δὲ δὴ τούτου χαλεπώτερον, πρὸς γὰρ τῷ πιστεύειν ῥᾳδίως ἔτι καὶ διδάσκαλος ἦν τῶν σικαρίων τῆς ψευδολογίας. Κελεύσας γοῦν αὐτὸν ὀνομάσαι τινὰ τῶν Ἰουδαίων Ἀλέξανδρον, ᾧ πάλαι προσκεκρουκὼς φανερὸν ἐξενηνόχει τὸ μῖσος, τήν τε γυναῖκα τὴν ἐκείνου Βερενίκην ταῖς αἰτίαις συνεμπλέξας, τούτους μὲν πρῶτον ἀνεῖλεν, ἐπὶ δ' αὐτοῖς ἅπαντας τοὺς εὐπορίᾳ χρημάτων διαφέροντας ὁμοῦ τρισχιλίους ἐφόνευσεν ἄνδρας. Καὶ ταῦτα πράττειν ἐνόμιζεν ἀσφαλῶς, ὅτι τὰς οὐσίας αὐτῶν εἰς τὰς τοῦ Καίσαρος προσόδους ἀνελάμβανεν.

γ'. Ὅπως δὲ μηδ' ἀλλαχοῦ τινες τῶν Ἰουδαίων ἐλέγξωσιν αὐτοῦ τὴν ἀδικίαν, πορρωτέρω τὸ ψεῦδος ἐξέτεινε, καὶ πείθει τὸν Ἰωνάθην καί τινας τῶν ἅμα ἐκείνῳ συνειλημμένων, νεωτερισμοῦ κατηγορίαν ἐπιφέρειν τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τε καὶ Ῥώμῃ τῶν Ἰουδαίων δοκιμωτάτοις. Τούτων εἷς τῶν ἐξ ἐπιβουλῆς αἰτιαθέντων ἦν Ἰώσηπος ὁ ταῦτα συγγραψάμενος. Οὐ μὴν κατ' ἐλπίδα τῷ Κατύλλῳ τὸ σκευώρημα προεχώρησεν. Ἧκε μὲν γὰρ εἰς τὴν Ῥώμην τοὺς περὶ τὸν Ἰωνάθην ἄγων δεδεμένους, καὶ πέρας ᾤετο τῆς ἐξετάσεως εἶναι τὴν ἐπ' αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ γενομένην ψευδολογίαν. Οὐεσπασιανὸς δέ, τὸ πρᾶγμα ὑποπτεύσας, ἀναζητεῖ τὴν ἀλήθειαν, καὶ γνοὺς ἄδικον τὴν αἰτίαν τοῖς ἀνδράσιν ἐπενηνεγμένην, τοὺς μὲν ἀφίησι τῶν ἐγκλημάτων Τίτου σπουδάσαντος, δίκην δ' ἐπέθηκεν Ἰωνάθῃ τὴν προσήκουσαν. Ζῶν γὰρ κατεκαύθη, πρότερον αἰκισθείς.

δ'. Κατύλλῳ δὲ τότε μὲν ὑπῆρξε, διὰ τὴν πρᾳότητα τῶν αὐτοκρατόρων, μηδὲν πλέον ὑπομεῖναι καταγνώσεως. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ νόσῳ καταληφθεὶς πολυτρόπῳ καὶ δυσιάτῳ χαλεπῶς ἀπαλλάττεται, οὐ τὸ σῶμα μόνον κολαζόμενος, ἀλλ' ἦν ἡ τῆς ψυχῆς αὐτῷ

pauperum et indigentium non paucis, ut ipsi se adjungerent, persuasit, et in desertum eduxit, promittens se signa ipsis et apparitiones ostensurum. Et ceteros quidem hæc agendo atque fallendo latebat: qui vero inter Judæos Cyrenenses dignitate præstabant, ejus profectionem et apparatum Catullo Pentapolitanæ Libyæ præsidi annunciant. Ille autem, equitibus et peditibus missis, inermes facile superavit: et major quidem pars manibus interiit, nonnulli autem vivi capti ad Catullum perducti sunt. (XXXIX.) Auctor autem consilii Jonathas tunc quidem effugit; multum vero ac diligenter per omnem quæsitus regionem, captus est; adductusque ad Catullum, sibi quidem id confecit ut supplicium effugeret, Catullo autem ansam ad maleficia præbuit. Ille enim Judæorum locupletissimos falso insimulans, auctores sibi hujus consilii illos exstitisse dicebat.

2. Catullus autem calumnias istas alacriter amplectebatur, remque valde cumulabat et adaugebat, tragicis etiam verbis multum exaggerans, ut scilicet ipse bellum aliquod Judaicum confecisse videretur. Et, quod hoc atrocius est, præter eam credulitatem, sicarios eandem calumniam edocebat. Denique quum hoc ei jussisset, ut Judæum quendam Alexandrum nominaret (cum quo, olim ei infensus, apertas exercuerat simultates), et uxorem ejus Berenicen criminationibus implicuisset, hos quidem primo occidit; deinde omnes pecuniarum copia pollentes ad tria virorum millia simul trucidavit. Et hæc secure facere arbitrabatur, quod eorum patrimonia reditibus Cæsaris adjungeret.

3. Ne vero vel alibi degentium quisquam Judæorum ejus iniquitatem redargueret, etiam longius mendacium propagavit: ac Jonathæ, nonnullisque aliis qui cum eo comprehensi fuerant, persuadet ut novarum rerum accusationem inferrent probatissimis Judæorum apud Alexandriam Romamque degentium. Horum autem, qui insidiose delati sunt, unus erat Josephus qui hæc scripsit. Non tamen Catullo ita ut speraverat cessit machinatio. Nam Romam quidem venit, Jonatham ceterosque vinctos ducens; finemque arbitrabatur quæstionis esse calumniam apud ipsum ac per ipsum conflatam. Vespasianus autem, rem suspicatus, in veritatem inquisivit: compertoque injustam hominibus illatam accusationem, illos quidem Titi studio criminibus sibi objectis solvit; pœnam vero, quam commeruit, in Jonatham statuit. Vivus enim combustus est, verberibus ante mulcatus.

4. Catullo autem tunc quidem ob lenitatem Imperatorum contigit ut nihil amplius reprehensionis experiretur. Verum non multo post, multiplici morbo et insanabili correptus, ægre vita discedit, non corpore tantum cruciatus, sed graviore animi morbo affectus. Terroribus enim exagita-

νόσος βαρυτέρα. Δείμασι γὰρ ἐξεταράττετο καὶ συνεχῶς ἀνεβόα βλέπειν εἴδωλα τῶν ὑπ' αὐτοῦ πεφονευμένων ἐφεστηκότα· καὶ κατέχειν ἑαυτὸν οὐ δυνάμενος ἐξήλλετο τῆς εὐνῆς ὡς βασάνων αὐτῷ καὶ πυρὸς προσφερομένων. Τοῦ δὲ κακοῦ πολλὴν ἀεὶ τὴν ἐπίδοσιν λαμβάνοντος, καὶ τῶν ἐντέρων αὐτῷ κατὰ διάβρωσιν ἐκπεσόντων, οὕτως ἀπέθανεν, οὐδενὸς ἧττον ἑτέρου τῆς προνοίας τοῦ Θεοῦ τεκμήριον γενόμενος ὅτι τοῖς πονηροῖς δίκην ἐπιτίθησιν.

ε'. Ἐνταῦθα τῆς ἱστορίας ἡμῖν τὸ πέρας ἐστὶν, ἣν ἐπηγγειλάμεθα μετὰ πάσης ἀκριβείας παραδώσειν τοῖς βουλομένοις μαθεῖν τίνα τρόπον οὗτος ὁ πόλεμος Ῥωμαίοις πρὸς Ἰουδαίους ἐπολεμήθη. Καὶ πῶς μὲν ἡρμήνευται τοῖς ἀναγνωσομένοις κρίνειν ἀπολελείφθω, περὶ τῆς ἀληθείας δ' οὐκ ἂν ὀκνήσαιμι θαρρῶν λέγειν ὅτι μόνης ταύτης παρὰ πᾶσαν τὴν γραφὴν ἐστοχασάμην.

batur et crebro clamabat, se videre umbras eorum quos peremerat sibi obversari : quumque se ipsum continere non potuisset, lecto exsiliebat, tanquam tormenta ei adhibita essent et ignis. Malo autem continuo valde ingravescente, ejusque intestinis per corrosionem defluentibus, ita mortem occubuit, non minus illustre quam alius quisquam divinæ in puniendis scelestis providentiæ exemplum factus.

5. Hic nobis est finis historiæ, quam cum omni diligentia nos tradituros polliciti sumus scire cupientibus quemadmodum hoc bellum a Romanis cum Judæis gestum fuerit. Et qualis sit quidem dictio, lectorum esto judicium : de veritate autem confidenter dicere non cunctabor, hanc solam per omnia quæ scripsi mihi fuisse propositam.

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ

ΠΕΡΙ

ΑΡΧΑΙΟΤΗΤΟΣ ΙΟΥΔΑΙΩΝ,

ΚΑΤΑ ΑΠΙΩΝΟΣ

ΛΟΓΟΣ Α'.

Ἱκανῶς μὲν ὑπολαμβάνω καὶ διὰ τῆς περὶ τὴν ἀρχαιολογίαν συγγραφῆς, κράτιστε ἀνδρῶν Ἐπαφρόδιτε, τοῖς ἐντευξομένοις αὐτῇ πεποιηκέναι φανερὸν περὶ τοῦ γένους ἡμῶν τῶν Ἰουδαίων, ὅτι καὶ παλαιότατόν ἐστι καὶ τὴν πρώτην ὑπόστασιν ἔσχεν ἰδίαν, καὶ πῶς τὴν χώραν, ἣν νῦν ἔχομεν, κατῴκησεν, ἣν πενταχισχιλίων ἐτῶν ἱστορίαν περιέχουσαν ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν ἱερῶν βίβλων διὰ τῆς Ἑλληνικῆς φωνῆς συνεγραψάμην. Ἐπεὶ δὲ συχνοὺς ὁρῶ ταῖς ὑπὸ δυσμενείας ὑπό τινων εἰρημέναις προσέχοντας βλασφημίαις, καὶ τοῖς περὶ τὴν ἀρχαιολογίαν ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένοις ἀπιστοῦντας, τεκμήριόν τε ποιουμένους τοῦ νεώτερον εἶναι τὸ γένος ἡμῶν τὸ μηδεμιᾶς παρὰ τοῖς ἐπιφανέσι τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριογράφων μνήμης ἠξιῶσθαι, περὶ τούτων ἁπάντων ᾠήθην δεῖν γράψαι συντόμως, τῶν μὲν λοιδορούντων τὴν δυσμένειαν καὶ τὴν ἑκούσιον ἐλέγξαι ψευδολογίαν, τῶν δὲ τὴν ἄγνοιαν ἐπανορθώσασθαι, διδάξαι δὲ πάντας ὅσοι τἀληθὲς εἰδέναι βούλονται περὶ τῆς ἡμετέρας ἀρχαιότητος. Χρήσομαι δὲ τῶν μὲν ὑπ' ἐμοῦ λεγομένων μάρτυσι τοῖς ἀξιοπιστοτάτοις εἶναι περὶ πάσης ἀρχαιολογίας ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων κεκριμένοις· τοὺς δὲ βλασφήμως περὶ ἡμῶν καὶ ψευδῶς γεγραφότας αὐτοὺς δι' ἑαυτῶν ἐλεγχομένους παρέξω. Πειράσομαι δὲ καὶ τὰς αἰτίας ἀποδοῦναι, δι' ἃς οὐ πολλοὶ τοῦ ἔθνους ἡμῶν ἐν ταῖς ἱστορίαις Ἕλληνες ἐμνημονεύκασιν· ἔτι μέντοι καὶ τοὺς οὐ παραλιπόντας τὴν περὶ ἡμῶν ἱστορίαν ποιήσω φανεροὺς τοῖς μὴ γινώσκουσιν ἢ προσποιουμένοις ἀγνοεῖν.

β'. Πρῶτον οὖν ἐπέρχεταί μοι πάνυ θαυμάζειν τοὺς οἰομένους δεῖν περὶ τῶν παλαιοτάτων ἔργων μόνοις προσέχειν τοῖς Ἕλλησι, καὶ παρὰ τούτων πυνθάνεσθαι τὴν ἀλήθειαν, ἡμῖν δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἀπιστεῖν. Πᾶν γὰρ ἐγὼ τοὐναντίον ὁρῶ συμβεβηκώς, εἴ γε δεῖ μὴ ταῖς ματαίαις δόξαις ἐπακολουθεῖν, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τὸ δίκαιον τῶν πραγμάτων λαμβάνειν. Τὰ μὲν γὰρ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἅπαντα νέα καὶ χθὲς καὶ πρῴην, ὡς ἂν εἴποι τις, εὑρήσεις γεγονότα· λέγω δὲ τὰς κτίσεις τῶν πόλεων καὶ τὰ περὶ τὰς ἐπινοίας τῶν τεχνῶν καὶ τὰ περὶ τὰς τῶν νόμων ἀναγραφάς· πάντων δὲ νεωτάτη σχεδόν ἐστι παρ' αὐτοῖς ἡ περὶ τοῦ συγγράφειν τὰς ἱστορίας ἐπιμέλεια. Τὰ μέντοι

FLAVII JOSEPHI

DE

ANTIQUITATE JUDÆORUM,

CONTRA APIONEM

LIBER I.

Satis quidem arbitror me per libros etiam Antiquitatum, virorum præstantissime Epaphrodite, lecturis eos planum fecisse de gente nostra Judaica, quod et vetustissima sit, et primam originem sibi propriam habuerit, utque regionem quam nunc tenemus incoluerit, quos, annorum quinque millium historiam complectentes, ex sacris libris nostris Græca lingua conscripsi. Quoniam vero multos video qui maledicis sermonibus, malo animo a quibusdam jactatis, fidem habeant, eaque quæ ego de antiquitate scripsi non credant, et recentiorem esse gentem nostram colligant ex eo, quod nulla ejus mentio facta fuerit apud celebres Græcorum historicos; de hisce omnibus putavi scribendum breviter, tum ut obtrectatorum malevolentiam voluntariumque falsiloquium arguerem, tum ut aliorum ignorantiam corrigerem, universosque de nostra antiquitate edocerem, qui veritatem scire desiderant. Eorum autem quæ a me dicentur utar quidem testibus eis, qui de omni antiquitate apud Græcos fide dignissimi habiti fuerunt: eos vero, qui probrose de nobis falsoque scripsere, ipsos suis verbis convictos dabo. Conabor etiam quid causæ fuerit aperire, quod non multi e Græcis in historiis gentis nostræ meminerint; nec non eos quoque, qui de nobis scribere in historiis non omiserunt, producam iis qui aut nesciunt eos aut se nescire simulant.

2. Primum itaque vehementer eos mirari subit, qui de rebus antiquissimis non aliis fidem quam Græcis habendam esse, non nisi ab illis verum exspectandum, proinde neque nobis neque aliis quibuscunque credendum arbitrantur. Equidem hoc in genere secus omnino statuendum intelligo, si modo verum e rebus ipsis sumere potius, quam vanis opinionibus inhærere malimus. Enimvero nova apud Græcos omnia, et ante unum, ut ita loquar, alterumve diem exstitisse reperias, urbium molitionem, excogitationem artium, et legum perscriptionem: omnium vero novissime ad scribendam historiam se contulerunt. At vero et Ægyptiis et

παρ' Αἰγυπτίοις τε καὶ Χαλδαίοις καὶ Φοίνιξιν (ἐῶ γὰρ νῦν ἡμᾶς ἐκείνοις συγκαταλέγειν) αὐτοὶ δήπουθεν ὁμολογοῦσιν ἀρχαιοτάτην τε καὶ μονιμωτάτην ἔχειν τῆς μνήμης τὴν παράδοσιν. Καὶ γὰρ τόπους ἅπαντες οἰκοῦσιν ἥκιστα ταῖς ἐκ τοῦ περιέχοντος φθοραῖς ὑποκειμένους, καὶ πολλὴν ἐποιήσαντο πρόνοιαν τοῦ μηδὲν ἄμνηστον τῶν παρ' αὐτοῖς πραττομένων παραλιπεῖν, ἀλλ' ἐν δημοσίαις ἀναγραφαῖς ὑπὸ τῶν σοφωτάτων ἀεὶ καθιεροῦσθαι. Τὸν δὲ περὶ τὴν Ἑλλάδα τόπον μυρίαι μὲν φθοραὶ κατέσχον, ἐξαλείφουσαι τὴν μνήμην τῶν γεγονότων· ἀεὶ δὲ καινοὺς καθιστάμενοι βίους τοῦ παντὸς ἐνόμιζον ἄρχειν ἕκαστος τὸν ἀφ' ἑαυτῶν. Ὀψὲ δὲ καὶ μόλις ἔγνωσαν φύσιν γραμμάτων. Οἱ γοῦν ἀρχαιοτάτην αὐτῶν τὴν χρῆσιν εἶναι θέλοντες παρὰ Φοινίκων καὶ Κάδμου σεμνύνονται μαθεῖν. Οὐ μὴν οὐδ' ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου δύναιτό τις ἂν δεῖξαι σωζομένην ἀναγραφὴν οὔτ' ἐν ἱεροῖς οὔτ' ἐν δημοσίοις ἀναθήμασιν, ὅπου γε καὶ περὶ τῶν ἐπὶ Τροίαν τοσούτοις ἔτεσι στρατευσάντων ὕστερον πολλὴ γέγονεν ἀπορία τε καὶ ζήτησις, εἰ γράμμασιν ἐχρῶντο· καὶ τἀληθὲς ἐπικρατεῖ μᾶλλον περὶ τοῦ τὴν νῦν οὖσαν τῶν γραμμάτων χρῆσιν ἐκείνους ἀγνοεῖν. Ὅλως δὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν οὐδὲν ὁμολογούμενον εὑρίσκεται γράμμα τῆς Ὁμήρου ποιήσεως πρεσβύτερον. Οὗτος δὲ καὶ τῶν Τρωϊκῶν ὕστερον φαίνεται γενόμενος· καί φασιν οὐδὲ τοῦτον ἐν γράμμασι τὴν αὐτοῦ ποίησιν καταλιπεῖν, ἀλλὰ διαμνημονευομένην ἐκ τῶν ᾀσμάτων ὕστερον συντεθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς ἐν αὐτῇ σχεῖν τὰς διαφωνίας. Οἱ μέντοι τὰς ἱστορίας ἐπιχειρήσαντες συγγράφειν παρ' αὐτοῖς, λέγω δὲ τοὺς περὶ Κάδμον τε τὸν Μιλήσιον καὶ τὸν Ἀργεῖον Ἀκουσίλαον, καὶ μετὰ τοῦτον εἴ τινες ἄλλοι λέγονται γενέσθαι, βραχὺ τῆς Περσῶν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατείας τῷ χρόνῳ προὔλαβον. Ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς περὶ τῶν οὐρανίων τε καὶ θείων πρώτους παρ' Ἕλλησι φιλοσοφήσαντας, οἷον Φερεκύδην τε τὸν Σύριον καὶ Πυθαγόραν καὶ Θάλητα, πάντες συμφώνως ὁμολογοῦσιν Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων γενομένους μαθητὰς ὀλίγα συγγράψαι· καὶ ταῦτα τοῖς Ἕλλησιν εἶναι δοκεῖ πάντων ἀρχαιότατα, καὶ μόλις αὐτὰ πιστεύουσιν ὑπ' ἐκείνων γεγράφθαι.

γ'. Πῶς οὖν οὐκ ἔστιν ἄλογον τετυφῶσθαι τοὺς Ἕλληνας ὡς μόνους ἐπισταμένους τὰ ἀρχαῖα καὶ τὴν ἀλήθειαν περὶ αὐτῶν ἀκριβῶς παραδιδόντας; ἢ τίς οὐ παρ' αὐτῶν ἂν τῶν συγγραφέων μάθοι ῥᾳδίως ὅτι μηδὲν βεβαίως εἰδότες συνέγραφον, ἀλλ' ὡς ἕκαστοι περὶ τῶν πραγμάτων εἴκαζον; πλέον γοῦν διὰ τῶν βιβλίων ἀλλήλους ἐλέγχουσι, καὶ τὰ ἐναντιώτατα περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν οὐκ ὀκνοῦσι. Περίεργος δ' ἂν εἴην ἐγὼ τοὺς ἐμοῦ μᾶλλον ἐπισταμένους διδάσκων ὅσα μὲν Ἑλλάνικος Ἀκουσιλάῳ περὶ τῶν γενεαλογιῶν διαπεφώνηκεν, ὅσα δὲ διορθοῦται τὸν Ἡσίοδον Ἀκουσίλαος, ἢ τίνα τρόπον Ἔφορος μὲν Ἑλλάνικον ἐν τοῖς πλείστοις ψευδόμενον ἐπιδείκνυσιν, Ἔφορον δὲ Τίμαιος, καὶ Τίμαιον οἱ μετ' ἐκεῖνον γεγονότες, Ἡρόδοτον δὲ πάντες. Ἀλλ'

Chaldæis et Phœnicibus (in hoc tempus enim nostrates cum illis numerare omitto) vetustissimam atque constantissimam rerum suarum habere memoriam fatentur ipsi. Etenim quum regionem incolunt omnium minime cœli intemperiei expositam, tum diligentiam in eo singularem adhibuerunt, uti ne quid e rebus suis oblivione consepultum jaceret, sed potius omnia publicas in tabulas a viris sapientissimis semper relata dedicarentur. Contra vero tractum illum Græciæ universum infinitorum morborum subinde depasta lues rerum gestarum memoriam funditus abolevit; adeoque novo semper instituto vitæ curriculo, suum quique sibi universæ principium et caput esse facile persuaserunt. Iidem sero admodum, vixque tandem literarum naturam didicere. Nam qui vetustissimum illarum usum esse volunt, eas illi sese a Phœnicibus atque a Cadmo accepisse gloriantur. Neque tamen quisquam aut in sacris aut in publicis usquam monumentis ullum ejus temporis exstare vestigium ostenderit; ubi etiam de iis qui Trojanam expeditionem tanto post suscepere dubitatum perdiu quæsitumque est, an hi literis usi fuerint. Qua de re verior ea constantiorque sententia jam obtinet, ignoratum ab iis hodiernum illarum usum fuisse. Neque tu scriptum omnino apud Græcos ullum, cujus de fide modo constet, Homerica poesi antiquius invenias. At eum post Trojana tempora natum esse nemo non fatetur: imo ne ab ipso quidem literis suam illam poesin mandatam esse ferunt, sed posterorum memoria propagatam aliquamdiu, variis ex cantilenis collectam demum et contextam fuisse, ac propterea tantum in ea vulgo discrepantiæ reperiri. Verum qui ex illis ad scribendam historiam animum appulere, Cadmus, inquam, Milesius, et Acusilaus Argivus, ac si qui præterea nominantur, paullum admodum Persicam adversus Græcos expeditionem tempore anteverterunt. Ad hæc qui de rebus cœlestibus atque divinis primi apud eos philosophari cœperunt, ut Pherecydes Syrius et Pythagoras et Thales, illos et Ægyptiorum Chaldæorumque discipulos fuisse, nec nisi pauca scripsisse, ore omnes uno pronunciant: atque illa Græci quum omnium vetustissima esse arbitrantur, tum vix etiam ab illis ea scripta fuisse credunt.

3. Quis igitur vano stolidoque fastu Græcos laborare non videat, qui sibi et res antiquas tenere soli, et soli accuratam illarum integramque veritatem tradere videantur? imo quis non ex iisdem scriptoribus illud perfacile discat, perspecti ab iis nihil exploratique conscriptum, sed tantum quatenus assequi conjectura potuerint? scriptis enim suis alios passim alii reprehendunt, nec iisdem omnino de rebus longe diversa loqui dubitant. Ego vero importunus et otiosus utique videar, si, quibus id quam ipsi mihi notius est, perdocere velim, quam in genealogiæ rationibus multa sint in quibus Hellanicus ab Acusilao dissideat; quam apud Hesiodum Acusilaus multa castiget; quam sæpe mendacii reum Hellanicum Ephorus, Ephorum Timæus, Timæumque recentiores, denique Herodotum universi pera-

οὐδὲ περὶ τῶν Σικελικῶν τοῖς περὶ Ἀντίοχον καὶ Φίλιστον ἢ Καλλίαν Τίμαιος συμφωνεῖν ἠξίωσεν, οὐδ' αὖ περὶ τῶν Ἀττικῶν οἱ τὰς Ἀτθίδας συγγεγραφότες, ἢ περὶ τῶν Ἀργολικῶν οἱ τὰ περὶ Ἄργος ἱστοροῦντες ἀλλήλοις κατηκολουθήκασι. Καὶ τί δεῖ λέγειν περὶ τῶν κατὰ πόλεις καὶ βραχυτέρων, ὅπου γε περὶ [τῆς περιηγήσεως] τῆς Περσικῆς στρατείας καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πραχθέντων οἱ δοκιμώτατοι διαπεφωνήκασιν; πολλὰ δὲ καὶ Θουκυδίδης ὡς ψευδόμενος ὑπό τινων κατηγορεῖται, καίτοι δοκῶν ἀκριβεστάτην καθ' αὑτὸν ἱστορίαν συγγράφειν.

δ'. Αἰτίαι δὲ τῆς τοσαύτης διαφωνίας πολλαὶ μὲν ἴσως ἂν καὶ ἕτεραι τοῖς βουλομένοις ζητεῖν ἀναφανεῖεν, ἐγὼ δὲ δυσὶ ταῖς λεχθησομέναις τὴν μεγίστην ἰσχὺν ἀνατίθημι. Καὶ προτέραν ἐρῶ τὴν κυριωτέραν εἶναί μοι δοκοῦσαν· τὸ γὰρ ἐξ ἀρχῆς μὴ σπουδασθῆναι παρὰ τοῖς Ἕλλησι δημοσίας γενέσθαι περὶ τῶν ἑκάστοτε πραττομένων ἀναγραφὰς, τοῦτο μάλιστα δὴ καὶ τὴν πλάνην καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ ψεύδεσθαι τοῖς μετὰ ταῦτα βουληθεῖσι περὶ τῶν παλαιῶν τι γράφειν παρέσχεν. Οὐ γὰρ μόνον παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἠμελήθη τὰ περὶ τῆς ἀναγραφῆς, ἀλλ' οὐδὲ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, οὓς αὐτόχθονας εἶναι λέγουσι καὶ παιδείας ἐπιμελεῖς, οὐδὲν τοιοῦτον εὑρίσκεται γενόμενον, ἀλλὰ τῶν δημοσίων γραμμάτων ἀρχαιοτάτους εἶναι φασὶ τοὺς ὑπὸ Δράκοντος αὐτοῖς περὶ τῶν φονικῶν γραφέντας νόμους, ὀλίγῳ πρότερον τῆς Πεισιστράτου τυραννίδος ἀνθρώπου γεγονότος. Περὶ μὲν γὰρ Ἀρκάδων τί δεῖ λέγειν αὐχούντων ἀρχαιότητα; μόλις γὰρ οὗτοι καὶ μετὰ ταῦτα γράμμασιν ἐπαιδεύθησαν.

ε'. Ἅτε δὴ τοίνυν οὐδεμιᾶς προκαταβεβλημένης ἀναγραφῆς, ἣ καὶ τοὺς μαθεῖν βουλομένους διδάξειν ἔμελλε καὶ τοὺς ψευδομένους ἐλέγξειν, ἡ πολλὴ πρὸς ἀλλήλους ἐγένετο διαφωνία τοῖς συγγραφεῦσι. Δευτέραν δὲ πρὸς ταύτῃ θετέον ἐκείνην τὴν αἰτίαν. Οἱ γὰρ ἐπὶ τὸ γράφειν ὁρμήσαντες οὐ περὶ τὴν ἀλήθειαν ἐσπούδασαν, καίτοι τοῦτο πρόχειρόν ἐστιν ἀεὶ τὸ ἐπάγγελμα, λόγων δὲ δύναμιν ἐπεδείκνυντο· καὶ καθ' ὅντινα τρόπον ἐν τούτῳ παρευδοκιμήσειν τοὺς ἄλλους ὑπελάμβανον, κατὰ τοῦτον ἡρμόζοντο, τινὲς μὲν ἐπὶ τὸ μυθολογεῖν τρεπόμενοι, τινὲς δὲ πρὸς χάριν ἢ τὰς πόλεις ἢ τοὺς βασιλέας ἐπαινοῦντες, ἄλλοι δὲ ἐπὶ τὸ κατηγορεῖν τῶν πράξεων ἢ τῶν γεγραφότων ἐχώρησαν, ἐνευδοκιμήσειν τούτῳ νομίζοντες. Ὅλως δὲ τὸ πάντων ἐναντιώτατον ἱστορίᾳ πράττοντες διατελοῦσι. Τῆς μὲν γὰρ ἀληθοῦς ἐστι τεκμήριον ἱστορίας, εἰ περὶ τῶν αὐτῶν ἅπαντες ταὐτὰ καὶ λέγοιεν καὶ γράφοιεν· οἱ δ' εἰ ταὐτὰ γράψειαν ἑτέρως, οὕτως ἐνόμιζον αὐτοὶ φανεῖσθαι πάντων ἀληθέστατοι. Λόγων μὲν οὖν ἕνεκα καὶ τῆς ἐν τούτοις δεινότητος δεῖ παραχωρεῖν ἡμᾶς τοῖς συγγραφεῦσι τοῖς Ἑλληνικοῖς, οὐ μὴν καὶ τῆς περὶ τῶν ἀρχαίων ἀληθοῦς ἱστορίας, καὶ μάλιστά γε τῆς περὶ τῶν ἑκάστοις ἐπιχωρίων.

ς'. Ὅτι μὲν οὖν παρ' Αἰγυπτίοις τε καὶ Βαβυλω-

gant. Neque vero aut de rebus Siculis eadem Timæus, quæ Antiochus et Philistus et Callias, sentire voluit: aut in Atticis qui Atthidas scripsere, vel in Argolicis qui de Argis, aliorum alii sensum mentemque sequuti sunt. Quanquam quid ea persequi attinet, quæ per urbes passim contigere, et angustioribus omnino regionibus continentur, quum in ipsa quoque Persica expeditione ac rebus in ea gestis, laudatissimorum scriptorum magna sit plerumque dissensio? in multis vero etiam Thucydides, licet accuratissimam temporum suorum historiam perscribere videatur, a nonnullis accusatur falsa retulisse.

4. Cujus sane dissidii quum aliæ fortassis plurimæ aliis in illud anquirentibus occurrere possint, tum has præcipue duas summi momenti causas esse intelligo. Atque ut ab ea, quæ mihi potior videtur, incipiam, quum totum illud res eas, quæ ubique fierent, publicas in tabulas referendi studium a Græcis jam usque ab initio neglectum fuisset, id sane quum errori maxime viam aperuit, tum iis etiam omnibus, qui de rebus antiquioribus scribere cogitarent, licentiam obtulit impune mentiendi. Nec enim reliqua duntaxat Græcorum natio hanc tabularum conficiendarum curam jacere permisit; sed ne apud Athenienses quidem, quos tamen et indigenas et disciplinarum apprime studiosos esse ferunt, quicquam ejusmodi factum reperias: quum e publicis quidem literis antiquissimas leges eas fuisse tradant, quas ipsis Draco de cæde tulit, homo qui non nisi paullo ante Pisistrati tyrannidem lucem aspexerat. Nam Arcadum meminisse quid attinet, qui quum de sua tantopere vetustate glorientur, vix tamen etiam post illa tempora literarum informari cognitione cœperunt?

5. Ita plane, quum vetustior commentarius nullus exstaret, qui vel docere discendi cupidos vel mentientes arguere posset, maxima est scriptores inter excitata dissensio. Cui causæ hæc altera adjungenda est. Qui enim ad scribendum sese contulerunt, ii non veritatis utique studio ducebantur, licet hoc profiteri solenne passim omnibus tralatitiumque sit, sed vim orationis unam ostendebant: atque ita quo se quisque genere alios superaturum esse maxime confidebat, in eo elaborabant plurimum. Ergo alii fabulas texere, alii civitatum aut regum benevolentiam et gratiam laudationibus eblandiri cœperunt: nonnulli res ipsas, aut illarum scriptores carpere ac vituperare maluerunt, quod in eo sese facilius excellere posse sperarent. Ceterum isti cum historiæ legibus omnino pugnant. Quum enim eo potissimum argumento historiæ veritas comprobetur, si de rebus iisdem eadem omnes pronuncient ac scribant: ita sese demum isti maxime reliquos omnes veritatis opinione superaturos putarunt, si ab reliquis maxime dissiderent. Certe dicendi genere et eloquentiæ vi cedere nos oportet scriptoribus Græcis; non autem historiæ de priscis veritate, et maxime de rebus propriæ uniuscujusque patriæ.

6. Jam quod apud Ægyptios et Babylonios ex lon-

νίοις ἐκ μακροτάτων ἄνωθεν χρόνων τὴν περὶ τὰς ἀναγραφὰς ἐπιμέλειαν, ὅπου μὲν οἱ ἱερεῖς ἦσαν ἐγκεχειρισμένοι, καὶ περὶ ταύτας ἐφιλοσόφουν, Χαλδαῖοι δὲ παρὰ τοῖς Βαβυλωνίοις, καὶ ὅτι μάλιστα δὲ τῶν Ἕλλησιν ἐπιμιγνυμένων ἐχρήσαντο Φοίνικες γράμμασιν εἴς τε τὰς περὶ τὸν βίον οἰκονομίας καὶ πρὸς τὴν τῶν κοινῶν ἔργων παράδοσιν, ἐπειδὴ συγχωροῦσιν ἅπαντες, ἐάσειν μοι δοκῶ. Περὶ δὲ τῶν ἡμετέρων προγόνων, ὅτι τὴν αὐτὴν (ἐῶ γὰρ λέγειν εἰ καὶ πλείω τῶν εἰρημένων) ἐποιήσαντο τὴν περὶ τὰς ἀναγραφὰς ἐπιμέλειαν, τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς προφήταις τοῦτο προστάξαντες, καὶ ὡς μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων πεφύλακται μετὰ πολλῆς ἀκριβείας, εἰ δὲ θρασύτερον εἰπεῖν καὶ φυλαχθήσεται, πειράσομαι συντόμως διδάσκειν.

ζ'. Οὐ γὰρ μόνον ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τούτων τοὺς ἀρίστους καὶ τῇ θεραπείᾳ τοῦ Θεοῦ προσεδρεύοντας κατέστησαν, ἀλλ' ὅπως τὸ γένος τῶν ἱερέων ἄμικτον καὶ καθαρὸν διαμένῃ, προυνόησαν. Δεῖ γὰρ τὸν μετέχοντα τῆς ἱερωσύνης ἐξ ὁμοεθνοῦς γυναικὸς παιδοποιεῖσθαι, καὶ μὴ πρὸς χρήματα μηδὲ τὰς ἄλλας ἀποβλέπειν τιμάς, ἀλλὰ τὸ γένος ἐξετάζειν ἐκ τῶν ἀρχαίων λαμβάνοντα τὴν διαδοχὴν, καὶ πολλοὺς παρασχόμενον μάρτυρας. Καὶ ταῦτα πράττομεν οὐ μόνον ἐπ' αὐτῆς Ἰουδαίας, ἀλλ' ὅπου ποτὲ σύστημα τοῦ γένους ἐστὶν ἡμῶν, κἀκεῖ τὸ ἀκριβὲς ἀποσώζεται τοῖς ἱερεῦσι περὶ τοὺς γάμους· λέγω δὲ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Βαβυλῶνι, καὶ εἴ που τῆς ἄλλης οἰκουμένης τοῦ γένους τῶν ἱερέων εἰσί τινες διεσπαρμένοι. Πέμπουσι γὰρ εἰς Ἱεροσόλυμα συγγράψαντες πατρόθεν τοὔνομα τῶν γειναμένων καὶ τῶν ἐπάνω προγόνων, καὶ τίνες οἱ μαρτυροῦντες. Πόλεμος δ' εἰ κατάσχοι, καθάπερ ἤδη γέγονεν πολλάκις, Ἀντιόχου τε τοῦ Ἐπιφανοῦς εἰς τὴν χώραν ἐμβαλόντος καὶ Πομπηίου Μάγνου καὶ Κυϊντιλίου Οὐάρου, μάλιστα δὲ καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις, οἱ περιλειπόμενοι τῶν ἱερέων καινὰ πάλιν ἐκ τῶν ἀρχαίων γραμμάτων συνίστανται, καὶ δοκιμάζουσι τὰς ὑπολειφθείσας γυναῖκας. Οὐ γὰρ ἔτι τὰς αἰχμαλώτους γενομένας προσίενται, πολλάκις γεγονυῖαν αὐταῖς τὴν πρὸς ἀλλόφυλον κοινωνίαν ὑφορώμενοι. Τεκμήριον δὲ μέγιστον τῆς ἀκριβείας· οἱ γὰρ ἀρχιερεῖς οἱ παρ' ἡμῖν ἀπὸ δισχιλίων ἐτῶν ὀνομαστοὶ παῖδες ἐκ πατρὸς εἰσὶν ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς. Οἷς δὲ τῶν εἰρημένων ὁτιοῦν γένοιτο εἰς παράβασιν, ἀπηγόρευται μήτε τοῖς βωμοῖς παρίστασθαι μήτε μετέχειν τῆς ἄλλης ἁγιστείας. Εἰκότως οὖν, μᾶλλον δὲ ἀναγκαίως, ἅτε μήτε τοῦ ὑπογράφειν αὐτεξουσίου πᾶσιν ὄντος μήτε τινὸς ἐν τοῖς γραφομένοις ἐνούσης διαφωνίας, ἀλλὰ μόνων τῶν προφητῶν τὰ μὲν ἀνωτάτω καὶ τὰ παλαιότατα κατὰ τὴν ἐπίπνοιαν τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ μαθόντων, τὰ δὲ καθ' αὑτοὺς ὡς ἐγένετο σαφῶς συγγραφόντων.

η'. Οὐ γὰρ μυριάδες βιβλίων εἰσὶ παρ' ἡμῖν ἀσυμφώνων καὶ μαχομένων, δύο δὲ μόνα πρὸς τοῖς εἴκοσι βιβλία, τοῦ παντὸς ἔχοντα χρόνου τὴν ἀναγραφὴν, τὰ δικαίως θεῖα πεπιστευμένα. Καὶ τούτων πέντε μέν

gissimis retro seculis in rebus conscribendis adhibita fuerit diligentia, quando sacerdotibus quidem id officii commissum erat, et circa eas ipsi philosophabantur, Chaldæis vero apud Babylonios, et maxime Phœnicibus qui Græcis immixti usi sunt literis, ut et vitæ rationem ordinarent, et opera publica memoriæ traderent, dum consentiant omnes, prætermittendum hoc puto. De nostris vero progenitoribus, quod eandem (mitto dicere an potiorem prædictis illis) habuerint in conscribenda historia curam, pontificibus et prophetis id muneris injungentes; quodque usque ad nostra tempora cum multa diligentia hoc ipsum servarint, et, si oportet audentius dicere, etiam servabitur, conabor breviter edocere.

7. Non enim tantum ab initio his rebus viros optimos et in Dei cultu assiduos præfecere, sed et curam habuere ut genus sacerdotale purum semper impermixtumque maneret. Debet enim quisquis sacerdotio fungitur ex populari sua conjuge liberos quærere, neque ad pecunias aut honores respicere alios, sed genus exquirere secundum antiquam successionem multis probatum testimoniis. Et hæc observamus non in Judæa tantum, sed ubicunque pars aliqua est de nostra gente, ibi observatur sollicite nuptiarum sacerdotalium regula: puta in Ægypto, in Babylone, et sicubi terrarum præterea sparsi sunt nostrorum sacerdotum aliqui. Mittunt enim Hierosolyma descripta nomina parentum et majorum, additis testium nominibus. Quodsi bellum enascatur, ut sæpe factum est, sicut quum Antiochus Epiphanes terram invasit, et quum Pompeius Magnus, et quum Quintilius Varus, maxime vero nostris temporibus, tum qui supersunt sacerdotum novas ex veteribus tabulas conficiunt, et inquirunt in feminas superstites. Nam nec eas quæ bello captæ fuerunt recipiunt, suspectantes eam quæ sæpe talibus accidit cum alienigenis consuetudinem. Est autem argumentum diligentiæ maximum circa ista, quod summi sacerdotes apud nos in commentariis descripti sunt ab annis bis mille cum suis parentumque nominibus. Si quis adversus hæc vel tantillum deliquerit, ei non licet altari adstare, aut ceterarum ceremoniarum esse participem. Recte siquidem, potius autem ex necessitate, quum neque subscribendi potestas omnibus data, neque ulla sit in scriptis discrepantia; sed solummodo prophetis qui antiquissima et veterrima ex inspiratione divina cognita habuerint, suorum vero temporum res quo modo gestæ erant perspicue conscripserint.

8. Itaque apud nos nequaquam innumerabilis est librorum multitudo, dissentientium atque inter se pugnantium: sed duo duntaxat et viginti libri, totius temporis historiam complectentes, qui merito creduntur divini. Ex his quin-

ἐστι τὰ Μωϋσέως, ἃ τούς τε νόμους περιέχει καὶ τὴν τῆς ἀνθρωπογονίας παράδοσιν μέχρι τῆς αὐτοῦ τελευτῆς. Οὗτος ὁ χρόνος ἀπολείπει τρισχιλίων ὀλίγον ἐτῶν. Ἀπὸ δὲ τῆς Μωϋσέως τελευτῆς μέχρι τῆς Ἀρταξέρξου τοῦ μετὰ Ξέρξην Περσῶν βασιλέως ἀρχῆς, οἱ μετὰ Μωϋσῆν προφῆται τὰ κατ' αὐτοὺς πραχθέντα συνέγραψαν ἐν τρισὶ καὶ δέκα βιβλίοις· αἱ δὲ λοιπαὶ τέσσαρες ὕμνους εἰς τὸν Θεὸν καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὑποθήκας τοῦ βίου περιέχουσιν. Ἀπὸ δὲ Ἀρταξέρξου μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου γέγραπται μὲν ἕκαστα, πίστεως δὲ οὐχ ὁμοίας ἠξίωται τοῖς πρὸ αὐτῶν, διὰ τὸ μὴ γενέσθαι τὴν τῶν προφητῶν ἀκριβῆ διαδοχήν. Δῆλον δ' ἔστιν ἔργῳ πῶς ἡμεῖς τοῖς ἰδίοις γράμμασι πεπιστεύκαμεν. Τοσούτου γὰρ αἰῶνος ἤδη παρῳχηκότος οὔτε προσθεῖναί τις οὐδὲν οὔτε ἀφελεῖν αὐτῶν οὔτε μεταθεῖναι τετόλμηκεν. Πᾶσι δὲ σύμφυτόν ἐστιν εὐθὺς ἐκ τῆς πρώτης γενέσεως Ἰουδαίοις τὸ νομίζειν αὐτὰ Θεοῦ δόγματα, καὶ τούτοις ἐμμένειν, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν, εἰ δέοι, θνήσκειν ἡδέως. Ἤδη οὖν πολλοὶ πολλάκις ἑώρανται τῶν αἰχμαλώτων στρέβλας καὶ παντοίων θανάτων τρόπους ἐν θεάτροις ὑπομένοντες, ἐπὶ τὸ μηδὲν ῥῆμα προέσθαι παρὰ τοὺς νόμους καὶ τὰς μετὰ τούτων ἀναγραφάς. Ὃ τίς ἂν ὑπομείνειεν Ἑλλήνων ὑπὲρ αὐτοῦ, ἀλλ' οὐδ' ὑπὲρ τοῦ καὶ πάντα τὰ παρ' αὐτοῖς ἀφανισθῆναι συγγράμματα, τὴν τυχοῦσαν ὑποστήσεται βλάβην; λόγους γὰρ αὐτὰ νομίζουσιν εἶναι κατὰ τὴν τῶν γραψάντων βούλησιν ἐσχεδιασμένους. Καὶ τοῦτο δικαίως καὶ περὶ τῶν παλαιοτέρων φρονοῦσιν, ἐπειδὴ καὶ τῶν νῦν ἐνίους ὁρῶσι τολμῶντας περὶ τούτων συγγράφειν οἷς μήτ' αὐτοὶ παρεγένοντο μήτε πυθέσθαι παρὰ τῶν εἰδότων ἐφιλοτιμήθησαν. Ἀμέλει καὶ περὶ τοῦ γενομένου νῦν ἡμῖν πολέμου τινὲς ἱστορίας ἐπιγράψαντες ἐξενηνόχασιν οὔτ' εἰς τοὺς τόπους παραβαλόντες οὔτε πλησίον τούτων πραττομένων προσελθόντες, ἀλλ' ἐκ παρακουσμάτων ὀλίγα συνθέντες, τῷ τῆς ἱστορίας ὀνόματι λίαν ἀναιδῶς ἐνεπαροίνησαν.

θ'. Ἐγὼ δὲ καὶ περὶ τοῦ πολέμου παντὸς καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτῷ κατὰ μέρος γενομένων ἀληθῆ τὴν ἀναγραφὴν ἐποιησάμην, τοῖς πράγμασιν αὐτὸς ἅπασι παρατυχών. Ἐστρατήγουν μὲν γὰρ τῶν παρ' ἡμῖν Γαλιλαίων ὀνομαζομένων, ἕως ἀντέχειν δυνατὸν ἦν, ἐγενόμην δὲ παρὰ Ῥωμαίοις συλληφθεὶς αἰχμάλωτος· καί με διὰ φυλακῆς Οὐεσπασιανὸς καὶ Τίτος ἔχοντες ἀεὶ προσεδρεύειν αὐτοῖς ἠνάγκασαν, τὸ μὲν πρῶτον δεδεμένον, αὖθις δὲ λυθεὶς συνεπέμφθην ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας Τίτῳ πρὸς τὴν Ἱεροσολύμων πολιορκίαν. Ἐν ᾧ χρόνῳ τῶν πραττομένων οὐκ ἔστιν ὃ τὴν ἐμὴν γνῶσιν διέφυγε. Καὶ γὰρ τὰ κατὰ τὸ στρατόπεδον τὸ Ῥωμαίων ὁρῶν ἐπιμελῶς ἀνέγραφον καὶ τὰ παρὰ τῶν αὐτομόλων ἀπαγγελλόμενα μόνος αὐτὸς συνίην· εἶτα σχολῆς ἐν τῇ Ῥώμῃ λαβόμενος πάσης μοι τῆς πραγματείας ἐν παρασκευῇ γεγενημένης, χρησάμενός τισι πρὸς τὴν Ἑλληνίδα φωνὴν συνεργοῖς, οὕτως ἐποιησάμην τῶν πράξεων τὴν παράδοσιν. Τοσοῦτον δέ μοι

que quidem sunt Moysis, qui et leges continent, et seriem rerum gestarum a conditu generis humani usque ad ipsius mortem. Atque hoc spatium temporis tria fere annorum millia comprehendit. A Moysis autem morte ad imperium usque Artaxerxis, qui post Xerxem regnavit apud Persas, prophetæ qui Moysi successere res sua ætate gestas tredecim libris complexi sunt: quattuor vero reliqui hymnos in Dei laudem, et præcepta vitæ hominum exhibent utilissima. Ceterum ab imperio Artaxerxis ad nostram usque memoriam sunt quidem singula literis mandata; sed nequaquam tantam fidem et auctoritatem meruerunt, quantam superiores ii libri, propterea quod minus explorata fuit successio prophetarum. Quanta porro veneratione libros nostros prosequamur, re ipsa apparet. Quum enim tot jam sæcula effluxerint, nemo adhuc nec adjicere quicquam illis, nec demere, aut mutare aliquid est ausus. Sed omnibus Judæis statim ab ipso nascendi exordio hoc insitum atque innatum est, Dei ut hæc esse præcepta credamus, iisdemque constanter adhærescamus, et eorum causa, si opus fuerit, libenter mortem perferamus. Jam itaque multi captivorum frequenter et tormenta et omne genus mortem in theatris sustinere conspecti sunt, ne ullum verbum contra leges admitterent et scriptas de illis traditiones. Quis Græcorum tale aliquid subiret, imo vel minimum quidem lædi sufferret, licet omnia ab illis scripta interitus periculum adeant? quippe illa narrationes esse existimant, propere effusas prout allubesceret scriptoribus. Atque ita non immerito sentiunt etiam de antiquioribus, quoniam aliquos nunc quoque vident de istis scribere aggredientes, quibus neque ipsi interfuere, neque operam dedere ut a rerum gnaris illa acciperent. Scilicet etiam de bello quod nuperrime gessimus, quidam historias quas conscripserant ediderunt, quum neque ad ea loca pervenerint, neque in vicinia fuerint locorum ubi res gestæ erant: sed ex fama et auditione paucula quædam temere componentes, historiæ nomine impudenter admodum et insolenter se efferunt.

9. Ego autem et de omni bello, deque iis quæ particulatim gesta erant, veritati congruenter scripsi, quum ipse rebus omnibus interfuerim. Etenim eorum dux exstiteram qui apud nos Galilæi audiunt, quamdiu resistendo eramus; comprehensus autem a Romanis factus sum captivus; quumque me Vespasianus et Titus in custodia haberent: illis semper assidere coegerunt, primo quidem vinctum: postea vero solutus ab Alexandria cum Tito missus eram ad Hierosolymorum obsidionem. Quo tempore eorum quæ gerebantur nihil meam notitiam effugit. Nam et singula in Romanis castris conspecta diligenter notabam; quæque a transfugis nunciabantur ego solus intellexi: deinde Romæ otium nactus, opere omni jam præparato, et quibusdam propter Græcam linguam in auxilium vocatis, res prout gestæ erant literis mandabam. Adeoque veritati-

περιῆν θάρσος τῆς ἀληθείας, ὥστε πρώτους πάντων τοὺς αὐτοκράτορας τοῦ πολέμου γενομένους Οὐεσπασιανὸν καὶ Τίτον ἠξίωσα λαβεῖν μάρτυρας. Πρώτοις γὰρ δέδωκα τὰ βιβλία· καὶ μετ' ἐκείνους πολλοῖς μὲν Ῥωμαίων τοῖς συμπεπολεμηκόσι, πολλοῖς δὲ τῶν ἡμετέρων ἐπίπρασκον, ἀνδράσι καὶ τῆς Ἑλληνικῆς σοφίας μετεσχηκόσιν, ὧν ἐστιν Ἰούλιος Ἀρχέλαος, Ἡρώδης ὁ σεμνότατος, καὶ αὐτὸς ὁ θαυμασιώτατος βασιλεὺς Ἀγρίππας. Οὗτοι μὲν οὖν ἅπαντες ἐμαρτύρησαν ὅτι τῆς ἀληθείας προύστην ἐπιμελῶς, οὐκ ἂν ὑποστειλάμενοι καὶ σιωπήσαντες, εἴ τι κατὰ ἄγνοιαν ἢ χαριζόμενος μετέθηκα τῶν γεγονότων ἢ παρέλιπον.

ι'. Φαῦλοι δέ τινες ἄνθρωποι διαβάλλειν μου τὴν ἱστορίαν ἐπικεχειρήκασιν, ὥσπερ ἐν σχολῇ μειρακίων γύμνασμα προκεῖσθαι νομίζοντες κατηγορίας παραδόξου καὶ διαβολῆς, δέον ἐκεῖνο γινώσκειν, ὅτι δεῖ τὸν ἄλλοις παράδοσιν πράξεων ἀληθινῶν ὑπισχνούμενον αὐτὸν ἐπίστασθαι ταύτας πρότερον ἀκριβῶς, ἢ παρηκολουθηκότα τοῖς γεγονόσιν, ἢ παρὰ τῶν εἰδότων πυνθανόμενον· ὅπερ ἐγὼ μάλιστα περὶ ἀμφοτέρας νομίζω πεποιηκέναι τὰς πραγματείας. Τὴν μὲν γὰρ ἀρχαιολογίαν, ὥσπερ ἔφην, ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων μεθηρμήνευκα, γεγονὼς ἱερεὺς ἐκ γένους καὶ μετεσχηκὼς τῆς φιλοσοφίας τῆς ἐν ἐκείνοις τοῖς γράμμασι· τοῦ δὲ πολέμου τὴν ἱστορίαν ἔγραψα, πολλῶν μὲν αὐτουργὸς πράξεων, πλείστων δ' αὐτόπτης γενόμενος, ὅλως δὲ τῶν λεχθέντων ἢ πραχθέντων οὐδοτιοῦν ἀγνοήσας. Πῶς οὖν οὐκ ἂν θρασεῖς τις ἡγήσαιτο τοὺς ἀνταγωνίζεσθαί μοι περὶ τῆς ἀληθείας ἐπικεχειρηκότας; οἳ κἂν τοῖς τῶν αὐτοκρατόρων ὑπομνήμασιν ἐντυχεῖν λέγωσιν, ἀλλ' οὔ γε καὶ τοῖς ἡμετέροις τῶν ἀντιπολεμούντων πράγμασι παρέτυχον.

ια'. Περὶ μὲν οὖν τούτων ἀναγκαίαν ἐποιησάμην τὴν παρέκβασιν, ἐπισημήνασθαι βουλόμενος τῶν ἐπαγγελλομένων τὰς ἱστορίας συγγράφειν τὴν εὐχέρειαν· ἱκανῶς δὲ φανερόν, ὡς οἶμαι, πεποιηκὼς ὡς ὅτι πάτριός ἐστιν ἡ περὶ τῶν παλαιῶν ἀναγραφὴ τοῖς βαρβάροις μᾶλλον ἢ τοῖς Ἕλλησιν, βούλομαι μικρὰ πρότερον διαλεχθῆναι πρὸς τοὺς ἐπιχειροῦντας νέαν ἡμῶν ἀποφαίνειν τὴν κατάστασιν, ἐκ τοῦ μηδὲν περὶ ἡμῶν, ὥς φασιν ἐκεῖνοι, λελέχθαι παρὰ τοῖς Ἑλληνικοῖς συγγραφεῦσιν· εἶτα δὲ τὰς μαρτυρίας τῆς ἀρχαιότητος ἐκ τῶν παρ' ἄλλοις γραμμάτων παρέξω, καὶ τοὺς βεβλασφημηκότας ἡμῶν τὸ γένος ἀποδείξω λίαν ἀλόγως βλασφημοῦντας.

ιβ'. Ἡμεῖς τοίνυν οὔτε χώραν οἰκοῦμεν παράλιον οὔτ' ἐμπορίαις χαίρομεν, οὐδὲ ταῖς πρὸς ἄλλους διὰ τούτων ἐπιμιξίαις· ἀλλ' εἰσὶ μὲν ἡμῶν αἱ πόλεις μακρὰν ἀπὸ θαλάσσης ἀπῳκισμέναι, χώραν δὲ ἀγαθὴν νεμόμενοι ταύτην ἐκπονοῦμεν· μάλιστα δὲ πάντων περὶ παιδοτροφίαν φιλοκαλοῦντες, καὶ τὸ φυλάττειν τοὺς νόμους, καὶ τὴν κατὰ τούτους παραδεδομένην εὐσέβειαν ἔργον ἀναγκαιότατον παντὸς τοῦ βίου πεποιημένοι. Προσούσης τοίνυν τοῖς εἰρημένοις καὶ τῆς περὶ τὸν βίον ἡμῶν ἰδιότητος, οὐδὲν ἦν ἐν τοῖς παλαιοῖς

confidebam, ut omnium primos Vespasianum et Titum in eo bello imperatores mihi testes facere voluerim. Primum namque illis obtuli libros; et post illos multis quidem Romanorum qui bello interfuere : plurimis etiam nostratum eos vendidi, viris Græcæ eruditionis non ignaris; in quibus erat Julius Archelaus, Herodes morum gravitate spectatissimus, et rex ipse Agrippa admiratione dignissimus. Isti igitur universi testimonium perhibuerunt quod veritatem accuratam præ me ferebam, non dissimulaturi aut tacituri, si quid factorum per ignorantiam aut per gratiam commutassem aut prætermisissem.

10. Quidam vero homines male feriati historiam meam calumniari conati sunt, tanquam ejusmodi esset ut adolescentibus in scholis ad ingenium exercendum proponi debeat ad accusationem incredibilem et calumniam, quum oporteat illud sciri, quod eum deceat qui se polliceatur rerum veritatem aliis traditurum, ipsum prius exacte eas nosse, aut quod adfuerit quum gererentur, aut quod ex gnaris eas didicerit. Id quod ego in utroque opere me fecisse existimo. Antiquitatis namque libros, sicuti dixi, ex voluminibus sacris interpretatus sum, quum essem genere sacerdos, et a philosophia in scriptis istis comprehensa non alienus : historiam vero belli conscripsi, ut qui ipse res quidem multas gesserim, plurimas vero ipse viderim, et eorum quæ dicta vel gesta erant nihil prorsus ignorarim. Quomodo ergo non procaces isti existimarentur, qui mecum de veritate contendere aggressi sunt? qui licet imperatorum commentarios se legisse dicant, non tamen nostrorum qui illis adversabantur rebus interfuerant.

11. Et de istis quidem necessariam feci digressionem, significare volens facultatem eorum, qui historiam scribere promittunt : atque abunde me declaratum reliquisse arbitror quod rerum vetustarum memoriam scriptis consignare magis in usu sit apud barbaros quam apud Græcos. Volo igitur inprimis eos paucis redarguere, qui nostrum statum recentem esse contendunt, eo quod nihil de nobis, ut aiunt illi, memorarint scriptores Græci : deinde testimonia antiquitatis ex aliorum scriptis afferam, et eos qui nostræ genti maledixerunt, nulla prorsus eum ratione nobis maledicere ostendam.

12. Quod ad nos attinet, terram habitamus quæ neque mari vicina est, neque negotiationibus gaudemus, neque earum causa nobis consuetudo cum aliis gentibus est : sed sunt urbes quidem nostræ procul a mari sitæ; ipsi autem nos regionem bonam incolentes, hanc cum labore exercemus : maxime vero omnium liberis educandis studentes et legum custodiæ, ut qui pietatem ad illas exactam opus totius vitæ maxime necessarium fecerimus. Quum igitur ad ea quæ dicta sunt accedat etiam vivendi ratio propria, nihil erat priscis temporibus quod faceret nobis

χρόνοις τὸ ποιοῦν πρὸς τοὺς Ἕλληνας ἡμῖν ἐπιμιξίαν, ὥσπερ Αἰγυπτίοις μὲν τὰ παρ' αὐτῶν ἐξαγόμενα καὶ πρὸς αὐτοὺς εἰσαγόμενα, τοῖς δὲ τὴν παράλιον τῆς Φοινίκης κατοικοῦσιν ἡ περὶ τὰς καπηλείας καὶ τὰς ἐμπορίας σπουδὴ διὰ τὸ φιλοχρηματεῖν. Οὐ μὴν οὐδὲ πρὸς λῃστείας ὥσπερ ἄλλοι τινὲς ἢ τὸ πλέον ἔχειν ἀξιοῦν πολεμοῦντες ἐτράπησαν ἡμῶν οἱ πατέρες, καίτοι πολλὰς τῆς χώρας ἐχούσης μυριάδας ἀνδρῶν οὐκ ἀτόλμων. Διὰ τοῦτο Φοίνικες μὲν αὐτοὶ κατ' ἐμπορίαν τοῖς Ἕλλησιν ἐπεισπλέοντες εὐθὺς ἐγνώσθησαν, καὶ δι' ἐκείνων Αἰγύπτιοι, καὶ πάντες ἀφ' ὧν τὸν φόρτον εἰς τοὺς Ἕλληνας διεκόμιζον, μεγάλα πελάγη διαίροντες. Μῆδοι δὲ μετὰ ταῦτα καὶ Πέρσαι φανεροὶ κατέστησαν τῆς Ἀσίας ἐπάρξαντες, οἱ δὲ καὶ μέχρι τῆς ἑτέρας ἠπείρου Πέρσαι στρατεύσαντες· Θρᾷκες δὲ διὰ γειτονίαν, καὶ τὸ Σκυθικὸν ἀπὸ τῶν εἰς τὸν Πόντον ἐγνώσθη πλεόντων· ὅλως γὰρ ἅπαντες οἱ παρὰ τὴν θάλατταν, καὶ τὴν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς καὶ πρὸς τὴν ἑσπέριον κατοικοῦντες, τοῖς συγγράφειν τι βουλομένοις γνωριμώτεροι κατέστησαν. Οἱ δὲ ταύτης ἀνωτέρω τὰς οἰκήσεις ἔχοντες ἐπιπλεῖστον ἠγνοήθησαν. Καὶ τοῦτο φαίνεται καὶ περὶ τὴν Εὐρώπην συμβεβηκὸς, ὅπου γε τῆς Ῥωμαίων πόλεως, τοιαύτην ἐκ μακροῦ δύναμιν κεκτημένης, καὶ τοιαύτας πράξεις κατορθούσης πολεμικὰς, οὔθ' ὁ Ἡρόδοτος οὔθ' ὁ Θουκυδίδης οὔτε τῶν ἅμα τούτοις γενομένων οὐδὲ εἷς ἐμνημόνευκεν, ἀλλ' ὀψέ ποτε καὶ μόλις αὐτῶν εἰς τοὺς Ἕλληνας ἡ γνῶσις διεξῆλθον. Περὶ μὲν γὰρ Γαλατῶν τε καὶ Ἰβήρων οὕτως ἠγνόησαν οἱ δοκοῦντες ἀκριβέστατοι συγγραφεῖς, ὧν ἐστιν Ἔφορος, ὥστε πόλιν οἴεται μίαν εἶναι τοὺς Ἴβηρας, τοὺς τοσοῦτο μέρος τῆς ἑσπερίου γῆς κατοικοῦντας· καὶ τὰ μήτε γενόμενα παρ' αὐτοῖς ἔθη μήτε λεγόμενα γράφειν, ὡς ἐκείνων αὐτοῖς χρωμένων, ἐτόλμησαν. Αἴτιον δὲ τοῦ μὲν μὴ γινώσκειν τἀληθὲς τὸ λίαν ἀνεπίμικτον, τοῦ δὲ γράφειν ψευδῆ τὸ βούλεσθαι δοκεῖν τι πλέον τῶν ἄλλων ἱστορεῖν. Πῶς οὖν ἔτι θαυμάζειν προσῆκεν, εἰ μηδὲ τὸ ἡμέτερον ἔθνος πολλοῖς ἐγιγνώσκετο, μηδὲ τῆς ἐν τοῖς συγγράμμασι μνήμης ἀφορμὴν παρέσχεν, οὕτω μὲν ἀπῳκισμένον τῆς θαλάσσης, οὕτω δὲ βιοτεύειν προῃρημένον;

ιγ'. Φέρε τοίνυν ἡμᾶς ἀξιοῦν τεκμηρίῳ χρήσασθαι περὶ τῶν Ἑλλήνων ὅτι μὴ παλαιόν ἐστιν αὐτῶν τὸ γένος τῷ μηδὲν ἐν ταῖς ἡμετέραις ἀναγραφαῖς περὶ αὐτῶν εἰρῆσθαι. Ἆρ' οὐχὶ πάντως ἂν κατεγέλων, αὐτὰς, οἶμαι, τὰς ὑπ' ἐμοῦ νῦν εἰρημένας κομίζοντες αἰτίας, καὶ μάρτυρας ἂν τοὺς πλησιοχώρους παρείχοντο τῆς αὐτῶν ἀρχαιότητος; Κἀγὼ τοίνυν πειράσομαι τοῦτο ποιεῖν. Αἰγυπτίοις γὰρ καὶ Φοίνιξι μάλιστα δὴ χρήσομαι μάρτυσιν, οὐκ ἄν τινος ὡς ψευδῆ τὴν μαρτυρίαν διαβάλλειν δυνηθέντος. Φαίνονται γὰρ καὶ δὴ μάλιστα πρὸς ἡμᾶς δυσμενῶς διατεθέντες κοινῇ μὲν ἅπαντες Αἰγύπτιοι, Φοινίκων δὲ Τύριοι. Περὶ μέντοι Χαλδαίων οὐκέτι δυναίμην ἂν ταυτὸ τοῦτο λέγειν, ἐπεὶ καὶ τοῦ γένους ἡμῶν ἀρχηγοὶ καθεστήκασι καὶ

commercium cum Græcis, sicut Ægyptiis mercimonia, ex rebus quæ importarentur aut exportarentur; et Phœnicibus oram maritimam accolentibus, cauponandi et negotiandi studium ex amore pecuniæ. Sed neque ad latrocinia, sicut alii quidam, aut plus habendi studium, bellum exercendo conversi sunt patres nostri, licet regio multis virorum strenuorum myriadibus abundaret. Quo factum ut Phœnices negotiationis ergo ad Græcos navigantes statim cogniti fuerint, et per illos Ægyptii, dein omnes a quibus ad Græcos onera perferebant, immensa maria pertranseuntes. Medi vero postea atque Persæ illis innotuerunt postquam Asiæ imperarunt, Persæque, quum usque ad alteram continentem expeditiones fecissent; Thraces autem propter vicinitatem, et Scythæ ab iis qui in Pontum navigant cogniti sunt: atque in universum omnes, ad mare vel Orientale vel Hesperium habitantes, in eorum notitiam facilius venerunt, quibus in animo fuit historiæ aliquid scribere. Superiora vero incolentes et procul a mari maximam in partem ignorati erant. Hoc idem et iis contigit qui in Europa habitant: siquidem Romanorum urbis, in tantam potentiam jam inde olim evectæ, et tantas res bellicas prospere gerentis, neque Herodotus neque Thucydides quoquo modo meminerunt, nec omnino alius eorum æqualis scriptor, sed sero et vix tandem eorum nomen in Græcia auditum. Gallorum etiam et Hispanorum res usque adeo ignotæ iis fuerunt qui accuratissimi scriptores fuisse perhibentur, in quibus est Ephorus, ut Iberos unam civitatem esse existimaverit, quum tam late in Occidentem fines eorum pateant: et ritus eorum, qui nec fuerunt nec fuisse unquam dicti sunt, scribere, tanquam ita illis uterentur, non dubitarunt. Causa vero earum quidem rerum ignorantiæ fuit, quod illi secum ipsi viverent commercia aliarum gentium aversantes; scriptorum vero mendacii, quod volebant illi quippiam ultra alios memoriæ mandasse videri. Quomodo ergo mirari convenit, si neque nostra gens plurimis erat nota, neque ad scribendum de se aliquam suppeditavit occasionem, tam longo scilicet intervallo disjuncta a mari, talibus vitæ institutis sese accommodans?

13. Pone igitur nos argumento uti velle Græcorum, quod non sit genus eorum antiquum, eo quod nihil in libris nostris de iis dictum reperiatur. Nonne omnino nos risu exciperent, ipsas, ut arbitror, a me nunc allatas preferentes causas, et testes e vicinis regionibus adducerent antiquitatis suæ? Igitur et ego hoc conabor efficere. Ægyptiis enim et Phœnicibus præcipue testibus utar, quum nemo eorum testimonio tanquam falso detrahere potuerit. Videntur enim et maxime in nos iniqui, communiter quidem omnes Ægyptii, Phœnicum vero Tyrii. De Chaldæis autem nequaquam hoc idem dicere potero, quoniam et generis nostri principes exstiterunt, et propter cognationem in histo-

διὰ τὴν συγγένειαν ἐν ταῖς αὐτῶν ἀναγραφαῖς Ἰουδαίων μνημονεύουσιν. Ὅταν δὲ τὰς περὶ τούτων πίστεις παράσχω, τότε καὶ τῶν Ἑλλήνων συγγραφέων ἀποφανῶ τοὺς μνήμην Ἰουδαίων πεποιηκότας, ἵνα μηδὲ ταύτην ἔτι τὴν πρόφασιν οἱ βασκαίνοντες ἔχωσι τῆς πρὸς ἡμᾶς ἀντιλογίας.

ιδ'. Ἄρξομαι δὴ πρῶτον ἀπὸ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις γραμμάτων. Αὐτὰ μὲν οὖν οὐχ οἷόντε παρατίθεσθαι κἀκείνων· Μανεθὼν δ' ἦν τὸ γένος ἀνὴρ Αἰγύπτιος, τῆς Ἑλληνικῆς μετεσχηκὼς παιδείας, ὡς δῆλός ἐστι· γέγραφε γὰρ Ἑλλάδι φωνῇ τὴν πάτριον ἱστορίαν, ἔκ τε τῶν ἱερῶν, ὥς φησιν αὐτὸς, μεταφράσας καὶ πολλὰ τὸν Ἡρόδοτον ἐλέγχει τῶν Αἰγυπτιακῶν ὑπ' ἀγνοίας ἐψευσμένον. Αὐτὸς δὴ τοίνυν ὁ Μανεθὼν ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Αἰγυπτιακῶν ταῦτα περὶ ἡμῶν γράφει (παραθήσομαι δὲ τὴν λέξιν αὐτοῦ, καθάπερ αὐτὸν ἐκεῖνον παραγαγὼν μάρτυρα)· « Ἐγένετο βασιλεὺς ἡμῖν, Τίμαος ὄνομα· ἐπὶ τούτου οὐκ οἶδ' ὅπως ὁ Θεὸς ἀντέπνευσεν, καὶ παραδόξως ἐκ τῶν πρὸς ἀνατολὴν μερῶν, ἄνθρωποι τὸ γένος ἄσημοι, καταθαρσήσαντες ἐπὶ τὴν χώραν ἐστράτευσαν, καὶ ῥᾳδίως ἀμαχητὶ ταύτην κατὰ κράτος εἷλον. Καὶ τοὺς ἡγεμονεύσαντας ἐν αὐτῇ χειρωσάμενοι τὸ λοιπὸν τάς τε πόλεις ὠμῶς ἐνέπρησαν καὶ τὰ ἱερὰ τῶν θεῶν κατέσκαψαν· πᾶσι δὲ τοῖς ἐπιχωρίοις ἐχθρότατά πως ἐχρήσαντο, τοὺς μὲν σφάζοντες, τῶν δὲ καὶ τὰ τέκνα καὶ γυναῖκας εἰς δουλείαν ἄγοντες. Πέρας δὲ καὶ βασιλέα ἕνα ἐξ αὐτῶν ἐποίησαν, ᾧ ὄνομα ἦν Σάλατις. Καὶ οὗτος ἐν τῇ Μέμφιδι κατεγίνετο, τήν τε ἄνω καὶ κάτω χώραν δασμολογῶν καὶ φρουρὰν ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις καταλείπων τόποις. Μάλιστα δὲ καὶ τὰ πρὸς ἀνατολὴν ἠσφαλίσατο μέρη, προορώμενος Ἀσσυρίων, τότε μεῖζον ἰσχυόντων, ἐσομένην ἐπιθυμίαν τῆς αὐτῆς βασιλείας ἐφόδου. Εὑρὼν δὲ ἐν νομῷ τῷ Σαΐτῃ πόλιν ἐπικαιροτάτην, κειμένην μὲν πρὸς ἀνατολὴν τοῦ Βουβαστίτου ποταμοῦ, καλουμένην δ' ἀπό τινος ἀρχαίας θεολογίας Αὔαριν, ταύτην ἔκτισέ τε καὶ τοῖς τείχεσιν ὀχυρωτάτην ἐποίησεν, ἐνοικίσας αὐτῇ καὶ πλῆθος ὁπλιτῶν εἰς εἴκοσι καὶ τέσσαρας μυριάδας ἀνδρῶν πρὸς φυλακήν. Ἐνθάδε κατὰ θέρειαν ἤρχετο, τὰ μὲν σιτομετρῶν καὶ μισθοφορίαν παρεχόμενος, τὰ δὲ καὶ ταῖς ἐξοπλισίαις πρὸς φόβον τῶν ἔξωθεν ἐπιμελῶς γυμνάζων. Ἄρξας δ' ἐννεακαίδεκα ἔτη τὸν βίον ἐτελεύτησεν. Μετὰ τοῦτον δὲ ἕτερος ἐβασίλευσε τέσσαρα καὶ τετταράκοντα ἔτη, καλούμενος Βηών. Μεθ' ὃν ἄλλος Ἀπαχνὰς, ἓξ καὶ τριάκοντα ἔτη καὶ μῆνας ἑπτά. Ἔπειτα δὲ καὶ Ἄπωφις ἓν καὶ ἑξήκοντα, καὶ Ἰανίας πεντήκοντα καὶ μῆνα ἕνα. Ἐπὶ πᾶσι δὲ καὶ Ἄσσις ἐννέα καὶ τεσσαράκοντα καὶ μῆνας δύο. Καὶ οὗτοι μὲν ἓξ ἐν αὐτοῖς ἐγενήθησαν πρῶτοι ἄρχοντες, πολεμοῦντες ἀεὶ καὶ ποθοῦντες μᾶλλον τῆς Αἰγύπτου ἐξᾶραι τὴν ῥίζαν. Ἐκαλεῖτο δὲ τὸ σύμπαν αὐτῶν ἔθνος ὙΚΣΩΣ, τοῦτο δέ ἐστι βασιλεῖς ποιμένες· τὸ γὰρ ὝΚ καθ'

riis suis Judæorum meminerunt. Quum vero de istis probationes afferam, tunc etiam Græcorum historicos memorabo qui Judæorum mentionem fecere, ne quis ex invidia et detrectatione hujusmodi occasionem arripiat nobis contradicendi.

14. Initium jam faciam ab Ægyptiorum literis. Ipsas quidem eorum literas ut proferam fieri non potest: Manetho autem genere fuit Ægyptius, vir Græcam eruditionem assequutus, uti ex eo intelligitur, quod Græce patriam historiam scripserit, eam, ut ipse profitetur, e sacris interpretatus libris; qui etiam Herodotum in multis convincit de rebus Ægyptiacis per ignorantiam mentitum. Ille certe Manetho historiarum Ægyptiarum secundo ita de nobis scribit (ejus quippe verba proferre libet, ut qui ipsum pro teste producam.) « Regem olim habuimus Timaum, cujus tempore, quum nobis Deus nescio quo pacto esset iratior, ex partibus orientalibus homines ignobili genere, audacia sumpta repentinum hanc in regionem impetum fecerunt, eamque facile ac sine pugna subegerunt: atque principibus ejus in suam potestatem redactis, de cetero et civitates crudeliter incenderunt, et deorum templa everterunt; porroque in omnes indigenas inimicissime se gesserunt, alios quidem perimentes, aliorum vero et liberos et conjuges in servitutem agentes. Tandem vero unum ex illis regem crearunt, cui nomen Salatis. Atque hic in Memphide versabatur, provinciam superiorem et inferiorem tributariam faciens, præsidiaque in locis opportunissimis relinquens. Maxime vero partes munivit orientales, prospiciens Assyriis, tunc aliis potentioribus, futuram cupiditatem invadendi illud ipsum regnum. Quum autem nactus esset in Saite nomo civitatem opportunissimam ad orientem fluvii Bubastitæ sitam, quæ ab aliquo antiquæ theologiæ Auaris appellabatur, et ipsam ædificavit et muris firmissimis communivit, postquam illic collocaverat ad custodiam ejus armatorum multitudinem usque ad CCXL millia virorum. Illuc veniebat æstatis tempore, tam ut frumenta meteret et conductitiis mercedem solveret, quam ut armatos ad terrorem extraneorum diligenter exerceret. Quum autem regnasset annis XIX, vitam finivit. Post hunc etiam regnavit alter annis XLIV, Beon nomine. Post quem alius Apachnas nomine, annis XXXVI et mensibus VII. Dein etiam Apophis LXI, et Janias L et mense uno. Post omnes autem Assis annis XLIX et mensibus II. Et isti quidem sex inter eos fuere primi principes, bellum semper gerentes, et maxime Ægyptum radicitus exstinguere cupientes. Vocabatur autem gens universa HYCSOS, id est reges pastores: HYC enim in sacra lingua regem sonat, Sos

ἱερὰν γλῶσσαν βασιλέα σημαίνει, τὸ δὲ ΣΩΣ ποιμήν ἐστι καὶ ποιμένες κατὰ τὴν κοινὴν διάλεκτον, καὶ οὕτω συντιθέμενον γίνεται ὙΚΣΩΣ. Τινὲς δὲ λέγουσιν αὐτοὺς Ἄραβας εἶναι. » Ἐν δ' ἄλλῳ ἀντιγράφῳ οὐ βασιλεῖς σημαίνεσθαι διὰ τῆς τοῦ ὙΚ προσηγορίας, ἀλλὰ τοὐναντίον αἰχμαλώτους δηλοῦσθαι ποιμένας· τὸ γὰρ ὙΚ πάλιν Αἰγυπτιστὶ καὶ τὸ ἍΚ δασυνόμενον αἰχμαλώτους ῥητῶς μηνύει. Καὶ τοῦτο μᾶλλον πιθανώτερόν μοι φαίνεται καὶ παλαιᾶς ἱστορίας ἐχόμενον. « Τούτους δὲ τοὺς προκατωνομασμένους βασιλέας τοὺς τῶν ποιμένων καλουμένων καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν γενομένους κρατῆσαι τῆς Αἰγύπτου φησὶν ἔτη πρὸς τοῖς πεντακοσίοις ἕνδεκα. Μετὰ ταῦτα δὲ τῶν ἐκ τῆς Θηβαΐδος καὶ τῆς ἄλλης Αἰγύπτου βασιλέων γενέσθαι φησὶν ἐπὶ τοὺς ποιμένας ἐπανάστασιν, καὶ πόλεμον αὐτοῖς συρραγῆναι μέγαν καὶ πολυχρόνιον. Ἐπὶ δὲ βασιλέως, ᾧ ὄνομα εἶναι Ἀλισφραγμούθωσις, ἡττωμένους φησὶ τοὺς ποιμένας ὑπ' αὐτοῦ ἐκ μὲν τῆς ἄλλης Αἰγύπτου πάσης ἐκπεσεῖν, κατακλεισθῆναι δ' εἰς τόπον, ἀρουρῶν ἔχοντα μυρίων τὴν περίμετρον. Αὔαριν ὄνομα τῷ τόπῳ. Τοῦτον φησὶν ὁ Μανεθὼν ἅπαντα τείχει τε μεγάλῳ καὶ ἰσχυρῷ περιβαλεῖν τοὺς ποιμένας, ὅπως τήν τε κτῆσιν ἅπασαν ἔχωσιν ἐν ὀχυρῷ καὶ τὴν λείαν τὴν ἑαυτῶν. Τὸν δὲ Ἀλισφραγμουθώσεως υἱὸν Θούμμωσιν ἐπιχειρῆσαι μὲν αὐτοὺς διὰ πολιορκίας ἑλεῖν κατὰ κράτος, ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα μυριάσι προσεδρεύσαντα τοῖς τείχεσιν· ἐπεὶ δὲ τῆς πολιορκίας ἀπέγνω, ποιήσασθαι συμβάσεις, ἵνα τὴν Αἴγυπτον ἐκλιπόντες ὅποι βούλονται πάντες ἀβλαβεῖς ἀπέλθωσι. Τοὺς δὲ ἐπὶ ταῖς ὁμολογίαις πανοικεσίᾳ μετὰ τῶν κτήσεων οὐκ ἐλάττους μυριάδων ὄντας εἴκοσι καὶ τεσσάρων ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου τὴν ἔρημον εἰς Συρίαν ὁδοιπορῆσαι. Φοβουμένους δὲ τὴν Ἀσσυρίων δυναστείαν (τότε γὰρ ἐκείνους τῆς Ἀσίας κρατεῖν), ἐν τῇ νῦν Ἰουδαίᾳ καλουμένῃ πόλιν οἰκοδομησαμένους τοσαύταις μυριάσιν ἀνθρώπων ἀρκέσουσαν, Ἱεροσόλυμα ταύτην ὀνομάσαι. » Ἐν ἄλλῃ δέ τινι βίβλῳ τῶν Αἰγυπτιακῶν Μανεθὼν τοῦτό φησιν ἔθνος τοὺς καλουμένους ποιμένας αἰχμαλώτους ἐν ταῖς ἱεραῖς αὐτῶν βίβλοις γεγράφθαι, λέγων ὀρθῶς. Καὶ γὰρ τοῖς ἀνωτάτω προγόνοις ἡμῶν τὸ ποιμαίνειν πάτριον ἦν, καὶ νομαδικὸν ἔχοντες τὸν βίον οὕτως ἐκαλοῦντο ποιμένες. Αἰχμάλωτοί τε πάλιν οὐκ ἀλόγως ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων ἀνεγράφησαν, ἐπειδήπερ ὁ πρόγονος ἡμῶν Ἰώσηπος ἑαυτὸν ἔφη πρὸς τὸν βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων αἰχμάλωτον εἶναι, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς εἰς τὴν Αἴγυπτον ὕστερον μετεπέμψατο, τοῦ βασιλέως ἐπιτρέψαντος. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν ἄλλοις ποιήσομαι τὴν ἐξέτασιν ἀκριβεστέραν.

ιε'. Νυνὶ δὲ τῆς ἀρχαιότητος ταύτης παρατίθεμαι τοὺς Αἰγυπτίους μάρτυρας. Πάλιν οὖν τὰ τοῦ Μανεθῶνος πῶς ἔχει πρὸς τὴν τῶν χρόνων τάξιν ὑπογράψω. Φησὶ δὲ οὕτω· « Μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐξ Αἰγύπτου τὸν λαὸν τῶν ποιμένων εἰς Ἱεροσόλυμα ὁ ἐκβαλὼν αὐτοὺς

vero pastorem et pastores secundum dialectum communem, unde vox composita HYCSOS. Sunt autem qui Arabas illos exstitisse dicant. » In alio autem exemplari nomine illo HYCSOS non reges significari comperi, sed e diverso captivos pastores indicari. HYC enim iterum Ægyptiaca lingua, et HAC cum aspiratione, captivos proprie nominatimque significat. Atque id mihi verisimilius videtur et magis cum antiqua historia consentiens. « Prædictos autem reges pastorum nomine appellatos, illorumque posteros Ægyptum in sua potestate habuisse dicit annis circiter XI supra quingentos. Tum vero susceptam adversus pastores a Thebaidis ac reliquæ Ægypti regibus expeditionem, bellumque grave ac diuturnum inter ipsos conflatum fuisse. Sub rege autem cui Alisphragmuthosis nomen erat, debellatos pastores illos, ac reliqua Ægypto pulsos, unum in locum inclusos esse tradit, cujus ambitus decem jugerum millia contineret. Auaris locus ille dicebatur. Hunc Manetho dicit universum a pastoribus ingenti validoque muro septum ac munitum, ut quicquid sibi fortunarum esset ac prædæ id omne tutum ac securum habere possent. At vero Alisphragmuthoseos filium Thummosin CCCCLXXX millium hominum exercitu muros obsedisse, atque ipsos per vim expugnare conatum illum quidem, sed, obsidionis exitu desperato, cum iisdem ea conditione pepigisse, ut, Ægypto relicta, omnes quocunque vellent sine ullo suo detrimento commigrarent. Eos igitur cum universis familiis atque omni possessione sua, uti per ictum fœdus poterant, haud pauciores CCXL millibus ab Ægypto per solitudinem in Syriam tetendisse. Quod autem sibi ab Assyriorum principatu metuerent (tum enim illos Asiam tenuisse), in ea quam hodie Judæam appellamus regione urbem ædificasse, quæ tot hominum millia caperet, eandemque Hierosolyma nominasse. » In alio vero quodam de rebus Ægyptiacis libro Manetho dicit, « hanc gentem pastores appellatam, captivos in sacris suorum libris haberi; » idque recte. Nam antiquis progenitoribus nostris patrium erat greges pascere : et pascualem agentes vitam, inde pastores vocabantur. Rursusque captivi non temere in Ægyptiorum libris dicti sunt, quoniam progenitor noster Josephus dixit ad Ægyptiorum regem; se captivum esse, et postea fratres in Ægyptum evocavit regis permissu. Sed de istis quidem alibi inquisitionem faciam diligentiorem.

15. Nunc autem hujus antiquitatis testes produco Ægyptios. Itaque rursus ea quæ tradidit Manetho, ad quod tempus referantur, subjiciam. Sic enim ait : « Postquam ex Ægypto egressus est Pastorum populus ad Hierosolyma, qui illos ex Ægypto pepulit rex Tethmosis,

« ἐξ Αἰγύπτου βασιλεὺς Τέθμωσις, ἐβασίλευσε μετὰ « ταῦτα ἔτη εἴκοσι πέντε καὶ μῆνας τέσσαρας, καὶ « ἐτελεύτησε, καὶ παρέλαβε τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ υἱὸς « Χέβρων ἔτη τρισκαίδεκα. Μεθ' ὃν Ἀμένωφις εἴκοσι « καὶ μῆνας ἑπτά. Τοῦ δὲ ἀδελφὴ Ἀμεσσὶς εἴκοσι ἓν « καὶ μῆνας ἐννέα. Τῆς δὲ Μήφρης δώδεκα καὶ μῆνας « ἐννέα. Τοῦ δὲ Μηφραμούθωσις εἴκοσι πέντε καὶ « μῆνας δέκα. Τοῦ δὲ Θμῶσις ἐννέα καὶ μῆνας ὀκτώ. « Τοῦ δ' Ἀμένωφις τριάκοντα καὶ μῆνας δέκα. Τοῦ « δὲ Ὧρος τριάκοντα ἓξ καὶ μῆνας πέντε. Τοῦ δὲ θυ- « γάτηρ Ἀκεγχρὴς δώδεκα καὶ μῆνα ἕνα. Τῆς δὲ Ῥά- « θωτις ἀδελφὸς ἐννέα. Τοῦ δὲ Ἀκεγχήρης δώδεκα « καὶ μῆνας πέντε. Τοῦ δ' Ἀκεγχήρης ἕτερος δώδεκα « καὶ μῆνας τρεῖς. Τοῦ δὲ Ἁρμαῒς τέσσαρα καὶ μῆνα « ἕνα. Τοῦ δὲ Ῥαμέσσης ἓν καὶ μῆνας τέσσαρας. « Τοῦ δὲ Ἀρμέσσης Μιαμμοῦ ἑξήκοντα ἓξ καὶ μῆνας « δύο. Τοῦ δὲ Ἀμένωφις δέκα καὶ ἐννέα καὶ μῆνας « ἕξ. Τοῦ δὲ Σέθωσις, καὶ Ῥαμέσσης, ἱππικὴν καὶ « ναυτικὴν ἔχων δύναμιν. Οὗτος τὸν μὲν ἀδελφὸν « Ἁρμαῒν ἐπίτροπον τῆς Αἰγύπτου κατέστησε, καὶ « πᾶσαν μὲν αὐτῷ τὴν ἄλλην βασιλικὴν περιέθηκεν « ἐξουσίαν, μόνον δὴ ἐνετείλατο διάδημα μὴ φορεῖν, « μηδὲ τὴν βασιλίδα μητέρα τε τῶν τέκνων ἀδικεῖν, « ἀπέχεσθαι δὲ καὶ τῶν ἄλλων βασιλικῶν παλλακίδων. « Αὐτὸς δὲ ἐπὶ Κύπρον καὶ Φοινίκην καὶ πάλιν Ἀσσυ- « ρίους τε καὶ Μήδους στρατεύσας, ἅπαντας, τοὺς μὲν « δόρατι, τοὺς δὲ ἀμαχητὶ, φόβῳ δὲ τῆς πολλῆς δυ- « νάμεως, ὑποχειρίους ἔλαβε. Καὶ μέγα φρονήσας « ἐπὶ ταῖς εὐπραγίαις, ἔτι καὶ θαρσαλεώτερον ἐπορεύετο, « τὰς πρὸς ἀνατολὰς πόλεις τε καὶ χώρας καταστρεφό- « μενος. Χρόνου τε ἱκανοῦ γεγονότος, Ἅρμαις ὁ κα- « ταλειφθεὶς ἐν Αἰγύπτῳ πάντα τοὔμπαλιν οἷς ἀδελφὸς « παρῄνει μὴ ποιεῖν ἀδεῶς ἔπραττεν· καὶ γὰρ τὴν « βασιλίδα βιαίως ἔσχε, καὶ ταῖς ἄλλαις παλλακίσιν « ἀφειδῶς διετέλει χρώμενος· πειθόμενος δὲ ὑπὸ τῶν « φίλων διάδημα ἐφόρει, καὶ ἀντῆρε τῷ ἀδελφῷ. Ὁ « δὲ τεταγμένος ἐπὶ τῶν ἱερῶν τῆς Αἰγύπτου γράψας « βιβλίον ἔπεμψε τῷ Σεθώσει, δηλῶν αὐτῷ πάντα, « καὶ ὅτι ἀντῆρεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἁρμαῒς. Παρα- « χρῆμα οὖν ὑπέστρεψεν εἰς Πηλούσιον, καὶ ἐκράτησε « τῆς ἰδίας βασιλείας. Ἡ δὲ χώρα ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ « αὐτοῦ ὀνόματος Αἴγυπτος. Λέγει γὰρ ὅτι ὁ μὲν « Σέθωσις ἐκαλεῖτο Αἴγυπτος, Ἅρμαῒς δὲ ὁ ἀδελφὸς « αὐτοῦ Δαναός. »

ιϛ'. Ταῦτα μὲν ὁ Μανεθών. Δῆλον δέ ἐστιν ἐκ τῶν εἰρημένων ἐτῶν τοῦ χρόνου συλλογισθέντος ὅτι οἱ καλούμενοι ποιμένες, ἡμέτεροι δὲ πρόγονοι, τρισὶ καὶ ἐνενήκοντα καὶ τριακοσίοις πρόσθεν ἔτεσιν ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἀπαλλαγέντες τὴν χώραν ταύτην ἐπῴκησαν ἢ Δαναὸν εἰς Ἄργος ἀφικέσθαι. Καίτοι τοῦτον ἀρχαιότατον Ἀργεῖοι νομίζουσι. Δύο τοίνυν ὁ Μανεθὼν ἡμῖν τὰ μέγιστα μεμαρτύρηκεν ἐκ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις γραμμάτων· πρῶτον μὲν τὴν ἑτέρωθεν ἄφιξιν εἰς Αἴγυπτον, ἔπειτα δὲ τὴν ἐκεῖθεν ἀπαλλαγὴν, οὕτως ἀρ-

« postea regnavit annis viginti et quinque, et mensibus « quattuor, et defunctus est : regnumque accepit filius « ejus Chebron, regnans annos tredecim. Post quem Ame- « nophis, annis viginti et mensibus VII. Hujus autem soror « Amessis, annis XXI et mensibus IX. Post hanc Mephres « annis XII et mensibus IX. Post hunc Mephramuthosis « annis XXV et mensibus X. Post eum Thmosis annis IX et « mensibus VIII. Post eum Amenophis annis XXX et mensi- « bus X. Post eum Orus annis XXXVI et mensibus V. Hujus « autem filia Acenchres annis XII et mense I. Post eam fra- « ter Rathotis annis IX. Post hunc Acencheres annis XII et « mensibus V. Post hunc Acencheres alter annis XII et « mensibus III. Post hunc Armais annis IV et mense I. Post « hunc Ramesses anno I et mensibus IV. Post hunc Armes- « ses Miammi annis LXVI et mensibus II. Post hunc Ameno- « phis annis XIX et mensibus VI. Post hunc Sethosis, et « Ramesses, qui plurimas copias habuit equestres et nava- « les. Hic fratrem quidem Armaim procuratorem Ægypti « constituit, et reliquam ei omnem regalem contulit potesta- « tem, tantummodo autem ei injunxit ne coronam gesta- « ret, neque reginam matremque liberorum injuria affice- « ret, insuperque ut abstineret ab ceteris regalibus concubi- « nis. Ipse vero in Cyprum et Phœnicen, rursusque in « Assyrios et Medos expeditione suscepta, universos, alios « quidem ferro, alios vero sine pugna magnæ suæ potesta- « tis terrore sibi subjugavit : atque prospero rerum suc- « cessu valde elatus, aliquanto audacius progrediebatur, « orientales urbes et provincias subvertendo. Quod tempus « quum in longum protraheretur, Armais, qui in Ægypto « fuerat relictus, omnia contra quam frater monuerat ne « faceret, sine timore faciebat : nam et reginæ vim inferebat, « ceterisque concubinis ad libitum misceri non cessabat : « persuasusque ab amicis corona utebatur, et contra fratrem « insurgebat. Is vero qui constitutus erat super sacra Ægy- « ptiaca, codicillos Sethosi misit, eum de omnibus certiorem « faciens, quodque frater ipsius Armais contra eum bellum « moveret. Illico igitur Pelusium reversus est, et pro- « prium tenuit regnum. Provincia vero ex ejus nomine « appellata est Ægyptus. Dicit enim quod Sethosis qui- « dem Ægyptus vocabatur, Armais autem frater ejus Da- « naus. »

16. Atque hæc quidem Manetho. Ergo si tempus ad initam annorum istorum rationem exigemus, constabit omnino, quos Pastores ipsi vocabant, majores nostros, annis ante tribus et nonaginta supra trecentos, ubi ex Ægypto migrassent, regionem illam insedisse, quam Danaus Argos venisset, qui tamen ab Argivis pro antiquissimo celebratur. Ita duo nobis eaque sane præcipua, hoc Manethonis, quod Ægyptiarum literarum fidem sequitur, testimonio confecta sunt : alterum, eos in Ægyptum aliunde profectos esse; alterum, indidem ipsos alio commigrasse, quod etiam pro-

γαίαν τοῖς χρόνοις, ὡς ἐγγύς που προτερεῖν αὐτὴν τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι χιλίοις. Ὑπὲρ ὧν δ' ὁ Μανεθὼν οὐκ ἐκ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις γραμμάτων, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ὡμολόγηκεν, ἐκ τῶν ἀδεσπότως μυθολογουμένων προστέθεικεν, ὕστερον ἐξελέγξω κατὰ μέρος, ἀποδεικνὺς τὴν ἀπίθανον αὐτοῦ ψευδολογίαν.

ιζ'. Βούλομαι τοίνυν ἀπὸ τούτων ἔτι μετελθεῖν ἐπὶ τὰ παρὰ τοῖς Φοίνιξιν ἀναγεγραμμένα περὶ τοῦ γένους ἡμῶν, καὶ τὰς ἐξ ἐκείνων μαρτυρίας παρασχεῖν. Ἔστι τοίνυν παρὰ Τυρίοις πολλῶν ἐτῶν γράμματα, δημοσίᾳ γεγραμμένα καὶ πεφυλαγμένα λίαν ἐπιμελῶς, περὶ τῶν παρ' αὐτοῖς γενομένων καὶ πρὸς ἀλλήλους πραχθέντων μνήμης ἀξίων. Ἐν τούτοις γέγραπται ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ᾠκοδομήθη ναὸς ὑπὸ Σολομῶνος τοῦ βασιλέως, ἔτεσι θᾶττον ἑκατὸν τεσσαράκοντα καὶ τρισὶν καὶ μησὶν ὀκτὼ τοῦ κτίσαι Τυρίους Καρχηδόνα, ἀνεγράφη δὲ παρ' ἐκείνοις ἡ τοῦ ναοῦ κατασκευὴ τοῦ παρ' ἡμῖν. Εἴρωμος γὰρ ὁ τῶν Τυρίων βασιλεὺς φίλος ἦν τοῦ βασιλέως ἡμῶν Σολομῶνος, πατρικὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν διαδεδεγμένος. Αὐτὸς οὖν συμφιλοτιμούμενος εἰς τὴν τοῦ κατασκευάσματος τῷ Σολομῶνι λαμπρότητα, χρυσίου μὲν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἔδωκε τάλαντα, τεμὼν δὲ καλλίστην ὕλην ἐκ τοῦ ὄρους, ὃ καλεῖται Λίβανος, εἰς τὸν ὄροφον ἀπέστειλεν. Ἀντεδωρήσατο δὲ αὐτὸν ὁ Σολομὼν ἄλλοις τε πολλοῖς καὶ γῇ κατὰ χώραν τῆς Γαλιλαίας τῇ Χαβουλὼν λεγομένῃ. Μάλιστα δὲ αὐτοὺς εἰς φιλίαν τῆς σοφίας συνῆγεν ἐπιθυμία· προβλήματα γὰρ ἀλλήλοις ἀντεπέστελλον λύειν κελεύοντες, καὶ κρείττων ἐν τούτοις ἦν ὁ Σολομὼν καὶ τἄλλα σοφώτερος. Σῴζονται δὲ μέχρι νῦν παρὰ τοῖς Τυρίοις πολλαὶ τῶν ἐπιστολῶν, ἃς ἐκεῖνοι πρὸς ἀλλήλους ἔγραψαν. Ὅτι δ' οὐ λόγος ἐστὶν ὑπ' ἐμοῦ συγκείμενος ὁ περὶ τῶν παρὰ τοῖς Τυρίοις γραμμάτων παραθήσομαι μάρτυρα Δῖον, ἄνδρα περὶ τὴν Φοινικικὴν ἱστορίαν ἀκριβῆ γεγονέναι πεπιστευμένον. Οὗτος τοίνυν ἐν ταῖς περὶ Φοινίκων ἱστορίαις γράφει τὸν τρόπον τοῦτον· « Ἀβιβάλου τελευτήσαντος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ « Εἴρωμος ἐβασίλευσεν. Οὗτος τὰ πρὸς ἀνατολὰς « μέρη τῆς πόλεως προσέχωσε, καὶ μεῖζον τὸ ἄστυ « πεποίηκε, καὶ τοῦ Ὀλυμπίου Διὸς τὸ ἱερὸν καθ' « ἑαυτὸ ὂν ἐν νήσῳ, χώσας τὸν μεταξὺ τόπον, συνῆψε « τῇ πόλει, καὶ χρυσοῖς ἀναθήμασιν ἐκόσμησεν· ἀνα- « βὰς δὲ εἰς τὸν Λίβανον ὑλοτόμησε πρὸς τὴν τῶν « ναῶν κατασκευήν. Τὸν δὲ τυραννοῦντα Ἱεροσολύ- « μων Σολομῶνα πέμψαι φασὶ πρὸς τὸν Εἴρωμον αἰ- « νίγματα καὶ παρ' αὐτοῦ λαβεῖν ἀξιοῦν, τὸ δὲ μὴ δυ- « νηθέντα διακρῖναι τῷ λύσαντι χρήματα ἀποτίνειν. « Ὁμολογήσαντα δὲ τὸν Εἴρωμον καὶ μὴ δυνηθέντα « λῦσαι τὰ αἰνίγματα πολλὰ τῶν χρημάτων εἰς τὸ ἐπι- « ζήμιον ἀναλῶσαι. Εἶτα δὴ Ἀβδήμονόν τινα Τύριον « ἄνδρα τὰ προτεθέντα λῦσαι, καὶ αὐτὸν ἄλλα προβα- « λεῖν· ἃ μὴ λύσαντα τὸν Σολομῶνα πολλὰ τῷ Εἰρώμῳ « προσαποτῖσαι χρήματα. » Δῖος μὲν οὕτω περὶ τῶν προειρημένων ἡμῖν μεμαρτύρηκεν.

sterius adeo vetustum, ut Trojana tempora annis prope mille antecederet. Ista vero quæ Manetho non ex literis Ægyptiacis, sed, sicut ipse professus est, ab incertis auctoribus memorata, adjecit, postea particulatim excutiam, ea mendacia esse ostendens sine verisimilitudine conficta.

cum Alexandro, et postea ejus cum successoribus. Subjiciam illa, quibus ipse se interfuisse dicit, ab homine quodam Judæo gesta in expeditione. Ita enim narrat : « Quum proficiscerer ad mare Rubrum, una cum aliis equitibus Judæis, quos itineris duces habebamus, unus eorum aliquis comitabatur, nomine Mosollamus, vir quum animi magnitudine tum corporis robore non vulgari, idemque sagittarius omnium tam Græcorum quam barbarorum confessione peritissimus. Is igitur homo, quum universa multitudo iter illud agerent, et vates quidam augurium captaret peteretque ut cuncti starent, interrogavit quorsum substitissent. Quum autem augur ei avem ostendisset, simulque dixisset, si quidem ibi resideret avis, omnibus ut eo in loco manerent expedire; sin protinus volando contenderet, porro pergerent ipsi quoque; sin denique retro, retro similiter ipsi redirent: Judæus nihil contra, sed intento arcu jaculatur, avemque confixam peremit. Hic augure aliisque nonnullis graviter indignantibus, ipsique una diras imprecantibus, Quid, inquit, usque adeo furitis, infaustissimam avem in manus sumentes? quomodo ista, quæ vitæ ipsa suæ providere non potuit, sani quicquam de suscepto a nobis itinere prænunciare valuit? Enimvero si prænosse futurum potuisset, nunquam hunc in locum venisset, præ metu ne Mosollami Judæi sagittis confixa moreretur. » Verum testimoniorum ex Hecatæo satis : nam quibus in animo est plura cognoscere, facile est librum ipsum adire. Non vero me pigebit nominare Agatharchiden, cum irrisione simplicitatis, ut ipsi visum est, nostrûm mentionem facientem. Is enim narrans de Stratonice, « quemadmodum in Syriam quidem e Macedonia venerit, viro suo Demetrio derelicto : Seleuco autem uxorem eam ducere nolente, id quod ipsa exspectaverat, exercitum vero apud Babylonem illo colligente, res novas circa Antiochiam molita est. Deinde, post regis reversionem capta Antiochia, in Seleuciam fugerit : quumque liceret ipsi statim navi discedere, somnio id facere prohibenti parendo capta est et interiit. » Ista præfatus Agatharchides, et cum dicteriis Stratonice exprobrans superstitionem, in exemplum adhibet quod de genere nostro dicitur, et in hunc modum scripsit : « Ii qui appellantur Judæi, quum urbem habeant firmissimam, quam ab indigenis Hierosolyma vocari accidit, soliti otiari diebus septimis, ita ut eo tempore nec arma ferant, nec agrum colant, nec alios omnino cujusquam ministerii curam habeant, sed in templo extensis manibus preces faciant ad vesperam usque, quum illam urbem intraret Ptolemæus Lagi filius cum exercitu, et hominibus, qui urbem custodire debuerant, stultitiam observantibus, patria quidem ipsorum acerbum accepit dominum, lex vero convicta est stultam habere consuetudinem. Docuit autem, alios omnes, præter i-

« φυγεῖν ἐνύπνια, καὶ τὴν περὶ τοῦ νόμου παραδεδο- « μένην ὑπόνοιαν, ἡνίκ' ἂν τοῖς ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς « περὶ τῶν διαπορουμένων ἐξασθενήσουσιν. » Τοῦτο μὲν Ἀγαθαρχίδῃ καταγέλωτος ἄξιον δοκεῖ, τοῖς δὲ μὴ μετὰ δυσμενείας ἐξετάζουσι φαίνεται μέγα καὶ πολλῶν ἄξιον ἐγκωμίων, εἰ καὶ σωτηρίας καὶ πατρίδος ἄνθρωποί τινες νόμων φυλακὴν καὶ τὴν πρὸς Θεὸν εὐσέβειαν ἀεὶ προτιμῶσιν.

κγ'. Ὅτι δὲ οὐκ ἀγνοοῦντες ἔνιοι τῶν συγγραφέων τὸ ἔθνος ἡμῶν, ἀλλ' ὑπὸ φθόνου τινὸς ἢ δι' ἄλλας αἰτίας οὐχ ὑγιεῖς τὴν μνήμην παρέλιπον, τεκμήριον οἶμαι παρέξειν. Ἱερώνυμος γὰρ ὁ τὴν περὶ τῶν διαδόχων ἱστορίαν συγγεγραφὼς, κατὰ τὸν αὐτὸν μὲν ἦν Ἑκαταίῳ χρόνον, φίλος δ' ὢν Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως, τὴν Συρίαν ἐπετρόπευεν. Ἀλλ' ὅμως Ἑκαταῖος μὲν καὶ βιλίον ἔγραψε περὶ ἡμῶν· Ἱερώνυμος δ' οὐδαμοῦ κατὰ τὴν ἱστορίαν ἐμνημόνευσε, καίτοι σχεδὸν ἐν τοῖς τόποις διατετροφώς. Τοσοῦτον αἱ προαιρέσεις τῶν ἀνθρώπων διήνεγκαν· τῷ μὲν γὰρ ἐδόξαμεν καὶ σπουδαίας εἶναι μνήμης ἄξιοι, τῷ δὲ πρὸς τὴν ἀλήθειαν πάντως τι πάθος οὐκ εὔγνωμον ἐπεσκότησεν. Ἀρκοῦσι δὲ ὅμως εἰς τὴν ἀπόδειξιν τῆς ἀρχαιότητος αἵ τε Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων καὶ Φοινίκων ἀναγραφαὶ, πρὸς ἐκείναις τε τοσοῦτοι τῶν Ἑλλήνων συγγραφεῖς. Ἔτι δὲ καὶ πρὸς τοῖς εἰρημένοις Θεόφιλος, καὶ Θεόδοτος, καὶ Μνασέας, καὶ Ἀριστοφάνης, καὶ Ἑρμογένης, Εὐήμερός τε καὶ Κόνων, καὶ Ζωπυρίων, καὶ πολλοί τινες ἄλλοι τάχα (οὐ γὰρ ἔγωγε πᾶσιν ἐντετύχηκα τοῖς βιβλίοις) οὐ παρέργως ἡμῶν ἐμνημονεύκασιν. Οἱ πολλοὶ δὲ τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν τῆς μὲν ἀληθείας τῶν ἐξ ἀρχῆς πραγμάτων διήμαρτον, ὅτι μὴ ταῖς ἱεραῖς ἡμῶν βίβλοις ἐνέτυχον, κοινῶς μέντοι περὶ τῆς ἀρχαιότητος ἅπαντες μεμαρτυρήκασιν, ὑπὲρ ἧς τὰ νῦν λέγειν προεθέμην. Ὁ μέντοι Φαληρεὺς Δημήτριος καὶ Φίλων ὁ πρεσβύτερος καὶ Εὐπόλεμος οὐ πολὺ τῆς ἀληθείας διήμαρτον. Οἷς συγγιγνώσκειν ἄξιον· οὐ γὰρ ἐνῆν αὐτοῖς μετὰ πάσης ἀκριβείας τοῖς ἡμετέροις γράμμασι παρακολουθεῖν.

κδ'. Ἓν ἔτι μοι κεφάλαιον ὑπολείπεται τῶν κατὰ τὴν ἀρχὴν προτεθέντων τοῦ λόγου, τὰς διαβολὰς καὶ τὰς λοιδορίας, αἷς κέχρηνταί τινες κατὰ τοῦ γένους ἡμῶν, ἀποδεῖξαι ψευδεῖς καὶ τοῖς γεγραφόσι ταύτας καθ' ἑαυτῶν χρήσασθαι μάρτυσιν. Ὅτι μὲν οὖν καὶ ἑτέροις τοῦτο πολλοῖς συμβέβηκε διὰ τὴν ἐνίων δυσμένειαν, οἶμαι γιγνώσκειν τοὺς πλέον ταῖς ἱστορίαις ἐντυγχάνοντας. Καὶ γὰρ ἐθνῶν τινες καὶ τῶν ἐνδοξοτάτων πόλεων ῥυπαίνειν τὴν εὐγένειαν καὶ τὰς πολιτείας ἐπεχείρησαν λοιδορεῖν, Θεόπομπος μὲν τὴν Ἀθηναίων, τὴν δὲ Λακεδαιμονίων Πολυκράτης· ὁ δὲ τὸν Τριπολιτικὸν γράψας (οὐ γὰρ δὴ Θεόπομπός ἐστιν, ὥς τινες οἴονται) καὶ τὴν Θηβαίων πόλιν διέβαλε. Πολλὰ δὲ καὶ Τίμαιος ἐν ταῖς ἱστορίαις περὶ τῶν προειρημένων καὶ περὶ ἄλλων βεβλασφήμηκεν. Μάλιστα δὲ τοῦτο ποιοῦσι τοῖς ἐνδοξοτάτοις προσπλεκόμενοι, τινὲς μὲν διὰ φθόνον καὶ κακοήθειαν, ἄλλοι δὲ διὰ τοῦ καινολογεῖν μνήμης ἀξιω-

« psos, eventus ille, ut tunc somnia fugerent, et a concepta « per legem opinione desisterent, ubi in rebus ambiguis « humana eos consilia destituunt. » Hoc igitur Agatharchidæ ridiculum videtur; eis autem qui non animo infenso hæc examinant, magnum apparet et multa laude dignum, si et saluti et patriæ quidam custodiam legum inque Deum pietatem semper præferunt.

23. Quod vero scriptorum nonnulli gentem nostram non ignorantes, sed propter invidiam quandam aut alias ob caussas non justas memoriam nostri omiserint, indicium me daturum esse arbitror. Hieronymus enim, qui successorum Alexandri historiam conscripsit, æqualis quidem Hecatæi, regis vero Antigoni amicus, Syriæ erat procurator. Verum Hecatæus etiam librum quidem scripsit de gente nostra: Hieronymus autem nequaquam nostri in historia meminit, licet pene in ipsis locis nutritus esset. In tantum hominum voluntates inter se dissident. Alter namque dignos existimavit quos studiose memoraret; alteri vero omnino iniqua quædam passio ad veritatem discernendam tenebras offudit. Sufficiunt tamen ad fidem hujus antiquitatis faciendam Ægyptiorum et Chaldæorum ac Phœnicum historiæ, prætereaque tot e Græcis historici. Quibus insuper etiam licet addere Theophilum, et Theodotum, et Mnaseam, et Aristophanem, et Hermogenem, et Euhemerum, et Cononem, et Zopyrionem, aliosque forte quamplurimos (nec enim omnes evolvi libros), qui rerum nostrarum non obiter tantum meminerunt. Et quanquam eorum, quos nominatim citavimus, plerique, quod literas nostras minime attigerint, a rerum jam inde ab initio gestarum veritate aberrarunt; communi tamen consensu omnes eidem antiquitati suffragati sunt, quod unum mihi hoc loco propositum fuerat. Verum Demetrius Phalereus, et Philo senior, et Eupolemus, a vero propius abfuerunt: quibus etiam, si quid peccarunt, veniam hoc nomine dare æquum utique sit, quod librorum nostrorum sensum accurate capere et assequi non potuerint.

24. Unum adhuc mihi caput restat ex iis quæ sub initium orationis proposui, ut calumnias et convicia, quibus nostrum genus onerant nonnulli, falsa esse ostendam, auctoresque eorum testes contra semetipsos adducam. Et quod quidem multis aliis hoc evenit propter quorundam inimicitias, eos intelligere arbitror, qui majori studio in historiis versantur. Nam et gentium nonnulli et gloriosissimarum civitatum nobilitatem fœdare, rerumque publicarum formas maledictis insectari tentarunt, Theopompus quidem Atheniensium, Lacedæmoniorum vero Polycrates; atque is qui Tripoliticum scripsit (non enim Theopompus est, ut quidam arbitrantur), etiam Thebanorum civitatem calumniatus est. Multa vero etiam Timæus in historiis de prædictis aliisque detraxit. Maximeque hoc faciunt quando rem habent cum præclarissimis, quidam propter invidiam atque malevolentiam, alii vero nova dicendo memoria se

θήσεσθαι νομίζοντες. Παρὰ μὲν οὖν τοῖς ἀνοήτοις ταύτης οὐδαμῶς ἁμαρτάνουσι τῆς ἐλπίδος, οἱ δ' ὑγιαίνοντες τῇ κρίσει πολλὴν αὐτῶν μοχθηρίαν καταδικάζουσι.

κε'. Τῶν δὲ εἰς ἡμᾶς βλασφημιῶν ἤρξαντο μὲν Αἰγύπτιοι· βουλόμενοι δ' ἐκείνοις τινὲς χαρίζεσθαι παρατρέπειν ἐπεχείρησαν τὴν ἀλήθειαν, οὔτε τὴν εἰς Αἴγυπτον ἄφιξιν ὡς ἐγένετο τῶν ἡμετέρων προγόνων ὁμολογοῦντες οὔτε τὴν ἔξοδον ἀληθεύοντες. Αἰτίας δὲ πολλὰς ἔλαβον τοῦ μισεῖν καὶ φθονεῖν, τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ὅτι κατὰ τὴν χώραν αὐτῶν ἐδυνάστευσαν ἡμῶν οἱ πρόγονοι, κἀκεῖθεν ἀπαλλαγέντες ἐπὶ τὴν οἰκείαν πάλιν ηὐδαιμόνησαν, εἶθ' ἡ τῶν ἱερῶν ὑπεναντιότης πολλὴν αὐτοῖς ἐνεποίησεν ἔχθραν, τοσοῦτον τῆς ἡμετέρας διαφερούσης εὐσεβείας πρὸς τὴν ὑπ' ἐκείνων νενομισμένην ὅσον Θεοῦ φύσις ζώων ἀλόγων διέστηκεν. Κοινὸν μὲν γὰρ αὐτοῖς ἐστι πάτριον τὸ ταῦτα θεοὺς νομίζειν, ἰδίᾳ δὲ πρὸς ἀλλήλους ἐν ταῖς τιμαῖς αὐτῶν διαφέρονται, κοῦφοι δὲ καὶ ἀνόητοι παντάπασιν ἄνθρωποι, κακῶς ἐξ ἀρχῆς εἰθισμένοι δοξάζειν περὶ θεῶν. Μιμήσασθαι μὲν τὴν σεμνότητα τῆς ἡμετέρας θεολογίας οὐκ ἐχώρησαν, ὁρῶντες δὲ ζηλουμένους ὑπὸ πολλῶν ἐφθόνησαν. Εἰς τοσοῦτον γὰρ ἦλθον ἀνοίας καὶ μικροψυχίας ἔνιοι τῶν παρ' αὐτοῖς ὥστ' οὐδὲ ταῖς ἀρχαίαις αὐτῶν ἀναγραφαῖς ὤκνησαν τἀναντία λέγειν, ἀλλὰ καὶ σφίσιν αὐτοῖς ἐναντία γράφοντες, ὑπὸ τυφλότητος τοῦ πάθους ἠγνόησαν.

κϛ'. Ἐφ' ἑνὸς δὴ πρώτου στήσω τὸν λόγον ᾧ καὶ μάρτυρι μικρὸν ἔμπροσθεν τῆς ἀρχαιότητος ἐχρησάμην. Ὁ γὰρ Μανεθὼν οὗτος, ὁ τὴν Αἰγυπτιακὴν ἱστορίαν ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων μεθερμηνεύειν ὑπεσχημένος, προειπὼν τοὺς ἡμετέρους προγόνους πολλαῖς μυριάσιν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ἐλθόντας κρατῆσαι τῶν ἐνοικούντων, εἶτ' αὐτὸς ὁμολογῶν χρόνῳ πάλιν ὕστερον ἐκπεσόντας τὴν νῦν Ἰουδαίαν κατασχεῖν, καὶ κτίσαντες Ἱεροσόλυμα τὸν νεὼν κατασκευάσασθαι, μέχρι μὲν τούτων ἠκολούθησε ταῖς ἀναγραφαῖς, ἔπειτα δὲ δοὺς ἐξουσίαν αὑτῷ, διὰ τοῦ φάναι γράψειν τὰ μυθευόμενα καὶ λεγόμενα περὶ τῶν Ἰουδαίων, λόγους ἀπιθάνους παρενέβαλεν, ἀναμῖξαι βουλόμενος ἡμῖν Αἰγυπτίων πλῆθος λεπρῶν καὶ ἐπὶ ἄλλοις ἀρρωστήμασιν, ὥς φησι, φυγεῖν ἐκ τῆς Αἰγύπτου καταγνωσθέντων. Ἀμένωφιν γὰρ βασιλέα προσθεὶς, ψευδὲς ὄνομα, καὶ διὰ τοῦτο χρόνον αὐτοῦ τῆς βασιλείας ὁρίσαι μὴ τολμήσας, καίτοι γε ἐπὶ τῶν ἄλλων βασιλέων ἀκριβῶς τὰ ἔτη προστιθεὶς, τούτῳ προσάπτει τινὰς μυθολογίας, ἐπιλαθόμενος σχεδὸν ὅτι πεντακοσίοις ἔτεσι καὶ ὀκτωκαίδεκα πρότερον ἱστόρηκε γενέσθαι τὴν τῶν ποιμένων ἔξοδον εἰς Ἱεροσόλυμα· Τέθμωσις γὰρ ἦν βασιλεὺς ὅτε ἐξῄεσαν. Ἀπὸ δὲ τούτων μεταξὺ τῶν βασιλέων κατ' αὐτόν ἐστι τριακόσια ἐνενήκοντα τρία ἔτη, μέχρι τῶν δύο ἀδελφῶν Σέθω καὶ Ἑρμαίου, ὧν τὸν μὲν Σέθων Αἴγυπτον, τὸν δὲ Ἕρμαιον Δαναὸν μετονομασθῆναί φησιν. Ὃν ἐκβαλὼν ὁ Σέθως ἐβασίλευσεν ἔτη νθ'· καὶ μετ' αὐτὸν ὁ πρεσβύτερος τῶν υἱῶν αὐτοῦ Ῥάμψης ξϛ'. Τοσούτοις οὖν πρότερον ἔτεσιν

dignos fore existimantes. Et apud stultos quidem nequaquam hac de spe decidunt; sani vero judicii viri iis hanc malignitatem vitio vertunt.

25. Quæ vero probra et maledicta in nostrates jactata sunt, iis causam et originem Ægyptii præbuerunt; quorum gratiæ nonnulli scriptores inservire cupientes veritatem rerum gestarum pervertere aggressi sunt, nec majorum nostrorum adventum in Ægyptum, ut re vera fuit, ingenue fatentes, nec inde egressum bona fide commemorantes. Causas autem multas odii atque invidiæ habuerunt, queis in nostram gentem exstimulati sunt: et ab initio quidem quod nostri olim rerum in patria eorum potiti sunt; deinde quod illinc digressi in propriam patriam, secunda omnia nacti sunt: postremo religionum diversitas ingens eis odium in nos accendit, tantum religione nostra ab ea quam ipsi veram pietatem putant differente, quantum divina natura brutis animalibus præstat. Communis namque apud illos ritus est patrius, ejuscemodi bruta deos arbitrari; singillatim autem alii alia colunt, homines fatui omnino et insipientes, et ab initio malas de diis opiniones habere consueti. Non ceperunt quidem gravitatem nostræ de Deo doctrinæ, quum autem nostra instituta viderent a multis probata, nobis inviderunt. Nam eo quidem amentiæ animique pusilli processere quidam apud ipsos, ut non pigeret eos etiam contra antiquas suorum historias aliqua dicere: imo odio et invidia occœcati ignorarunt, quod sibimet contraria scripserint.

26. Ad unum itaque præcipuum orationem referam, quem paullo ante antiquitatis nostræ testem adhibui. Hic enim Manetho, qui historiam Ægyptiacam e sacris literis interpretari pollicitus est, præfatus nostros progenitores cum multis myriadibus in Ægyptum advenisse, ejusque incolas subjugasse, deinde ipse agnoscens quod tempore postea sequuto illa regione exciderint et Judæam nunc dictam occuparint, atque Hierosolymis ædificatis templum exstruxerint, eousque historias quidem antiquas sequutus est: postea vero sumpta sibi licentia, ut videretur scripsisse relata et dicta de Judæis, incredibilia quædam inseruit, volens permiscere nobis multitudinem Ægyptiorum leprosorum et alios ob morbos, ut dicit, ex Ægypto fugere compulsorum. Amenophin enim regem, falsum nomen, adjiciens, et idcirco tempus ipsius regni definire non ausus, quamvis ceteris regibus accurate annos apponeret, huic annectit quasdam fabulas, oblitus ferme tradidisse se, quingentis et octodecim annis prius evenisse Pastorum exitum ad Hierosolyma: rex enim, quando illi exierunt, fuit Tethmosis. Et ab hoc tempore regum qui postea fuere, anni sunt trecenti nonaginta tres, usque ad fratres Sethonem et Hermæum; quorum Sethonem quidem Ægyptum, Hermæum vero Danaum denominatum dicit. Quem quum Sethon expulisset, regnavit annis quinquaginta et novem, et post illum filiorum natu major Rampses annis LXVI. Ante

ἀπελθεῖν ἐξ Αἰγύπτου τοὺς πατέρας ἡμῶν ὡμολογηκὼς, εἶτα τὸν Ἀμένωφιν εἰσποιήσας ἐμβόλιμον βασιλέα, φησὶ τοῦτον ἐπιθυμῆσαι θεῶν γενέσθαι θεατὴν, ὥσπερ Ὧρος εἷς τῶν πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότων· ἀνενεγκεῖν δὲ τὴν ἐπιθυμίαν ὁμωνύμῳ μὲν αὐτῷ Ἀμενώφει, πατρὸς δὲ Παάπιος ὄντι, θείας δὲ δοκοῦντι μετεσχηκέναι φύσεως κατά τε σοφίαν καὶ πρόγνωσιν τῶν ἐσομένων. Εἰπεῖν οὖν αὐτῷ τοῦτον τὸν ὁμώνυμον ὅτι δυνήσεται θεοὺς ἰδεῖν, εἰ καθαρὰν ἀπό τε λεπρῶν καὶ τῶν ἄλλων μιαρῶν ἀνθρώπων τὴν χώραν ἅπασαν ποιήσειεν. Ἡσθέντα δὲ τὸν βασιλέα πάντας τοὺς τὰ σώματα λελωβημένους ἐκ τῆς Αἰγύπτου συναγαγεῖν (γενέσθαι δὲ τοῦ πλήθους μυριάδας ὀκτώ), καὶ τούτους εἰς τὰς λιθοτομίας τὰς ἐν τῷ πρὸς ἀνατολὴν μέρει τοῦ Νείλου ἐμβαλεῖν αὐτὸν, ὅπως ἐργάζοιντο καὶ τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων οἱ ἐγκεχωρισμένοι. Εἶναι δέ τινας ἐν αὐτοῖς καὶ τῶν λογίων ἱερέων φησὶ λέπρᾳ συγκεχυμένους. Τὸν δὲ Ἀμένωφιν ἐκεῖνον, τὸν σοφὸν καὶ μαντικὸν ἄνδρα, ὑποδεῖσαι πρὸς αὐτόν τε καὶ τὸν βασιλέα χόλον τῶν θεῶν, εἰ βιασθέντες ὀφθήσονται· καὶ προσθέμενον εἰπεῖν ὅτι συμμαχήσουσί τινες τοῖς μιαροῖς καὶ τῆς Αἰγύπτου κρατήσουσιν ἐπ' ἔτη τρισκαίδεκα. Μὴ τολμῆσαι μὲν αὐτὸν εἰπεῖν ταῦτα τῷ βασιλεῖ, γραφὴν δὲ καταλιπόντα περὶ πάντων ἑαυτὸν ἀνελεῖν. Ἐν ἀθυμίᾳ δὲ εἶναι τὸν βασιλέα. Κἄπειτα κατὰ λέξιν οὕτω γέγραφεν· « Τῶν δὲ ταῖς λατομίαις ὡς χρόνος ἱκανὸς διῆλθεν ταλαιπωρούντων, « ἀξιωθεὶς ὁ βασιλεὺς ἵνα πρὸς κατάλυσιν αὐτοῖς καὶ « σκέπην ἀπομερίσῃ τὴν τότε τῶν ποιμένων ἐρημωθεῖσαν πόλιν, Αὔαριν συνεχώρησεν. Ἔστι δ' ἡ πόλις « κατὰ τὴν θεολογίαν ἄνωθεν Τυφώνιος. Οἱ δὲ εἰς « ταύτην εἰσελθόντες καὶ τὸν τόπον τοῦτον εἰς ἀπόστασιν « ἔχοντες ἡγεμόνα αὐτῶν λεγόμενόν τινα τῶν Ἡλιοπολιτῶν ἱερέων Ὀσάρσιφον ἐστήσαντο· καὶ τούτῳ πειθαρχήσοντες ἐν πᾶσιν ὡρκομότησαν. Ὁ δὲ πρῶτον « μὲν αὐτοῖς νόμον ἔθετο μήτε προσκυνεῖν θεοὺς μήτε « τῶν μάλιστα ἐν Αἰγύπτῳ θεμιστευομένων ἱερῶν ζώων « ἀπέχεσθαι μηδενὸς, πάντα τε θύειν καὶ ἀναλοῦν, συνάπτεσθαι δὲ μηδενὶ πλὴν τῶν συνωμοσμένων. Τοιαῦτα « δὲ νομοθετήσας καὶ πλεῖστα ἄλλα, μάλιστα τοῖς « Αἰγυπτίοις ἐθισμοῖς ἐναντιούμενα, ἐκέλευσε πολυχειρίᾳ τὰ τῆς πόλεως ἐπισκευάζειν τείχη, καὶ πρὸς πόλεμον ἑτοίμους γίνεσθαι τὸν πρὸς Ἀμένωφιν τὸν βασιλέα. Αὐτὸς δὲ προσλαβόμενος μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τῶν « ἄλλων ἱερέων καὶ συμμεμιασμένων ἔπεμψε πρέσβεις « πρὸς τοὺς ὑπὸ Τεθμώσεως ἀπελαθέντας ποιμένας εἰς « πόλιν τὴν καλουμένην Ἱεροσόλυμα. Καὶ τὰ καθ' « ἑαυτὸν καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς συνατιμασθέντας δηλώσας « ἠξίου συνεπιστρατεύειν ὁμοθυμαδὸν ἐπ' Αἴγυπτον. « Ἐπάξειν μὲν οὖν αὐτοὺς ἐπηγγείλατο πρῶτον μὲν εἰς « Αὔαριν τὴν προγονικὴν αὐτῶν πατρίδα, καὶ τὰ ἐπιτήδεια τοῖς ὄχλοις παρέξειν ἀφθόνως, ὑπερμαχήσεσθαι « δὲ, ὅτε δέοι, καὶ ῥᾳδίως ὑποχείριον αὐτοῖς τὴν χώραν « ποιήσειν. Οἱ δὲ ὑπερχαρεῖς γενόμενοι πάντες προθύμως εἰς εἴκοσι μυριάδας ἀνδρῶν συνεξώρμησαν, καὶ

tot igitur annos patres nostros ex Ægypto egressos confessus, dein quum Amenophin regem supposuisset, hunc ait concupivisse deorum spectatorem esse, sicut et Orum quendam priorum regum, et hoc suum desiderium communicasse cum filio cujusdam Paapios, cui idem cum eo nomen erat Amenophis, quique de divina visus est participare natura propter sapientiam præscientiamque futurorum. Itaque regi dixisse hunc cognominem, quod posset videre deos, si regionem universam de leprosis hominibus et immundis purgare vellet. Regem gaudio perfusum omnes corporis aliqua injuria affectos ex Ægypto congregasse dicit; et multitudinem crevisse ad numerum octo myriadum; eosque ad sectiones lapidum in partem Nili orientalem misisse, ut in opere exercerentur pariter ac alii Ægyptii eo destinati Fuisse autem quosdam inter eos etiam eruditorum sacerdotum lepra perfusos ait. Amenophin vero illum sapientem divinumque virum subveritum esse, ne in se regemque deorum iram concitaret, si illis vis adhiberetur; prætereaque dixisse nonnullos auxilio venturos pollutis, et Ægypto dominaturos tredecim annis. Et ipsum quidem ista regi dicere non ausum esse, omnia vero scripta reliquisse et semet interemisse. Qua de causa regem anxietate laborasse. Deinde ad verbum ita scripsit : « Quum autem illi satis longo tempore in lapicidinis graviter laborassent, rex imploratus ut ad requiem « et tutamen eorum secerneret civitatem, urbem incolis « exhaustam, quæ fuerat Pastorum, nomine Auarin, eis « concessit. Est autem hæc urbs, juxta theologiam antiquam, Typhonis. Porro illi in eam ingressi, atque hunc « locum ad res novas moliendas opportunum nacti, ducem « sibimet quendam Heliopolitanorum pontificum Osarsiphum constituere, et huic se in omnibus obtemperaturos « juraverunt. At ille primam quidem eis legem posuit, ut « neque deos adorarent, neque ab animalibus ullis, quæ « præcipue sacra apud Ægyptios erant, se abstinerent, sed « ut omnia mactarent atque consumerent; nullique copularentur nisi qui ejusdem conjurationis esset. Quum autem « ista sanxisset et alia quamplurima maxime Ægyptiorum « moribus adversantia, multarum manuum opera jussit « ædificare civitatis muros, et ad bellum sese parare adversus Amenophin regem. Ipse vero, assumptis secum « etiam aliis sacerdotibus et pollutorum quibusdam, misit « legatos ad Pastores, qui a Tethmosi depulsi in urbem « Hierosolyma dictam se contulerant. Et declaratis iis quæ « sibi ceterisque ignominiose habitis acciderant, rogavit ut « una expeditionem facerent in Ægyptum. Et quidem promisit se primum eos ducturum in Auarin avitam suam « patriam, et necessaria se copiose exhibiturum turbæ, « propugnatorum autem quum opus foret, et facile regionem « sub potestatem eorum redacturum. Illi vero supra modum læti, omnes alacriter usque ad ducenta millia virorum pariter sunt egressi et non multo post ad Auarin

« μετ' οὐ πολὺ ἧκον εἰς Αὔαριν. Ἀμένωφις δ', ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεύς, ὡς ἐπύθετο τὰ κατὰ τὴν ἐκείνων ἔφοδον, οὐ μετρίως συνεχύθη, τῆς παρ' Ἀμενώφεως τοῦ Παάπιος μνησθεὶς προδηλώσεως. Καὶ πρότερον συναγαγὼν πλῆθος Αἰγυπτίων, καὶ βουλευσάμενος μετὰ τῶν ἐν τούτοις ἡγεμόνων, τά τε ἱερὰ ζῷα τὰ πρῶτα μάλιστα ἐν τοῖς ἱεροῖς τιμώμενα ὥς γ' ἑαυτὸν μετεπέμψατο, καὶ τοῖς κατὰ μέρος ἱερεῦσιν παρήγγειλεν ὡς ἀσφαλέστατα τῶν θεῶν συγκρύψαι τὰ ξόανα. Τὸν δὲ υἱὸν Σέθων τὸν καὶ Ῥαμέσσην ἀπὸ Ῥάμψεως τοῦ πατρὸς ὠνομασμένον, πενταέτη ὄντα, ἐξέθετο πρὸς τὸν ἑαυτοῦ φίλον. Αὐτὸς δὲ διαβὰς τοῖς ἄλλοις Αἰγυπτίοις, οὖσιν εἰς τριάκοντα μυριάδας ἀνδρῶν μαχιμωτάτων, καὶ τοῖς πολεμίοις ἀπαντήσασιν οὐ συνέβαλεν, ἀλλὰ μέλλειν θεομαχεῖν νομίσας, παλινδρομήσας ἧκεν εἰς Μέμφιν· ἀναλαβών τε τόν τε Ἆπιν καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐκεῖσε μεταπεμφθέντα ἱερὰ ζῷα, εὐθὺς εἰς Αἰθιοπίαν σὺν ἅπαντι τῷ στόλῳ καὶ πλήθει τῶν Αἰγυπτίων ἀνήχθη. Χάριτι γὰρ ἦν αὐτῷ ὑποχείριος ὁ τῶν Αἰθιόπων βασιλεύς· ὅθεν ὑποδεξάμενος καὶ τοὺς ὄχλους πάντας ὑπολαβὼν οἷς ἔσχεν ἡ χώρα τῶν πρὸς ἀνθρωπίνην τροφὴν ἐπιτηδείων, καὶ πόλεις καὶ κώμας πρὸς τὴν τῶν πεπρωμένων τρισκαίδεκα ἐτῶν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἔκπτωσιν αὐτάρκεις, οὐχ ἧττόν γε καὶ στρατόπεδον Αἰθιοπικὸν πρὸς φυλακὴν ἐπέταξε τοῖς παρ' Ἀμενώφεως τοῦ βασιλέως ἐπὶ τῶν ὁρίων τῆς Αἰγύπτου. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν τοιαῦτα. Οἱ δὲ Σολυμῖται κατελθόντες σὺν τοῖς μιαροῖς τῶν Αἰγυπτίων οὕτως ἀνοσίως τοῖς ἀνθρώποις προσηνέχθησαν, ὥστε τὴν τῶν προειρημένων κράτησιν χειρίστην φαίνεσθαι τοῖς τότε τὰ τούτων ἀσεβήματα θεωμένοις. Καὶ γὰρ οὐ μόνον πόλεις καὶ κώμας ἐνέπρησαν, οὐδὲ ἱεροσυλοῦντες οὐδὲ λυμαινόμενοι ξόανα θεῶν ἠρκοῦντο, ἀλλὰ καὶ τοῖς αὐτοῖς ὀπτανίοις τῶν σεβαστευομένων ἱερῶν ζώων χρώμενοι διετέλουν, καὶ θύτας καὶ σφαγεῖς τούτων ἱερεῖς καὶ προφήτας ἠνάγκαζον γίνεσθαι, καὶ γυμνοὺς ἐξέβαλον. Λέγεται δ' ὅτι τὴν πολιτείαν καὶ τοὺς νόμους αὐτοῖς καταβαλόμενος ἱερεύς, τὸ γένος Ἡλιουπολίτης, ὄνομα Ὀσαρσίφ, ἀπὸ τοῦ ἐν Ἡλιουπόλει θεοῦ Ὀσίρεως, ὡς μετέβη εἰς τοῦτο τὸ γένος, μετετέθη τοὔνομα καὶ προσηγορεύθη Μωϋσῆς. »

κζ'. Ἃ μὲν οὖν Αἰγύπτιοι φέρουσι περὶ τῶν Ἰουδαίων, ταῦτ' ἐστὶ καὶ ἕτερα πλείονα, ἃ παρίημι συντομίας ἕνεκα. Λέγει δὲ ὁ Μανεθὼν πάλιν ὅτι μετὰ ταῦτα ἐπῆλθεν ὁ Ἀμένωφις ἀπὸ Αἰθιοπίας μετὰ μεγάλης δυνάμεως, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ῥάμψης καὶ αὐτὸς ἔχων δύναμιν· καὶ συμβαλόντες οἱ δύο τοῖς ποιμέσι καὶ τοῖς μιαροῖς, ἐνίκησαν αὐτούς, καὶ πολλοὺς ἀποκτείναντες ἐδίωξαν αὐτοὺς ἄχρι τῶν ὁρίων τῆς Συρίας. Ταῦτα μὲν καὶ τὰ τοιαῦτα Μανεθὼν συνέγραψεν· ὅτι δὲ ληρεῖ καὶ ψεύδεται περιφανῶς ἐπιδείξω, προδιαστειλάμενος ἐκεῖνο τῶν ὕστερον πρὸς αὐτὸν λεχθησομένων ἕνεκα. Δέδωκε γὰρ οὗτος ἡμῖν καὶ ὡμολόγηκεν ἐξ ἀρ-

« veniebant. Amenophis autem Ægyptiorum rex, quum primum illorum invasionem audivit, non mediocriter animum despondere cœpit, quum ei in mentem venirent quæ prædixerat Amenophis Paapios filius. Et primum quidem congregata plebe Ægyptiaca, initoque consilio cum principibus eorum, et animalia sacra, maxime illa quæ præcipue in templis colebantur, ad se arcessivit; et sacerdotibus sigillatim præcepit ut simulacra deorum quam securissime occultarent. Filium vero Sethonem, qui etiam Ramesses a Rampse patris nomine vocabatur, quum quinque esset annorum, transportandum curavit ad amicum. Ipse autem transgressus cum ceteris Ægyptiis, ad trecenta millia virorum pugnacissimorum, hostibus ei obviam factis prælio non congressus est : sed fore ratus ut contra deos pugnaret, retrorsum reversus Memphin petebat : assumptoque Api et reliquis animalibus sacris, quæ ad se accersiverat, mox in Æthiopiam cum universis navibus et Ægyptiorum multitudine se transtulit. Beneficiis enim ipsi obstrictus erat Æthiopum rex : unde quum eum suscepisset, populumque universum omnibus istius regionis ad hominum victum necessariis excepisset, et urbes et vicos, qui ad fatale illud tredecim annorum exsilium sufficerent, tribui jussit, ut et exercitum Æthiopicum, qui in custodiam Amenopheos suorumque excubias ageret ad fines Ægypti. Et in Æthiopia quidem hæc gesta sunt. Solymitæ vero, ubi descenderant, cum pollutis Ægyptiorum adeo male homines tractarunt, ut eorum victoria pessima illis videretur, qui tunc eorum impietates inspiciebant. Etenim non solum urbes et vicos incenderunt, neque sacrilegia committere, aut deorum simulacra vastare satis habebant; sed iisdem etiam continue utebantur ad assandas carnes animalium sacrorum quæ cultu divino afficiebantur, hisque mactandis jugulandisque sacerdotes et vates adhiberi coegerunt, nudosque ejecerunt. Dicitur autem quod reipublicæ conditor erat legumque lator, sacerdos, genere Heliopolitanus, nomine Osarsiph, ex Osiride deo, quem colit urbs Heliopolis, denominatus, quum ad hoc genus transisset, nomen mutavit, et vocatus erat Moyses. »

27. Et quæ quidem Ægyptii de Judæis ferunt, ejusmodi sunt cum aliis multis, quæ brevitatis ergo prætereo. Rursus autem dicit Manetho, quod postea Amenophis ex Æthiopia regressus est cum magna militum manu, et filius ejus Rampses itidem cum exercitu; quodque hi duo congressi cum Pastoribus atque pollutis eos superarint, et multis cæsis persequuti sint eos usque ad Syriæ fines. Hæc quidem et ejuscemodi alia scripsit Manetho. Illum autem nugari et manifeste mentiri ostendam, facta prius distinctione illorum gratia quæ mox contra illum proferam. Is quippe concessit nobis atque agnovit, istos origine nequa-

γῆς τε μὴ εἶναι τὸ γένος Αἰγυπτίους, ἀλλ' αὐτοὺς ἔξωθεν ἐπελθόντας κρατῆσαι τῆς Αἰγύπτου, καὶ πάλιν ἐξ αὐτῆς ἀπελθεῖν· ὅτι δ' οὐκ ἀνεμίχθησαν ἡμῖν ὕστερον τῶν Αἰγυπτίων οἱ τὰ σώματα λελωβημένοι, καὶ ὅτι ἐκ τούτων οὐκ ἦν Μωϋσῆς ὁ τὸν λαὸν ἀγαγὼν, ἀλλὰ πολλαῖς ἐγεγόνει γενεαῖς πρότερον, ταῦτα πειράσομαι διὰ τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων ἐλέγχειν.

κη'. Πρώτην δὴ τὴν αἰτίαν τοῦ πλάσματος ὑποτίθεται καταγέλαστον. « Ὁ βασιλεὺς γὰρ, φησὶν, Ἀμένωφις ἐπεθύμησε τοὺς θεοὺς ἰδεῖν. » Ποίους; εἰ μὲν τοὺς παρ' αὐτοῖς νενομοθετημένους, τὸν βοῦν καὶ τράγον καὶ κροκοδείλους καὶ κυνοκεφάλους ἑώρα· τοὺς οὐρανίους δὲ πῶς ἠδύνατο; Καὶ διὰ τί ταύτην ἔσχε τὴν ἐπιθυμίαν; ὅτι νὴ Δία καὶ πρότερος αὐτοῦ βασιλεὺς ἄλλος ἑοράκει. Παρ' ἐκείνου τοίνυν ἐπέπυστο ποταποί τινές εἰσι καὶ τίνα τρόπον αὐτοὺς εἶδεν· ὥστε καινῆς αὐτῷ τέχνης οὐκ ἔδει. Ἀλλὰ σοφὸς ἦν ὁ μάντις, δι' οὗ τοῦτο κατορθώσειν ὁ βασιλεὺς ὑπελάμβανε. Καὶ πῶς οὐ προέγνω τὸ ἀδύνατον αὐτοῦ τῆς ἐπιθυμίας; οὐ γὰρ ἀπέβη. Τίνα δὲ καὶ λόγον εἶχε διὰ τοὺς ἠκρωτηριασμένους ἢ λεπρῶντας ἀφανεῖς εἶναι τοὺς θεούς; ὀργίζονται γὰρ ἐπὶ τοῖς ἀσεβήμασιν, οὐκ ἐπὶ τοῖς ἐλαττώμασι τῶν σωμάτων. Ὀκτὼ δὲ μυριάδας τῶν λεπρῶν καὶ κακῶς διακειμένων πῶς οἷόντε μιᾷ σχεδὸν ἡμέρᾳ συλλεγῆναι; πῶς δὲ παρήκουσε τοῦ μάντεως ὁ βασιλεύς; ὁ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐκέλευσεν ἐξορίσαι τῆς Αἰγύπτου τοὺς λελωβημένους, ὁ δ' αὐτοὺς εἰς τὰς λιθοτομίας ἐνέβαλεν, ὥσπερ τῶν ἐργαζομένων δεόμενος, ἀλλ' οὐχὶ καὶ καθᾶραι τὴν χώραν προαιρούμενος. Φησὶ δὲ τὸν μὲν μάντιν αὑτὸν ἀνελεῖν, τὴν ὀργὴν τῶν θεῶν προορώμενον καὶ τὰ συμβησόμενα περὶ τὴν Αἴγυπτον, τῷ δὲ βασιλεῖ γεγραμμένην τὴν πρόρρησιν καταλιπεῖν. Εἶτα πῶς οὐκ ἐξ ἀρχῆς ὁ μάντις τὸν αὑτοῦ θάνατον προηπίστατο; πῶς δὲ οὐκ εὐθὺς ἀντεῖπε τῷ βασιλεῖ βουλομένῳ τοὺς θεοὺς ἰδεῖν; πῶς δ' εὔλογος ὁ φόβος τῶν μὴ παρ' αὐτὸν συμβησομένων κακῶν; ἢ τί χεῖρον ἔδει παθεῖν, διὸ ἀνελεῖν ἑαυτὸν ἔσπευδεν; Τὸ δὲ δὴ πάντων εὐηθέστατον ἴδωμεν. Πυθόμενος γὰρ ταῦτα, καὶ περὶ τῶν μελλόντων φοβηθεὶς, τοὺς λελωβημένους ἐκείνους, ὧν αὐτῷ καθαρεῦσαι προείρητο τὴν Αἴγυπτον, οὐδὲ τότε τῆς χώρας ἐξήλασεν, ἀλλὰ « δεηθεῖσιν αὐτοῖς ἔδωκε πόλιν, ὥς φησι, τὴν πάλαι μὲν οἰκηθεῖσαν ὑπὸ τῶν ποιμένων, Αὔαριν δὲ καλουμένην. Εἰς ἣν ἀθροισθέντας αὐτοὺς ἡγεμόνα φησὶν ἐξελέσθαι τῶν ἐξ Ἡλιουπόλεως πάλαι γεγονότων ἱερέων, καὶ τοῦτον αὐτοῖς εἰσηγήσασθαι μήτε θεοὺς προσκυνεῖν μήτε τῶν ἐπ' Αἰγύπτῳ θρησκευομένων ζώων ἀπέχεσθαι, πάντα δὲ θύειν καὶ κατεσθίειν, συνάπτεσθαι δὲ μηδενὶ πλὴν τῶν συνωμοσμένων· ὅρκοις τε τὸ πλῆθος ἐνδησάμενον, ἦ μὴν τούτοις ἐμμένειν τοῖς νόμοις, καὶ τειχίσαντα τὴν Αὔαριν πρὸς τὸν βασιλέα πόλεμον ἐξενεγκεῖν. » Καὶ προστίθησιν ὅτι « ἔπεμψεν εἰς Ἱεροσόλυμα, παρακαλῶν ἐκείνους αὐτοῖς συμμαχεῖν, καὶ δώσειν αὐτοῖς τὴν Αὔαριν ὑπισχνούμενος· εἶναι γὰρ αὐτὴν τοῖς ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ἀφιξομένοις προγονικήν·

quam Ægyptios esse, sed ipsos aliunde advenisse et Ægyptum occupasse, et inde rursus egressos esse. Quod vero nobis postea non permixti fuerint Ægyptii morbidi, quodque ex illis non fuerit Moyses populi ductor, sed multis eos ætatibus præcesserit, hæc ex illius ipsius dictis probare conabor.

28. Primam itaque figmenti causam posuit ridiculam. « Rex enim, inquit, Amenophis videre deos desideravit. » Quos putas? siquidem legibus apud eos receptos, Bovem, et Hircum, et Crocodilos, Et Cynocephalos videbat: cœlestes autem quomodo poterat? Et cur hoc habuit desiderium? quia utique et prior rex alius hos viderat. Ab illo ergo audierat, quales essent, et quemadmodum eos vidisset: adeo ut nova nequaquam egeret arte. Sed forsan dicatur sapientem exstitisse vatem illum, per quem hæc rex posse agere confidebat. Quod si ita fuisset, quomodo non præscivit, fieri id non posse cujus desiderio tenebatur? non enim evenit. Proinde quid causæ fuit quod propter mutilos aut leprosos oculorum ejus obtutum effugerent dii? irascuntur enim propter flagitia, non propter corpora mutilata et debilitata. Deinde qui fieri potuit ut octo myriadas leprosorum et male se habentium uno propemodum die congregaret? aut quomodo rex vati dicto audiens non erat? nam ille quidem præcepit corpore debilitatos Ægypti finibus pelli: illic vero eos in latumias conjiciendos curavit, tanquam operariis egeret, non autem regionem purgare vellet. Dicit etiam quod vates sibimet mortem consciverit, ut qui deorum iram prævideret et ea quæ Ægypto eventura essent mala; quodque prædictionem regi in scriptis reliquerit. Proinde quomodo non ab initio vates suum interitum præscivit? quomodo non e vestigio regi contradixit volenti videre deos? quomodo autem justus ille metus calamitatum non sui temporis? aut quid gravius patiendum ipsi instabat, ut se ipse interimere festinaret? Quod vero omnium stultissimum jam videamus. Quum enim ista audivisset et de futuris jam metuisset, debiles illos, quibus Ægyptum ex prædictione purgare debuerat, neque tunc de regione pepulit; sed « rogantibus eis, sicut ait, civitatem dedit dudum a Pastoribus habitatam, quæ vocabatur Auaris. Ad quam congregati principem, inquit, delegere ex sacerdotibus olim Heliopolitanis: atque hunc apud illos introduxisse, ut neque deos adorarent, neque ab animalibus abstinerent quæ in Ægypto cultu divino afficiebantur, sed omnia mactarent atque consumerent, et nemini nisi ejusdem conjurationis societate jungerentur; fideque jurejurando data eos devinxisse ad perseverandum in istis legibus; quumque Auarin munivisset, regi bellum intulisse. » Deinde adjicit quod « Hierosolyma misit, incolas obsecrans ut sese ipsis adjungerent, promittensque se iis daturum esse Auarin, avitam scilicet adventuris ex Hierosolymis pa-

ἀφ' ἧς ὁρμωμένους αὐτοὺς πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον καθέξειν. » Εἶτα « τοὺς μὲν ἐπελθεῖν εἴκοσι στρατοῦ μυριάσι λέγει, τὸν δὲ βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων Ἀμένωφιν, οὐχ οἰόμενον δεῖν θεομαχεῖν, εἰς τὴν Αἰθιοπίαν εὐθὺς ἀποδρᾶναι, τὸν δὲ Ἆπιν καί τινα τῶν ἄλλων ἱερῶν ζώων παρατεθεικέναι τοῖς ἱερεῦσι, διαφυλάττεσθαι κελεύσαντα. » Εἶτα « τοὺς Ἱεροσολυμίτας ἐπελθόντας τάς τε πόλεις ἀνιστάναι καὶ τὰ ἱερὰ κατακαίειν καὶ τοὺς ἱππέας ἀποσφάττειν, ὅλως τε μηδεμιᾶς ἀπέχεσθαι παρανομίας μηδὲ ὠμότητος. Ὁ δὲ τὴν πολιτείαν καὶ τοὺς νόμους αὐτοῖς καταβαλόμενος ἱερεύς, φησὶν, ἦν τὸ γένος Ἡλιουπολίτης, ὄνομα δ' Ὀσαρσὶφ, ἀπὸ τοῦ ἐν Ἡλιουπόλει θεοῦ Ὀσίρεως· μεταθέμενος δὲ Μωϋσῆν αὐτὸν προσηγόρευσεν. Τρισκαιδεκάτῳ δὲ, φησὶν, ἔτει τὸν Ἀμένωφιν (τοσοῦτον γὰρ αὐτῷ χρόνον εἶναι τῆς ἐκπτώσεως πεπρωμένον) ἐξ Αἰθιοπίας ἐπελθόντα μετὰ πολλῆς στρατιᾶς, καὶ συμβαλόντα τοῖς ποιμέσι καὶ τοῖς μιαροῖς, νικῆσαί τε τῇ μάχῃ, καὶ κτεῖναι πολλοὺς ἐπιδιώξαντα μέχρι τῶν τῆς Συρίας ὅρων. »

κθ'. Ἐν τούτοις πάλιν οὐ συνίησιν ἀπιθάνως ψευδόμενος. Οἱ γὰρ λεπροὶ καὶ τὸ μετ' αὐτῶν πλῆθος, εἰ καὶ πρότερον ὠργίζοντο τῷ βασιλεῖ καὶ τοῖς τὰ περὶ αὐτοὺς πεποιηκόσι κατά τε τὴν τοῦ μάντεως προαγόρευσιν, ἀλλ' ὅτε τῶν λιθοτομιῶν ἐξῆλθον, καὶ πόλιν παρ' αὐτοῦ καὶ χώραν ἔλαβον, πάντως ἂν ἐγεγόνεισαν πρᾳότεροι πρὸς αὐτόν. Εἰ δὲ δὴ κἀκεῖνον ἐμίσουν, ἰδίᾳ μὲν ἂν αὐτῷ ἐπεβούλευον, οὐκ ἂν δὲ πρὸς ἅπαντας ἤραντο πόλεμον, δηλονότι πλείστας ἔχοντες συγγενείας, τοσοῦτοί γε τὸ πλῆθος ὄντες. Ὅμως δὲ καὶ τοῖς ἀνθρώποις πολεμεῖν διεγνωκότες οὐκ ἂν εἰς τοὺς αὐτῶν θεοὺς πολεμεῖν ἐτόλμησαν, οὐδ' ὑπεναντιωτάτους ἔθεντο νόμους τοῖς πατρίοις αὐτῶν καὶ οἷς ἐνετράφησαν. Δεῖ δ' ἡμᾶς τῷ Μανεθῶνι χάριν ἔχειν, ὅτι ταύτης τῆς παρανομίας οὐχὶ τοὺς ἐξ Ἱεροσολύμων ἐλθόντας ἀρχηγοὺς γενέσθαι φησὶν, ἀλλ' αὐτοὺς ἐκείνους ὄντας Αἰγυπτίους, καὶ τούτων μάλιστα τοὺς ἱερέας ἐπινοῆσαί τε ταῦτα καὶ ὁρκωμοτῆσαι τὸ πλῆθος. Ἐκεῖνο μέντοι πῶς οὐκ ἄλογον; τῶν μὲν οἰκείων αὐτοῖς καὶ τῶν φίλων συναποστῆσαι οὐδένα, μηδὲ τοῦ πολέμου τὸν κίνδυνον συνάρασθαι, πέμψαι δὲ τοὺς μιαροὺς εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τὴν παρ' ἐκείνων ἐπάγεσθαι συμμαχίαν. Ποίας αὐτοῖς φιλίας, ἢ τίνος αὐτοῖς οἰκειότητος προϋπηργμένης; τοὐναντίον γὰρ ἦσαν πολέμιοι καὶ τοῖς ἔθεσι πλεῖστον διέφερον. Ὁ δέ φησιν εὐθὺς ὑπακοῦσαι τοῖς ὑπισχνουμένοις, ὅτι τὴν Αἴγυπτον καθέξουσιν, ὥσπερ αὐτῶν οὐ σφόδρα τῆς χώρας ἐμπείρως ἐχόντων, ἧς βιασθέντες ἐκπεπτώκασιν. Εἰ μὲν οὖν ἀπόρως ἢ κακῶς ἔπραττον, ἴσως ἂν καὶ παρεβάλλοντο· πόλιν δὲ κατοικοῦντες εὐδαίμονα καὶ χώραν πολλὴν κρείττω τῆς Αἰγύπτου καρπούμενοι, διὰ τί ποτ' ἂν ἐχθροῖς μὲν πάλαι, τὰ δὲ σώματα λελωβημένοις, οὓς μηδὲ τῶν οἰκείων οὐδεὶς ὑπομένει, τούτοις ἔμελλον παρακινδυνεύσειν βοηθοῦντες; οὐ γὰρ δή γε τὸν γενησόμενον προῄδεσαν δρασμὸν τοῦ βασιλέως. Τοὐναντίον γὰρ αὐτὸς εἰρήκεν

triam : unde facto impetu posse illos Ægyptum omnem in suam potestatem redigere. » Mox subjungit, « illos quidem eo venisse cum ducentis armatorum millibus, regem vero Ægyptiorum Amenophin, ut qui putaret cum diis non esse pugnandum, statim in Æthiopiam se fuga recepisse, et Apin cum ceteris sacris animalibus apud sacerdotes deposuisse, ea servare jussos. » Dein, « Hierosolymitas, postquam venissent, urbes evertisse et templa concremasse et equites peremisse, refert, et omnino nulla iniquitate aut crudelitate abstinuisse. Qui vero reipublicæ formam et leges eis posuit, erat, inquit, genere Heliopolites, nomine Osarsiph, ab Osiri Heliopolitano deo denominatus; qui quum nomen sibi mutasset, Moysen se appellavit. Amenophin vero dicit anno tertio decimo (tantum enim temporis quo regno pelleretur ei fatis decretum fuisse) ex Æthiopia profectum cum magnis copiis, congressumque cum Pastoribus et pollutis, et prælio eos superasse et multos interfecisse, ad fines usque Syriæ persequutum. »

29. In his iterum non intellexit sine verisimilitudine se mentiri. Leprosi namque et multitudo quæ cum illis erat, licet prius irascerentur regi et iis qui eos male adeo tractarunt, etiam juxta prædictionem vatis : tamen quum latomiis exiissent, et urbem ab ipso et provinciam accepissent, omnes in eum procul dubio mitiores evasissent. Quodsi etiam ipsum odio habuissent, seorsum ei insidiati essent, neque omnibus intulissent bellum, quum scilicet totidem numero plurimas illic cognationes habere deberent. Verum etiam si contra homines pugnare decreverint; non erat ut auderent contra deos ipsorum pugnare, et leges patriis eorum et quibus educti erant contrarias ferre. Oportet vero nos Manethoni gratias agere, quod hujus iniquitatis principes exstitisse dicat, non eos qui Hierosolymis egressi sunt, sed illos ipsos utpote Ægyptios, et ex illis maxime sacerdotes ista excogitasse et multitudinem ad jurandun adegisse. Illud autem quomodo rationi non absonum? familiarium quidem et amicorum nemo a republica defecit, neque periculorum belli particeps factus est; sed misere pollutos Hierosolyma, ut inde auxilia adducerent. Quanam amicitia aut familiaritate ipsis intercedente? nam econtra hostes erant et moribus plurimum differebant. Illi vero, ut dicit, sine mora eis obsequuti sunt, pollicitationibus inducti, quod Ægyptum occupaturi essent : quasi ipsi non admodum fuissent ejus regionis gnari, ex qua per vim pulsi fuerant. Qui si tum miseram aut egenam vitam egissent, forsan periculum adiissent. Atqui quum urbem habitarent beatam, et regione satis ampla Ægypto meliori fruerentur, quid tandem erat cur ob veteres hostes, eosque corporibus morbidos, quos nemo vel e suis libenter sustinet, illis ut opem ferant discrimen adituri essent? neque enim certe futuram regis fugam præsciebant. Imo contra ipse dixit,

ὡς « ὁ παῖς τοῦ Ἀμενώφιος τριάκοντα μυριάδας ἔχων, εἰς Πηλούσιον ὑπηντίαζεν· » καὶ τοῦτο μὲν ᾔδεισαν πάντως οἱ παραγινόμενοι· τὴν δὲ μετάνοιαν αὐτοῦ καὶ τὴν φυγὴν πόθεν εἰκάζειν ἔμελλον; Τὰ σιτία κρατήσαντάς φησι τῆς Αἰγύπτου πολλὰ καὶ δεινὰ δρᾶν τοὺς ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ἐπιστρατεύσαντας. Καὶ περὶ τούτων ὀνειδίζει, καθάπερ οὐ πολεμίους αὐτοῖς ἐπαγαγών, ἢ δέον τοῖς ἔξωθεν ἐπικληθεῖσιν ἐγκαλεῖν, ὁπότε ταῦτα πρὸ τῆς ἐκείνων ἀφίξεως ἔπραττον, καὶ πράξειν ὠμωμόκεσαν, οἱ τὸ γένος Αἰγύπτιοι. « Ἀλλὰ καὶ χρόνοις ὕστερον Ἀ« μένωφις ἐπελθὼν ἐνίκησε μάχῃ, καὶ κτείνων τοὺς « πολεμίους μέχρι τῆς Συρίας ἤλασεν. » Οὕτω γὰρ παντάπασίν ἐστιν ἡ Αἴγυπτος τοῖς ὁποθενδηποτοῦν ἐπιοῦσιν εὐάλωτος· καὶ οἱ τότε πολέμῳ κρατοῦντες αὐτήν, ζῆν πυνθανόμενοι τὸν Ἀμένωφιν, οὔτε τὰς ἐκ τῆς Αἰθιοπίας ἐμβολὰς ὠχύρωσαν, πολλὴν εἰς τοῦτο παρασκευὴν ἔχοντες, οὔτε τὴν ἄλλην ἡτοίμασαν δύναμιν. « Ὁ δὲ καὶ μέχρι τῆς Συρίας ἀναιρῶν, φησίν, αὐτούς, « ἠκολούθησε διὰ τῆς ψάμμου τῆς ἀνύδρου. » Δηλονότι οὐ ῥᾴδιον ὂν ἀμαχεὶ στρατοπέδῳ διελθεῖν.

λ'. Κατὰ μὲν οὖν τὸν Μανεθῶνα οὔτε ἐκ τῆς Αἰγύπτου τὸ γένος ἡμῶν ἐστιν οὔτε τῶν ἐκεῖθέν τινες ἀνεμίχθησαν. Τῶν γὰρ λεπρῶν καὶ νοσούντων πολλοὺς μὲν εἰκὸς ἐν ταῖς λιθοτομίαις ἀποθανεῖν, πολὺν χρόνον ἐκεῖ γενομένους καὶ κακοπαθοῦντας, πολλοὺς δ' ἐν ταῖς μετὰ ταῦτα μάχαις, πλείστους δ' ἐν τῇ τελευταίᾳ καὶ τῇ φυγῇ.

λα'. Λοιπόν μοι πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν περὶ Μωϋσέως. Τοῦτον δὲ τὸν ἄνδρα θαυμαστὸν μὲν Αἰγύπτιοι καὶ θεῖον νομίζουσι, βούλονται δὲ προσποιεῖν αὑτοῖς μετὰ βλασφημίας ἀπιθάνου, λέγοντες Ἡλιουπολίτην εἶναι τῶν ἐκεῖθεν ἱερέων ἕνα, διὰ τὴν λέπραν συνεξεληλαμένον. Δείκνυται δ' ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς ὀκτωκαίδεκα σὺν τοῖς πεντακοσίοις πρότερον ἔτεσι γεγονὼς καὶ τοὺς ἡμετέρους ἐξαγαγὼν ἐκ τῆς Αἰγύπτου πατέρας εἰς τὴν χώραν τὴν νῦν οἰκουμένην ὑφ' ἡμῶν. Ὅτι δὲ οὐδὲ συμφορᾷ τινι τοιαύτῃ περὶ τὸ σῶμα κεχρημένος ἦν, ἐκ τῶν λεγομένων ὑπ' αὐτοῦ δῆλός ἐστι. Τοῖς γὰρ λεπρῶσιν ἀπείρηκε μήτε μένειν ἐν πόλει μήτ' ἐν κώμῃ κατοικεῖν, ἀλλὰ μόνους περιπατεῖν κατεσχισμένους τὰ ἱμάτια· καὶ τὸν ἁψάμενον αὐτῶν ἢ ὁμώροφον γενόμενον οὐ καθαρὸν ἡγεῖται. Καὶ μὴν κἂν θεραπευθῇ τὸ νόσημα καὶ τὴν αὑτοῦ φύσιν ἀπολάβῃ, προείρηκέ τινας ἁγνείας, καθαρμοὺς πηγαίων ὑδάτων λουτροῖς, καὶ ξυρήσεις πάσης τριχός, πολλάς τε κελεύει καὶ παντοίας ἐπιτελέσαντα θυσίας, τότε παρελθεῖν εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν. Καίτοι τοὐναντίον εἰκὸς ἦν προνοίᾳ τινὶ καὶ φιλανθρωπίᾳ χρήσασθαι τὸν ἐν τῇ συμφορᾷ ταύτῃ γεγονότα πρὸς τοὺς ὁμοίως αὐτῷ δυστυχήσαντας. Οὐ μόνον δὲ περὶ τῶν λεπρῶν οὕτως ἐνομοθέτησεν, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς καὶ τὸ βραχύτατόν τι τοῦ σώματος ἠκρωτηριασμένοις ἱερᾶσθαι συγκεχώρηκεν· ἀλλ' εἰ καὶ μεταξύ τις ἱερωμένος τοιαύτῃ χρήσαιτο συμφορᾷ, τὴν τιμὴν αὐτὸν ἀφείλετο. Πῶς οὖν εἰκὸς ἐκεῖνον ταῦτα νομοθετεῖν καθ' ἑαυτοῦ,

« filium Amenophios cum trecentis millibus ad Pelusium occurrisse : » id quod omnino cognitum erat universis qui advenerant : mutationem vero propositi et fugam ejus unde conjectare poterant? Deinde, occupatis horreis Ægypti, multa mala fecisse ait exercitum Hierosolymitanum. Atque hæc eis exprobrat, quasi non hostes eis induxisset, aut quasi hæc sint aliunde accito militi objicienda, quum eadem ante adventum eorum fecissent, facturosque se jurassent qui genere erant Ægyptii. « Verum aliquanto post Ameno« phis, ait, hostes aggressus prælio superavit, fusosque « ac fugatos Syriam usque persequutus est. » Adeo scilicet Ægyptus est omnibus undecunque eam invadentibus captu facilis; et qui tunc ea jure belli potiebantur, quum scirent Amenophin vivere, neque aditus ex Æthiopia communiverant, quum ad hoc bene parati instructique essent; neque de aliis copiis comparandis cogitaverant. « Ille vero « etiam Syriam usque trucidans eos, ut ait, persequutus est per arenosa et inaquosa loca. » Scilicet quum haud facile esset exercitui etiam absque pugna ea pertransire.

30. Jam quidem juxta Manethonem neque ex Ægypto genus nostrum oriundum, neque inde aliqui admixti sunt. Leprosorum enim et morbidorum multos quidem in lapicidinis periisse verisimile est, qui longo tempore illic fuerint et duriter tractati; multos vero in pugnis quas postea inierunt, plurimos denique in postrema et in fuga.

31. Reliquum mihi ut de Moyse illi contradicam. Hunc virum mirandum quidem Ægyptii et divinum existimant; volunt autem eum sibimet vindicare cum obtrectatione incredibili, dicentes Heliopoliten esse, unum e sacerdotibus istius loci, ob lepram cum aliis pulsum. Ostenditur autem ex historiis eum xviii annis priorem exstitisse, et patres nostros ex Ægypto in regionem quam nunc tenemus eduxisse. Quod vero nulla ejusmodi calamitas in corpus ejus inciderit, manifestum est ex iis quæ ab ipso dicuntur. Lepra affectos vetuit aut in urbe aut in vico habitare, sed solos ambulare voluit, et quidem conscissis vestibus; et qui eos tetigerit, aut eodem usus fuerit tecto, eum censet impurum. Præterea si sanetur morbus, et corpus ad suam naturam redeat, imperat purificationes quasdam per ablutiones in fontanis aquis et per abrasiones omnium pilorum; multisque et multiplicibus sacris peractis, tum demum eis permittit redire ad sacram urbem. Quanquam econtra par erat ut qui talem calamitatem expertus esset, provida quadam cura et humanitate uteretur erga eos quibus accideret malo ejusmodi conflictari. Non solum autem de leprosis ad hunc modum leges tulit, sed ne minima quidem corporis parte mutilatos ad sacrorum curam admisit : verum etiam si quis sacris admotus in talem calamitatem incideret, honore eum privari jussit. Quomodo igitur verisimile est illum has adversus semetipsum cum opprobrio

εἰς ὄνειδός τε καὶ βλάβην νόμους συντιθεμένους; Ἀλλὰ μὴν καὶ τοὔνομα λίαν ἀπιθάνως μετατέθεικεν. « Ὀσαρσὶφ γὰρ, φησὶν, ἐκαλεῖτο ». Τοῦτο μὲν οὖν εἰς τὴν μετάθεσιν οὐκ ἐναρμόζει. Τὸ δ' ἀληθὲς ὄνομα δηλοῖ τὸν ἐκ τοῦ ὕδατος σωθέντα Μωϋσῆν· τὸ γὰρ ὕδωρ οἱ Αἰγύπτιοι μῶϋ καλοῦσιν. Ἱκανῶς οὖν γεγονέναι νομίζω καὶ δῆλον ὅτι Μανεθὼς, ἕως μὲν ἠκολούθει ταῖς ἀρχαίαις ἀναγραφαῖς, οὐ πολὺ τῆς ἀληθείας διημάρτανεν, ἐπὶ δὲ τοὺς ἀδεσπότους μύθους τραπόμενος ἢ συνέθηκεν αὐτοὺς ἀπιθάνως, ἤ τισι τῶν πρὸς ἀπέχθειαν εἰρηκότων ἐπίστευσεν.

λβʹ. Μετὰ τοῦτον ἐξετάσαι βούλομαι Χαιρήμονα. Καὶ γὰρ οὗτος Αἰγυπτιακὴν φάσκων ἱστορίαν συγγράφειν, καὶ προσθεὶς ταὐτὸ ὄνομα τοῦ βασιλέως, ὅπερ ὁ Μανεθὼς, Ἀμένωφιν, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ῥαμέσσην, φησὶν ὅτι « κατὰ τοὺς ὕπνους ἡ Ἶσις ἐφάνη τῷ Ἀμενώφει, μεμφομένη αὐτὸν ὅτι τὸ ἱερὸν αὐτῆς ἐν τῷ πολέμῳ κατέσκαπται. Φριτιφάντην δὲ ἱερογραμματέα φάναι, ἐὰν τῶν τοὺς μολυσμοὺς ἐχόντων ἀνδρῶν καθάρῃ τὴν Αἴγυπτον, παύσασθαι τῆς πτοίας αὐτόν. Ἐπιλέξαντα δὲ τῶν ἐπισινῶν μυριάδας εἴκοσι πέντε ἐκβαλεῖν. Ἡγεῖσθαι δ' αὐτῶν γραμματέας Μωϋσῆν τε καὶ Ἰώσηπον, καὶ τοῦτον ἱερογραμματέα· Αἰγύπτια δ' αὐτοῖς ὀνόματα εἶναι, τῷ μὲν Μωϋσεῖ Τισιθὲν, τῷ δὲ Ἰωσήπῳ Πετεσήφ. Τούτους δ' εἰς Πηλούσιον ἐλθεῖν καὶ ἐπιτυχεῖν μυριάσι τριάκοντα ὀκτὼ καταλελειμμέναις ὑπὸ τοῦ Ἀμενώφιος, ἃς οὐ θέλειν εἰς τὴν Αἴγυπτον διακομίζειν. Οἷς φιλίαν συνθεμένους ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον στρατεῦσαι. Τὸν δὲ Ἀμένωφιν οὐχ ὑπομείναντα τὴν ἔφοδον αὐτῶν εἰς Αἰθιοπίαν φυγεῖν καταλιπόντα τὴν γυναῖκα ἔγκυον· ἣν κρυπτομένην ἔν τισι σπηλαίοις τεκεῖν παῖδα, ὄνομα Μεσσήνην, ὃν ἀνδρωθέντα ἐκδιῶξαι τοὺς Ἰουδαίους εἰς τὴν Συρίαν, ὄντας περὶ εἴκοσι μυριάδας, καὶ τὸν πατέρα Ἀμένωφιν ἐκ τῆς Αἰθιοπίας καταδέξασθαι. »

λγʹ. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Χαιρήμων. Οἶμαι δ' αὐτόθεν φανερὰν εἶναι ἐκ τῶν εἰρημένων τὴν ἀμφοῖν ψευδολογίαν. Ἀληθείας μὲν γάρ τινος ὑποκειμένης ἀδύνατον ἦν διαφωνεῖν ἐπὶ τοσοῦτον. Οἱ δὲ τὰ ψευδῆ συντιθέντες οὐχ ἑτέροις σύμφωνα γράφουσιν, ἀλλ' αὐτοῖς τὰ δόξαντα πλάττουσιν. Ἐκεῖνος μὲν οὖν ἐπιθυμίαν τοῦ βασιλέως ἵνα τοὺς θεοὺς ἴδῃ φησὶν ἀρχὴν γενέσθαι τῆς τῶν μιαρῶν ἐκβολῆς, ὁ δὲ Χαιρήμων ἴδιον ὡς τῆς Ἴσιδος ἐνύπνιον συντέθεικεν. Κἀκεῖνος μὲν Ἀμένωφιν εἶναι λέγει τὸν προειπόντα τῷ βασιλεῖ τὸν καθαρμὸν, οὗτος δὲ Φριτιφάντην. Ὁ δὲ δὴ τοῦ πλήθους ἀριθμὸς καὶ σφόδρα σύνεγγυς, ὀκτὼ μὲν μυριάδας ἐκείνου λέγοντος, τούτου δὲ πέντε πρὸς ταῖς εἴκοσιν. Ἔτι τοίνυν ὁ μὲν Μανεθὼς πρότερον εἰς τὰς λιθοτομίας τοὺς μιαροὺς ἐκβαλὼν, εἶτα αὐτοῖς τὴν Αὔαριν δοὺς ἐγκατοικεῖν, καὶ τὰ πρὸς τοὺς ἄλλους Αἰγυπτίους ἐκπολεμώσας, τότε φησὶν ἐπικαλέσασθαι τὴν παρὰ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν αὐτοὺς ἐπικουρίαν· ὁ δὲ Χαιρήμων ἀπαλλαττομένους ἐκ τῆς Αἰγύπτου περὶ Πηλούσιον εὑ-

et damno leges tulisse? Quin etiam nomen ei valde incredibiliter mutatum. « Osarsiph enim, inquit, vocabatur. » Et hoc quidem mutationi parum congruum. Verum autem nomen significat ex aqua servatum Moysen: nam aquam moy vocant Ægyptii. Satis igitur declaratum esse existimo quod Manetho, quatenus veterum scripta sequitur, non multum a veritate aberraverit; ubi vero ad fabulas ab incerto auctore se vertit, aut parum verisimiliter eas confinxit, aut iis qui ex odio in gentem eas narraverant fidem habuit.

32. Post hunc volo in Chæremonem inquirere. Hic enim Ægyptiacam se scribere historiam professus, afferensque idem nomen regi quod Manethon, Amenophin, et filium ejus Ramessen, ait « Isidem in somnis Amenophi apparuisse, de eo querentem, quod templum ipsius per bellum dirutum esset. Phritiphanten vero sacrum scribam dixisse, si de pollutis hominibus Ægyptum purgare vellet, fore ut liberetur a nocturnis terroribus. Atque ita morbidorum millia CCL collegisse et e finibus ejecisse. Duces vero eorum fuisse scribas Moysen et Josephum, atque hunc sacrorum scribam: Ægyptia vero eis nomina esse, Moysi quidem Tisithen, Josepho vero Peteseph. Hos Pelusium venisse, ibique offendisse CCCLXXX millia ab Amenophi relicta, quæ is in Ægyptum transferre noluerit. Cum his icto fœdere contra Ægyptum expeditionem factam. Amenophin autem, impetum illorum non sustinentem, in Ægyptum fugisse, relicta uxore gravida: quam, in speluncas quasdam abditam, puerum enixam esse, nomine Messenen, eumque adultum expulisse Judæos in Syriam, numero circiter ducenta millia; et patrem Amenophin ex Æthiopia recepisse. »

33. Et hæc quidem Chæremon. Reor autem ex his ipsis quæ dicta sunt amborum manifestam esse mentiendi voluntatem. Si quid enim veritatis subesset, fieri non potuit ut in tantum discreparent. At qui mendacia componunt, non quæ cum aliis consentiunt ista scribunt, sed quod ipsis visum est confingunt. Et ille quidem regiam cupiditatem videndi deos ait causam exstitisse ejiciendi impuros: Chæremon autem suum tanquam Isidis somnium finxit. Et ille quidem Amenophin esse dicit qui regem præmonuerit de lustratione facienda; hic vero Phritiphantem. In multitudinis autem numero sane non multum discordant, illo octoginta millia referente, hoc ducenta quinquaginta. Præterea Manetho quidem primum in lapicidinas ejicit pollutos, deinde Auarin habitandam iis tradit; ac reliqua Ægypto bello vexata, tum demum ab illis accita esse dicit Hierosolymitanorum auxilia: Chæremon autem Ægypto discedentes circa Pelusium invenisse trecenta et octoginta

ρεῖν ὀκτὼ καὶ τριάκοντα μυριάδας ἀνθρώπων, καταλελειμμένας ὑπὸ τοῦ Ἀμενώφιος, καὶ μετ' ἐκείνων πάλιν εἰς τὴν Αἴγυπτον ἐμβαλεῖν, φυγεῖν δὲ τὸν Ἀμένωφιν εἰς τὴν Αἰθιοπίαν. Τὸ δὲ δὴ γενναιότατον, οὐδὲ τίνες ἢ πόθεν ἦσαν αἱ τοσαῦται τοῦ στρατοῦ μυριάδες εἴρηκεν, εἴτε Αἰγύπτιοι τὸ γένος εἴτ' ἔξωθεν ἥκοντες, ἀλλ' οὐδὲ τὴν αἰτίαν διεσάφησε, δι' ἣν αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν Αἴγυπτον ἀγαγεῖν οὐκ ἠθέλησεν, ὁ περὶ τῶν λεπρῶν τὸ τῆς Ἴσιδος ἐνύπνιον συμπλάσας. Τῷ δὲ Μωϋσεῖ καὶ τὸν Ἰώσηπον ὁ Χαιρήμων, ὡς ἐν ταὐτῷ χρόνῳ συνεξηλαμένον, προστέθεικεν, τὸν πρὸ Μωϋσέως πρεσβύτερον τέσσαρσι γενεαῖς τετελευτηκότα, ὧν ἐστιν ἔτη σχεδὸν ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατόν. Ἀλλὰ μὴν ὁ Ῥαμέσσης ὁ τοῦ Ἀμενώφιος υἱὸς, κατὰ μὲν τὸν Μανεθῶνα νεανίας συμπολεμεῖ τῷ πατρὶ καὶ συνεκπίπτει φυγὼν εἰς τὴν Αἰθιοπίαν, οὗτος δὲ πεποίηκεν αὐτὸν μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν ἐν σπηλαίῳ τινὶ γεγενημένον, καὶ μετὰ ταῦτα νικῶντα μάχῃ, καὶ τοὺς Ἰουδαίους εἰς Συρίαν ἐξελαύνοντα τὸν ἀριθμὸν ὄντας περὶ μυριάδας εἴκοσιν. Ὢ τῆς εὐχερείας· οὔτε γὰρ πρότερον οἵτινες ἦσαν αἱ τριάκοντα καὶ ὀκτὼ μυριάδες εἶπεν οὔτε πῶς αἱ τεσσαράκοντα καὶ τρεῖς διεφθάρησαν, πότερον ἐν τῇ μάχῃ κατέπεσον, ἢ πρὸς τὸν Ῥαμέσσην μετεβάλοντο. Τὸ δὲ δὴ θαυμασιώτατον, οὐδὲ τίνας καλεῖ τοὺς Ἰουδαίους δυνατόν ἐστι παρ' αὐτοῦ μαθεῖν, ἢ ποτέροις αὐτῶν τίθεται ταύτην τὴν προσηγορίαν, ταῖς εἴκοσι πέντε μυριάσι τῶν λεπρῶν, ἢ ταῖς ὀκτὼ καὶ τριάκοντα ταῖς περὶ τὸ Πηλούσιον. Ἀλλὰ γὰρ εὔηθες ἴσως ἂν εἴη διὰ πλειόνων ἐλέγχειν τοὺς ὑφ' ἑαυτῶν ἐληλεγμένους· τὸ γὰρ ὑπ' ἄλλων ἦν μετριώτερον.

λδ'. Ἐπεισάξω δὲ τούτοις Λυσίμαχον, εἰληφότα μὲν τὴν αὐτὴν τοῖς προειρημένοις ὑπόθεσιν τοῦ ψεύσματος, ὑπερπεπαικότα δὲ τὴν ἐκείνων ἀπιθανότητα τοῖς πλάσμασι. Δι' ὃ καὶ δῆλός ἐστι συντεθεικὼς κατὰ πολλὴν ἀπέχθειαν. Λέγει γὰρ « ἐπὶ Βοχχόρεως τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως τὸν λαὸν τῶν Ἰουδαίων λεπροὺς ὄντας καὶ ψωροὺς, καὶ ἄλλα νοσήματά τινα ἔχοντας, εἰς τὰ ἱερὰ καταφεύγοντας μεταιτεῖν τροφήν. Παμπόλλων δὲ ἀνθρώπων νοσηλείᾳ περιπεσόντων ἀκαρπίαν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ γενέσθαι. Βόκχοριν δὲ, τὸν τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα, εἰς Ἄμμωνα πέμψαι περὶ τῆς ἀκαρπίας τοὺς μαντευσομένους· τὸν θεὸν δὲ εἰπεῖν τὰ ἱερὰ καθᾶραι ἀπ' ἀνθρώπων ἀνάγνων καὶ δυσσεβῶν, ἐκβαλόντα αὐτοὺς ἐκ τῶν ἱερῶν εἰς τόπους ἐρήμους, τοὺς δὲ ψωροὺς καὶ λεπροὺς βυθίσαι, ὡς τοῦ ἡλίου ἀγανακτοῦντος ἐπὶ τῇ τούτων ζωῇ, καὶ τὰ ἱερὰ ἁγνίσαι, καὶ οὕτω τὴν γῆν καρποφορήσειν. Τὸν δὲ Βόκχοριν τοὺς χρησμοὺς λαβόντα τούς τε ἱερεῖς καὶ ἐπιβωμίτας προσκαλεσάμενον κελεῦσαι ἐπιλογὴν ποιησαμένους τῶν ἀκαθάρτων τοῖς στρατιώταις τούτους παραδοῦναι κατάξειν αὐτοὺς εἰς τὴν ἔρημον, τοὺς δὲ λεπροὺς εἰς μολιβδίνους χάρτας ἐνδήσαντας, ἵνα καθῶσιν εἰς τὸ πέλαγος. Βυθισθέντων δὲ τῶν λεπρῶν καὶ ψωρῶν τοὺς ἄλλους συναθροισθέντας εἰς τόπους ἐρήμους ἐκτεθῆναι ἐπ' ἀπωλείᾳ·

millia hominum ab Amenophi relicta, et cum illis rursus Ægyptum invasisse, Amenophin vero in Æthiopiam se recepisse. Quod vero est omnium lepidissimum, ne illud quidem, quinam et unde erant tot militum myriades dixit, neque Ægyptiine fuerint genere, an aliunde advenientes : sed neque causam indicavit, cur eos rex in Ægyptum ducere noluerit, qui de leprosis illud somnium Isidis confinxit. Moysi vero et Josephum, quasi eodem tempore simul expulsum, Chæremon adjunxit, et quidem quattuor ætatibus ante Moysen defunctum, quorum sunt anni centum fere et septuaginta. Quin et Ramesses Amenophios filius, secundum Manethonem quidem adolescens, bellum administrat cum patre, et cum eodem exsulat, fuga elapsus in Æthiopiam : hic autem finxit eum post patris obitum in spelunca quadam natum, et postea in prælio victoriam reportantem, et Judæos in Syriam abigentem, numero circiter CC millia. O facilitatem hominis! neque enim prius, quinam fuerint illa CCCLXXX millia, dixit, neque quomodo CDXXX millia perierint, in aciene ceciderint, an ad Ramessen transfugerint. Quod vero maxime mirandum, ne cognoscere quidem ex eo licet quosnam vocet Judæos, vel utris eorum det hanc appellationem, illisne CCL millibus leprosorum, an his CCCLXXX millibus, quæ circa Pelusium erant. Sed stultum fortasse fuerit eos pluribus redarguere, qui a semetipsis redarguti sunt : nam si ab aliis, hoc lenius foret.

34. His autem addam Lysimachum, idem quidem habentem cum prædictis mendacii argumentum, illorum vere incredibilitatem figmentorum enormitate superantem. Unde constat eum ex magno in nos odio sua confinxisse. Dicit enim, « sub Bocchori rege Ægyptiorum, populum Judæorum, quod essent lepra, scabie et aliis quibusdam morbis infecti, ad templa confugisse, et victum mendicasse. Multis autem hominibus morbo correptis, sterilitatem in Ægypto accidisse. Bocchorim vero, Ægyptiorum regem, ad Ammonem scitatum oracula de sterilitate misisse : responsumque a deo, repurganda esse templa ab hominibus impuris et impiis, ejiciendo eos e templis in loca deserta; ceterum scabiosos ac leprosos mergendos, tanquam sole ut isti viverent ægre ferente; et templa expianda, atque ita fore ut terra fructum ferat. Bocchorim autem, accepto oraculo, accersitisque sacerdotibus et sacrificis, jussisse ut impuri collecti militibus traderentur, deportandi in desertum; utque leprosi plumbeis laminis involuti in pelagus dejicerentur. Submersis autem leprosis ac impetiginosis, reliquos congregatos in loca deserta expositos esse ut peri-

συναχθέντας δὲ βουλεύσασθαι περὶ αὐτῶν, νυκτὸς δ' ἐπιγενομένης πῦρ καὶ λύχνους καύσαντας φυλάττειν ἑαυτοὺς, τήν τ' ἐπιοῦσαν νύκτα νηστεύσαντας ἱλάσκεσθαι τοὺς θεοὺς, περὶ τοῦ σῶσαι αὑτούς. Τῇ δ' ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ Μωϋσῆν τινα συμβουλεῦσαι αὐτοῖς παραβαλλομένους μίαν ὁδὸν τέμνειν, ἄχρις ἂν ἔλθωσιν εἰς τόπους οἰκουμένους, παρακελεύσασθαί τε αὐτοῖς μήτε ἀνθρώπων τινὶ εὐνοήσειν μήτε ἄριστα συμβουλεύσειν, ἀλλὰ τὰ χείρονα, θεῶν τε ναοὺς καὶ βωμοὺς, οἷς ἂν περιτύχωσιν, ἀνατρέπειν. Συναινεσάντων δὲ τῶν ἄλλων, τὰ δοχθέντα ποιοῦντας διὰ τῆς ἐρήμου πορεύεσθαι, ἱκανῶς δὲ ὀχληθέντας ἐλθεῖν εἰς τὴν οἰκουμένην χώραν, καὶ τούς τε ἀνθρώπους ὑβρίζοντας καὶ τὰ ἱερὰ συλῶντας καὶ ἐμπρήσαντας, ἐλθεῖν εἰς τὴν νῦν Ἰουδαίαν προσαγορευομένην, κτίσαντας δὲ πόλιν ἐνταῦθα κατοικεῖν. Τὸ δὲ ἄστυ τοῦτο Ἱερόσυλα ἀπὸ τῆς ἐκείνων διαθέσεως ὠνομάσθαι· ὕστερον δ' αὐτοὺς ἐπικρατήσαντας χρόνῳ διαλλάξαι τὴν ὀνομασίαν πρὸς τὸ μὴ ὀνειδίζεσθαι, καὶ τήν τε πόλιν Ἱεροσόλυμα, καὶ αὐτοὺς Ἱεροσολύμους προσαγορεύεσθαι. »

λε'. Οὗτος δὲ οὐ τὸν αὐτὸν ἐκείνοις ηὗρεν εἰπεῖν βασιλέα, καινότερον δ' ὄνομα συντέθεικεν, καὶ παρεὶς ἐνύπνιον καὶ προφήτην Αἰγύπτιον, εἰς Ἄμμωνα ἀπελήλυθε περὶ τῶν ψωρῶν καὶ λεπρῶν χρησμὸν οἴσων. Φησὶ γὰρ εἰς τὰ ἱερὰ συλλέγεσθαι πλῆθος Ἰουδαίων, ἆρά γε τούτοις τοῖς λεπροῖς ὄνομα θέμενος, ἢ μόνων τῶν Ἰουδαίων τοῖς νοσήμασι περιπεσόντων; λέγει γὰρ ὁ λαὸς τῶν Ἰουδαίων. Ὁποῖος; ἔπηλυς, ἢ τὸ γένος ἐγχώριος; Διὰ τί τοίνυν Αἰγυπτίους αὐτοὺς ὄντας Ἰουδαίους καλεῖς; εἰ δὲ ξένοι, διὰ τί πόθεν οὐ λέγεις; Πῶς δὲ, τοῦ βασιλέως πολλοὺς μὲν αὐτῶν βυθίσαντος εἰς τὴν θάλασσαν, τοὺς δὲ λοιποὺς εἰς ἐρήμους τόπους ἐκβαλόντος, τοσοῦτοι τὸ πλῆθος ὑπελείφθησαν; ἢ τίνα τρόπον διεξῆλθον μὲν τὴν ἔρημον, ἐκράτησαν δὲ τῆς χώρας ἧς νῦν κατοικοῦμεν, ἔκτισαν δὲ καὶ πόλιν, καὶ νεὼν ᾠκοδομήσαντο πᾶσι περιβόητον; Ἐχρῆν δὲ καὶ περὶ τοῦ νομοθέτου μὴ μόνον εἰπεῖν τοὔνομα, δηλῶσαι δὲ καὶ τὸ γένος ὅστις ἦν καὶ τίνων, διὰ τί δὲ τοιούτους ἂν αὐτοῖς ἐπεχείρησε τιθέναι νόμους περὶ θεῶν, καὶ τῆς πρὸς ἀνθρώπους ἀδικίας κατὰ τὴν πορείαν. Εἴτε γὰρ Αἰγύπτιοι τὸ γένος ἦσαν, οὐκ ἂν ἐκ τῶν πατρίων ἐθῶν οὕτω ῥᾳδίως μετεβάλλοντο· εἴτ' ἀλλαχόθεν ἦσαν, πάντως τινὲς ὑπῆρχον αὐτοῖς νόμοι διὰ μακρᾶς συνηθείας πεφυλαγμένοι. Εἰ μὲν οὖν περὶ τῶν ἐξελασάντων αὐτοὺς ὤμοσαν μηδέποτε εὐνοήσειν, λόγον εἶχεν εἰκότα, πᾶσι δὲ πόλεμον ἀνθρώποις ἀκήρυκτον ἄρασθαι τούτους, εἴπερ ἔπραττον ὡς αὐτὸς λέγει κακῶς, παρὰ πάντων βοηθείας δεομένους, ἄνοιαν οὐκ ἐκείνων, ἀλλὰ τοῦ ψευδομένου πάνυ πολλὴν παρίστησιν, ὅς γε καὶ τοὔνομα θέσθαι τῇ πόλει ἀπὸ τῆς ἱεροσυλίας αὐτοὺς ἐτόλμησεν εἰπεῖν, τοῦτο δὲ μετὰ ταῦτα παρατρέψαι. Δῆλον γὰρ ὅτι τοῖς μὲν ὕστερον γενομένοις αἰσχύνην τοὔνομα καὶ μῖσος ἔφερεν, αὐτοὶ δ' οἱ κτίζοντες τὴν πόλιν κοσμήσειν αὐτοὺς ὑπελάμβανον οὕτως ὀνομάσαντες. Ὁ δὲ

rent : eos autem habito concilio de se ipsis consultasse; et nocte superveniente, accensis ignibus ac lucernis custodias agitasse; sequentique nocte jejunasse, ut deos saluti suæ propitios haberent. Insequenti vero luce a Moyse quodam ipsis consilium datum, ut irent intrepidi una via, usquedum ad loca culta perveniretur : tum præcepisse ne cui hominum in posterum benevoli essent, neque optima suggererent, sed deteriora; utque deorum templa et altaria, prout in ea inciderent, everterent. Quum autem ceteri ista comprobassent, decreta peragentes iter fecisse per desertum, et post multa incommoda tandem ad loca culta pervenisse : dein et hominibus injuriose tractatis, et fanis compilatis ac incensis, venisse in regionem quæ nunc Judæa dicitur, conditaque civitate illic habitare. Istam autem urbem Ἱερόσυλα (*id est* Sacrilega) ab ipsorum dispositione nominatam esse : postea autem auctos viribus nomen mutasse, ut probro non afficerentur, et urbem Hierosolyma, et se ipsos Hierosolymos vocasse. »

35. Hic non eundem cum illis invenit regem quem memoraret, sed recentius nomen confinxit; et omisso somnio et vate Ægyptio, ad Ammonem abiit de impetiginosis ac leprosis responsum relaturus. Dicit enim ad templa collectam multitudinem Judæorum, leprosisne his nomen imponens, an quod solos Judæos morbus ille occuparit? ait enim, populus Judæorum. Qualis? advena, an indigena? Cur igitur eos, quum sint Ægyptii, Judæos vocas? Quodsi hospites sint, cur undenam sint non dicis? Quomodo autem, quum rex tam multos ex his in mare demersisset, et reliquos in loca deserta ejecisset, tanta multitudo superfuit? aut quo pacto desertum pertransierunt, et regionem occuparunt quam nunc tenemus, et urbem insuper condiderunt, et templum exstruxerunt apud omnes celebre? Oportebat autem non solum nominasse legislatorem, sed et genus ejus indicasse, quisnam fuerit, et ex quibus ortus; et quamobrem eis inter eundum tales voluerit ferre leges de diis, deque iis quæ hominibus cederent in injuriam. Sive enim Ægyptii erant genere, non tam facile patrios mores abdicassent : sive aliunde erant, omnino aliquas habebant leges, ad quas longa consuetudine instituti erant. At enim si quidem jurassent, nunquam se illis qui ipsos expulerant fore benevolos, non immerito factum fuisset; eos vero bellum acerrimum adversus omnes homines suscepisse, quum essent (ut ipse ait) miseri et omnium opis egeni, magnam plane non illorum, sed ejus qui ista finxit, stultitiam ostendit; qui scilicet affirmare ausus est, nomen impositum civitati a templorum spoliatione, et hoc postea fuisse mutatum. Manifestum enim posteris quidem tale nomen probrosum fuisse et odiosum : ipsi vero qui fundarunt urbem, sibi ornamento fore existimarunt ejusmodi nomen. Hic autem vir bonus præ immoderata con-

γενναῖος ὑπὸ πολλῆς τοῦ λοιδορεῖν ἀκρασίας οὐ συνῆκεν ὅτι ἱεροσυλεῖν οὐ κατὰ τὴν αὐτὴν φωνὴν Ἰουδαῖοι τοῖς Ἕλλησιν ὀνομάζομεν. Τί οὖν ἔτι πλείω τις λέγοι πρὸς τὸν ψευδόμενον οὕτως ἀναισχύντως; Ἀλλ' ἐπειδὴ σύμμετρον ἤδη τὸ βιβλίον εἴληφε μέγεθος, ἑτέραν ποιησάμενος ἀρχήν, τὰ λοιπὰ τῶν εἰς τὸ προκείμενον πειράσομαι προσαποδοῦναι.

ΛΟΓΟΣ Β.

Διὰ μὲν οὖν τοῦ προτέρου βιβλίου, τιμιώτατέ μοι Ἐπαφρόδιτε, περί τε τῆς ἀρχαιότητος ἡμῶν ἐπέδειξα τοῖς Φοινίκων καὶ Χαλδαίων καὶ Αἰγυπτίων γράμμασι πιστωσάμενος τὴν ἀλήθειαν, καὶ πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων συγγραφεῖς παρασχόμενος μάρτυρας· τήν τε ἀντίρρησιν ἐποιησάμην πρὸς Μανεθῶνα καὶ Χαιρήμονα καί τινας ἑτέρους. Ἄρξομαι δὲ νῦν τοὺς ὑπολειπομένους τῶν γεγραφότων τι καθ' ἡμῶν ἐλέγχειν, καίτοι περὶ τῆς πρὸς Ἀπίωνα τὸν γραμματικὸν ἀντιρρήσεως ἐπῆλθέ μοι διαπορεῖν, εἰ χρὴ σπουδάσαι. Τὰ μὲν γάρ ἐστι τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένων τοῖς ὑπ' ἄλλων εἰρημένοις ὅμοια, τὰ δὲ λίαν ψυχρῶς προστέθεικεν, τὰ πλεῖστα δὲ βωμολοχίαν ἔχει καὶ πολλήν, εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἀπαιδευσίαν, ὡς ἂν ὑπ' ἀνθρώπου συγκείμενα καὶ φαύλου τὸν τρόπον καὶ παρὰ πάντα τὸν βίον ὀχλαγωγοῦ γεγονότος. Ἐπεὶ δ' οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων διὰ τὴν ἄνοιαν ὑπὸ τῶν τοιούτων ἁλίσκονται λόγων μᾶλλον ἢ τῶν μετά τινος σπουδῆς γεγραμμένων, καὶ χαίρουσι μὲν ταῖς λοιδορίαις, ἄχθονται δὲ τοῖς ἐπαίνοις, ἀναγκαῖον ἡγησάμην εἶναι μηδὲ τοῦτον ἀνεξέταστον καταλιπεῖν, κατηγορίαν ἡμῶν ἄντικρυς ὡς ἐν δίκῃ γεγραφότα. Καὶ γὰρ αὖ κἀκεῖνο τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις ὁρῶ παρακολουθοῦν, τὸ λίαν ἐφήδεσθαι, ὅταν τις ἀρξάμενος βλασφημεῖν ἕτερον αὐτὸς ἐλέγχηται περὶ τῶν αὐτῷ προσόντων κακῶν. Ἔστι μὲν οὖν οὐ ῥᾴδιον αὐτοῦ διελθεῖν τὸν λόγον, οὐδὲ σαφῶς γνῶναι τί λέγειν βούλεται· σχεδὸν δ' ὡς ἐν πολλῇ ταραχῇ καὶ ψευσμάτων συγχύσει, τὰ μὲν εἰς τὴν ὁμοίαν ἰδέαν πίπτει τοῖς προεξητασμένοις, περὶ τῆς ἐξ Αἰγύπτου τῶν ἡμετέρων προγόνων μεταναστάσεως, τὰ δ' ἐστὶ κατηγορία τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατοικούντων Ἰουδαίων. Τρίτον δ' ἐπὶ τούτοις μέμικται, περὶ τῆς ἁγιστείας τῆς κατὰ τὸ ἱερὸν ἡμῶν καὶ τῶν ἄλλων νομίμων κατηγορίας.

β′. Ὅτι μὲν οὖν οὔτε Αἰγύπτιοι τὸ γένος ἦσαν ἡμῶν οἱ πατέρες, οὔτε διὰ λύμην σωμάτων ἢ τοιαύτας ἄλλας συμφοράς τινας ἐκεῖθεν ἐξηλάθησαν, οὐ μόνον μετρίως, ἀλλὰ καὶ πέρα τοῦ συμμέτρου προαποδεδεῖχθαι νομίζω. Περὶ ὧν δὲ προστίθησιν ὁ Ἀπίων ἐπιμνησθήσομαι συντόμως. Φησὶ γὰρ ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Αἰγυπτιακῶν τάδε· « Μωϋσῆς, ὡς ἤκουσα παρὰ τῶν πρεσβυτέρων « τῶν Αἰγυπτίων, ἦν Ἡλιουπολίτης· ὃς, πατρίοις ἔθεσι « κατηγγυημένος, αἰθρίους προσευχὰς ἀνῆγεν εἰς οἵους

vitiandi intemperantia non intellexit, sacrorum direptionem non eadem voce Græcis et Judæis exprimi. Quid ergo amplius aliquis dixerit contra mendacium impudenter adeo confictum? Sed quoniam justam ad magnitudinem excrevit libellus, alio facto principio, reliqua quæ ad id quod proposui spectant, faciam sedulo ut adjiciantur.

LIBER II.

Superiori quidem libro, mi carissime Epaphrodite, et gentis nostræ antiquitatem demonstravi, veritatem ex Phœnicum et Chaldæorum et Ægyptiorum scriptis confirmando, multis etiam Græcorum historicis in testes adductis, et calumnias Manethonis et Chæremonis et aliorum quorundam refutavi. Nunc vero ad reliquos, qui aliquid contra nos scripserunt, refellendos arguendosque aggrediar: quanquam subit mihi dubitare an Apioni grammatico refutando operam impendere debeam. Nam eorum quæ ab ipso scripta sunt, nonnulla quidem similia sunt dictis aliorum, quæ vero de suo adjecit, valde frigida sunt; et in plerisque scurrilitatem prodit, et magnam (si vere loquendum) ignorantiam, ut quæ composita sint ab homine pravis moribus, quique omni vita sua se pro circulatore gessit. Quoniam vero multi hominum præ stultitia istiusmodi potius orationibus capiuntur, quam iis quæ cura quadam literis sunt mandatæ, et contumeliis quidem gaudent, aliorum vero laudes moleste ferunt, necessarium esse duxi ne hunc quidem sine examine dimittere, qui in nos palam tanquam in judicio libellum scripsit. Etenim illud quoque hominum plerisque insitum video, ut valde delectentur, quum is, qui alteri orsus est maledicere, sua ob vitia redarguitur. Ejus quidem certe orationem nec legere facile est, neque plane intelligere quid dicere velit: fere autem, ut est valde perturbatus et ex mendaciis confusus, passim quidem in similia incidit iis quæ supra ad examen vocavimus de majorum nostrorum ex Ægypto migratione; partim vero accusationem instituit Judæorum Alexandriam habitantium. Tertium autem istis admiscetur de sacris templi nostri ceremoniis et ceteris ritibus quos criminatur.

2. Jam quod nec genere Ægyptii fuerint patres nostri, neque ob labem corporis aut alias quasdam ejusmodi calamitates inde pulsi fuerint, non mediocriter solum, sed pæne ultra modum, superius a me demonstratum existimo. Quæ vero istis adjungit Apion breviter memorabo. Ista enim in tertio rerum Ægyptiacarum dicit: « Moyses, ut accepi a « grandioribus natu Ægyptiis, Heliopolitanus erat; qui, « patriis institutis obligatus, subdiales precationes ad septa

« εἶχεν ἡ πόλις περιβόλους, πρὸς ἀφηλιώτην δὲ πᾶσαν « ἀπέστρεφεν· ὧδε γὰρ καὶ Ἡλίου κεῖται πόλις. « Ἀντὶ δὲ ὀβελῶν ἔστησε κίονας, ὑφ' οἷς ἦν ἐκτύπωμα « σκάφης, σκιὰ δ' ἀπ' ἄκρων ἐπ' αὐτὴν διακειμένη, « ὡς, ὃν ἐν αἰθέρι, τοῦτον ἀεὶ τὸν δρόμον ἡλίῳ συμ« περιπολεῖ. » Τοιαύτη μέν τις ἡ θαυμαστὴ τοῦ γραμματικοῦ φράσις, τὸ δὲ ψεῦσμα λόγων οὐ δεόμενον, ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων περιφανές. Οὔτε γὰρ αὐτὸς Μωϋσῆς, ὅτε τὴν πρώτην σκηνὴν τῷ Θεῷ κατεσκεύασεν, οὐδὲν ἐκτύπωμα τοιοῦτον εἰς αὐτὴν ἐνέθηκεν, οὔτε ποιεῖν τοῖς ἔπειτα προσέταξεν· ὅ τε μετὰ ταῦτα κατασκευάσας τὸν ναὸν τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις Σολομὼν πάσης ἀπέσχετο τοιαύτης περιεργίας, οἵαν συμπέπλεχεν Ἀπίων. Ἀκοῦσαι δέ φησι τῶν πρεσβυτέρων ὅτι Μωϋσῆς ὁ Ἡλιουπολίτης, δηλονότι νεώτερος μὲν ὢν αὐτὸς, ἐκείνοις δὲ πιστεύσας, τοῖς διὰ τὴν ἡλικίαν ἐπισταμένοις αὐτὸν καὶ συγγενομένοις. Καὶ περὶ μὲν Ὁμήρου τοῦ ποιητοῦ, γραμματικὸς ὢν αὐτὸς, οὐκ ἂν ἔχοι τίς αὐτοῦ πατρίς ἐστι διαβεβαιωσάμενος εἰπεῖν, οὐδὲ περὶ Πυθαγόρου μόνον οὐχ ἐχθὲς καὶ πρώην γεγονότος· περὶ δὲ Μωϋσέως τοσούτῳ πλήθει προάγοντος ἐκείνους ἐτῶν, οὕτως ἀποφαίνεται ῥᾳδίως πιστεύων ἀκοῇ πρεσβυτέρων, ὡς δῆλός ἐστι καταψευσάμενος. Τὰ δὲ δὴ τῶν χρόνων, ἐν οἷς φησι τὸν Μωϋσῆν ἐξαγαγεῖν τοὺς λεπρῶντας καὶ τυφλοὺς καὶ τὰς βάσεις πεπηρωμένους, σφόδρα δὴ τοῖς πρὸ αὐτοῦ συμπεφώνηκεν, ὡς οἶμαι, ὁ γραμματικὸς ὁ ἀκριβέστατος. Μανεθὼς μὲν γὰρ κατὰ τὴν Τεθμώσιος βασιλείαν ἀπαλλαγῆναί φησιν ἐξ Αἰγύπτου τοὺς Ἰουδαίους, πρὸ ἐτῶν τριακοσίων ἐνενήκοντα τριῶν τῆς εἰς Ἄργος Δαναοῦ φυγῆς, Λυσίμαχος δὲ κατὰ Βόκχοριν τὸν βασιλέα, τουτέστι πρὸ ἐτῶν χιλίων ἑπτακοσίων, Μόλων δὲ καὶ ἄλλοι τινὲς ὡς αὐτοῖς ἔδοξεν· ὁ δέ γε πάντων πιστότατος Ἀπίων ὡρίσατο τὴν ἔξοδον ἀκριβῶς, κατὰ τὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα, καὶ ταύτης ἔτος εἶναι πρῶτον, ἐν ᾧ, φησὶ, Καρχηδόνα Φοίνικες ἔκτισαν. Τοῦτο δὲ πάντως προσέθηκε τὸ Καρχηδόνα, τεκμήριον οἰόμενος αὐτῷ γενέσθαι τῆς ἀληθείας ἐναργέστατον· οὐ συνῆκε δὲ καθ' ἑαυτοῦ τὸν ἔλεγχον ἐπισπώμενος. Εἰ γὰρ περὶ τῆς ἀποικίας πιστεύειν δεῖ ταῖς Φοινίκων ἀναγραφαῖς, ἐν ἐκείναις Εἵρωμος ὁ βασιλεὺς γέγραπται πρεσβύτερος τῆς Καρχηδόνος κτίσεως, ἔτεσι πλείοσι πρὸς τοῖς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, περὶ οὗ τὰς πίστεις ἀνωτέρω παρέσχον ἐκ τῶν Φοινίκων ἀναγραφῶν, καὶ ὅτι Σολομῶνι, τῷ τὸν ναὸν οἰκοδομησαμένῳ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις, φίλος ἦν Εἵρωμος, καὶ πολλὰ συνεβάλλετο πρὸς τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευήν. Αὐτὸς δὲ ὁ Σολομὼν ᾠκοδόμησε τὸν ναὸν μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐξ Αἰγύπτου τοὺς Ἰουδαίους δώδεκα καὶ ἑξακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον. Τὸν δὲ ἀριθμὸν τῶν ἐλαθέντων τὸν αὐτὸν Λυσιμάχῳ σχεδιάσας (ἕνδεκα γὰρ αὐτοὺς εἶναί φησι μυριάδας) θαυμαστήν τινα καὶ πιθανὴν ἀποδίδωσιν αἰτίαν, ἀφ' ἧς φησι τὸ σάββατον ὠνομάσθαι· « Ὁδεύσαντες γάρ, φησίν, ἓξ ἡμερῶν « ὁδὸν βουβῶνας ἔσχον, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν τῇ « ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ἀνεπαύσαντο σωθέντες εἰς τὴν χώραν

« qualia urbs habebat, reduxit: totam autem civitatem ad « subsolanum convertebat; ita enim Heliopolis sita est. « Pro gnomonibus autem columnas statuit, quibus scaphæ « forma subjecta erat; ab harum vero summitatibus umbra « in eam incidebat, ita ut eundem cursum quem sol in « æthere absolveret. » Atque hujuscemodi est admiranda illa hujus grammatici phrasis: mendacium autem verbis argui non desiderat, sed ex operibus Moysis abunde constat. Neque enim, quum primum tabernaculum Deo construeret, Moyses aut ipse ullam talem formam ei indidit, aut posteros facere præcepit: neque Solomon, qui postea templum construxit Hierosolymis, se ita curiosum exhibuit, qualiter confinxit Apion. Accepisse autem dicit a senioribus, Moysen fuisse Heliopolitanum: scilicet ipse quidem junior, illis vero fidem habens, qui per ætatem illum noverant, et cum eo versati fuerant. Ac de Homero quidem poeta, ipse, licet grammaticus, non potuerit quænam ejus sit patria certo affirmare; neque de Pythagora tantum non heri audiusve tertius nato: de Moyse vero tam multis annis illos præcedente tam facile decernit, credens iis quæ a senioribus acceperat. Unde manifeste illum mentiri apparet. Quod ad temporum vero rationem, quibus Moysen ait eduxisse leprosos et cæcos et claudos, belle antecessoribus suis, uti puto, concinit grammaticus exactissimus. Nam Manetho quidem Judæos dicit regnante Tethmosi ex Ægypto discessisse, annis CCCXCIII antequam exsilium apud Argos egerit Danaus; Lysimachus vero tempore Bocchoris regis, hoc est ante annos MDCC; Molon autem et alii quidam, ut cuique visum est. At vero Apion ceteris fide dignior exacte illum exitum definivit septima Olympiade, ejusque anno primo, in quo, ut ait, Pœni Carthaginem condiderunt. Carthaginis autem mentionem adjecit, ratus id veritatis argumentum fore evidentissimum: nec animadvertit a semetipso adductum quo coargueretur. Si enim de hac colonia monumentis Phœnicum credendum est, in illis Hiromus rex traditur antiquior Carthaginis conditu annis plus quam CL, de quo superius ex Phœnicum commentariis confirmatum dedi quod Solomoni, qui templum Hierosolymitanum exstruxit, amicus fuerit Hiromus, et multa ad templi fabricam contulerit. Ipse vero Solomon templum ædificavit post Judæorum discessum ex Ægypto annis DCXII. Porro numerum pulsorum eundem quem Lysimachus commentus (ait enim eorum fuisse millia CX) miram quandam et credibilem reddit causam, cur Sabbatum nominari dicit diem septimam: « Exacto enim, inquit, sex « dierum itinere, inguinum ulceribus affecti sunt, et hac « de causa septima die quieverunt, incolumes constituti

« τὴν νῦν Ἰουδαίαν λεγομένην, καὶ ἐκάλεσαν τὴν ἡμέ- « ραν σάββατον, σώζοντες τὴν Αἰγυπτίων γλῶτταν· « τὸ γὰρ βουβῶνος ἄλγος καλοῦσιν Αἰγύπτιοι σαββά- « τωσιν. » Οὐκ ἂν οὖν τις ἢ καταγελάσειε τῆς φλυαρίας, ἢ τοὐναντίον μισήσειε τὴν ἐν τῷ τοιαῦτα γράφειν ἀναίδειαν; δῆλον γὰρ ὅτι πάντες ἐβουβωνίασαν ἕνδεκα μυριάδες ἀνθρώπων· (ἀλλ' εἰ μὲν ἦσαν ἐκεῖνοι τυφλοὶ καὶ χωλοὶ καὶ πάντα τρόπον νοσοῦντες), ὁποίους αὐτοὺς εἶναί φησιν Ἀπίων, οὐδ' ἂν μιᾶς ἡμέρας προελθεῖν ὁδὸν ἠδυνήθησαν· εἰ δ' οἷοι βαδίζειν διὰ πολλῆς ἐρημίας, καὶ προσέτι νικᾷν τοὺς αὐτοῖς ἀνθισταμένους μαχόμενοι πάντες, οὐκ ἂν ἀθρόοι μετὰ τὴν ἕκτην ἡμέραν ἐβουβωνίασαν. Οὔτε γὰρ φύσει πως γίνεται τοιοῦτον τοῖς βαδίζουσιν ἐξ ἀνάγκης. ἀλλὰ πολλαὶ μυριάδες στρατοπέδων τὸ σύμμετρον ἀεὶ βαδίζουσιν), οὔτε κατ' αὐτόματον εἰκὸς οὕτω συμβῆναι· πάντων γὰρ ἀλογώτατον. Ὁ δὲ θαυμαστὸς Ἀπίων διὰ μὲν ἓξ ἡμερῶν αὐτοὺς ἐλθεῖν εἰς τὴν Ἰουδαίαν προείρηκε, πάλιν δὲ « τὸν Μωϋσῆν εἰς τὸ μεταξὺ τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς Ἀραβίας ὄρος, ὃ καλεῖται Σίναιον, ἀναβάντα φησὶν ἡμέραις τεσσαράκοντα κρυφθῆναι, κἀκεῖθεν καταβάντα δοῦναι τοῖς Ἰουδαίοις τοὺς νόμους. » Καίτοι πῶς οἷόντε τοὺς αὐτοὺς καὶ τεσσαράκοντα μένειν ἡμέρας ἐν ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ τόπῳ καὶ τὴν μεταξὺ πᾶσαν ἐν ἡμέραις ἓξ διελθεῖν; Ἡ δὲ περὶ τὴν ὀνομασίαν τοῦ σαββάτου γραμματικὴ μετάθεσις ἀναίδειαν ἔχει πολλὴν ἢ δεινὴν ἀμαθίαν. Τὸ γὰρ σαββὼ καὶ σάββατον πλεῖστον ἀλλήλων διαφέρει· τὸ μὲν γὰρ σάββατον κατὰ τὴν Ἰουδαίων διάλεκτον ἀνάπαυσίς ἐστιν ἀπὸ παντὸς ἔργου, τὸ δὲ σαββὼ, καθάπερ ἐκεῖνός φησι, δηλοῖ παρ' Αἰγυπτίοις τὸ βουβῶνος ἄλγος.

γ'. Τοιαῦτα μέν τινα περὶ Μωϋσέως καὶ τῆς ἐξ Αἰγύπτου γενομένης τοῖς Ἰουδαίοις ἀπαλλαγῆς ὁ Αἰγύπτιος Ἀπίων ἐκαινοποίησε, παρὰ τοὺς ἄλλους ἐπινοήσας. Καὶ τί γε δεῖ θαυμάζειν, εἰ περὶ τῶν ἡμετέρων ψεύδεται προγόνων, λέγων αὐτοὺς εἶναι τὸ γένος Αἰγυπτίους; αὐτὸς γὰρ περὶ αὑτοῦ τοὐναντίον ἐψεύδετο, καὶ γεγενημένος ἐν Ὀάσει τῆς Αἰγύπτου, πάντων Αἰγυπτίων πρῶτος ὤν, ὡς ἂν εἴποι τις, τὴν μὲν ἀληθῆ πατρίδα καὶ τὸ γένος ἐξωμόσατο, Ἀλεξανδρεὺς δὲ εἶναι καταψευδόμενος ὁμολογεῖ τὴν μοχθηρίαν τοῦ γένους. Εἰκότως οὖν οὓς μισεῖ καὶ βούλεται λοιδορεῖν, τούτους Αἰγυπτίους καλεῖ. Εἰ μὴ γὰρ φαυλοτάτους εἶναι ἐνόμιζεν Αἰγυπτίους, οὐκ ἂν τοῦ γένους αὐτὸς ἔφυγεν, ὡς οἵ γε μεγαλοφρονοῦντες ἐπὶ ταῖς ἑαυτῶν πατρίσι σεμνύνονται μὲν ἀπὸ τούτων αὐτοὶ χρηματίζοντες, τοὺς ἀδίκως δ' αὐτῶν ἀντιποιουμένους ἐλέγχουσι. Πρὸς ἡμᾶς δὲ δυοῖν θάτερον Αἰγύπτιοι πεπόνθασιν, ἢ γὰρ ὡς ἐπισεμνυνόμενοι προσποιοῦνται τὴν συγγένειαν, ἢ κοινωνοὺς ἡμᾶς ἐπισπῶνται τῆς αὑτῶν κακοδοξίας. Ὁ δὲ γενναῖος Ἀπίων δοκεῖ μὲν τὴν βλασφημίαν τὴν καθ' ἡμῶν ὥσπερ τινὰ μισθὸν ἐθελῆσαι παρασχεῖν Ἀλεξανδρεῦσι τῆς δοθείσης αὐτῷ πολιτείας, καὶ τὴν ἀπέχθειαν αὐτῶν ἐπιστάμενος τὴν πρὸς τοὺς συνοικοῦντας αὐτοῖς ἐπὶ

« in regione, quæ nunc Judæa vocatur : et appellaverunt « eam diem Sabbatum, servata Ægyptiorum voce; nam « inguinis dolorem Ægyptii vocant Sabbatosin. » Annon igitur vel deridenda hæc nugacitas, vel contra odio habenda talis in scribendo impudentia? apparet enim quod omnes inguinibus laboraverint, hominum millia centum et decem. Atqui si erant illi cæci et claudi et omne genus morbis vexati, quales eos fuisse ait Apion, ne unius quidem diei iter progredi valuissent : sin autem poterant per magnam solitudinem proficisci, prætereaque sibi obsistentes vincere ad unum omnes pugnando, nequaquam universi post sextam diem inguinum morbo correpti fuissent. Neque enim a natura tale quippiam venire iter agentibus necesse est : (sed plurimarum myriadum exercitus definita semper itinera peragunt); neque temere ita accidisse verisimile videtur : hoc enim omnium absurdissimum est. At vero mirificus Apion sex quidem diebus eos pervenisse in Judæam ante dixit : rursus autem « Moysen conscenso monte Ægyptum inter et Arabiam medio, qui Sinæus appellatur, quadraginta diebus delituisse dicit, indeque descendentem Judæis leges dedisse. » Quanquam quomodo fieri potest ut iidem et quadraginta dies in deserto ac inaquoso loco maneant, et quod in medio spatium est, id totum sex diebus pertranseant? Grammatica autem translatio de appellatione Sabbati multam præ se fert impudentiam vel certe magnam imperitiam. Nam Sabbo et Sabbatum plurimum inter se differunt : quippe Sabbatum ex Judæorum dialecto est cessatio ab omni opere; Sabbo vero, ut ille affirmat, apud Ægyptios inguinum dolorem significat.

3. Hujuscemodi quidem nonnulla de Moyse et Judæorum ex Ægypto discessu nuper excogitavit Ægyptius Apion, præter alios ista commentus. Et quid mirum, si de nostris mentitur patribus, dicens eos genere Ægyptios esse? ipse enim econtra de se ipso mentiebatur, et natus in Oasi Ægypti, et Ægyptiorum omnium (ut sic dixerim) primus, veram quidem patriam et genus suum ejuravit, Alexandrinum autem se mentitus, generis sui pravitatem agnoscit. Merito igitur quos odit et conviciis insectatur, eos Ægyptios appellat. Nisi enim pessimos esse existimaret Ægyptios, genus suum haud ipse negasset : quandoquidem qui se patriæ celebritate efferunt, honorificum quidem ducunt ab ea cognominari, eos vero redarguunt qui præter jus eam sibi vindicant. Erga nos autem alterutro modo affecti sunt Ægyptii : aut enim quasi sese efferentes cognationem simulant, aut nos in infamiæ suæ societatem adsciscunt. At præclarus iste Apion videtur contumeliosam nostrûm insectationem quasi mercedem voluisse reddere Alexandrinis pro data sibi civitate; cognitoque illis cum Judæis una se-

τῆς Ἀλεξανδρείας Ἰουδαίους προὐτίθετο μὲν ἐκείνοις λοιδορεῖσθαι, συμπεριλαμβάνει δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ἐν ἀμφοτέροις ἀναισχύντως ψευδόμενος.

δʹ. Τίνα τοίνυν ἐστὶ τὰ δεινὰ καὶ σχέτλια τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατοικούντων Ἰουδαίων, ἃ κατηγόρηκεν αὐτῶν, ἴδωμεν. « Ἐλθόντες, φησὶν, ἀπὸ Συρίας ᾤκησαν πρὸς ἀλίμενον θάλασσαν, γειτνιάσαντες ταῖς τῶν κυμάτων ἐκβολαῖς. » Οὐκοῦν ὁ τόπος εἰ λοιδορίαν ἔχει, τὴν οὐ πατρίδα μὲν, λεγομένην δὲ αὐτοῦ, τὴν Ἀλεξάνδρειαν λοιδορεῖ. Ἐκείνης γὰρ καὶ τὸ παράλιόν ἐστι μέρος, ὡς πάντες ὁμολογοῦσιν, εἰς κατοίκησιν τὸ κάλλιστον. Ἰουδαῖοι δ' εἰ μὲν βιασάμενοι κατέσχον, ὡς μηδ' ὕστερον ἐκπεσεῖν, ἀνδρείας τεκμήριόν ἐστ' αὐτοῖς. Εἰς κατοίκησιν δὲ αὐτοῖς ἔδωκε τόπον Ἀλέξανδρος, καὶ ἴσης παρὰ τοῖς Μακεδόσι τιμῆς ἐπέτυχον. Οὐκ οἶδα δὲ τί ποτ' ἂν ἔλεγεν Ἀπίων, εἰ πρὸς τῇ Νεκροπόλει κατῴκουν, καὶ μὴ πρὸς τοῖς βασιλείοις ἦσαν ἱδρυμένοι, καὶ μέχρι νῦν αὐτῶν ἡ φυλὴ τὴν προσηγορίαν εἶχε Μακεδόνες. Εἰ μὲν οὖν ἀναγνοὺς τὰς ἐπιστολὰς Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως καὶ τὰς Πτολεμαίου τοῦ Λάγου, καὶ τῶν μετ' ἐκεῖνον τῆς Αἰγύπτου βασιλέων ἐντυχὼν τοῖς γράμμασι, καὶ τὴν στήλην τὴν ἑστῶσαν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ τὰ δικαιώματα περιέχουσαν, ἃ Καῖσαρ ὁ μέγας τοῖς Ἰουδαίοις ἔδωκεν· εἰ μὲν οὖν ταῦτα, φημὶ, γινώσκων, τἀναντία γράφειν ἐτόλμησε, πονηρὸς ἦν· εἰ δὲ μηδὲν ἠπίστατο τούτων, ἀπαίδευτος. Τὸ δὲ δὴ θαυμάζειν πῶς Ἰουδαῖοι ὄντες Ἀλεξανδρεῖς ἐκλήθησαν, τῆς ὁμοίας ἀπαιδευσίας. Πάντες γὰρ οἱ εἰς ἀποικίαν τινὰ κατακληθέντες, κἂν πλεῖστον ἀλλήλων τοῖς γένεσι διαφέρωσιν, ἀπὸ τῶν οἰκιστῶν τὴν προσηγορίαν λαμβάνουσι. Καὶ τί δεῖ περὶ τῶν ἄλλων λέγειν; αὐτῶν γὰρ ἡμῶν οἱ τὴν Ἀντιόχειαν κατοικοῦντες Ἀντιοχεῖς ὀνομάζονται· τὴν γὰρ πολιτείαν αὐτοῖς ἔδωκεν ὁ κτίστης Σέλευκος. Ὁμοίως οἱ ἐν Ἐφέσῳ καὶ κατὰ τὴν ἄλλην Ἰωνίαν τοῖς αὐθιγενέσι πολίταις ὁμωνυμοῦσι, τοῦτο παρασχόντων αὐτοῖς τῶν διαδόχων. Ἡ δὲ Ῥωμαίων φιλανθρωπία πᾶσι μικροῦ δεῖν τῆς αὐτῶν προσηγορίας μεταδέδωκεν, οὐ μόνον ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ μεγάλοις ἔθνεσιν ὅλοις. Ἴβηρες γοῦν οἱ πάλαι καὶ Τυρρηνοὶ καὶ Σαβῖνοι Ῥωμαῖοι καλοῦνται. Εἰ δὲ τοῦτον ἀφαιρεῖται τὸν τρόπον τῆς πολιτείας Ἀπίων, παυσάσθω λέγων αὑτὸν Ἀλεξανδρέα. Γεννηθεὶς γὰρ, ὡς προεῖπον, ἐν τῷ βαθυτάτῳ τῆς Αἰγύπτου, πῶς ἂν Ἀλεξανδρεὺς εἴη, τῆς κατὰ δόσιν πολιτείας ὡς αὐτὸς ἐφ' ἡμῶν ἠξίωκεν ἀναιρουμένης; Καίτοι μόνοις Αἰγυπτίοις οἱ κύριοι νῦν Ῥωμαῖοι τῆς οἰκουμένης μεταλαμβάνειν ἡστινοσοῦν πολιτείας ἀπειρήκασιν. Ὁ δ' οὕτως ἐστὶ γενναῖος ὡς μετέχειν ἀξιῶν αὐτὸς ὧν τυχεῖν ἐκωλύετο, συκοφαντεῖν ἐπεχείρησε τοὺς δικαίως λαβόντας. Οὐ γὰρ ἀπορίᾳ γε τῶν οἰκησόντων τὴν μετὰ σπουδῆς ὑπ' αὐτοῦ πόλιν κτιζομένην Ἀλέξανδρος τῶν ἡμετέρων τινὰς ἐκεῖ συνήθροισεν, ἀλλὰ πάντας δοκιμάζων ἐπιμελῶς ἀρετῆς καὶ πίστεως, τοῦτο τοῖς ἡμετέροις τὸ γέρας ἔδωκεν. Ἐτίμα γὰρ ἡμῶν τὸ ἔθνος, ὡς καί φησιν Ἑκαταῖος περὶ ἡμῶν,

cum Alexandriam habitantibus intercedere inimicitiam, proposuit sibi illis convicium facere, reliquos vero universos simul comprehendit, de utrisque impudenter mentiens.

4. Videamus igitur quænam sint illa gravia et non ferenda, de quibus Judæos Alexandriam habitantes accusat. « E Syria, inquit, profecti sedes fixerunt ad importuosum mare, in vicinia allisionis fluctuum. » Ergo si locus opprobrium habet, non quidem patriæ suæ, sed tamen quam patriam dicit, Alexandriæ conviciatur. Illius enim etiam ora maritima pars est, ut omnes fatentur, ad inhabitandum optima. Sin autem per vim eam Judæi occupaverint, ita ut ne post quidem ejicerentur, fortitudinis eorum argumentum est. Verum Alexander eis locum ad habitandum dedit, et parem cum Macedonibus honorem consequuti sunt. Nescio autem quid dicturus fuerit Apion, si circa Necropolim habitassent, ac non circa regiam sedes posuissent, et hodieque eorum tribus appellaretur Macedones. Sane si legit epistolas Alexandri regis, et Ptolemæi Lagi, atque in successorum illius Ægypti regum rescripta incidit, et columnam stantem Alexandriæ, et jura continentem quæ Cæsar magnus Judæis concessit: hæc, inquam, si sciens contraria his scribere ausus est, improbus erat: sin vero nihil horum novit, indoctus. Illud autem quod se mirari dicit, quomodo, quum Judæi essent, Alexandrini vocarentur, similis inscientiæ est. Omnes enim in coloniam aliquam evocati, etsi plurimum invicem genere differunt, a conditoribus appellationem accipiunt. Et quid opus est de aliis dicere? nostrorum enim ipsorum qui Antiochiam inhabitant, Antiocheni nominantur: jus enim civium eis dedit conditor Seleucus. Similiter qui in Epheso sunt et in reliqua Ionia, eandem cum civibus inde natis appellationem sortiuntur, illis hoc præstantibus Alexandri successoribus. Romanorum autem clementia omnibus fere de suo nomine appellari concessit, non solum viris singulis, sed et maximis gentibus in universum. Hispani scilicet antiqui et Tyrrheni et Sabini vocantur Romani. Si vero hunc modum juris civitatis tollit Apion, desinat semetipsum Alexandrinum dicere. Natus enim, ut antea dixi, in intima Ægypto, quomodo erit Alexandrinus, jure civitatis concessæ, quod ipse de nobis prædicat, sublato? Atqui solis Ægyptiis orbis nunc Romani domini participare cujuscunque civitatis interdixerunt. Ille vero adeo generosus est, ut, quum vellet obtinere quæ impetrare prohibetur, conatus fuerit eos calumniari, qui ista justissime assequuti sunt. Non enim Alexander propter inopiam habitatorum civitatis, quam studiose ædificabat, nostrorum aliquos illic congregavit; sed, omnes probitatis ergo et fidei accurate perspectos et exploratos habens, hoc præmium nostris tribuit. Nostram enim gentem honorabat, ut etiam de nobis dicit Hecatæus, quod propter pro-

ὅτι διὰ τὴν ἐπιείκειαν καὶ πίστιν, ἣν αὐτῷ παρέσχον Ἰουδαῖοι, τὴν Σαμαρεῖτιν χώραν προσέθηκεν ἔχειν αὐτοῖς ἀφορολόγητον. Ὅμοια δὲ Ἀλεξάνδρου καὶ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου περὶ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατοικούντων ἐφρόνησε. Καὶ γὰρ τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον αὐτοῖς ἐνεχείρισε φρούρια, πιστῶς ἅμα καὶ γενναίως φυλάξειν ὑπολαμβάνων, καὶ Κυρήνης ἐγκρατῶς ἄρχειν βουλόμενος καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ πόλεων, εἰς αὐτὰς μέρος Ἰουδαίων ἔπεμψε κατοικῆσον. Ὁ δὲ μετ' αὐτὸν Πτολεμαῖος, ὁ Φιλάδελφος ἐπικληθεὶς, οὐ μόνον εἴ τινες ἦσαν αἰχμάλωτοι παρ' αὐτῷ τῶν ἡμετέρων, πάντας ἀπέδωκεν, ἀλλὰ καὶ χρήματα πολλάκις ἐδωρήσατο· καὶ τὸ μέγιστον, ἐπιθυμητὴς ἐγένετο τοῦ γνῶναι τοὺς ἡμετέρους νόμους, καὶ ταῖς τῶν ἱερῶν γραφῶν βίβλοις ἐντυχεῖν. Ἔπεμψε γοῦν ἀξιῶν ἄνδρας ἀποσταλῆναι τοὺς ἑρμηνεύσοντας αὐτῷ τὸν νόμον, καὶ τοῦ γραφῆναι ταῦτα καλῶς τὴν ἐπιμέλειαν ἐπέταξεν οὐ τοῖς τυχοῦσιν, ἀλλὰ Δημήτριον τὸν Φαληρέα καὶ Ἀνδρέαν καὶ Ἀριστέα, τὸν μὲν παιδείᾳ τῶν καθ' ἑαυτὸν διαφέροντα Δημήτριον, τοὺς δὲ τὴν τοῦ σώματος αὐτοῦ φυλακὴν ἐγκεχειρισμένους, ἐπὶ τῆς ἐπιμελείας ταύτης ἔταξεν, οὐκ ἂν δήπου τοὺς νόμους καὶ τὴν πάτριον ἡμῶν φιλοσοφίαν ἐπιθυμήσας ἐκμαθεῖν, εἰ τῶν χρωμένων αὐτοῖς ἀνδρῶν κατεφρόνει καὶ μὴ λίαν ἐθαύμαζεν.

ε'. Ἀπίωνα δὲ σχεδὸν ἐφεξῆς πάντες ἔλαθον οἱ τῶν προγόνων αὐτοῦ Μακεδόνων βασιλεῖς, οἰκειότατα πρὸς ἡμᾶς διατεθέντες. Καὶ γὰρ τρίτος Πτολεμαῖος, ὁ λεγόμενος Εὐεργέτης, κατασχὼν ὅλην Συρίαν κατὰ κράτος, οὐ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ θεοῖς χαριστήρια τῆς νίκης ἔθυσεν, ἀλλὰ παραγενόμενος εἰς Ἱεροσόλυμα πολλὰς, ὡς ἡμῖν νόμιμόν ἐστιν, ἐπετέλεσε θυσίας τῷ Θεῷ, καὶ ἀνέθηκεν ἀναθήματα τῆς νίκης ἄξια. Ὁ δὲ Φιλομήτωρ Πτολεμαῖος καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Κλεοπάτρα τὴν βασιλείαν ὅλην τὴν ἑαυτῶν Ἰουδαίοις ἐπίστευσαν, καὶ στρατηγοὶ πάσης τῆς δυνάμεως ἦσαν Ὀνίας καὶ Δοσίθεος Ἰουδαῖοι, ὧν Ἀπίων σκώπτει τὰ ὀνόματα, δέον τὰ ἔργα θαυμάζειν καὶ μὴ λοιδορεῖν, ἀλλὰ χάριν αὐτοῖς ἔχειν ὅτι διεσώσαντο τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἧς ὡς πολίτης ἀντιποιεῖται. Πολεμούντων γὰρ αὐτῶν τῇ βασιλίσσῃ Κλεοπάτρᾳ καὶ κινδυνευόντων ἀπολέσθαι κακῶς, οὗτοι συμβάσεις ἐποίησαν καὶ τῶν ἐμφυλίων κακῶν ἀπήλλαξαν. Ἀλλὰ « μετὰ ταῦτα, φησὶν, Ὀνίας ἐπὶ τὴν « πόλιν ἤγαγε στρατὸν ὀλίγον, ὄντος ἐκεῖ Θέρμου τοῦ « παρὰ Ῥωμαίων πρεσβευτοῦ καὶ παρόντος. » Ὀρθῶς δὲ ποιῶν, φαίην ἂν, καὶ μάλα δικαίως. Ὁ γὰρ Φύσκων ἐπικληθεὶς Πτολεμαῖος, ἀποθανόντος αὐτῷ τοῦ ἀδελφοῦ Πτολεμαίου τοῦ Φιλομήτορος, ἀπὸ Κυρήνης ἐξῆλθε Κλεοπάτραν ἐκβαλεῖν βουλόμενος τῆς βασιλείας, . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

bitatem atque fidem, quam ei præbuere Judæi, regionem Samaritidem, ab omni tributo liberam, ab iis insuper teneri voluerit. Similiter quoque atque Alexander sensit Ptolemæus Lagi de Judæis Alexandriam habitantibus. Etenim castella Ægyptiaca eis commisit, arbitratus illis nec fidem defuturam nec fortitudinem ad ea conservanda: quumque firmum in Cyrene imperium tenere vellet et in aliis Libyæ civitatibus, illuc misit partem Judæorum habitandi causa. Post hunc autem Ptolemæus qui Philadelphus est appellatus, non solum si qui fuere captivi apud eum nostrorum, omnibus libertatem, sed et pecunias sæpius dedit: et (quod maximum est) leges nostras cognoscendi desiderio tenebatur, legendique sacrarum scripturarum libros. Rogatum igitur misit sibi delegari viros qui ei interpretarentur legem; utque volumina pulchre exscriberentur, curam mandavit non quibuslibet viris, sed Demetrium Phalereum et Andream et Aristeam, Demetrium quidem sui ævi omnium doctrina eminentissimum, illos vero custodiam corporis sibi creditam habentes, huic curæ præfecit; non utique leges et patriam nostram philosophiam discere concupiverat, si his utentes despectui habuisset, neque potius valde admiratus esset.

5. Apion autem pæne omnes deinceps Macedonum majorum ejus reges ignoravit, nobis familiarissimos et amicissimos. Nam et tertius Ptolemæus, dictus Euergetes, tota Syria vi et armis occupata, non diis Ægyptiacis sacra fecit ut pro victoria gratias ageret; sed, quum Hierosolyma venisset, multas hostias, sicut nostri moris est, Deo immolavit, et donaria victoria digna dedicavit. Ptolemæus autem Philometor et uxor ejus Cleopatra regnum omne suum commisere Judæis, factique sunt totius militiæ duces Onias et Dositheus Judæi: quorum nomina cavillatur Apion, quum debuisset facta eorum potius admirari et non conviciari, sed gratias illis habere quod servarint Alexandriam, cujus civis videri vult et haberi. Quum enim bellum inferrent reginæ Cleopatræ, et male pereundi discrimen adirent, isti fecerunt ut pax iniretur et mala intestina cessarent. Sed « post « ea, inquit, Onias ad urbem deduxit parvum exercitum, « quum illic præsens adesset Thermus Romanorum legatus. » Id quod bene recteque admodum factum dixerim. Ptolemæus enim cognomine Physcon, mortuo suo fratre Ptolemæo Philometore, egressus est de Cyrene, eo animo ut Cleopatram e regno ejiceret, et filios regis, ut ipse regnum injuste sibimet applicaret: propter hæc ergo Onias adversus eum bellum pro Cleopatra suscepit, et fidem quam habuit circa reges, nequaquam in necessitate deseruit. Testis autem Deus justitiæ ejus manifestus apparuit. Nam Physcon Ptolemæus, quum adversum exercitum quidem Oniæ pugnare præsumeret, omnes vero Judæos in civitate positos cum filiis et uxoribus capiens nudos atque vinctos elephantis subjecisset, ut ab eis conculcati deficerent, et ad hoc etiam bestias ipsas inebriasset, in contrarium quæ

præparaverat evenere. Elephanti enim relinquentes sibi appositos Judæos, impetu facto super amicos ejus, multos ex ipsis interemere. Et post hæc Ptolemæus quidem aspectum terribilem contemplatus est; prohibentem se ut illis noceret hominibus : concubina vero sua carissima, quam alii quidem Ithacam, alii vero Hirenen denominant, supplicante ne tantam impietatem perageret, ei concessit, et ex his, quæ jam egerat vel acturus erat, pœnitentiam egit. Unde recte hanc diem Judæi Alexandriæ constituti, eo quod aperte a Deo salutem promeruere, celebrare noscuntur. Apion autem omnium calumniator, etiam propter bellum adversus Physconem gestum Judæos accusare præsumpsit, quum eos laudare debuerit. Is autem etiam ultimæ Cleopatræ reginæ Alexandrinorum meminit, veluti nobis impro perans, quoniam circa nos fuit ingrata : et non potius illam redarguere studuit, cui nihil omnino injustitiæ et malorum operum defuit, vel circa generis necessarios, vel circa maritos suos, qui etiam dilexerint eam, vel in communi contra Romanos omnes, et benefactores suos imperatores, quæ etiam sororem Arsinoen occidit in templo, nihil sibi nocentem. Peremit autem et fratrem insidiis; paternosque deos, et sepulcra progenitorum depopulata est. Percipiensque regnum a primo Cæsare, ejus filio et successori rebellare præsumpsit : Antoniumque corrumpens amatoriis rebus et patriæ inimicum fecit, et infidelem circa suos amicos instituit, alios quidem genere regali spolians, alios autem demens ad mala gerenda compellens. Sed quid oportet amplius dicere, quum illum ipsum in navali certamine relinquens, id est maritum et parentem communium filiorum, tradere cum exercitu principatum, et se sequi coegit? Novissime vero Alexandria a Cæsare capta, ad hoc usque perducta est, ut saltem hinc sperare se judicaret, si posset ipse manu sua Judæos perimere : eo quod circa omnes crudelis et infidelis exstaret. Putasne gloriandum nobis non esse, si, quemadmodum dicit Apion, famis tempore Judæis triticum non est mensa? Sed illa quidem pœnam subiit competentem. Nos autem maximo Cæsare utimur teste auxilii atque fidei quam circa eum contra Ægyptios gessimus, nec non et senatu ejusque consultis, et epistolis Cæsaris Augusti, quibus nostra merita comprobantur. Has literas Apionem oportebat inspicere, et secundum genera examinare testimonia sub Alexandro facta, et omnibus Ptolemæis, et quæ a senatu constituta sunt, nec non et maximis Romanis Imperatoribus. Si vero Germanicus frumenta cunctis in Alexandria commorantibus metiri non potuit, hoc indicium est sterilitatis ac penuriæ frumentorum, non accusatio Judæorum. Quid enim sentiant omnes Imperatores de Judæis in Alexandria commorantibus, palam est. Nam administratio tritici nihilo magis ab eis, quam ab aliis Alexandrinis translata est. Maximam vero eis fidem olim a regibus datam conservare voluerunt, id est, fluminis custodiam, totiusque custodiæ, nequaquam his rebus indignos esse judicantes.

6. Sed super hoc : quomodo ergo, inquit, si sunt cives, eosdem deos, quos Alexandrini, non colunt? Cui respondeo : Quomodo etiam, quum vos sitis Ægyptii, inter alterutros prælio magno et sine fœdere de religione contenditis? aut certe propterea non vos omnes dicimus Ægyptios, et neque communiter homines, quoniam bestias adversantes naturæ [nostræ] colitis, multa diligentia nutrientes? quum genus utique nostrorum unum atque idem esse videatur. Si autem in vobis Ægyptiis tantæ differentiæ opinionum sunt, quid miraris super his, qui aliunde in Alexandriam advenerunt, si legibus a principio constitutis, circa talia permansere? Is autem seditionis causas nobis apponit : qui si cum veritate ob hoc accusat Judæos in Alexandria constitutos, cur omnes non culpare possit, eo quod noscamur habere concordiam? Porro etiam seditionis auctores quilibet inveniet Apionis similes Alexandrinorum fuisse cives. Donec enim Græci fuere et Macedones hanc civitatem habentes, nullam seditionem adversus nos gessere, sed antiquis cessere solemnitatibus. Quum vero multitudo Ægyptiorum crevisset inter eos, propter confusiones temporum, etiam hoc opus semper est additum. Nostrum vero genus permansit purum. Ipsi igitur molestiæ hujus fuere principium, nequaquam populo Macedonicam habente constantiam, neque prudentiam Græcam, sed cunctis scilicet utentibus malis moribus Ægyptiorum, et antiquas inimicitias adversum nos exercentibus. E diverso namque factum est quod nobis improperare præsumunt. Nam quum plurimi eorum non opportune jus ejus civitatis obtineant, peregrinos vocantes eos, qui hoc privilegium ad omnes impetrasse noscuntur. Nam Ægyptiis neque regum quisquam videtur jus civitatis fuisse largitus, neque nunc quilibet Imperatorum. Nos autem Alexander quidem introduxit, reges autem auxere, Romani vero semper custodire dignati sunt. Itaque derogare nobis Apion voluit, quia Imperatorum non statuamus imagines, tanquam illis hoc ignorantibus, aut defensione Apionis indigentibus : quum potius debuerit admirari magnanimitatem modestiamque Romanorum, quoniam subjectos non cogunt patria jura transcendere; sed suscipiunt honores, sicut dare offerentes pium atque legitimum est. Non enim honoribus gratiam habent, qui ex necessitate et violentia conferuntur. Græcis itaque et aliis quibusdam bonum esse creditur imagines instituere. Denique et patrum et uxorum filiorumque figuras depingentes exsultant, quidam vero etiam nihil sibi competentium sumunt imagines. Alii vero et servos diligentes, hoc faciunt. Quid ergo mirum est, si etiam principibus ac dominis hunc honorem præbere videantur? Porro autem Legislator, non quasi prophetans Romanorum potentiam non honorandam, sed tanquam causam neque Deo neque hominibus utilem despiciens, et quoniam totius animati, multo magis Dei inanimati, probatur hoc inferius, interdixit imagines fabricare. Aliis autem honoribus post Deum colendos non prohibuit viros bonos, quibus nos et Imperatores et populum Romanum dignitatibus ampliamus. Facimus autem pro eis continua sacrificia : et non solum quotidianis diebus ex impensa communi omnium Judæorum talia celebramus; verum quum

nullas alias hostias ex communi, neque pro filiis peragamus, solis Imperatoribus hunc honorem præcipuum pariter exhibemus, quem hominum nulli persolvimus. Hæc itaque communiter satisfactio posita sit adversus Apionem pro his quæ de Alexandria dicta sunt.

7. Admiror autem etiam eos, qui ei hujusmodi fomitem præbuere, id est, Posidonium et Apollonium Molonis : quoniam accusant quidem nos, quare nos eosdem deos cum aliis non colimus. Mentientes autem pariter, et de nostro templo blasphemias componentes incongruas, non se putant impie agere : quum sit valde turpissimum liberis, qualibet ratione mentiri, multo magis de templo apud cunctos homines nominato, tanta sanctitate pollente. In hoc enim sacrario Apion præsumpsit edicere, « asini caput « collocasse Judæos, et id colere, ac dignum facere tanta « religione : et hoc affirmat fuisse depalatum, dum Antio- « chus Epiphanes et exspoliasset templum, et illud caput « invenisset ex auro compositum multis pecuniis dignum. » Ad hoc igitur primum quidem respondeo, quoniam Ægyptius, vel si aliquid tale apud nos fuisset, nequaquam debuerat increpare, quum non sit deterior asinus furonibus et hircis et aliis, qui sunt apud eos dii. Deinde quomodo non intellexit, operibus increpatus de incredibili suo mendacio? Legibus namque semper utimur iisdem : in quibus sine fine consistimus. Et quum varii casus nostram civitatem, sicut etiam aliorum vexaverint, et [*Antiochus*] Theos, ac Pompeius Magnus, ac Licinius Crassus, et ad novissimum Titus Cæsar, bello vincentes obtinuerint templum, nihil hujusmodi illic invenere ; sed purissimam pietatem, de qua nihil nobis est apud alios effabile. Quia vero Antiochus neque justam fecit templi deprædationem, sed egestate pecuniarum ad hoc accessit, quum non esset hostis, et socios insuper nos suos et amicos aggressus est, nec aliquid dignum derisione illic invenit. Multi et digni conscriptores super hoc quoque testantur, Polybius Megalopolitanus, Strabo Cappadox, Nicolaus Damascenus, Timagenes, et Castor chronographus, et Apollodorus : qui omnes dicunt pecuniis indigentem Antiochum transgressum fœdera Judæorum, et spoliasse templum auro argentoque plenum. Hæc igitur Apion debuit respicere, nisi cor asini ipse potius habuisset, et impudentiam canis, qui apud ipsos assolet coli. Neque enim extrinsecus alia ratiocinatione mentitus est. Nos itaque asinis neque honorem neque potestatem aliquam damus, sicut Ægyptii crocodilis et aspidibus : quando eos, qui ab istis mordentur et a crocodilis rapiuntur, felices et Deo dignos arbitrantur. Sed sunt apud nos asini, quod apud alios sapientes viros, onera sibimet imposita sustinentes : et si ad areas accedentes comedant, aut proposita non adimpleant, multas valde plagas accipiunt, quippe operibus et ad agriculturam rebus necessariis ministrantes. Sed aut omnium rudissimus fuit Apion ad componendum verba fallacia, aut certe ex rebus initia sumens, hæc implere non valuit, quando nulla potest contra nos blasphemia provenire.

7. Alteram vero fabulam, derogatione nostra plenam, de Græcis apposuit : de quo hoc dicere sat erit, quoniam qui de pietate loqui præsumunt, oportet eos non ignorare minus esse immundum per templa transire, quam sacerdotibus scelesta verba confingere. Isti vero magis studuere defendere sacrilegum regem, quam justa et veracia de nostris et de templo conscribere. Volentes enim Antiocho gratificari et perfidiam ac sacrilegium ejus tegere, quo circa gentem nostram est usus propter egestatem pecuniarum, detrahentes nobis etiam quæ in futuris essent, mentiti sunt. Propheta vero aliorum factus est Apion, et dixit « Antio- « chum in templo invenisse lectum et hominem in eo jacen- « tem, et appositam ei mensulam maritimis terrenisque « volatilium dapibus plenam, et quod obstupuisset his « homo. Illum vero mox adorasse regis ingressum, tan- « quam maximam sibi opem præbituri : ac procidentem ad « ejus genua, extensa dextera poposcisse libertatem; et « jubente rege ut consideret, et diceret quis esset, vel cur « ibidem habitaret, vel quæ esset causa ciborum ejus, « tunc hominem cum gemitu et lacrimis lamentabiliter « suam narrasse necessitatem. Ait, inquit, esse se Græ- « cum : et dum peragraret provinciam parandi victus causa, « correptum se subito ab alienigenis hominibus, atque de- « ductum ad templum, et inclusum illic, et a nullo con- « spici, sed cuncta dapium apparatione saginari. Et primum « quidem hæc sibi inopinabilia beneficia visa attulisse læti- « tiam; deinde suspicionem, postea stuporem : postremum « consulentem a ministris ad se accedentibus audisse legem « ineffabilem Judæorum, pro qua nutriebatur ; et hoc « illos facere singulis annis quodam tempore constituto. Et « comprehendere quidem Græcum peregrinum, eumque « annuo tempore saginare, et deductum ad quandam « silvam occidere quidem eum hominem, ejusque corpus « sacrificare secundum suas solemnitates, et gustare ex ejus « visceribus, et jusjurandum facere in immolatione Græci, « ut inimicitias contra Græcos haberent : et tunc in quan- « dam foveam reliqua hominis pereuntis abjicere. » Deinde refert eum dixisse, « paucos jam dies debitos sibimet super- « esse, atque rogasse, ut reveritus Græcorum deos, et su- « perans in suo sanguine insidias Judæorum, de malis eum « circumstantibus deliberaret. » Hujusmodi ergo fabula non tantum omni tragœdia plenissima est, sed etiam crudeli impudentia redundat. Non tamen a sacrilegio privat Antiochum, sicut arbitrati sunt, qui hæc ad illius gratiam conscripsere. Non enim præsumpsit aliquid tale, ut ad templum accederet; sed sic invenit non sperans. Fuit ergo voluntatibus iniquis impius, et nihilominus sine Deo, quicquid jussit mendacii superfluitas, quam ex ipsa re cognoscere valde facillimum est. Non enim circa solos Græcos discordia legum esse dignoscitur, sed maxime adversus Ægyptios et plurimos alios. Cujus enim regionis homines non contigit aliquando apud nos peregrinari, ut adversus solos Græcos renovata conjuratione per effusionem sanguinis ageremus : vel quomodo possibile, ut ad

Deo statuit : Deum universa complecti; perfectissimum illum esse atque beatissimum; sibi ipsi ac ceteris omnibus satis unum esse, principium, media, finemque cunctorum : eundem ut operibus ac beneficiis conspicuum, imo rerum omnium longe nobilissimum, ita quum figura, tum etiam magnitudine nobis ignotissimum : materiam omnem, ut genere ipso pretiosissima, vilem, si ad ejus imaginem exigatur, futuram; artem etiam omnem, si ad illius imitationem aspiret, inertem jacere : nihil ejus simile nec videri, nec cogitari fas esse. Hujus tamen opera sub aspectum cadere, lumen, cœlum, terram, solem, lunam, aquas, animantium procreationes, fructuumque proventus : hæc autem a Deo non manibus, non labore ullo, non precaria cujusquam opera, sed uno voluntatis suæ nutu perfecta continuo, proque eo ac statuerat, bonitatem sortita esse. Ad illum omnes adhærescere, unum virtutis exercitio colere oportere, quod ea cultus divini ratio sanctissima sit.

23 Unius Dei templum unum esse (quod simili simile delectetur), adeoque commune cum omnibus, quia Numini omnium communi sacrum. Ac sacerdotum quidem proprias ejus placandi partes esse, iis tamen unum semper aliquem præesse genere principem, qui cum aliis sacerdotibus Deo sacrificet, leges custodiat, si quid erit controversum arbitrio definiat, peractos denique reos justo supplicio coerceat. Ei qui minus paruerit, pœnam huic luendam esse quasi adversus Deum impie fecerit. Ceterum ea sacrificiorum lex est, uti ne ipsis ad ebrietatis turpitudinem abutamur (nam horret id Deus, tum vero et injuriarum et luxus occasionem præbet); verum modica, honesta, et sobria illa sint oportet, ut qui sacra faciunt, maxime modestiam præ se ferant. Jam inter sacrificandum, in primis pro communi, tum pro sua cuique salute nuncupanda vota sunt (nam ad mutuam societatem nati sumus); et qui illam sua vita potiorem habuerit, is Deum sibi maxime conciliet. Porro votorum ac precationum summa hæc sit, non uti beneficia nobis conferat (confert enim ille per sese, atque omnibus passim ingerit), verum ut ea quum rite accipere, tum diligenter conservare possimus. Ad extremum cui sacrificium faciendum erit, ei lex certa quædam præscribit lustrationum genera, quibus, susceptæ si quæ sint ex funere, lecto, uxoris consuetudine, et aliis multis rebus, quas nunc percensere longum esset, labes expientur. Atque hujusmodi nobis de Deo doctrina et divini cultus tradita ratio est, quæ legis simul vim obtinet.

24. De nuptiis vero quid? Eam tantum consuetudinem, quam cum uxore natura concedit, lex nostra probat, modo tamen ea prolis suscipiendæ causa ineatur : at marium cum maribus congressiones exsecratur, ejusque flagitii reos capitali supplicio damnat. Ceterum in matrimonio neque dotis rationem haberi, neque per vim rapi conjugem, neque dolo malo pellici vult; sed ab eo qui collocandæ potestatem habeat, postulari, sic tamen ut cognationis ratio habeatur. Ac mulier quidem, inquit scriptura, viro per omnia deterior est. Viro igitur obtemperet, non tamen contumeliæ causa, sed ut alterius imperium ac ductum sequatur : vim enim et potestatem viro Deus concessit. Unius porro tantum, quacum conjunctus fueris, expetenda consuetudo est; alterius enim uxorem tentare, nefas. Quod in scelus si quis inciderit, certum ei capitis supplicium : ut si quis aut virgini desponsæ cupiam vim obtulerit, aut alii nuptam illexerit; liberorum quicquid susceptum erit, educari lex jubet. Vetat ne qua mulier

μήτ' ἀμβλοῦν τὸ σπαρὲν μήτε διαφθείρειν, ἀλλὰ ἣν φανείη, τεκνοκτόνος ἂν εἴη ψυχὴν ἀφανίζουσα καὶ τὸ γένος ἐλαττοῦσα. Τοιγαροῦν εἴ τις ἐπὶ λέχος ἢ φθορὰν παρέλθοι, καθαρὸς εἶναι οὐ δύναται. Ἡ καὶ μετὰ τὴν νόμιμον συνουσίαν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἀπολούσασθαι κελεύει ὁ νόμος. Ψυχῆς τε γὰρ καὶ σώματος ἐγγίνεται μολυσμὸς, ὡς πρὸς ἄλλην χώραν ὑποβαλόντων. Καὶ γὰρ ἐμφυομένη σώμασι κακοπαθεῖ ἡ ψυχὴ, καὶ τούτων αὖ πάλιν ὡς θανάτῳ διακριθεῖσα. Δι' ὅπερ ἁγνείας ἐπὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις προσέταξεν.

κε'. Οὐ μὴν οὐδ' ἐπὶ ταῖς τῶν παίδων γενέσεσιν ἐπέτρεπεν εὐωχίας συνάγειν καὶ προφάσεις ποιεῖσθαι μέθης, ἀλλὰ σώφρονα τὴν ἀρχὴν εὐθὺς τῆς τροφῆς ἔταξε καὶ γράμματα παιδεύειν ἐκέλευσε, περί τε τοὺς νόμους ἀναστρέφεσθαι καὶ τῶν προγόνων τὰς πράξεις ἐπίστασθαι, τὰς μὲν ἵνα μιμῶνται, τοῖς δ' ἵνα συντρεφόμενοι μήτε παραβαίνωσι μήτε σκῆψιν ἀγνοίας ἔχωσι.

κς'. Τῆς δ' εἰς τοὺς τετελευτηκότας προὐνόησεν ὁσίας οὔτε πολυτελείαις ἐνταφίων οὔτε κατασκευαῖς μνημείων ἐπιφανῶν, ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τὴν κηδείαν προσέταξε τοῖς οἰκειοτάτοις ἐπιτελεῖν. Πᾶσι δὲ τοῖς παριοῦσι θαπτομένου τινὸς καὶ συνελθεῖν καὶ συναποδύρασθαι ἐποίησε νόμιμον, καθαίρειν δὲ καὶ τὸν οἶκον καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἀπὸ κήδους, ἵνα πλεῖστον ἀπέχῃ τοῦ δοκεῖν καθαρὸς εἶναί τις φόνον ἐργασάμενος.

κζ'. Γονέων τιμὴν μετὰ τὴν πρὸς Θεὸν δευτέραν ἔταξε, καὶ τὸν οὐκ ἀμειβόμενον τὰς παρ' αὐτῶν χάριτας, ἀλλ' εἰς ὁτιοῦν ἐκκλίνοντα, λιθασθησόμενον παραδίδοσθαι κελεύει. Καὶ παντὸς τοῦ πρεσβυτέρου τιμὴν ἔχειν τοὺς νέους φησὶν, ἐπεὶ πρεσβύτατον ὁ Θεός. Κρύπτειν οὐδὲν ἐᾷ πρὸς φίλους· οὐ γὰρ εἶναι φιλίαν τὴν μὴ πάντα πιστεύουσαν. Κἂν συμβῇ δέ τις ἔχθρα τούτων ἀπόρρητα λέγειν κεκώλυκε. Δικάζων εἰ δῶρά τις λάβοι, θάνατος ἡ ζημία. Περιορῶν ἱκέτην, βοηθεῖν ἐνὸν, ὑπεύθυνος. Ὃ μὴ κατέθηκέ τις, οὐκ ἀναιρήσεται. Τῶν ἀλλοτρίων οὐδενὸς ἅψεται· δανείσας, τόκον οὐ λήψεται. Ταῦτα καὶ πολλὰ τούτοις ὅμοια τὴν πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν συνέχει κοινωνίαν.

κη'. Πῶς δὲ καὶ περὶ τῆς πρὸς ἀλλοφύλους ἐπιεικείας ἐφρόνησεν ὁ νομοθέτης ἄξιον ἰδεῖν. Φανεῖται γὰρ ἄριστα πάντων προνοησάμενος, ὅπως μήτε τὰ οἰκεῖα διαφθείρωμεν, μήτε φθονήσωμεν τοῖς μετέχειν τῶν ἡμετέρων προαιρουμένοις. Ὅσοι μὲν γὰρ θέλουσιν ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν νόμους ζῆν ὑπελθόντες, δέχεται φιλοφρόνως, οὐ τῷ γένει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ προαιρέσει τοῦ βίου νομίζων εἶναι τὴν οἰκειότητα. Τοὺς δ' ἐκ παρέργου προσιόντας ἀναμίγνυσθαι ταῖς συνηθείαις οὐκ ἠθέλησε.

κθ'. Τἄλλα δὲ προείρηκεν ὧν ἐστιν ἡ μετάδοσις ἀναγκαία· πᾶσι παρέχειν τοῖς δεομένοις πῦρ, ὕδωρ, τροφὴν, ὁδοὺς φράζειν, ἄταφον μὴ περιορᾶν. Ἐπιεικῆ

susceptum semen aut ejiciat, aut exstinguat : quæ secus faxit, pro liberorum interfectrice haberi vult, perinde ac si re ipsa et fœtus vitam oppresserit, et generis sui propagationem inhibuerit. Ergo si quis ad corruptionem stuprumque processerit, mundus esse non potest. Imo etiam post viri ac mulieris legitimam conjunctionem lavare jubet lex. Animæ siquidem et corporis pollutio innascitur, velut quasi ad aliam regionem animam demittant. Etenim anima corporibus insita male habet, atque ab iis iterum per mortem velut secernitur. Ideo lustrationes in omni hoc genere præcepit.

25. Jam nec liberorum natalitia lautioribus conviviis celebrari voluit, ne ebrietati color inde aliquis quæreretur : sed eos ab ipsa jam ætate ineunte quum ad moderatum victum assuescere, tum literis informari, legisque præcepta simul et res majorum præclaras edoceri : ut harum ad imitationem excitentur, illa vero cum ipso lacte combibentes, nec deinceps violare conentur, nec eorum ignorationem excusare possint.

26. Defunctorum etiam justis ita prospexit, ut neque profusis sumptibus, neque illustrium sepulcrorum apparatu luxus aleretur : sed quæ funeri necessaria sunt, ea propinquioribus perficienda mandavit. Et quicunque, dum cadaver efferretur, illac iter haberent, ii ut ad funebrem sese pompam compareut, lacrimasque suas adjungerent, pro lege sancivit. Domum præterea familiamque lustrari a funere voluit, ut ex eo jure quivis intelligeret, quam ille contaminatus haberetur qui cædem fecisset.

27. Liberorum erga parentes observantiam secundum a Dei cultu locum tenere jussit : et qui mutuam eorum beneficiis gratiam referre ulla in re neglexerit, eum lapidibus obruendum esse statuit. Junioribus suum erga seniores, quia omnium antiquissimus Deus, honorem imperavit. Amicis occultum mutuo nihil esse patitur, quod nulla ea sit amicitia, quæ amicorum fidei omnia non credat. Quodsi postea suboriantur inimicitiæ, eorum tamen arcana vulgari prohibet. Judex si munera acceperit, morte mulctatur. Qui supplicem, cui præsto esse potuisset, neglexerit, reus est. Quod non deposueris, auferre non licet. Alieni quicquam attingere nemo potest; nemo fœnus pro mutuo exigere. His multisque aliis vinculis mutua inter nos societas continetur.

28. Sed et operæ pretium fuerit videre, qua nos erga extraneos æquitate noster hic legislator esse voluerit. Quivis enim intelliget, omnium optime ab eo provisum id fuisse, uti nec patriorum ipsi rituum integritatem labefactemus, nec communionem rerum nostrarum cupidis earum invideamus. Quotquot enim legibus nostris vivere optaverint, omnes peramanter excipit, utique non solo genere, sed etiam voluntaria instituti societate communionem istam contineri ratus. Qui vero non nisi obiter ad nos atque aliud agentes accederent, eos in consuetudinem penitus admitti noluit.

29. Cetera quoque edixit, quorum omnino copiam fieri necesse est : cujusmodi sunt, indigentibus ignem, aquam, cibumque præbere, monstrare viam, insepultum neminem

δὲ καὶ τὰ πρὸς τοὺς πολεμίους κριθέντα εἶναι. Οὐδὲ γὰρ ἐᾷ τὴν γῆν αὐτῶν πυρπολεῖν, οὐδὲ κόπτειν ἥμερα δένδρα συγκεχώρηκεν· ἀλλὰ καὶ σκυλεύειν ἀπείρηκε τοὺς ἐν μάχῃ πεσόντας. Καὶ τῶν αἰχμαλώτων προὐνόησεν ὅπως αὐτῶν ὕβρις ἀπῇ, μάλιστα δὲ γυναικῶν. Οὕτω δὲ ἡμερότητα καὶ φιλανθρωπίαν ἡμᾶς ἐπαίδευσεν, ὡς οὐδὲ τῶν ἀλόγων ζώων ὠλιγώρηκεν. Ἀλλὰ μόνην μὲν ἀφῆκε τούτων χρῆσιν τὴν νόμιμον, πᾶσαν δ' ἑτέραν ἐκώλυσεν. Ἃ δ' ὥσπερ ἱκετεύοντα προσφεύγει ταῖς οἰκίαις, ἀπεῖπεν ἀνελεῖν. Οὐδὲ νεοττοῖς ἐπέτρεψε τοὺς γονέας αὐτῶν συνεξαίρειν· φείδεσθαι δὲ κἂν τῇ πολεμίᾳ τῶν ἐργαζομένων ζώων, καὶ μὴ φονεύειν. Οὕτω πανταχόθεν τὰ πρὸς ἐπιείκειαν περιεσκέψατο, διδασκαλικοῖς μὲν τοῖς προειρημένοις χρησάμενος νόμοις, τοὺς δ' αὖ κατὰ τῶν παραβαινόντων τιμωρητικοὺς τάξας ἄνευ προφάσεως.

λ'. Ζημία γὰρ ἐπὶ τοῖς πλείστοις τῶν παραβαινόντων ἐστὶ θάνατος, ἂν μοιχεύσῃ τις, ἂν βιάσηται κόρην, ἂν ἄρσενι τολμήσῃ πεῖραν προσφέρειν, ἂν ὑπομείνῃ παθεῖν πειρασθείς. Ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ δούλοις ὁμοίως ὁ νόμος ἀπαραίτητος. Ἀλλὰ καὶ περὶ μέτρων εἴ τις κακουργήσειεν, ἢ σταθμῶν, ἢ περὶ πράσεως ἀδίκου καὶ δόλῳ γενομένης, κἂν ὑφέληταί τις ἀλλότριον, κἂν ὃ μὴ κατέθηκεν ἀνέληται· πάντων εἰσὶ κολάσεις, οὐχ οἷαι παρ' ἑτέροις, ἀλλ' ἐπὶ τὸ μεῖζον. Περὶ μὲν γὰρ γονέων ἀδικίας, ἢ τῆς εἰς τὸν Θεὸν ἀσεβείας, κἂν μέλλῃ τις, εὐθέως ἀπόλλυται. Τοῖς μέντοι γε κατὰ τοὺς νόμους πάντα πράττουσι τὸ γέρας ἐστὶν οὐχ ἄργυρος, οὐδὲ χρυσὸς, οὐ μὴν οὐδὲ κοτίνου στέφανος, ἢ σελίνου, καὶ τοιαύτη τις ἀνακήρυξις, ἀλλ' αὐτὸς ἕκαστος αὑτῷ τὸ συνειδὸς ἔχων μαρτυροῦν πεπίστευκε (τοῦ μὲν νομοθέτου προφητεύσαντος, τοῦ δὲ Θεοῦ τὴν πίστιν ἰσχυρὰν παρεσχηκότος) ὅτι τοῖς τοὺς νόμους διαφυλάξασι, κἂν εἰ δέοι θνήσκειν ὑπὲρ αὐτῶν προθύμως ἀποθανοῦσιν, ἔδωκεν ὁ Θεὸς γενέσθαι τε πάλιν καὶ βίον ἀμείνω λαβεῖν ἐκ περιτροπῆς. Ὤκνουν δ' ἂν ἐγὼ νῦν ταῦτα γράφειν, εἰ μὴ διὰ τῶν ἔργων ἅπασιν ἦν φανερὸν ὅτι πολλοὶ καὶ πολλάκις ἤδη τῶν ἡμετέρων περὶ τοῦ μηδὲ ῥῆμα φθέγξασθαι παρὰ τὸν νόμον πάντα παθεῖν γενναίως προείλοντο.

λα'. Καίτοι γε εἰ μὴ συμβεβήκει γνώριμον ἡμῶν τὸ ἔθνος ἅπασιν ἀνθρώποις ὑπάρχειν κἂν φανερῷ κεῖσθαι τὴν ἐθελούσιον ἡμῶν τοῖς νόμοις ἀκολουθίαν, ἀλλά τις ἢ συγγράψαι λέγων αὐτὸς ἀνεγίνωσκε τοῖς Ἕλλησιν, ἢ που γε περιτυχεῖν ἔξω τῆς γινωσκομένης γῆς ἔφασκεν ἀνθρώποις, τοιαύτην μὲν ἔχουσι δόξαν οὕτω σεμνὴν περὶ τοῦ Θεοῦ, τοιούτοις δὲ νόμοις πολὺν αἰῶνα βεβαίως ἐμμεμενηκόσι, πάντας ἂν οἶμαι θαυμάσαι διὰ τὰς συνεχεῖς παρ' αὐτοῖς μεταβολάς. Ἀμέλει τῶν γράψαι τι παραπλήσιον εἰς πολιτείαν καὶ νόμους ἐπιχειρησάντων, ὡς θαυμαστὰ συνθέντων κατηγοροῦσι, φάσκοντες αὐτοὺς λαβεῖν ἀδυνάτους ὑποθέσεις. Καὶ τοὺς μὲν ἄλλους παραλείπω φιλοσόφους, ὅσοι τι τοιοῦτον ἐν τοῖς συγγράμμασιν ἐπραγματεύσαντο. Πλάτων δὲ θαυμαζόμε-

præterire. Imo suam quoque adversus hostes appellatos æquitatem constare voluit : dum nec illorum agros igne vastari, nec mites arbores succidi permisit; sed et eos, qui in acie cecidissent, a victoribus spoliari prohibuit. Et captivos, maximeque mulieres, ab injuriis vindicavit. Ac nos ita ad mansuetudinem et humanitatem repetitis longius præceptis condocefecit, ut ne brutarum quidem animantium curam neglexerit. Nam ubi a legitimo, quem unum concedit, earum usu discesseris, omni alio interdixit. Si quæ supplicum instar nostras in ædes confugerint, eas interfici vetuit : aut parentes cum pullis e nido tolli, aut animantes illas, quarum opera homines uti solent, etiam in hostili solo mactari noluit. Tantopere benignitati consultum esse cupiebat, partim ferendis iis, quæ adhuc commemoratæ sunt, quæque ad morum informationem pertinent, legibus; partim aliis sanciendis, quibus in superiorum violatores, citra excusationem omnem, pœnæ statuuntur.

30. Pœnam enim capitis proposuit plurimis delinquentium, ut ei qui adulterium patraverit; qui puellæ vim attulerit; qui vel marem de stupro appellare ausus, vel appellanti sponte obsequutus sit. Exstat etiam de servis lex ejusmodi, quam deprecari nemo queat. De mensuris item atque ponderibus, si quis flagitium commiserit, aut injuste quidpiam doloque malo vendiderit : qui vel ex rebus alienis furatus aliquid fuerit, vel quod abs se depositum non esset abstulerit : pœnæ omnium sunt non quales utique apud ceteros obtinent, sed quas summa fere severitas postulabat, constitutæ. Nam aut de parentum injuria, aut in Deum impietate, qui vel cogitarit, is ad mortem continuo rapitur. Jam qui legis ad præcepta rebus in omnibus adhærescunt, iis præmium est, non argentum, vel aurum, neque etiam corona ex oleastro, vel apio, aut aliquid ejusmodi præconium : sed conscientiæ quisque suæ testimonio freti, quod et legislator prædixit, et Deus certissimæ fidei pignore confirmavit, futurum omnino credant, ut illis qui leges constanter servaverint, proque eis, si opus sit mori, libenter strenueque mortem susceperint, et novum deinceps ortum, et vitæ vicissim alterius longeque melioris fructum Deus largiatur. Quæ sane ego nunc scribere reformidarem, nisi ex factis cognitum id omnibus intelligerem, hominum plerosque nostrorum, sæpiuscule, ne vel una sibi contra legem vocula excideret, omnia fortiter pertulisse.

31. Quod si non usque adeo in hominum cognitionem gens nostra venisset, neque singulare voluntatis studium, quo legibus obsequimur, in eorum oculis ac luce versaretur, si quis exsisteret, qui vel instituta nostra, quæ descripta abs sese diceret, Græcis audientibus recitaret, aut extra noti orbis terminos, in eos se alicubi homines incidisse narraret, qui quum tam graviter ac sublime de Deo sentirent, tum etiam iis legibus plura jam sæcula constantissime viverent : equidem in summa omnes admiratione tum futuros existimo, quum iis simúl tam crebrarum apud se conversionum in mentem veniret. Enimvero qui ex illis simile quiddam de republica et legibus scribere conati sunt, eos quasi monstra quædam ac prodigia composuissent, et argumenta humanis viribus majora suscepissent, reprehendi ab omni-

νος παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ὡς καὶ σεμνότητι βίου διενεγκὼν καὶ δυνάμει λόγων, καὶ πειθοῖ πάντας ὑπεράρας τοὺς ἐν φιλοσοφίᾳ γεγονότας, ὑπὸ τῶν φασκόντων δεινοὺς εἶναι τὰ πολιτικὰ μικροῦ δεῖν χλευαζόμενος καὶ κωμῳδούμενος διατελεῖ. Καίτοι τἀκείνου σκοπῶν συχνῶς τις ἂν εὕροι ῥᾴονα ὄντα καὶ τῆς τῶν πολλῶν ἔγγιον συνηθείας. Αὐτὸς δὲ Πλάτων ὡμολόγησεν ὅτι τὴν ἀληθῆ περὶ τοῦ Θεοῦ δόξαν εἰς τὴν τῶν ὄχλων ἄγνοιαν οὐκ ἦν ἀσφαλὲς ἐξενεγκεῖν. Ἀλλὰ τὰ μὲν Πλάτωνος λόγους τινὰς εἶναι κενοὺς νομίζουσι, κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν κεκαλλιγραφημένους. Μάλιστα δὲ τῶν νομοθετῶν Λυκοῦργόν τε θαυμάζουσι καὶ τὴν Σπάρτην ἅπαντες ὑμνοῦσιν ὅτι τοῖς ἐκείνου νόμοις ἐπὶ πλεῖστον ἐνεκαρτέρησεν. Οὐκοῦν τοῦτο μὲν ὁμολογείσθω τεκμήριον ἀρετῆς εἶναι, τὸ πείθεσθαι τοῖς νόμοις. Οἱ δὲ Λακεδαιμονίους θαυμάζοντες τὸν ἐκείνων χρόνον ἀντιπαραβαλλέτωσαν τοῖς πλείοσιν ἢ δισχιλίοις ἔτεσι τῆς ἡμετέρας πολιτείας, καὶ προσέτι λογιζέσθωσαν ὅτι Λακεδαιμόνιοι μὲν ὅσον ἐφ' ἑαυτῶν χρόνον εἶχον τὴν ἐλευθερίαν, ἀκριβῶς ἔδοξαν τοὺς νόμους διαφυλάττειν· ἐπεὶ μέντοι περὶ αὐτοὺς ἐγένοντο μεταβολαὶ τῆς τύχης, μικροῦ δεῖν ἁπάντων ἐξελάθοντο τῶν νόμων. Ἡμεῖς δ' ἐν τύχαις μυρίαις γεγονότες, διὰ τὰς τῶν βασιλευσάντων τῆς Ἀσίας μεταβολάς, οὐδ' ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῶν δεινῶν τοὺς νόμους προὔδομεν, οὐκ ἀργίας οὐδὲ τρυφῆς αὐτοὺς χάριν περιέποντες, ἀλλ' εἴ τις ἐθέλοι σκοπεῖν, πολλῷ τινι τῆς δοκούσης ἐπιτετάχθαι Λακεδαιμονίοις καρτερίας μείζονας ἄθλους καὶ πόνους ἡμῖν ἐπιτιθέντας. Οἱ μέν γε μήτε γῆν ἐργαζόμενοι μήτε περὶ τέχνας πονοῦντες, ἀλλὰ πάσης ἐργασίας ἄφετοι, λιπαροὶ, καὶ τὰ σώματα πρὸς κάλλος ἀσκοῦντες, ἐπὶ τῆς πόλεως διῆγον, ἄλλοις ὑπηρέταις πρὸς ἅπαντα τὰ τοῦ βίου χρώμενοι καὶ τροφὴν ἑτοίμην παρ' ἐκείνων λαμβάνοντες. Ἐφ' ἣν δὴ τοῦτο μόνον τὸ καλὸν ἔργον καὶ φιλάνθρωπον, ἅπαντα καὶ πράττειν καὶ πάσχειν ὑπομένοντες, τὸ κρατεῖν πάντων ἐφ' οὓς ἂν στρατεύωσιν. Ὅτι δὲ μηδὲ τοῦτο κατώρθωσαν, ἐῶ λέγειν· οὐ γὰρ καθ' ἕνα μόνον, ἀλλὰ πολλοὶ πολλάκις ἀθρόως τῶν τοῦ νόμου προσταγμάτων ἀμελήσαντες αὑτοὺς μετὰ τῶν ὅπλων παρέδοσαν τοῖς πολεμίοις.

λϛʹ. Ἆρ' οὖν καὶ παρ' ἡμῖν, οὐ λέγω τοσούτους, ἀλλὰ δύο ἢ τρεῖς ἔγνω τις προδότας γενομένους τῶν νόμων, ἢ θάνατον φοβηθέντας, οὐχὶ τὸν ῥᾷστον ἐκεῖνον λέγω, τὸν συμβαίνοντα τοῖς μαχομένοις, ἀλλὰ τὸν μετὰ λύμης τῶν σωμάτων, ὁποῖος εἶναι δοκεῖ πάντων χαλεπώτατος; ὥστ' ἐγὼ νομίζω τινὰς κρατήσαντας ἡμῶν οὐχ ὑπὸ μίσους προσφέρεσθαι ὡς ὑποχειρίοις, ἀλλ' ὡς θαυμαστόν τι θέαμα βουλομένους ἰδεῖν, εἴ τινές εἰσιν ἄνθρωποι οἱ μόνον εἶναι κακὸν αὑτοῖς πεπιστευκότες, εἰ πρᾶξαί τι παρὰ τοὺς ἑαυτῶν νόμους, ἢ λόγον εἰπεῖν παρ' ἐκείνους παραβιασθεῖεν. Οὐ χρὴ δὴ θαυμάζειν εἰ πρὸς θάνατον ἀνδρείως ἔχομεν ὑπὲρ τῶν νόμων παρὰ τοὺς ἄλλους ἅπαντας. Οὐδὲ γὰρ τὰ ῥᾷστα δοκοῦντα τῶν ἡμετέρων ἐπιτηδευμάτων ἄλλοι ῥαδίως ὑπομένου-

bus et accusari videmus. Alios philosophos prætereo, qui in simili disputationis genere versati sunt : Plato certe quidem, is qui propter singularem vitæ morumque gravitatem, et eximiam dicendi ac persuadendi vim, qua philosophorum nationem longe superavit, Græcorum omnium ore ad miraculum usque celebratur; ille, inquam, Plato, eorum qui aliquid se in republica gerenda videre arbitrantur, risu prope ac sibilis tanquam in theatro traducitur. Cujus tamen si quis hac de re scripta diligenter evolverit, is molliora pleraque vulgique consuetudini propiora reperiet. Nam ipse quidem ita profitetur, veram de Deo sententiam multitudinis stultitiæ secure committi non posse. Ceterum ista Platonis instituta sunt quibus verba tantum inania et exquisito quodam artificio contexta videantur. At Lycurgum quod attinet, illum maxime omnium legislatorum in admiratione habent, Spartamque omnes celebrant, quod ejus in legibus diutissime acquieverit. Ergo primum hoc habeamus, virtutis argumento esse, quod legibus obtemperent. Deinde præcones isti Lacedæmoniorum, exiguum illorum constantiæ tempus cum duobus et amplius reipublicæ nostræ annorum millibus conferant, tum ita secum ipsi reputent; Lacedæmonios quam diu solum antiquam libertatem retinere potuerunt, suarum quoque legum retinentes fuisse : ubi vero fortunæ inclinationes factæ essent, tum earum simul omnem prope memoriam abjecisse. Verum nos, infinitis casibus ob frequentes regum Asiæ mutationes jactati, ne in supremis quidem periculis nostras unquam leges prodidimus, non ut in otio viveremus aut luxuriæ nosmet daremus, eas observantes; sed, si quis considerare voluerit, multo majora nobis certamina et opera imposita esse videbit, quam fuit illa tolerantia, quæ Lacedæmoniis jussa esse censetur. Illi quippe neque agrum colentes, neque circa opificia sese exercentes, sed ab omni opere vacui, pingues, et corpora ad pulchritudinem exercentes in civitate degebant, aliis ministris ad omnia vitæ necessaria utentes, et cibum paratum ab illis accipientes. Quam sane ob rem, id quod solum opus bonum et humanum, omnia facere et pati sustinent, ut victoriam in bello reportent. Quod autem ne hoc quidem perficere potuerunt, omitto dicere : non enim singuli solummodo, sed et frequenter multi confertim legis præcepta negligentes semetipsos cum armis hostibus tradidere.

32. Utrum igitur apud nos, non dico totidem, sed duo vel tres agniti fuerint legis proditores, vel mortem formidantes, non dico illam facilem, quæ solet præliantibus accidere, sed quæ cum corporis vexatione juncta omnium videri solet gravissima? quam (ut ego puto) quidam prævalentes nobis in potestatem suam redactis non per odium inflixerunt, sed desiderio videndi admirandum quoddam spectaculum, an homines sint qui unum tantummodo ipsis malum esse crederent, si agere quicquam contra leges suas, aut aliquid contra ipsas dicere ulla vi adigerentur. Nihil igitur miri esse debet, si mortem super alios omnes pro legibus fortiter oppetimus. Haud enim quæ ex nostris institutis facillima videntur, alii facile patiuntur,

σιν, αὐτουργίαν λέγω καὶ τροφῆς λιτότητα, καὶ τὸ μηδὲν εἰκῇ μηδ' ὡς ἔτυχεν ἕκαστος, ἐπιτεθυμηκὼς φαγεῖν ἢ πιεῖν, ἢ συνουσίᾳ προσελθεῖν, ἢ πολυτελείᾳ, καὶ πάλιν ἀργίας ὑπομεῖναι τάξιν ἀμετακίνητον. Ἀλλ' οἱ τοῖς ξίφεσιν ὁμόσε χωροῦντες καὶ τοὺς πολεμίους ἐξ ἐφόδου τρεπόμενοι, τοῖς προστάγμασι τοῖς περὶ διαίτης οὐκ ἀντέβλεψαν. Ἡμῖν δὲ πάλιν ἐκ τοῦ περὶ ταῦτα τῷ νόμῳ πειθαρχεῖν ἡδέως κἀκεῖ περίεστιν ἐπιδείκνυσθαι τὸ γενναῖον.

λγ'. Εἶτα Λυσίμαχοι καὶ Μόλωνες καὶ τοιοῦτοί τινες ἄλλοι συγγραφεῖς, ἀδόκιμοι σοφισταὶ, μειρακίων ἀπατεῶνες, ὡς πάνυ ἡμᾶς φαυλοτάτους ἀνθρώπων λοιδοροῦσιν. Ἐγὼ δ' οὐκ ἂν ἐβουλόμην περὶ τῶν παρ' ἑτέροις νομίμων ἐξετάζειν. Τὰ γὰρ αὐτῶν ἡμῖν φυλάττειν πάτριόν ἐστιν, οὐ τῶν ἀλλοτρίων κατηγορεῖν· καὶ περί γε τοῦ μήτε χλευάζειν μήτε βλασφημεῖν τοὺς νομιζομένους θεοὺς παρ' ἑτέροις ἄντικρυς ἡμῖν ὁ νομοθέτης ἀπείρηκεν, αὐτῆς ἕνεκα προσηγορίας τοῦ Θεοῦ. Τῶν δὲ κατηγόρων διὰ τῆς ἀντιπαραθέσεως ἡμᾶς ἐλέγχειν οἰομένων, οὐχ οἷόντε κατασιωπᾶν, ἄλλως τε καὶ τοῦ λόγου μέλλοντος οὐχ ὑφ' ἡμῶν ἐλεγχθήσεσθαι τῶν νῦν αὐτὸν συντιθέντων, ἀλλ' ὑπὸ πολλῶν εἰρημένου καὶ λίαν εὐδοκιμούντων. Τίς γὰρ τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐπὶ σοφίᾳ τεθαυμασμένων οὐκ ἐπιτετίμηκε καὶ ποιητῶν τοῖς ἐπιφανεστάτοις, καὶ νομοθετῶν τοῖς μάλιστα πεπιστευμένοις, ὅτι τοιαύτας δόξας περὶ θεῶν ἐξ ἀρχῆς τοῖς πλήθεσιν ἐγκατέσπειραν; ἀριθμῷ μὲν ὁπόσους ἂν αὐτοὶ ἐθελήσωσιν ἀποφήνασθαι, ἐξ ἀλλήλων δὲ γινομένους, καὶ κατὰ παντοίους τρόπους γενέσεων· τούτους δὲ καὶ διαιροῦντες τόποις καὶ διαίταις ὥσπερ τῶν ζώων τὰ γένη, τοὺς μὲν ὑπὸ γῆν, τοὺς δὲ ἐν θαλάττῃ, τοὺς μέντοι πρεσβυτάτους αὐτῶν ἐν ταρτάρῳ δεδεμένους· ὅσοις δὲ τὸν οὐρανὸν ἀπένειμαν, τούτοις πατέρα μὲν τῷ λόγῳ, τύραννον δὲ τοῖς ἔργοις καὶ δεσπότην ἐφιστάντες· καὶ διὰ τοῦτο συνισταμένην ἐπιβουλὴν ἐπ' αὐτὸν ὑπὸ γυναικὸς καὶ ἀδελφοῦ καὶ θυγατρὸς, ἣν ἐκ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς ἐγέννησεν, ἵνα δὴ συλλαβόντες αὐτὸν καθείρξωσιν, ὥσπερ αὐτὸς ἐκεῖνος τὸν πατέρα τὸν ἑαυτοῦ.

λδ'. Ταῦτα δικαίως μέμψεως πολλῆς ἀξιοῦσιν οἱ φρονήσει διαφέροντες, καὶ πρὸς τούτοις καταγελῶσιν, εἰ τῶν θεῶν τοὺς μὲν ἀγενείους καὶ μειράκια, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους καὶ γενειῶντας εἶναι χρὴ δοκεῖν, ἄλλους δὲ τετάχθαι πρὸς ταῖς τέχναις, χαλκεύοντά τινα, τὴν δὲ ὑφαίνουσαν, τὸν δὲ πολεμοῦντα καὶ μετὰ ἀνθρώπων μαχόμενον, τοὺς δὲ κιθαρίζοντας, ἢ τοξικῇ χαίροντας· εἶτ' αὐτοῖς ἐγγινομένας πρὸς ἀλλήλους στάσεις καὶ περὶ ἀνθρώπων φιλονεικίας, μέχρι τοῦ μὴ μόνον ἀλλήλοις τὰς χεῖρας προσφέρειν, ἀλλὰ καὶ ὑπ' ἀνθρώπων τραυματιζομένους ὀδύρεσθαι καὶ κακοπαθεῖν. Τὸ δὲ δὴ πάντων ἀσελγέστερον, τὴν περὶ τὰς μίξεις ἀκρασίαν καὶ τοὺς ἔρωτας, πῶς οὐκ ἄτοπον μικροῦ δεῖν ἅπασι προσάψαι, καὶ τοῖς ἄρρεσι τῶν θεῶν καὶ ταῖς θηλείαις; Εἶθ' ὁ γενναιότατος καὶ πρῶτος αὐτὸς ὁ πατὴρ, τὰς

videlicet manuum laborem, simplicemque et tenuem victum, et ut nihil fortuito neque quod quisque expetat id comedat aut bibat, aut ad concubitum accedat, aut splendide vestiatur, rursusque ut cessationis a labore modus immutabilis observetur. Quin et quum acie congrediuntur, et hostes ex incursibus et populationibus fugant, ordinationibus de vivendi ratione non reluctantur. Nobis vero rursus gratum est circa hæc legibus obedire, et illic abunde habemus ad fortitudinis specimen exhibendum.

33. Et jam Lysimachi et Molones, et quidam hujusmodi alii scriptores, improbi sophistæ, adolescentum deceptores, nos quasi mortalium ignavissimos conviciis insectantur. Ego sane nolo in instituta aliena inquirere. Quippe nostratibus moris est patrii propria servare, non aliena accusatum ire; et ridere eos quos gentium aliarum opinio deos confinxit, iisve maledicere, id expresse legislator noster vetuit ob ipsam Dei appellationem. Sed quum accusatores nos facta contentione a se refelli arbitrentur, tacere nequeo, præsertim quum quæ dicturus sum, ea non nunc primum a nobis excogitata, sed jam ante a multis et quidem probatissimis dicta fuisse constet. Quis enim eorum qui apud Græcos ob sapientiam in admiratione habentur, non redarguit nobilissimos poetas, et legislatores maximæ fidei, quod tales de diis opiniones ab initio populis inseverint? facientes eos numero quidem quantos ipsi voluere, ex alterutris vero et variis nascendi modis procreatos : hos autem separantes locis et habitaculis, tanquam genera animalium, alios quidem sub terra, alios in mari, illorum vero antiquissimos in Tartaro vinctos collocarunt : quibus vero cœlum attribuerunt, his verbo quidem patrem, re autem vera tyrannum et dominum præficiendo : ideoque conflatas finxerunt in eum insidias ab uxore et fratre et filia, quam suo e capite procreavit, ut ipsum comprehensum vincirent, sicut ille ipse suum patrem.

34. Ista multa reprehensione digna existimant viri sapientia præcellentes, et præterea in ridiculo habent, quod deorum quidem aliquos imberbes et adolescentulos, alios vero ætate provectiores et barbatos esse credendum sit; quin et alios artibus præfectos esse, unum quippe fabrum, aliamque textricem, hunc vero belligerantem et cum hominibus pugnantem, aliosque citharizantes, aut arcu gaudentes : deinde inter se invicem seditiones exortas et hominum gratia contentiones, adeo ut non solum inter se alii aliis manus injicerent, sed etiam ab hominibus vulnerati lugerent et mala perferrent. Quod vero omnium flagitiosissimum, coitus intemperantiam et amores omnibus fere tum maribus tum feminis diis tribuere, quomodo non absurdum? Deinde, præstantissimus illorum et princeps,

ἀπατηθείσας ὑπ' αὐτοῦ καὶ γενομένας ἐγκύους, καθειργνυμένας ἢ καταποντιζομένας περιορᾷ· καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ γεγονότας οὔτε σώζειν δύναται, κρατούμενος ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης, οὔτ' ἀδακρυτὶ τοὺς θανάτους αὐτῶν ὑπομένειν. Καλά γε ταῦτα καὶ τούτοις ἄλλα ἑπόμενα, μοιχείας μὲν ἐν οὐρανῷ βλεπομένης οὕτως ἀναισχύντως ὑπὸ τῶν θεῶν, ὥστε τινὰς καὶ ζηλοῦν ὁμολογεῖν τοὺς ἐπ' αὐτῇ δεδεμένους. Τί γὰρ οὐκ ἔμελλον, ὁπότε μηδ' ὁ πρεσβύτατος καὶ βασιλεὺς ἐδυνήθη τῆς πρὸς τὴν γυναῖκα μίξεως ἐπισχεῖν τὴν ὁρμὴν ὅσον γοῦν εἰς τὸ δωμάτιον ἀπελθεῖν; Οἱ δὲ δὴ δουλεύοντες τοῖς ἀνθρώποις θεοὶ, καὶ νῦν μὲν οἰκοδομοῦντες ἐπὶ μισθῷ, νῦν δὲ ποιμαίνοντες, ἄλλοι δὲ τρόπον κακούργων ἐν χαλκῷ δεδεμένοι δεσμωτηρίῳ, τίνα τῶν εὖ φρονούντων οὐκ ἂν παροξύνειαν, καὶ τοῖς ταῦτα συνθεῖσιν ἐπιπλῆξαι, καὶ πολλὴν εὐήθειαν καταγνῶναι τῶν προϊεμένων; Οἱ δὲ καὶ δεῖμόν τινα καὶ φόβον, ἤδη δὲ καὶ λύσσαν καὶ ἀπάτην, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν κακίστων παθῶν εἰς θεοῦ φύσιν καὶ μορφὴν ἀνέπλασαν. Τοῖς δὲ εὐφημοτέροις τούτων καὶ θύειν τὰς πόλεις ἔπεισαν. Τοιγαροῦν εἰς πολλὴν ἀνάγκην καθίστανται, τοὺς μέν τινας τῶν θεῶν νομίζειν δοτῆρας ἀγαθῶν, τοὺς δὲ καλεῖν ἀποτροπαίους. Εἶτα δὲ τούτους, ὥσπερ τοὺς πονηροτάτους τῶν ἀνθρώπων, χάρισι καὶ δώροις ἀποσείονται, μέγα τι λήψεσθαι κακὸν ὑπ' αὐτῶν προσδοκῶντες, εἰ μὴ μισθὸν αὐτοῖς παράσχοιεν.

λε'. Τί τοίνυν τὸ αἴτιον τῆς τοσαύτης ἀνωμαλίας καὶ περὶ τὸ θεῖον πλημμελείας; ἐγὼ μὲν ὑπολαμβάνω τὸ μήτε τὴν ἀληθῆ τοῦ Θεοῦ φύσιν ἐξ ἀρχῆς συνιδεῖν αὐτῶν τοὺς νομοθέτας μήθ' ὅσον καὶ λαβεῖν ἠδυνήθησαν ἀκριβῆ γνῶσιν διορίσαντας, πρὸς τοῦτο ποιήσασθαι τὴν ἄλλην τάξιν τοῦ πολιτεύματος, ἀλλ' ὥσπερ ἄλλο τι τῶν φαυλοτάτων ἐφῆκαν, τοῖς μὲν ποιηταῖς, οὕστινας ἂν βούλωνται θεοὺς εἰσάγειν, πάντα πάσχοντας, τοῖς δὲ ῥήτορσι, πολιτογραφεῖν διὰ ψηφισμάτων ξένων θεῶν τὸν ἐπιτήδειον. Πολλῆς δὲ καὶ ζωγράφοι καὶ πλάσται τῆς εἰς τοῦτο παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἀπέλαυσαν ἐξουσίας, αὐτὸς ἕκαστός τινα μορφὴν ἐπινοῶν, ὁ μὲν ἐκ πηλοῦ πλάττων, ὁ δὲ γράφων· οἱ δὲ μάλιστα θαυμαζόμενοι τῶν δημιουργῶν τὸν ἐλέφαντα καὶ τὸν χρυσὸν ἔχουσι, τῆς ἀεὶ καινουργίας τὴν ὑπόθεσιν. [Καὶ τὰ μὲν τῶν ἱερῶν ἐν ἐρημίᾳ παντελῶς εἰσιν, τὰ δὲ ἐμπερισπούδαστα καθάρσεσι παντοδαπαῖς περικοσμούμενα.] Εἶθ' οἱ μὲν πρότερον ἐν ταῖς τιμαῖς ἀκμάσαντες θεοὶ γεγηράκασιν· [οἱ δὲ ἐπακμάζοντες τούτων ἐν δευτέρᾳ τάξει ὑποβέβληνται· οὕτω γὰρ εὐφημότερον λέγειν·] ἄλλοι δὲ καινοί τινες εἰσαγόμενοι θρησκείας τυγχάνουσιν, [ὡς, ἐν παρεκβάσει ὧν προείπομεν, τοὺς τόπους ἐρημωθέντας καταλιπεῖν]. Καὶ τῶν ἱερῶν τὰ μὲν ἐρημοῦνται, τὰ δὲ νεωστὶ κατὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων βούλησιν ἕκαστος ἱδρύεται, δέον τοὐναντίον τὴν περὶ τοῦ Θεοῦ δόξαν αὐτοὺς καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν τιμὴν ἀμετακίνητον διαφυλάττειν.

λς'. Ἀπολλώνιος μὲν οὖν ὁ Μόλων τῶν ἀνοήτων εἷς

idemque pater, seductas a semetipso et gravidas factas mulieres in carcerem inclusas aut in mare demersas insuper habet; eosque qui ex ipso nati sunt nec liberare potest, utpote fato constrictus, neque sine lacrimis eorum perferre mortes. Pulchra sane hæc, et his alia consequentia: quod adulterium in cœlo ita impudenter spectetur a diis, ut alii invidere se faterentur in tali fœditate vinctis. Quid enim facturi non essent, quum nec vetustissimus quidem illorum et rex ab uxoris congressu continere se potuerit donec saltem in cubiculum venisset? Alii vero dii servientes hominibus, et nunc mercedis gratia ædificantes, nunc autem greges pascentes, alii iterum maleficorum more in æneo carcere vincti, quem sapientum non irritarent, et ad eos redarguendos qui talia finxerunt, et ad magnam credentium stultitiam condemnandam? Alii vero et pavorem quemdam et terrorem, necnon et rabiem atque fraudem, et quas non perturbationes pessimas in dei naturam formamque effinxerunt. Horumque honestioribus sacra facere etiam civitatibus persuaserunt. Unde necesse habent ut deorum quosdam bonorum largitores, aliosque vocent malorum depulsores. Deinde vero eos veluti malignissimos homines muneribus atque donis placare contendunt, magni quid mali se ab illis passuros exspectantes, nisi mercedem eis studiose præbuerint.

35. Quæ igitur causa est tantæ inæqualitatis, tantique in Deum delicti? Ego quidem arbitror, quod neque veram Dei naturam principio perspexerint eorum legislatores, neque, quantum consequi valuerant, cognitione accurate explicata, inde reliquam ordinariat rempublicam, sed quasi res esset parvi itidem ut aliæ momenti, neglexerint, dantes potestatem poetis, ut quos vellent deos introducerent omnia pati paratos; rhetoribus vero, deos peregrinos, ut quemque maxime idoneum judicarent, plebiscito admittere. Præterea pictores et plastæ in hoc apud Græcos multam habuere potestatem, ut cuilibet liceret formam quandam excogitare, alius quidem ex luto quod vellet fingens, alius vero pingens: qui vero opificum maxime in admiratione sunt, ebur et aurum habent, subjectam perpetuo rei novæ exprimendæ materiam. Proinde fanorum quidem alia plane jacent in solitudine, alia singulari studio frequentantur et expiationum omni genere exornantur. Et qui antea honoribus floruerunt dii, consenuere; qui vero ætate vigent, ii in secundam classem, ut honorificentius dicam, surrogati sunt, alii novi, nescio qui, introducti religione potiuntur, ut interim, quod diximus, deserta loca derelinquantur. Et fanorum alia deseruntur; alia cujusvis ad arbitrium recens construuntur: quum contra oporteat ipsos opinionem de Deo, honoremque ei debitum absque omni mutatione servare.

36. Et Apollonius quidem Molon erat e numero stulto-

ἦν καὶ τετυφωμένων. Τοὺς μέντοι κατὰ ἀλήθειαν ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς φιλοσοφήσαντας οὔτε τῶν προειρημένων οὐδὲν διέλαθεν οὔτε τὰς ψυχρὰς προφάσεις τῶν ἀλληγοριῶν ἠγνόησαν. Δι' ὅπερ τῶν μὲν εἰκότως κατεφρόνησαν, εἰς δὲ τὴν ἀληθῆ καὶ πρέπουσαν περὶ τοῦ Θεοῦ δόξαν ἡμῖν συνεφώνησαν. Ἀφ' ἧς ὁρμηθεὶς ὁ Πλάτων οὔτε τῶν ἄλλων οὐδένα ποιητῶν φησι δεῖν εἰς τὴν πολιτείαν παραδέχεσθαι, καὶ τὸν Ὅμηρον εὐφήμως ἀποπέμπεται, στεφανώσας καὶ μύρον αὐτοῦ καταχέας, ἵνα δὴ μὴ τὴν ὀρθὴν δόξαν περὶ Θεοῦ τοῖς μύθοις ἀφανίσειε. Μάλιστα δὲ Πλάτων μεμίμηται τὸν ἡμέτερον νομοθέτην κἀν τῷ μηδὲν οὕτω παίδευμα προστάττειν τοῖς πολίταις, ὡς τὸ πάντας ἀκριβῶς τοὺς νόμους ἐκμανθάνειν· καὶ μὴν καὶ περὶ τοῦ μὴ δεῖν ὡς ἔτυχεν ἐπιμίγνυσθαί τινας ἔξωθεν, ἀλλ' εἶναι καθαρὸν τὸ πολίτευμα τῶν ἐμμενόντων τοῖς νόμοις προυνόησεν. Ὧν οὐδὲν λογισάμενος ὁ Μόλων Ἀπολλώνιος ἡμῶν κατηγόρησεν, ὅτι μὴ παραδεχόμεθα τοὺς ἄλλαις προκατειλημμένους δόξαις περὶ Θεοῦ, μηδὲ κοινωνεῖν ἐθέλομεν τοῖς καθ' ἑτέραν συνήθειαν βίου ζῆν προαιρουμένοις. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτ' ἔστιν ἴδιον ἡμῶν· κοινὸν δὲ πάντων, οὐχ Ἑλλήνων δὲ μόνων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν τοῖς Ἕλλησιν εὐδοκιμωτάτων. Λακεδαιμόνιοι δὲ καὶ ξενηλασίας ποιούμενοι διετέλουν, καὶ τοῖς αὐτῶν ἀποδημεῖν πολίταις οὐκ ἐπέτρεπον, διαφθορὰν ἐξ ἀμφοῖν ὑφορώμενοι γενήσεσθαι περὶ τοὺς νόμους. Ἐκείνοις μὲν οὖν τάχα δυσκολίαν τις ὀνειδίσειεν ἂν εἰκότως· οὐδενὶ γὰρ οὔτε τῆς πολιτείας οὔτε τῆς παρ' αὐτοῖς μετεδίδοσαν διατριβῆς. Ἡμεῖς δὲ τὰ μὲν τῶν ἄλλων ζηλοῦν οὐκ ἀξιοῦμεν, τοὺς μέντοι μετέχειν τῶν ἡμετέρων βουλομένους ἡδέως δεχόμεθα. Καὶ τοῦτο ἂν εἴη τεκμήριον, οἶμαι, φιλανθρωπίας ἅμα καὶ μεγαλοψυχίας.

λζ'. Ἐῶ περὶ Λακεδαιμονίων ἐπὶ πλεῖον λέγειν. Οἱ δὲ κοινὴν εἶναι τὴν ἑαυτῶν δόξαντες πόλιν Ἀθηναῖοι, πῶς περὶ τούτων εἶχον, Ἀπολλώνιος ἠγνόησεν· ὅτι καὶ τοὺς ῥῆμα μόνον παρὰ τοὺς ἐκείνων νόμους φθεγξαμένους περὶ θεῶν ἀπαραιτήτως ἐκόλασαν. Τίνος γὰρ ἑτέρου χάριν Σωκράτης ἀπέθανεν; οὐ γὰρ δὴ προεδίδου τὴν πόλιν τοῖς πολεμίοις, οὐδὲ τῶν ἱερῶν ἐσύλησεν οὐδὲν, ἀλλ' ὅτι καινοὺς ὅρκους ὤμνυε, καί τι δαιμόνιον αὐτῷ σημαίνειν ἔφασκεν, ἢ σπουδάζων, ἢ διαπαίζων, ὡς ἔνιοι λέγουσι, διὰ ταῦτα κατεγνώσθη κώνειον πιὼν ἀποθανεῖν· καὶ διαφθείρειν δὲ τοὺς νέους ὁ κατήγορος αὐτὸν ᾐτιᾶτο, τῆς πατρίου πολιτείας καὶ τῶν νόμων ὅτι προῆγεν αὐτοὺς καταφρονεῖν. Σωκράτης μὲν οὖν πολίτης Ἀθηναίων τοιαύτην ὑπέμεινε τιμωρίαν. Ἀναξαγόρας δὲ Κλαζομένιος ἦν· ἀλλ' ὅτι νομιζόντων Ἀθηναίων τὸν ἥλιον εἶναι θεὸν, ὁ δ' αὐτὸν ἔφη μύδρον εἶναι διάπυρον, θάνατον αὐτοῦ παρ' ὀλίγας ψήφους κατέγνωσαν. Καὶ Διαγόρᾳ τῷ Μηλίῳ τάλαντον ἐπεκήρυξαν, εἴ τις αὐτὸν ἀνέλοι, ἐπεὶ τὰ παρ' αὐτοῖς μυστήρια χλευάζειν ἐλέγετο. Καὶ Πρωταγόρας, εἰ μὴ θᾶττον ἔφυγε, συλληφθεὶς ἂν ἐτεθνήκει, γράψαι τι δόξας οὐχ ὁμολογούμενον τοῖς Ἀθηναίοις περὶ θεῶν.

rum et superbia inflatorum. Eos autem de Græcis qui in scriptis suis vere philosophati sunt, neque prædictorum aliquid latuit, neque frigidas allegoriarum excusationes ignoravere. Itaque illos quidem juste sprevere, et in vera decentique de Deo opinione nobiscum consenserunt. Qua re motus Plato neque ullum quempiam poetarum censet in rempublicam esse admittendum; et Homerum honorifice amovet, coronatum et unguento delibutum, ne rectam de Deo opinionem fabulis destrueret. Plato autem potissimum imitatus est legislatorem nostrum, in hoc quod nihil magis civibus præceperit, quam ut accurate omnes leges ediscerent, et ne temere extraneorum ulli suis miscerentur, sed ex solis iis constaret respublica qui legibus parerent, curavit. De quibus nihil cogitans Apollonius Molo accusationem in nos instituit, quod eos non recepimus, qui aliis de Deo opinionibus sunt præoccupati, neque cum eis consortium habere volumus, qui aliud vitæ institutum elegerint. Verum neque hoc proprium generis nostri; sed commune omnium, non modo Græcorum, verum etiam eorum qui inter Græcos probatissimi habentur. Ac Lacedæmoniis curæ erat perpetuæ peregrinos expellere, neque suis civibus peregrinari permittebant : quod utroque modo leges labefactari suspicarentur. Et hos quidem juste forsan difficiles morososque esse quis existimet : nemini enim aut civitatem suam aut diutinam apud ipsos commorationem concedunt. Nos autem aliorum instituta imitari nolumus : qui vero nostrorum participes esse cupiunt, eos libenter excipimus. Quod utique reor indicium humanitatis et magnanimitatis nostræ.

37. Sed desino jam de Lacedæmoniis amplius dicere. Athenienses vero, qui suam civitatem omnibus communem esse gloriantur, quomodo se his de rebus habuerint, Apollonius ignoravit : quod scilicet in animadversione pœnaque inexorabiles erant, si qui vel verbum præter legem de diis loquerentur. Cujus enim rei alterius gratia Socrates diem obiit supremum? non enim hostibus prodidit civitatem, neque fanum aliquod spoliavit; sed ei vitio vertitur quod novo more jurabat, et dæmonem quendam id ipsum ei indicasse referebat, sive serio sive (ut dicunt quidam) joco, et propter hoc morti damnatus est cicutam bibendo : insuper et juvenum eum corruptorem esse aiebat accusator, quod auctor illis fuerit patria instituta legesque contemnere. Et Socrates quidem civis Atheniensis hujusmodi pœnam sustinuit. Anaxagoras autem Clazomenius erat : sed quia Athenienses solem esse deum existimabant, ille vero eum massam candentem esse dixit, in paucis tantum suffragiis vertebatur quin capitis condemnaretur. Eique qui Diagoram Melium occideret, talentum datum iri edicto pronunciarunt, utpote qui eorum mysteria deridere ferebatur. Et Protagoras, nisi ocius aufugisset, comprehensus interiisset, quod aliquid scripsisse putaretur

Τί δὲ δεῖ θαυμάζειν εἰ πρὸς ἄνδρας οὕτως ἀξιοπίστους διετέθησαν, οἵ γε μηδὲ γυναικῶν ἐφείσαντο; νῦν μὲν γάρ τινα ἱέρειαν ἀπέκτειναν, ἐπεί τις αὐτῆς κατηγόρησεν, ὅτι ξένους ἐμύει θεούς· νόμῳ δ' ἦν τοῦτο παρ' αὐτοῖς κεκωλυμένον, καὶ τιμωρία κατὰ τῶν ξένον εἰσαγόντων θεὸν ὥριστο θάνατος. Οἱ δὲ τοιούτῳ νόμῳ χρώμενοι δῆλον ὅτι τοὺς τῶν ἄλλων οὐκ ἐνόμιζον εἶναι θεούς· οὐ γὰρ ἂν αὑτοῖς πλειόνων ἀπολαύειν ἐφθόνουν. Τὰ μὲν οὖν Ἀθηναίων ᾤχετο καλῶς. Σκύθαι δὲ φόνοις χαίροντες ἀνθρώπων καὶ βραχὺ τῶν θηρίων διαφέροντες, ὅμως τὰ παρ' αὐτοῖς οἴονται δεῖν περιστέλλειν· καὶ τὸν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἐπὶ σοφίᾳ θαυμασθέντα, τὸν Ἀνάχαρσιν, ἐπανελθόντα πρὸς αὐτοὺς ἀνεῖλον, ἐπεὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἐθῶν ἔδοξεν ἥκειν ἀνάπλεως. Πολλοὺς δὲ καὶ παρὰ Πέρσαις ἄν τις εὕροι καὶ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν κεκολασμένους. Ἀλλὰ δῆλον ὅτι τοῖς Περσῶν ἔχαιρε νόμοις ὁ Ἀπολλώνιος, κἀκείνους ἐθαύμαζεν, ὅτι τῆς ἀνδρείας αὐτῶν ἀπέλαυσαν οἱ Ἕλληνες καὶ τῆς ὁμογνωμοσύνης ἧς εἶχον περὶ θεῶν· ταύτης μὲν οὖν ἐν τοῖς ἱεροῖς οἷς κατέπρησαν, τῆς ἀνδρείας δὲ δουλῶσαι παρὰ μικρὸν ἐλθόντες. Ἁπάντων δὲ καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων μιμητὴς ἐγένετο τῶν Περσικῶν, γυναῖκας ἀλλοτρίας ὑβρίζων, καὶ παῖδας ἐκτέμνων. Παρ' ἡμῖν δὲ θάνατος ὥρισται, κἂν ἄλογόν τις ζῷον οὕτως ἀδικῇ· καὶ τούτων ἡμᾶς τῶν νόμων ἀπαγαγεῖν οὔτε φόβος ἴσχυσε τῶν κρατησάντων οὔτε ζῆλος τῶν παρὰ τοῖς ἄλλοις τετιμημένων. Οὐδὲ τὴν ἀνδρείαν ἠσκήσαμεν ἐπὶ τῷ πολέμους ἄρασθαι χάριν πλεονεξίας, ἀλλ' ἐπὶ τῷ τοὺς νόμους διαφυλάττειν. Τὰς γοῦν ἄλλας ἐλαττώσεις πράως ὑπομένοντες, ἐπειδάν τινες ἡμᾶς τὰ νόμιμα κινεῖν ἀναγκάζωσι, τότε καὶ παρὰ δύναμιν αἱρούμεθα πολέμους καὶ μέχρι τῶν ἐσχάτων ταῖς συμφοραῖς ἐγκαρτεροῦμεν. Διὰ τί γὰρ ἂν καὶ ζηλώσαιμεν τοὺς ἑτέρων νόμους, ὁρῶντες μηδὲ παρὰ τοῖς θεμένοις αὐτοὺς τετηρημένους; πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλον Λακεδαιμόνιοι μὲν τῆς ἀνεπιμίκτου καταγνώσεσθαι πολιτείας καὶ τῆς περὶ τοὺς γάμους ὀλιγωρίας, Ἠλεῖοι δὲ καὶ Θηβαῖοι τῆς παρὰ φύσιν καὶ ἄγαν ἀνέδην πρὸς τοὺς ἄρρενας μίξεως; Ἃ γοῦν πάλαι κάλλιστα καὶ συμφορώτατα πράττειν ὑπελάμβανον, ταῦτ' εἰ καὶ μὴ παντάπασι τοῖς ἔργοις πεφεύγασιν, οὐχ ὁμολογοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς περὶ αὐτῶν νόμους ἀπομίγνυνται, τοσοῦτον ποτὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἰσχύσαντας ὥστε καὶ τοῖς θεοῖς τὰς τῶν ἀρρένων μίξεις ἐπεφήμισαν, κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον καὶ τοὺς τῶν γνησίων ἀδελφῶν γάμους, ταύτην ἀπολογίαν αὑταῖς τῶν ἀτόπων καὶ παρὰ φύσιν ἡδονῶν συντιθέντες.

λη'. Ἐῶ νῦν περὶ τῶν τιμωριῶν λέγειν, ὅσας μὲν ἐξ ἀρχῆς ἔδοσαν οἱ πλεῖστοι νομοθέται τοῖς πονηροῖς διαλύσεις ἐπὶ μοιχείας μὲν ζημίας χρημάτων, ἐπὶ φθορᾶς δὲ γάμους νομοθετήσαντες, ὅσας δὲ περὶ τῆς ἀσεβείας προφάσεις περιέχουσιν ἀρνήσεως, εἰ καί τις ἐπιχειρήσειεν ἐξετάζειν. Ἤδη γὰρ παρὰ τοῖς πλείοσι μελέτη γέγονε τοῦ παραβαίνειν τοὺς νόμους· οὐ μὴν καὶ παρ' ἡμῖν. Ἀλλὰ κἂν πλούτου καὶ πόλεων καὶ

discrepans ab Atheniensium de diis opinionibus. Quid autem miri esse debet si in viros adeo fide dignos eo animo fuerint, qui ne mulieribus quidem pepercere? Etenim sacerdotem quandam interfecerunt, quodam eam accusante quod deos colendos docuerit peregrinos; lege quippe hoc vetitum erat, morsque eis in pœnam decreta qui deos peregrinos introducerent. Igitur qui tali lege utebantur, aliorum sano deos non credebant esse deos : non enim si credidissent, se ipsos beneficio ex pluribus diis privassent. Tam bene scilicet administrabatur Atheniensium respublica. Scythæ autem cædibus gaudentes humanis, et parum admodum differentes a bestiis, arbitrantur tamen sua mysteria esse custodienda : et Anacharsim, quem Græci sapientiæ ergò mirati sunt, ad ipsos reversum occiderunt, quod visus sit morum Græcorum plenus ad ipsos venire. Etiam apud Persas invenire est multos hujusmodi de causa supplicio affectos. Sed palam est, quod Apollonio placuerint leges Persarum, illosque in admiratione habuerit, quod eorum fortitudo et de diis concors opinio Græcis fuisset conducibilis : hæc videlicet in templorum concrematione, illa in eo quod propemodùm in servitutem ab illis redacta fuerit Græcia. Is autem morum omnium imitator exstitit Persicorum, uxoribus alienis injurias faciens, et filios castrans. Apud nos autem mors decreta est, si quis vel animalia rationis expertia hoc modo lædat : et ab his legibus nos abducere neque timor potuit dominorum præpotentium, neque desiderium eos æmulandi qui apud alios honorantur. Neque fortitudinem exercuimus, ad bella suscipienda ut res nostras augeamus, sed ut leges nobis permaneant. Cetera igitur damna ferentes leniter, ubi sunt qui nos a legibus cogant discedere, hinc etiam supra vires bella sumimus, et ad ultima usque mala duramus. Cur itaque nos aliorum æmulemur leges, quum eas ne a legislatoribus quidem suis servatas videamus? quidni enim damnarent Lacedæmonii insociabilem illam formam reipublicæ neglectumque nuptiarum; et Elei et Thebani projectissimum illum et contra naturam cum maribus concubitum? Nam quæ olim honestissime et utilissime a se fieri arbitrabantur, ea nisi re ipsa prorsus fugerunt, non confitentur : quinimo latas de eis leges admiscent, quæ quondam tantum apud Græcos valuerunt, ut etiam diis marium coitus tribuerint; eademque ratione germanarum sororum connubia, hanc sibi illicitarum et naturæ repugnantium voluptatum excusationem comminiscentes.

38. Supersedeo nunc de pœnis dicere, quot dederint olim plerique legislatores improbis compositiones, dum in adulterio mulctam pecuniariam, in corruptela connubium sanciunt, quot etiam impietatis crimine occasiones suppeditentur negandi, si quis reum examinare conetur. Jam enim apud plerosque meditatio inolevit leges violandi : At apud nos non ita est. Quin etiamsi divitiis et urbibus ce-

των ἄλλων ἀγαθῶν στερηθῶμεν, ὁ γοῦν νόμος ἡμῖν ἀθάνατος διαμένει· καὶ οὐδεὶς Ἰουδαίων οὔτε μακρὰν οὕτως ἂν ἀπέλθοι τῆς πατρίδος οὔτ' ἐπίπικρον φοβηθήσεται δεσπότην, ὡς μὴ πρὸ ἐκείνου δεδιέναι τὸν νόμον. Εἰ μὲν οὖν διὰ τὴν ἀρετὴν τῶν νόμων οὕτω πρὸς αὐτοὺς διακείμεθα, συγχωρησάτωσαν ὅτι κρατίστους ἔχομεν νόμους· εἰ δὲ φαύλοις οὕτως ἡμᾶς ἐμμένειν ὑπολαμβάνουσι, τί οὐκ ἂν αὐτοὶ δικαίως πάθοιεν τοὺς κρείττονας οὐ φυλάττοντες; Ἐπεὶ τοίνυν ὁ πολὺς χρόνος πιστεύεται πάντων εἶναι δοκιμαστὴς ἀληθέστατος, τοῦτον ἂν ποιησαίμην ἐγὼ μάρτυρα τῆς ἀρετῆς ἡμῶν τοῦ νομοθέτου καὶ τῆς ὑπ' ἐκείνου φήμης περὶ τοῦ Θεοῦ παραδοθείσης. Ἀπείρου γὰρ τοῦ χρόνου γεγονότος, εἴ τις αὐτὸν παραβάλλοι ταῖς τῶν ἄλλων ἡλικίαις νομοθετῶν, παρὰ πάντας ἂν εὕροι τοῦτον.

λθ'. Ὑφ' ἡμῶν τε διηλέγχθησαν οἱ νόμοι καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις, ἀεὶ καὶ μᾶλλον αὐτῶν ζῆλον ἐμπεποιήκασι. Πρῶτοι μὲν γὰρ οἱ παρὰ τοῖς Ἕλλησι φιλοσοφήσαντες τῷ μὲν δοκεῖν τὰ πάτρια διεφύλαττον, ἐν δὲ τοῖς πράγμασι καὶ τῷ φιλοσοφεῖν ἐκείνῳ κατηκολούθησαν, ὅμοια μὲν περὶ Θεοῦ φρονοῦντες, εὐτέλειαν δὲ βίου καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους κοινωνίαν διδάσκοντες. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πλήθεσιν ἤδη πολὺς ζῆλος γέγονεν ἐκ μακροῦ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας, οὐδ' ἔστιν οὐ πόλις Ἑλλήνων οὐδητισοῦν οὐδὲ βάρβαρος, οὐδὲ ἓν ἔθνος, ἔνθα μὴ τὸ τῆς ἑβδομάδος, ἣν ἀργοῦμεν ἡμεῖς, ἔθος οὐ διαπεφοίτηκε, καὶ αἱ νηστεῖαι καὶ λύχνων ἀνακαύσεις καὶ πολλὰ τῶν εἰς βρῶσιν ἡμῖν οὐ νενομισμένων παρατετήρηται. Μιμεῖσθαι δὲ πειρῶνται καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν ὁμόνοιαν καὶ τὴν τῶν ὄντων ἀνάδοσιν καὶ τὸ φιλεργὸν ἐν ταῖς τέχναις καὶ τὸ καρτερικὸν ἐν ταῖς ὑπὲρ τῶν νόμων ἀνάγκαις. Τὸ γὰρ θαυμασιώτατον, ὅτι χωρὶς τοῦ τῆς ἡδονῆς ἐπαγωγοῦ οὐ δελεαστὸς αὐτὸς καθ' αὑτὸν ἴσχυσεν ὁ νόμος· καὶ ὥσπερ ὁ Θεὸς διὰ παντὸς τοῦ κόσμου πεφοίτηκεν, οὕτως ὁ νόμος διὰ πάντων ἀνθρώπων βεβάδικεν. Αὐτὸς δέ τις ἕκαστος τὴν πατρίδα καὶ τὸν οἶκον ἐπισκοπῶν τὸν αὑτοῦ τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις οὐκ ἀπιστήσει. Χρὴ τοίνυν πάντων ἀνθρώπων καταγνῶναι πονηρίαν ἐθελούσιον, εἰ τἀλλότρια καὶ φαῦλα πρὸ τῶν οἰκείων καὶ καλῶν ζηλοῦν ἐπιτεθυμήκασιν, ἢ παύσασθαι βασκαίνοντας ἡμῖν τοὺς κατηγοροῦντας. Οὐδὲ γὰρ ἐπιφθόνου τινὸς ἀντιποιούμεθα πράγματος, τὸν αὐτῶν τιμῶντες νομοθέτην καὶ τοῖς ὑπ' ἐκείνου προφητευθεῖσι περὶ τοῦ Θεοῦ πεπιστευκότες. Καὶ γὰρ εἰ μὴ συνίεμεν αὐτοὶ τῆς ἀρετῆς τῶν νόμων ἁπάντων, ὑπὸ τοῦ πλήθους γοῦν τῶν ζηλούντων μέγα φρονεῖν ἐπ' αὐτοῖς προήχθημεν.

μ'. Ἀλλὰ γὰρ περὶ μὲν τῶν νόμων καὶ τῆς πολιτείας τὴν ἀκριβῆ πεποίημαι παράδοσιν ἐν τοῖς περὶ ἀρχαιολογίας μοι γραφεῖσι· νυνὶ δ' αὐτῶν ἐπεμνήσθην, ἐφ' ὅσον ἦν ἀναγκαῖον, οὔτε τὰ τῶν ἄλλων ψέγειν οὔτε τὰ παρ' ἡμῖν ἐγκωμιάζειν προθέμενος, ἀλλ' ἵνα τοὺς περὶ ἡμῶν ἀδίκως γεγραφότας ἐλέγξω, πρὸς αὐτὴν ἀναιδῶς τὴν ἀλήθειαν πεφιλονεικηκότας. Καὶ δή μοι

terisque bonis privemur, at lex quidem nobis permanet immortalis : nec ullus unquam Judæorum vel tam procul discesserit a patria, vel peracerbum ita formidaverit dominum, quin legem magis formidet. Si igitur ob legum virtutes sic sumus in eas animati, fateantur nos optimas habere leges : sin malis legibus sic nos obtemperare arbitrantur, quanam pœna digni sunt ipsi qui melioribus non pareant? Et quoniam temporis longinquitas exploratrix creditur esse omnium verissima, hanc ego testem non dubitem facere tum virtutis nostri legislatoris, tum traditæ ab illo de Deo persuasionis. Nam quum immensum tempus elapsum sit, si quis eum cum ceterorum legislatorum conferat ætatibus, inveniet eum longe ante omnes fuisse.

39. Jam ipsius leges cæteris omnibus mortalibus semper magis magisque æmulationem sui commovisse, a nobis demonstratum est. Primi enim qui apud Græcos philosophati sunt, patria quidem instituta visi sunt servare; sed in actionibus studioque sapientiæ illam sequuti sunt, tum eadem de Deo sentientes, tum victus tenuitatem et mutuam inter homines communionem docentes. Quin et jam pridem nostrorum Dei colendi rituum imitandorum quamplurimis desiderium incessit; neque ulla vel Græcorum urbs est vel barbarorum, neque ulla gens, ad quam non pervenerit septimi diei, quem otiosi traducimus, celebrandi consuetudo; et apud quam jejunia, et lucernarum incensiones, et multa quæ nobis comedere nefas est non observentur. Conantur autem mutuam nostram imitari concordiam et bonorum largitionem, et in artibus exercendis sedulitatem, et tolerantiam in tormentis quæ pro legibus nostris sustinemus. Etenim, quod est omnium maxime admirandum, citra voluptatis illecebram ipsa per se lex invaluit : ac sicuti Deus universum mundum permeavit, ita lex universos mortales pervasit. Quodsi suam quisque patriam domumque consideraverit, is meis dictis non diffidet. Quo fit ut aut condemnandi sint universi mortales voluntariæ pravitatis, si aliena, eademque vitiosa, ante domestica, eademque honesta, æmulari concupiverint; aut invidiæ suæ finem facere debeant accusatores nostri. Neque enim invidiosum quiddam nobis vindicamus, dum nostrum legislatorem honoramus et ejus de Deo effatis credimus. Nam etiamsi legum omnium virtutem non intelligeremus; vel æmulantium multitudo fecisset, ut de eis nobis placeremus.

40. Verum de legibus quidem et republica in meo Antiquitatum opere accurate tradidi : nunc ea commemoravi quantum erat necessarium, non quod aliena recensere, vel nostra collaudare mihi propositum esset; sed ut eos qui de nobis inique scripserunt, evincerem in ipsam veritatem impudenter invectos fuisse. Et sane mihi videor

δοκῶ πεπληρῶσθαι διὰ τῆς γραφῆς ἱκανῶς ἃ προϋπεσχόμην. Καὶ γὰρ ἀρχαιότητι προϋπάρχον ἐπέδειξα τὸ γένος, τῶν κατηγόρων ὅτι νεώτατόν ἐστι εἰρηκότων· καὶ γὰρ πολλοὺς ἐν τοῖς συγγράμμασιν ἐμνημονευκότας ἡμῶν ἀρχαίους παρέσχομεν μάρτυρας, ἐκείνων ὅτι μηδείς ἐστι διαβεβαιουμένων. Ἀλλὰ μὴν Αἰγυπτίους ἔφασαν ἡμῶν τοὺς προγόνους· ἐδείχθησαν δ' εἰς Αἴγυπτον ἐλθόντες ἑτέρωθεν. Διὰ δὲ λύμην σωμάτων αὐτοὺς ἐκβληθῆναι κατεψεύσαντο· προαιρέσει καὶ περιουσίᾳ ῥώμης ἐφάνησαν ἐπὶ τὴν οἰκείαν ὑποστρέψαντες γῆν. Οἱ μὲν ὡς φαυλότατον ἡμῶν τὸν νομοθέτην ἐλοιδόρησαν, τῷ δὲ τῆς ἀρετῆς πάλαι μὲν ὁ Θεὸς, μετ' ἐκεῖνον δὲ μάρτυς ὁ χρόνος ηὕρηται γεγενημένος.

μα'. Περὶ τῶν νόμων οὐκ ἐδέησε λόγου πλείονος. Αὐτοὶ γὰρ ἑωράθησαν δι' αὐτῶν, οὐκ ἀσέβειαν μὲν, εὐσέβειαν δ' ἀληθεστάτην διδάσκοντες, οὐδ' ἐπὶ μισανθρωπίαν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν τῶν ὄντων κοινωνίαν παρακαλοῦντες, ἀδικίας ἐχθροὶ, δικαιοσύνης ἐπιμελεῖς, ἀργίαν καὶ πολυτέλειαν ἐξορίζοντες, αὐτάρκεις καὶ φιλοπόνους εἶναι διδάσκοντες, πολέμων μὲν ἀπείργοντες εἰς πλεονεξίαν, ἀνδρείους δ' ὑπὲρ αὐτῶν εἶναι παρασκευάζοντες, ἀπαραίτητοι πρὸς τὰς τιμωρίας, ἀσόφιστοι λόγων παρασκευαῖς, τοῖς ἔργοις ἀεὶ βεβαιούμενοι· ταῦτα γὰρ ἀεὶ ἡμεῖς παρέχομεν τῶν γραμμάτων ἐναργέστερα. Δι' ὅπερ ἐγὼ θαρσήσας ἂν εἴποιμι, πλείστων ἅμα καὶ καλλίστων ἡμᾶς εἰσηγητὰς τοῖς ἄλλοις γεγονέναι. Τί γὰρ εὐσεβείας ἀπαραβάτου κάλλιον; τί δὲ τοῦ πειθαρχεῖν τοῖς νόμοις δικαιότερον; ἢ τί συμφορώτερον τοῦ πρὸς ἀλλήλους ὁμονοεῖν, καὶ μήτ' ἐν συμφοραῖς διΐστασθαι μήτ' ἐν εὐτυχίαις στασιάζειν ἐξυβρίζοντας, ἀλλ' ἐν πολέμῳ μὲν θανάτου καταφρονεῖν, ἐν εἰρήνῃ δὲ τέχναις ἢ γεωργίαις προσανέχειν, πάντα δὲ καὶ πανταχοῦ πεπεῖσθαι τὸν Θεὸν ἐποπτεύοντα διέπειν; Ταῦτ' εἰ μὲν παρ' ἑτέροις ἢ ἐγράφη πρότερον, ἢ ἐφυλάχθη βεβαιότερον, ἡμεῖς ἂν ἐκείνοις χάριν ὠφείλομεν ὡς μαθηταὶ γεγονότες· εἰ δὲ καὶ χρώμενοι μάλιστα πάντων βλεπόμεθα καὶ τὴν πρώτην εὕρεσιν αὐτῶν ἡμετέραν οὖσαν ἐπεδείξαμεν, Ἀπίωνες μὲν καὶ Μόλωνες καὶ πάντες ὅσοι τῷ ψεύδεσθαι καὶ λοιδορεῖν χαίρουσιν ἐξελέγχθωσαν· σοὶ δὲ, Ἐπαφρόδιτε, μάλιστα τὴν ἀλήθειαν ἀγαπῶντι, καὶ διὰ σὲ τοῖς ὁμοίως βουλευσαμένοις περὶ τοῦ γένους ἡμῶν εἰδέναι, τοῦτό τε καὶ τὸ πρὸ αὐτοῦ γεγράφθω βιβλίον.

scripto meo satis præstitisse promissa. Etenim inprimis vetustum esse demonstravi genus nostrum, quod accusatores recentissimum esse dixerant : et multos allegavi testes, qui antiquitatis nostræ in scriptis suis mentionem fecerunt, illis nullos esse affirmantibus. Quumque Ægyptios fuisse majores nostros dixerint, demonstratum est eos in Ægyptum aliunde venisse. Et quum ob corporum vitium eos ejectos fuisse mentiti sint, planum factum est eos et volentes et cum singulari robore patriam terram repetiisse. Et quum illi in legislatorem nostrum tanquam vitiosissimum invecti sint, compertum est virtutis ejus et olim Deum et post illum tempus exstitisse testem.

41. De legibus nihil opus fuit oratione longiore. Nam ipsas per se perspectum est non impietatem, sed pietatem docere verissimam; neque ad hominum odium, sed ad facultatum communitatem incitare; injustitiæ inimicas, justitiæ curam gerentes; expultrices otii et luxus; et quæ homines suis contentos et laboriosos esse doceant; et a bellis habendi cupidine gerendis avocent; et pro legibus fortes esse faciant; et in pœnis irrogandis sint inexorabiles; et verborum eloquentia indeceptæ, operibus semper confirmentur : hæc enim nos semper exhibemus literis manifestiora. Itaque ausim equidem dicere plurimorum simul et pulcherrimorum nos ceteris auctores exstitisse. Quid enim inviolata pietate pulchrius? quid justius quam parere legibus? quid utilius quam mutuam fovere concordiam, et neque in calamitatibus divelli, neque in rebus secundis sævire seditionibus; sed in bello mortem contemnere, in pace artibus et agriculturæ operam navare, et omnia et ubique ab arbitro Deo gubernari persuasum habere? Hæc si apud alios vel prius scripta vel constantius fuissent servata, nos illis, ut discipuli magistris, gratiam deberemus : sin vero his nos maxime omnium uti cernimur, et eorum inventionem primam nostram esse demonstravimus, valeant refutati Apiones et Molones, et quicunque mentiri et conviciari gaudent. Tibi vero, Epaphrodite, veritatem maxime amanti, et propter te iis qui itidem genus nostrum cognoscere voluerint, et hic et superior liber scriptus esto.

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ

ΕΙΣ

ΜΑΚΚΑΒΑΙΟΥΣ

ΛΟΓΟΣ,

Η

ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΛΟΓΙΣΜΟΥ.

(1391,1391.)

Φιλοσοφώτατον λόγον ἐπιδείκνυσθαι μέλλων, εἰ αὐτοδέσποτός ἐστι τῶν παθῶν ὁ εὐσεβὴς λογισμὸς, συμβουλεύσαιμ' ἂν ὑμῖν ὀρθῶς, ὅπως προσέχητε προθύμως τῇ φιλοσοφίᾳ. Καὶ γὰρ ἀναγκαῖος εἰς ἐπιστήμην παντὶ ὁ λόγος, καὶ ἄλλως τῆς μεγίστης ἀρετῆς· λέγω δὴ ὅτι φρονήσεως περιέχει ἔπαινον, εἰ ἄρα τῶν σωφροσύνης κωλυτικῶν παθῶν ὁ λογισμὸς φαίνεται ἐπικρατεῖν, γαστριμαργίας τε καὶ ἐπιθυμίας· ἀλλὰ καὶ τῶν τῆς δικαιοσύνης ἐμποδιστικῶν παθῶν κυριεύειν ἀναφαίνεται, οἷον κακοηθείας, καὶ τῶν τῆς ἀνδρείας ἐμποδιστικῶν παθῶν, θυμοῦ τε καὶ φόβου καὶ πόνου. Πῶς οὖν, ἴσως εἴποιεν ἄν τινες, εἰ τῶν παθῶν ὁ λογισμὸς κρατεῖ, λήθης καὶ ἀγνοίας οὐ δεσπόζει; γελοῖον ἐπιχειροῦντες λέγειν. Οὐ γὰρ τῶν ἑαυτοῦ παθῶν ὁ λογισμὸς κρατεῖ, ἀλλὰ τῶν τῆς δικαιοσύνης καὶ ἀνδρείας καὶ σωφροσύνης ἐναντίων, καὶ ταύτων οὐχ ὥστε αὐτὰ καταλῦσαι, ἀλλ' ὥστε αὐτοῖς μὴ εἶξαι. Πολλαχόθεν μὲν οὖν καὶ ἀλλαχόθεν ἔχοιμ' ἂν ὑμῖν ἐπιδεῖξαι ὅτι αὐτοκράτωρ ἐστὶ τῶν παθῶν ὁ λογισμὸς, πολὺ δὲ πλέον τοῦτο ἀποδεῖξαι ἀπὸ τῆς ἀνδραγαθίας τῶν ὑπὲρ ἀρετῆς ἀποθανόντων, Ἐλεαζάρου τε καὶ τῶν ἑπτὰ ἀδελφῶν καὶ τῆς τούτων μητρός. Ἅπαντες γὰρ οὗτοι τῶν ὑπὲρ τῶν τοῦ Θεοῦ νόμων ἕως θανάτου πόνων καταφρονήσαντες καὶ ὑπὲρ θεοσεβείας τὸ ζῆν αὐτῶν ὑπεριδόντες, ὑπέδειξαν ὅτι περικρατεῖ τῶν παθῶν ὁ λογισμός. Τῶν μὲν οὖν ἀρετῶν ἐπέστη μοι ἐπαινεῖν τοὺς κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὑπὲρ τῆς καλοκαγαθίας ἀποθανόντας μετὰ τῆς μητρὸς ἄνδρας, τῶν δὲ τιμῶν μακαρίσαιμ' ἂν αὐτούς· θαυμασθέντες γὰρ ἐκεῖνοι οὐ μόνον ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων ἐπὶ τῇ ἀνδρείᾳ καὶ ὑπομονῇ, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν καταικισαμένων, αἴτιοι κατέστησαν τοῦ καταλυθῆναι τὴν κατὰ τοῦ ἔθνους τυραννίδα, νικήσαντες τὸν τύραννον τῇ ὑπομονῇ, ὥστε καθαρισθῆναι δι' αὐτῶν τὴν πατρίδα. Ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ ζητουμένου αὐτίκα δὴ λέγειν ἐξέσται ἀρξαμένῳ τῆς ὑποθέσεως, ὥσπερ εἰώθαμεν ποιεῖν, καὶ οὕτως εἰς τὸν περὶ αὐτῶν τρέψομαι λόγον, δόξαν διδοὺς τῷ πανσόφῳ Θεῷ.

β'. Ζητοῦμεν δὴ τοίνυν εἰ αὐτοκράτωρ ἐστὶ τῶν παθῶν ὁ λογισμὸς, καὶ διακρίνομεν τί ποτέ ἐστι λογισμὸς, καὶ τί πάθος καὶ πόσαι αἱ τῶν παθῶν ἰδέαι, καὶ εἰ πάντων ἐπικρατεῖ τούτων ὁ λογισμός. Λογισμὸς μὲν τοίνυν ἐστὶ νοῦς μετὰ ὀρθοῦ λόγου προτιμῶν τὸν τῆς

FLAVII JOSEPHI

DE

MACCABÆIS

LIBER,

SEU

DE RATIONIS IMPERIO.

[497,498.]

Gravissimum tractaturo e media philosophia locum, de rectæ ac piæ rationis in animi perturbationes dominatu; serio mihi estis admonendi, ut ad ea, quæ sum disputaturus, diligenter velitis attendere. Nam hæc oratio quum pernecessaria est cognitu cuivis, tum de splendidissima summaque virtute agit. Prudentiæ nimirum laudes complectitur, rationem posse adversantes temperantiæ perturbationes, ut ingluviem et cupiditatem, domare; quin et justitiæ reluctantes perturbationes reprimere, ut improbitatem: et fortitudini, ut iram, metum, dolorem. At enim, forsan dicent aliqui, si ratio perturbationibus imperat; qui fit ut ignorantiam et oblivionem non regat? id quod admodum ridicule quæritur: non enim suis ratio perturbationibus imperat; sed iis demum quæ justitiæ, fortitudini, temperantiæque repugnant: idque ita, ut eas non tollat penitus, sed eisdem non cedat. Multis itaque hinc inde collectis argumentis probare equidem vobis possem, rationem perturbationum dominam esse: verum multo id copiosius et illustrius facturus videor, si Eleazari, septem fratrum, eorumque matris, qui virtutis causa mortem obire non dubitarunt, præclara facinora in medium adduxero. Hi enim omnes legis divinæ studio gravissimis tormentis cruciatibusque ad mortem usque contemptis, atque adeo pietatis nomine vita ipsa spreta, rationem perturbationibus imperare fecerunt testatissimum. Quorum virorum, qui tum una cum matre probitatis causa vitam cum morte commutarunt, virtutes quidem laudibus meritis justisque cumulaverim; ob summos autem honores, quos adepti sunt, beatos plane ac felices dixerim. Nam quum eorum fortitudo ac patientia, non modo cunctis reliquis mortalibus, sed ipsis etiam carnificibus, admiranda suspiciendaque videretur, horum ope ac opera effectum est ut tyrannis immanissima, qua gens illa misere premebatur, penitus tolleretur, victo tandem patientia tyranno: ita ut patriam suam tanta scelerum diritate laborantem liberarint. Verumenimvero de quæstione jam ipsa agendum est, sumpto primum argumenti exordio, ut solemus; deinde ad illos orationem convertam, sapientissimo Deo gloriam dans.

2. Quærimus igitur an ratio perturbationibus imperet, et quid sit ratio, quid perturbatio, quot perturbationum formæ: item, an omnibus istis imperet ratio, explicamus. Est itaque ratio, mens quæ recta cum ratione vitam sapientiæ conformatam rebus omnibus anteponit. Sapientia est divinarum

σοφίας βίον· σοφία δ' ἐστὶ γνῶσις θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, καὶ τῶν τούτων αἰτίων. Αὕτη δὴ τοίνυν ἐστὶν ἡ τοῦ νόμου παιδεία, δι' ἧς τὰ θεῖα σεμνῶς καὶ τὰ ἀνθρώπινα συμφερόντως μανθάνομεν. Τῆς δὲ σοφίας ἰδέαι καθεστήκασι τέσσαρες, φρόνησις, δικαιοσύνη, ἀνδρεία καὶ σωφροσύνη· κυριωτάτη δὲ πασῶν ἡ φρόνησις, ἐξ ἧς δὴ τῶν παθῶν λογισμὸς ἐπικρατεῖ. Παθῶν δὲ φύσεις εἰσὶν αἱ περιεκτικώταται δύο, ἡδονή τε καὶ πόνος· τούτων δὲ ἑκάτερον καὶ περὶ τὸ σῶμα καὶ περὶ τὴν ψυχὴν πέφυκε· πολλαὶ δὲ καὶ περὶ τὴν ἡδονὴν καὶ τὸν πόνον παθῶν εἰσὶν ἀκολουθίαι. Πρὸ μὲν οὖν τῆς ἡδονῆς ἐστὶν ἐπιθυμία, μετὰ δὲ τὴν ἡδονὴν χαρά. Πρὸ δὲ τοῦ πόνου ἐστὶ φόβος, μετὰ δὲ τὸν πόνον λύπη. Θυμὸς δὲ κοινὸν πάθος ἐστὶν ἡδονῆς τε καὶ πόνου, ἐὰν ἐννοηθῇ τις ὅτι αὐτῷ περιέπεσεν. Ἐν τῇ ἡδονῇ δέ ἐστι καὶ ἡ κακοήθης διάθεσις πολυτροπωτάτη πάντων οὖσα τῶν παθῶν, κατὰ μὲν τὴν ψυχὴν ἀλαζονεία, φιλαργυρία, φιλοδοξία, φιλονεικία, καὶ βασκανία, κατὰ δὲ τὸ σῶμα παντοφαγία, λαιμαργία, μονοφαγία. Καθάπερ οὖν δυοῖν τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς φυτῶν ὄντων ἡδονῆς τε καὶ πόνου, πολλαὶ τούτων τῶν φυτῶν εἰσὶ παραφυάδες, ὧν ἑκάστην ὁ παγγέωργος λογισμὸς περικαθαίρων τε καὶ ἀποκνίζων καὶ περιπλέκων καὶ ἐπάρδων καὶ πάντα τὸν τρόπον μετοχετεύων ἐξημεροῖ τὰς τῶν ἠθῶν καὶ παθῶν ὕλας. Ὁ μὲν γὰρ λογισμὸς τῶν μὲν ἀρετῶν ἐστιν ἡγεμὼν, τῶν δὲ παθῶν αὐτοκράτωρ· ἐπιθεωρεῖται γὰρ πρῶτον διὰ τῶν κωλυτικῶν τῆς σωφροσύνης ἔργων ὅτι αὐτοδέσποτός ἐστι τῶν παθῶν ὁ λογισμός. Σωφροσύνη δὴ τοίνυν ἐστὶν ἐπικράτεια τῶν ἐπιθυμιῶν, τῶν δὲ ἐπιθυμιῶν αἱ μέν εἰσι ψυχικαὶ, αἱ δὲ σωματικαὶ, τούτων δὲ ἀμφοτέρων ἐπικρατεῖν ὁ λογισμὸς φαίνεται· ἐπεὶ πόθεν κινούμενοι πρὸς τὰς ἀπειρημένας τροφὰς ἀποστρεφόμεθα τὰς ἐξ αὐτῶν ἡδονάς; οὐχ ὅτι τῶν ὀρέξεων δύναται ἐπικρατεῖν ὁ λογισμός; ἐγὼ μὲν οἶμαι. Τοιγαροῦν ἐνύδρων ἐπιθυμοῦντες καὶ ὀρνέων καὶ τετραπόδων καὶ παντοίων βρωμάτων τῶν ἀπηγορευμένων ἡμῖν κατὰ τὸν νόμον ἀπεχόμεθα διὰ τὴν τοῦ λογισμοῦ ἐπικράτειαν· ἀνέχεται γὰρ τὰ τῶν ὀρέξεων πάθη ὑπὸ τοῦ σώφρονος νοὺς ἀνακαμπτόμενα καὶ φιμοῦται πάντα τὰ τοῦ σώματος κινήματα ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ.

γʹ. Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ αἱ τῆς ψυχῆς ἐπιθυμίαι πρὸς τοῦ κάλλους μετουσίαν ἀκυροῦνται· ταύτῃ γοῦν ὁ σώφρων Ἰωσὴφ ἐπαινεῖται, ὅτι τῷ λογισμῷ καὶ τῇ διανοίᾳ περιεκράτησε τῆς ἡδυπαθείας· νέος γὰρ ὢν καὶ ἀκμάζων πρὸς συνουσιασμὸν ἠκύρωσε τῷ λογισμῷ τὸν τῶν παθῶν οἶστρον. Οὐ μόνον δὲ τὴν ἐπὶ τῆς ἡδυπαθείας οἰστρηλασίαν ἐπικρατεῖν ὁ λογισμὸς φαίνεται, ἀλλὰ καὶ πάσης ἐπιθυμίας δεσπόζειν ἀναδείκνυται. Λέγει γοῦν ὁ νόμος, « οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου, « οὐδὲ ὅσα τοῦ πλησίον σου ἐστί. » Καίτοι ὅτε μηδ' ἐπιθυμεῖν ἡμᾶς εἴρηκεν ὁ νόμος, πολὺ πλέον πείσειεν ἂν ἡμᾶς ὅτι τῶν ἐπιθυμιῶν κρατεῖν δύναιτ' ἂν ὁ λογισμὸς, ὥσπερ καὶ τῶν κωλυτικῶν τῆς δικαιοσύνης παθῶν· ἐπεὶ

humanarumque rerum, earumque causarum cognitio. Est autem hæc sapientia in legis institutione ac disciplina sita; cujus beneficio, divina graviter, humana utiliter discimus. Quattuor autem sapientiæ partes sunt, prudentia, justitia, fortitudo, et temperantia. Primas obtinet prudentia, ut. pote cujus vi ratio perturbationibus imperet. Perturbationes latissime patentes, duæ sunt : voluptas et dolor. Alterutra in corpore et animo exsistit. In voluptate ac dolore permultæ sunt perturbationum vicissitudines. Antegreditur voluptatem cupiditas, eandem sequitur gaudium. Metus dolorem præcedit, ægritudo comitatur. Ira, perturbatio est communis voluptatis et doloris, quum quis secum cogitat in eum se incidisse. Voluptate comprehenditur prava et improba affectio, quæ omnium perturbationum diffunditur longe latissime : estque in animo quidem arrogantia, avaritia, ambitio, contentionis studium, invidia; in corpore autem heluatio, voracitas, solitaria ingluvies. Voluptatis ac doloris, quasi plantarum quarundam corporis et animi geminarum, quamplurimi sunt stolones : quos singulos ratio communis omnium agricola amputando, collucando, ablaqueando, irrigando, omni denique modo transponendo et curando, morum perturbationumque materias subigit ac domat. Est enim ratio dux virtutum, perturbationum imperatrix. Jam vero ex iis primum quæ temperantiæ adversantur, perspicias licet, rationem perturbationum esse dominam. Temperantia cupiditatum est moderatio : quarum aliæ animi sunt, corporis aliæ. Utrasque regit ac coercet ratio. Unde enim, quæso, fit ut quum ad interdictos nobis cibos impellimur, emanantes ex illis voluptates aversemur? nonne ex eo, quod appetitus ratio regat? Ego quidem opinor. Quum igitur ab aquatilibus, volucribus, quadrupedibus, omnibus denique cibis illis quibus lex nobis interdicit, flagrante cupiditate, abstinemus : mihi sane videri solet, rationis imperio nos id præstare. Appetitus siquidem impetus ac perturbatio, temperantis rationis flexa vi, cohibetur, omnesque corporis motus rationis refrenantur potestate.

3. Et quid mirum? ubi animi cupiditates, ad pulchritudinem exardescentes, ratione restinguuntur. Quo nomine moderatus ille Josephus celebratur, ob superatam ratione consilioque delectationem. Nam quum juvenili jam ætate floreret, ad coitum effervescente, perturbationum rabiem ratione sedavit. Neque vero delectationis modo præcipitem furorem ratio coercet ac reprimit; sed et omnis omnino cupiditatis æstum lenit. Præcipit itaque lex, « uxorem proximi « tui ne concupiscito; neve quicquam quod illius sit. » Ac sane quidem ubi vel concupiscere lex vetat, multo magis persuadere nobis debet, rationem posse cupiditatibus imperare, quemadmodum et illis perturbationibus quæ justitiæ adversantur. Alioquin qui posset fieri ut qui solus heluari

τίνα τρόπον μονοφάγος τις ὢν τὸ ἦθος καὶ γαστρίμαργος καὶ μέθυσος μεταπαιδεύεται, εἰ μὴ δῆλον ὅτι κύριός ἐστι τῶν παθῶν ὁ λογισμός; Αὐτίκα γοῦν ὁ τῷ νόμῳ πολιτευόμενος, κἂν φιλάργυρός τις ᾖ, βιάζεται τὸν αὐτοῦ τρόπον, τοῖς δεομένοις δανείζων χωρὶς τόκων, καὶ τὸ δάνειον τῶν ἑβδομάδων ἐνστασῶν χρεωκοπούμενος· κἂν φειδωλός τις ᾖ, ὑπὸ τοῦ νόμου κρατεῖται διὰ τὸν λογισμὸν, μήτε ἐπικαρπολογούμενος τοὺς ἀμητοὺς, μήτε ἐπιρρωλογούμενος τοὺς ἀμπελῶνας. Καὶ ἐπὶ τῶν ἑτέρων δὲ ἔστιν ἐπιγνῶναι τοῦτο, ὅτι τῶν παθῶν ἐστιν αὐτοκράτωρ ὁ λογισμός. Ὁ γὰρ νόμος καὶ τῆς πρὸς γονεῖς εὐνοίας κρατεῖ, μὴ καταπροδιδοὺς τὴν ἀρετὴν δι' αὐτούς· καὶ τῆς πρὸς γαμετὴν φιλίας ἐπικρατεῖ, διὰ παρανομίαν αὐτὴν ἀπελέγχων· καὶ τῆς τῶν τέκνων φιλίας κυριεύει, διὰ κακίαν αὐτὰ κολάζων· καὶ τῆς φίλων συνηθείας δεσπόζει, διὰ πονηρίαν αὐτοὺς ἐλέγχων. Καὶ μὴ νομίσητε παράδοξον εἶναι, ὅπου γε καὶ ἔχθρας ἐπικρατεῖν ὁ λογισμὸς δύναται διὰ τὸν νόμον, μήτε δενδροτομῶν τὰ ἥμερα τῶν πολεμίων φυτὰ, τά τε τῶν ἐχθρῶν τοῖς ἀπολέσασι διασώζων καὶ τὰ πεπτωκότα συνεγείρων. Καὶ τῶν βιαιοτέρων δὲ παθῶν ἐπικρατεῖν ὁ λογισμὸς φαίνεται, φιλαρχίας καὶ κενοδοξίας καὶ ἀλαζονείας καὶ μεγαλαυχίας καὶ βασκανίας· πάντα γὰρ ταῦτα τὰ κακοήθη πάθη ὁ σώφρων νοῦς εἰς ἀγαθὸν προτρέπων ἀπωθεῖται καὶ βιάζεται, ὥσπερ καὶ τὸν θυμόν· καὶ γὰρ καὶ τούτου δεσπόζει. Θυμούμενος γέ τοι Μωϋσῆς κατὰ Δαθὰν καὶ Ἀβιρὰμ, οὐ θυμῷ τι κατ' αὐτῶν ἐποίησεν, ἀλλὰ λογισμῷ τὸν θυμὸν διῄτησε. Δυνατὸς γὰρ ὁ σώφρων νοῦς, ὡς ἔφην, κατὰ τῶν παθῶν ἀριστεῦσαι, καὶ τὰ μὲν αὐτῶν μεταθεῖναι, τὰ δὲ καὶ ἀκυρῶσαι· ἐπεὶ διὰ τί ὁ πάνσοφος ἡμῶν πατὴρ Ἰακὼβ τοὺς περὶ Συμεὼν καὶ Λευὶ αἰτιᾶται, μὴ λογισμῷ τοὺς Σικιμίτας ἐθνηδὸν ἀποσφάξαντας, λέγων, « ἐπικατάρατος ὁ θυμὸς αὐτῶν; » εἰ μὴ γὰρ ἐδύνατο ὁ λογισμὸς τοῦ θυμοῦ κρατεῖν, οὐκ ἂν εἶπεν οὕτως. Ὁπηνίκα γὰρ ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον κατεσκεύαζε, λόγῳ καὶ αὐτεξουσιότητι κοσμήσας, τηνικάδε καὶ τὰ πάθη αὐτῷ καὶ τὰ ἤθη περιεφύτευσε, καὶ τὸν ἡγεμόνα νοῦν διὰ τῶν ἔνδον αἰσθητηρίων ἐνεθρόνισε· καὶ τούτῳ νόμον ἔδωκε, καθ' ὃν πολιτευόμενος βασιλεύσει βασιλείαν σώφρονά τε καὶ δικαίαν καὶ ἀγαθὴν καὶ ἀνδρείαν. Πῶς οὖν, εἴποι τις ἂν, εἰ τῶν παθῶν δεσπότης ἐστὶν ὁ λογισμὸς, λήθης καὶ ἀγνοίας οὐ κρατεῖ; Ἔστι δὲ κομιδῇ γελοῖος ὁ λόγος· οὐ γὰρ τῶν ἑαυτοῦ παθῶν ὁ λογισμὸς ἐπικρατεῖν φαίνεται, ἀλλὰ τῶν σώματος· οἷον ἐπιθυμίαν τις οὐ δύναται ἐκκόψαι ἡμῶν, ἀλλὰ τὸ μὴ δουλωθῆναι τῇ ἐπιθυμίᾳ δύναται ὁ λογισμὸς παρασχέσθαι· θυμόν τις οὐ δύναται ἐκκόψαι ἡμῶν τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ τῷ μὴ δουλωθῆναι τῷ θυμῷ δυνατὸς ὁ λογισμὸς βοηθεῖν· κακοήθειάν τις ἡμῶν οὐ δύναται ἐκκόψαι, ἀλλὰ τῷ μὴ καμφθῆναι τῇ κακοηθείᾳ δύναται ὁ λογισμὸς συμμαχῆσαι· οὐ γὰρ ἐκριζωτὴς τῶν παθῶν ὁ λογισμός ἐστιν, ἀλλ' ἀνταγωνιστής. Ἔστι γοῦν τοῦτο διὰ τῆς τοῦ Δαυὶδ τοῦ βασιλέως δίψης σαφέστερον ἐπιλογίσασθαι· ἐπεὶ γὰρ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας πολεμῶν τοὺς ἀλλοφύλους καὶ πολ-

solet, atque abdomini inservire, qui pergræcari, alii se det disciplinæ, nisi scilicet quod perturbationum domina ratio sit? Quum primum igitur quis ad legis præscriptum vivit, si avaro fuerit ac sordido ingenio, suis vim adhibere moribus cogitur, ut tenuioribus sine fœnore mutuet, atque imminentibus jam septimanis mutuum amittat : sive parcus ac tenax fuerit, a lege vi rationis regitur, ut nec spicilegium facere possit nec racemationem. Quin et multis aliis indiciis liquere potest, rationem perturbationes regere. Lex enim pietatem erga parentes ita moderatur, ut ejus causa virtus non deseratur : amori etiam erga uxorem imperat, ut ob violatam legem reprehendatur : amorem erga liberos temperat, flagitiosam eorum vitam pœnis vindicando : amicorum denique familiaritates gubernat, improbitatem eorum redarguendo. Neque vero mirum hoc vobis videri debet, quum in inimicitias etiam ratio, legis auctoritate intercedente, dominetur, ut nec sativas hostium arbores exscindat, nec res inimicorum amissas sibi, sed dominis servet, et ut quæ ceciderint, erigat. Sed et violentioribus ratio perturbationibus leges dictat : ambitioni, dico, inanis gloriæ studio, arrogantiæ, jactantiæ, et invidiæ. Has enim improbas perturbationes universas mens temperata summovet ac depellit, ut et iracundiam : nam huic etiam ipsi illa præest. Iratus proinde Dathani et Abiramo Moyses nihil iracunde in eos admisit, sed ratione iracundiam mitigavit. Quandoquidem temperata mens perturbationes vincere ac debellare potest, easdemque partim huc illuc versare, partim omnino opprimere. Quod nisi ita se haberet, quare summa vir prudentia Jacobus ille, gentis nostræ auctor, Simeonem et Levin, qui Sichemitarum gentem universam e medio sustulerunt, his verbis increpat, « exsecrabilis sit ira eorum : » nequaquam enim ita illos compellaturus erat, nisi iram ratio vincere posset. Quum hominem Deus fabricaretur, ratione et arbitrii libertate instructo ac ornato perturbationes moresque inseVit, ducemque mentem per interiora sensus instrumenta sublimi in sede collocavit; atque legem eidem proposuit, ex cujus præscripto se gerens, sobrie, juste, bene ac fortiter regnaret. Sed enim, dixerit quispiam, si modo perturbationum ratio domina est, qui fit ut oblivionem et ignorantiam non regat? Quod quidem perridicule quæritur; quum non suis, sed corporis perturbationibus ratio imperet. Verbi causa, cupiditatem non potest quis nobis plane adimere; verum ut cupiditati servitutem non serviamus, id demum ratio præstare potest. Nec iram prorsus exstirpare ex animis nostris quis potest; at quominus iræ vincti tradamur, ratio suppetias potest ferre. Nec improbitatem omnino nobis evellere; sed ne improbitate flectamur, novit ratio auxiliari. Nam perturbationes ratio non evellit radicitus, sed concertando oppugnat. Id quod clarius adhuc percipere licet exemplo a Davidis siti petito. Quum toto die Davides suorum copiis stipatus cum barbaris confligeret, magnamque stragem ederet; appetente vespera,

λοὺς ἐξ αὐτῶν ἀποκτείνας ὁ Δαυὶδ μετὰ τοῦ ἔθνους στρατιωτῶν, τότε δὴ γενομένης ἑσπέρας, ἱδρῶν καὶ σφόδρα κεκμηκὼς ἐπὶ τὴν βασίλειον σκηνὴν ἦλθε, περὶ ἣν ὁ πᾶς τῶν προγόνων στρατὸς ἐστρατοπεδεύκει· οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἦσαν, ὁ δὲ βασιλεὺς ὡς μάλιστα διψῶν, καίπερ ἀφθόνους ἔχων πηγὰς, οὐκ ἠδύνατο δι' αὐτῶν ἰάσασθαι τὴν δίψαν, ἀλλά τις αὐτὸν ἀλόγιστος ἐπιθυμία τοῦ παρὰ τοῖς πολεμίοις ὕδατος ἐπιτείνουσα συνέφρυγε καὶ λύουσα κατέφλεγεν· ὅθεν τῶν ὑπερασπιστῶν ἐπὶ τῇ τοῦ βασιλέως δίψῃ σχετλιαζόντων, τρεῖς νεανίσκοι στρατιῶται καρτεροὶ, καταιδεσθέντες τὴν τοῦ βασιλέως ἐπιθυμίαν, τὰς παντευχίας καθωπλίσαντο, καὶ κάλπην λαβόντες ὑπερέβησαν τοὺς τῶν πολεμίων χάρακας· καὶ λαθόντες τοὺς τῶν πυλῶν ἀκροφύλακας, διεξῄεσαν, ἀνερευνώμενοι κατὰ πᾶν τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον, καὶ ἀνευράμενοι τὴν πηγὴν, ἐξ αὐτῆς θαρραλέως τῷ βασιλεῖ ἐκόμισαν. Ὁ δὲ καίπερ τῇ δίψῃ διαπυρούμενος ἐλογίσατο πάνδεινον εἶναι κίνδυνον ψυχῇ λογισθὲν ἰσοδύναμον ποτὸν αἵματι· ὅθεν ἀντιθεὶς τῇ ἐπιθυμίᾳ τὸν λογισμὸν, ἔσπεισε τὸ πόμα τῷ Θεῷ· δυνατὸς γὰρ ὁ σώφρων νοῦς νικῆσαι τὰς τῶν παθῶν ἀνάγκας καὶ σβέσαι τὰς τῶν οἴστρων φλεγμονὰς, καὶ τὰς τῶν σωμάτων ἀλγηδόνας καθ' ὑπερβολὴν οὔσας καταπαλαῖσαι, καὶ τῇ καλοκαγαθίᾳ τοῦ λογισμοῦ διαπτύσαι πάσας τὰς τῶν παθῶν ἐπικρατείας. Ἤδη δὲ καὶ ὁ καιρὸς ἡμᾶς καλεῖ ἐπὶ τὴν ἀπόδειξιν τῆς θεωρίας τοῦ σώφρονος λογισμοῦ.

δʹ. Ἐπειδὴ γὰρ βαθεῖαν εἰρήνην διὰ τὴν εὐνομίαν οἱ πατέρες ἡμῶν εἶχον καὶ ἔπραττον καλῶς, ὥστε καὶ τὸν τῆς Ἀσίας βασιλέα Σέλευκον τὸν Νικάνορα χρήματα εἰς τὴν ἱερουργίαν αὐτοῖς ἀφορίσαι, καὶ τὴν πολιτείαν αὐτῶν ἀποδέχεσθαι, τότε δή τινες πρὸς τὴν κοινὴν νεωτερίσαντες ὁμόνοιαν πολυτρόποις ἐχρήσαντο συμφοραῖς. Σίμων γάρ τις πρὸς Ὀνίαν ἀντιπολιτευόμενος, τὸν τότε τὴν ἀρχιερωσύνην ἔχοντα διὰ βίου, καλὸν καὶ ἀγαθὸν ἄνδρα, ἐπειδὴ πάντα τρόπον διαβάλλων ὑπὲρ τοῦ ἔθνους οὐκ ἴσχυσε κακῶσαι, φυγὰς ᾤχετο, τὴν πατρίδα προδώσων. Ὅθεν ἧκον ὡς Ἀπολλώνιον τὸν Συρίας τε καὶ Φοινίκης καὶ Κιλικίας στρατηγὸν ἔλεγεν· « εὔνους ὢν « τοῖς τοῦ βασιλέως πράγμασιν ἥκω, μηνύσων πολλὰς « ἰδιωτικῶν χρημάτων μυριάδας ἐν τοῖς Ἱεροσολύμων « γαζοφυλακίοις τεθησαυρίσθαι, τῷ ἱερῷ μὴ ἐπικοινω- « νούσας, καὶ προσήκειν ταῦτα Σελεύκῳ τῷ βασιλεῖ. » Τούτων δὲ ἕκαστα γνοὺς ὁ Ἀπολλώνιος τὸν μὲν Σίμωνα τῆς εἰς τὸν βασιλέα κηδεμονίας ἐπῄνει, πρὸς δὲ τὸν Σέλευκον ἀναβὰς κατεμήνυσε τὸν τῶν χρημάτων θησαυρόν· καὶ λαβὼν τὴν περὶ αὐτῶν ἐξουσίαν ταχὺ εἰς τὴν πατρίδα ἡμῶν μετὰ τοῦ καταράτου Σίμωνος καὶ βαρυτάτου στρατοῦ ἀνέβη. Καὶ προσελθὼν ταῖς τοῦ βασιλέως ἐντολαῖς ἥκειν ἔλεγεν, ὅπως τὰ ἰδιωτικὰ τοῦ γαζοφυλακίου λάβοι χρήματα. Καὶ τοῦ ἔθνους πρὸς τὸν λόγον σχετλιάσαντος, ἀντιλέγοντός τε, πάνδεινον εἶναι νομίσαντες εἰ οἱ τὰς παρακαταθήκας πιστεύσαντες τῷ ἱερῷ θησαυρῷ στερηθήσονται, ὡς οἷόντε ἦν ἐκώλυον.

sudore totus madens, et labore exhaustus, tentorium regium, quod totus majorum exercitus undique castrametatus munierat, pervenit. Mox alii omnes ad cœnam properare: rex vehementissima laborans siti, licet aquarum satis superque esset, sitim tamen illis sedare haud poterat: verum nescio quæ turbida eum ac bruta cupiditas aquæ hostium incessens, majorem in modum torruit ac inflammavit. Satellitibus itaque regis sitim miserantibus; terni juvenes, præstanti milites virtute, regis moti cupiditate, armis instructi undique ac muniti, sumpta situla, hostium vallo superato, clam portarum custodibus perruperunt, fontem hic illic per hostium castra disquirentes: quo reperto, aquam inde regi asportarunt. At ille, quamvis siti torreretur majorem in modum, longe gravissimum sibi ducebat periculum, si potum sanguini parem sumeret. Itaque opposita cupiditati ratione, potum libavit Deo. Mens siquidem temperata, perturbationum impetus vincere, libidinum flammas exstinguere, vehementissimos corporis dolores superare, omnes denique perturbationum dominatus rationis bonitate pessumdare valet. Sed jam tempus nos vocat ad propositam de temperata ratione quæstionem confirmandam.

4. Nam quum alta majores nostri pace justitiam æquitatemque colendo fruerentur, omnibusque florerent copiis, adeo ut rex Asiæ Seleucus Nicanor pecuniam illis in sacrificiorum usum largiretur, eorumque rempublicam probaret; tum civium quorundam perditorum novis rebus studentium scelere, quo communem concordiam labefactarent, in varias calamitates inciderunt. Quidam enim, Simon nomine, cum Onia, summo per vitam pontifice, viro sane integerrimo et optimo, cujus nulla vitæ pars labe aliqua poterat aspergi, inimicitias exercens, ubi omni calumniarum genere petitum, nullo incommodo per populum afficere potuit, patriam proditurus solum vertit. Unde ad Apollonium, Syriæ et Phœnices et Ciliciæ ducem, accedens dixit: « commodorum « regis studio impulsus venio, ut ingentem privatarum pe- « cuniarum vim in Hierosolymitanis gazophylaciis reconditam « esse indicem, quæ ad templum nihil spectent, sed « omnes ad Seleucum regem jure attineant. » His singillatim cognitis, Apollonius Simonis erga regem studium collaudavit; et ad regem profectus, rem omnem de thesauro exposuit; acceptaque a rege pecuniæ illius asportandæ facultate, ad patriam nostram illico una cum impuro Simone atque exercitu ingenti contendit. Seque eo advenisse significat regis jussu, privatarum gazophylacii pecuniarum accipiendarum causa. Tum populo ad hanc orationem ingemiscente et reclamante, indignum facinus esse existimante, ut qui deposita sacrosancto thesauro credidissent, iisdem

Μετὰ ἀπειλῶν δὲ ὁ Ἀπολλώνιος ἀπῄει εἰς τὸ ἱερόν. Τῶν δὲ ἱερέων μετὰ γυναικῶν καὶ παιδίων ἐν τῷ ἱερῷ ἱκετευσάντων τῷ Θεῷ ὑπερασπίσαι τοῦ ἱεροῦ καταφρονουμένου τοῦ τόπου, ἀνιόντος τε μετὰ καθωπλισμένης τῆς στρατιᾶς τοῦ Ἀπολλωνίου πρὸς τὴν τῶν χρημάτων ἁρπαγὴν, οὐρανόθεν ἔφιπποι προὐφάνησαν ἄγγελοι περιαστράπτοντες τοῖς ὅπλοις καὶ πολὺν αὐτοῖς φόβον τε καὶ τρόμον ἐνῆκαν. Καταπεσὼν δὲ ἡμιθανὴς ὁ Ἀπολλώνιος ἐπὶ τὸν πάμφυλον τοῦ ἱεροῦ περίβολον, τὰς χεῖρας ἐξέτεινεν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ μετὰ δακρύων τοὺς Ἑβραίους παρεκάλει, ὅπως προσευξάμενοι περὶ αὐτοῦ τὸν οὐράνιον ἐξευμενίσωνται στρατόν. Τούτοις ἐπαχθεὶς τοῖς λόγοις Ὀνίας ὁ ἀρχιερεὺς, καίπερ ἄλλως εὐλαβηθεὶς μήποτε νομίσειεν ὁ βασιλεὺς Σέλευκος ἐξ ἀνθρωπίνης ἐπιβολῆς καὶ οὐ θείας δίκης ἀνῃρῆσθαι τὸν Ἀπολλώνιον, ηὔξατο περὶ αὐτοῦ. Καὶ ὁ μὲν παραδόξως διασωθεὶς ᾤχετο δηλώσων τῷ βασιλεῖ τὰ συμβάντα αὐτῷ. Τελευτήσαντος δὲ Σελεύκου τοῦ βασιλέως διαδέχεται τὴν ἀρχὴν Ἀντίοχος Ἐπιφανὴς υἱὸς αὐτοῦ, ἀνὴρ πάνδεινος καὶ ὑπερήφανος, ὃς καταλύσας τὸν Ὀνίαν τῆς ἀρχιερωσύνης, Ἰάσονα τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ κατέστησεν ἀρχιερέα, συνθέμενον δώσειν, εἰ ἐπιτρέψειεν αὐτῷ τὴν ἀρχὴν, κατ' ἐνιαυτὸν τάλαντα τρισχίλια ἑξακόσια ἑξήκοντα. Ὁ δὲ ἐπέτρεψεν αὐτῷ καὶ ἀρχιερᾶσθαι καὶ τοῦ ἔθνους ἀφηγεῖσθαι· ὃς καὶ ἐξεδιῄτησε τὸ ἔθνος καὶ ἐξεπολίτευσεν ἐπὶ πᾶσαν παρανομίαν· ὥστε μὴ μόνον ἐπ' αὐτῇ τῇ ἄκρᾳ τῆς πατρίδος ἡμῶν γυμνάσιον κατασκευάσαι, ἀλλὰ καὶ καταλῦσαι τὴν τοῦ ἱεροῦ κηδεμονίαν. Ἐφ' οἷς ἀγανακτήσασα ἡ θεία δίκη αὐτὸν αὐτοῖς τὸν Ἀντίοχον ἐπολέμωσεν. Ἐπειδὴ γὰρ πολεμῶν ἦν κατ' Αἴγυπτον Πτολεμαίῳ, ἤκουσέ τε ὅτι φήμης διαδοθείσης περὶ τοῦ τεθνάναι αὐτὸν, ὡς ἔνι μάλιστα χαίροιεν οἱ Ἱεροσολυμῖται, ταχέως ἐπ' αὐτοὺς ἀνέζευξεν. Καὶ ὡς ἐπόρθησεν αὐτοὺς, δόγμα ἔθετο, « ὅπως οἵτινες αὐτῶν φανεῖεν τῷ πατρίῳ « πολιτευόμενοι νόμῳ, κολασθέντες θάνοιεν. » Ἐπειδὴ δὲ κατὰ μηδένα τρόπον ἴσχυε καταλῦσαι διὰ τῶν δογμάτων τὴν εὐνομίαν τοῦ ἔθνους, ἀλλὰ πάσας τὰς ἀπειλὰς αὐτοῦ καὶ τιμωρίας ἑώρα καταλυομένας, ὥστε καὶ γυναῖκας, ὅτι περιέτεμνον παιδία, μετὰ τῶν βρεφῶν καταχρημνισθῆναι, προειδυίας ὅτι τοῦτο πείσονται· ἐπεὶ οὖν τὰ δόγματα αὐτοῦ κατεφρονεῖτο ὑπὸ τοῦ λαοῦ, αὐτὸς διὰ βασάνων ἕνα ἕκαστον ἠνάγκαζε μιαρῶν ἀπογευσαμένους ἐδεσμάτων ἐξόμνυσθαι τὸν Ἰουδαϊσμόν.

ε'. Προκαθίσας γέ τοι μετὰ τῶν συνέδρων ὁ τύραννος Ἀντίοχος ἐπί τινος ὑψηλοῦ τόπου, καὶ τῶν στρατευμάτων αὐτῷ παρεστηκότων κυκλόθεν ἐνόπλων, παρεκέλευσεν τοῖς δορυφόροις ἕνα ἕκαστον τῶν Ἑβραίων ἐπισπᾶσθαι καὶ κρεῶν ὑείων καὶ εἰδωλοθύτων ἀναγκάζειν ἀπογεύεσθαι· εἰ δέ τινες μὴ θέλοιεν μιαροφαγῆσαι, τούτους τροχισθέντας ἀναιρεθῆναι. Πολλῶν οὖν ἀναρπασθέντων ἐκ τοῦ ὄχλου, ἀνήρ τις ὀνόματι Ἐλεάζαρος, τὸ γένος ἱερεὺς, τὴν ἐπιστήμην νομικὸς, καὶ τὴν ἡλικίαν προήκων, καὶ πολλοῖς τῶν περὶ τὸν τύραννον διὰ τὴν ἡλικίαν γνώριμος, παρήχθη πλησίον αὐτοῦ. Καὶ ἰδὼν αὐτὸν ὁ

fraudarentur; ut poterant obstabant. Apollonius autem in templum non sine minis perrumpit. Quumque sacerdotes una cum conjugibus ac liberis in templo supplicarent Deo, ut sacrosanctum locum tam indigne violatum tueri vellet : Apollonio, cum armata manu ad pecuniam diripiendam ascendenti, ecce angeli equis vecti cœlitus apparent, armis undique fulgurantes; qui non mediocrem terrorem horroremque illis incussere. Semianimis autem Apollonius in templi porticum exteriorem, cunctis patentem nationibus, corruens, manus in cœlum sustulit, et flens Hebræos orabat, ut precibus pro ipso conceptis, cœlestem exercitum placarent. Quibus verbis Onias pontifex maximus motus, quanquam et alias veritus ne rex Seleucus Apollonium non tam divina vindicta quam humana fraude sublatum arbitraretur, preces pro eo concepit. Qui contra suam omniumque opinionem servatus abiit, regi indicaturus quæ ipsi acciderant. Mortuo autem Seleuco rege, succedit in imperium filius ejus Antiochus, homo insolens ac dirus : qui Oniam summo pontificatu exuit; fratremque illius Iasonem pontificem maximum creavit, qui cum eo pactus fuerat, ut, si pontificatum sibi deferret, talenta ei quotannis ter mille sexcenta et sexaginta penderet. Quapropter non modo pontificatum illi rex, sed et dominatum in populum detulit. Ille autem cives suos, ab avitis moribus, institutis, republica, legibus abductos, in omnem impuritatem præcipitavit : adeo ut non solum in fastigio patriæ nostræ gymnasium exstrueret, sed et templi curam aboleret. Quibus sceleribus divina ultio accensa illum ipsum Antiochum infensum illis ac hostem reddidit. Nam quum in Ægypto foret bellum Ptolemæo inferens, fando accepit, rumore de ipsius morte didito, Hierosolymitanos quanto maximo gaudio fuisse perfusos, expeditionem confestim contra eos suscepit. Quibus debellatis, edicta promulgavit, ut « si qui patriam legem observarent, morte « multarentur. » Verum ubi nullo modo edictis suis efficere poterat ut a lege natio illa descisceret, sed suas minas pœnasque omnes passim contemptas videret; adeo ut mulierculæ ob infantulos circumcisos, una cum filiolis, præcipitarentur, minime nesciæ hoc se perpessuras : quum, inquam, ejus edicta contemnerentur a populo, ipse tormentis cogebat unumquemque, impuris cibis degustatis, Judaicos ritus religionemque ejurare.

5. Quum itaque immanis iste tyrannus Antiochus cum assessoribus pro tribunali in excelso quodam loco sederet, armatis copiis undique astantibus; jubet ut cuique Hebræorum præputium attrahant, atque ut suillas carnes et immolatas simulacris victimas cogant quemque degustare; si qui de impuro esu recusarent, in rotam actos tollant. Jamque compluribus raptis e promiscua multitudine, vir quidam nomine Eleazarus, genere sacerdos, professione legisperitus, ætate grandis natu, multis eorum qui tyrannum circumstabant per ætatem notus, coram eo adductus

Ἀντίοχος ἔφη, « ἐγὼ πρὶν ἄρξασθαι τῶν κατὰ σοῦ βασάνων, ὦ πρεσβῦτα, συμβουλεύσω σοι ὅπως ἀπογευσάμενος ὑείων σώζοιο· αἰδοῦμαι γάρ σου καὶ τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν πολιὰν, ἣν μετὰ τοσοῦτον χρόνον ἔχων οὔ μοι δοκεῖς φιλοσοφεῖν, τῇ Ἰουδαίων χρώμενος θρησκείᾳ. Διὰ τί γὰρ, τῆς φύσεως κεχαρισμένης καλλίστην τὴν τοῦδε τοῦ ζώου σαρκοφαγίαν βδελύττῃ; καὶ γὰρ ἀνόητον τοῦτο δοκεῖ, τὸ μὴ ἀπολαύειν τῶν χωρὶς ὀνείδους ἡδέων, καὶ ἄδικον ἀποστρέφεσθαι τὰς τῆς φύσεως χάριτας. Σὺ δέ μοι καὶ ἀνοητότερον ποιήσειν δοκεῖς, εἰ κενοδοξῶν περὶ τὸ ἀληθὲς ἔτι κἀμοῦ καταφρονήσεις ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ τιμωρίᾳ. Οὐκ ἐξυπνώσεις ἀπὸ τῆς φιλοσοφίας ὑμῶν καὶ ἀποσκεδάσεις τῶν λογισμῶν σου τὸν λῆρον, καὶ ἄξιον τοῦ τῆς ἡλικίας ἀναλαβὼν φιλοσοφήσεις τὴν σύμφορον ἀλήθειαν, καὶ προσκυνήσας μου τὴν φιλάνθρωπον παρηγορίαν οἰκτειρήσεις τὸ σεαυτοῦ γῆρας; Καὶ γὰρ ἐνθυμήθητι ὡς εἰ καί τις ἐστὶ τῆσδε τῆς θρησκείας ὑμῶν ἐποπτικὴ δύναμις, συγγνωμονήσειεν ἄν σοι ἐπὶ πάσῃ τῇ δι' ἀνάγκην παρανομίᾳ γινομένῃ. » Τοῦτον οὖν τὸν τρόπον ἐπὶ τὴν ἔκθεσμον σαρκοφαγίαν ἐποτρύνοντος τοῦ τυράννου, λόγον ᾔτησεν ὁ Ἐλεάζαρος. Καὶ λαβὼν τοῦ λέγειν ἐξουσίαν ἤρξατο δημηγορεῖν, λέγων οὕτως· « ἡμεῖς, Ἀντίοχε, θείῳ πεπεισμένοι νόμῳ πολιτεύεσθαι, οὐδεμίαν ἀνάγκην βιαιοτέραν εἶναι νομίζομεν τῆς πρὸς τὸν νόμον ἡμῶν ἀπειθείας· διὸ δὴ κατ' οὐδένα τρόπον παρανομεῖν ἀξιοῦμεν. Καίτοι εἰ καὶ κατ' ἀλήθειαν μὴ ἦν ὁ νόμος ἡμῶν, ὡς σὺ ὑπολαμβάνεις, θεῖος, ἄλλως δὲ ἐνομίζομεν αὐτὸν εἶναι θεῖον, οὐδὲ οὕτως ἐξὸν ἦν ἡμῖν τὴν ἐπὶ τῇ εὐσεβείᾳ δόξαν ἀκυρῶσαι. Μὴ μικρὰν οὖν εἶναι νομίσῃς ταύτην, εἰ μιαροφαγήσαιμεν, ἁμαρτίαν· τὸ γὰρ ἐπὶ μικροῖς καὶ μεγάλοις παρανομεῖν ἰσοδύναμόν ἐστι· δι' ἑκατέρου γὰρ ὁ νόμος ὁμοίως ὑπερηφανεῖται. Χλευάζεις δὲ ἡμῶν τὴν φιλοσοφίαν, ὥσπερ οὐ μετ' εὐλογιστίας ἐν αὐτῇ βιούντων· σωφροσύνην τε γὰρ ἡμᾶς ἐκδιδάσκει, ὥστε πασῶν τῶν ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν κρατεῖν· καὶ ἀνδρείαν ἐξασκεῖ, ὥστε πάντα πόνον ἑκουσίως ὑπομένειν· καὶ δικαιοσύνην καὶ εὐσέβειαν παιδεύει, ὥστε μόνον τὸν ὄντα Θεὸν εὐσεβεῖν μεγαλοπρεπῶς. Διὸ οὐ μιαροφαγοῦμεν· πιστεύοντες γὰρ Θεοῦ καθεστάναι τὸν νόμον, οἴδαμεν ὅτι κατὰ φύσιν ἡμῖν συμπαθεῖ ὁ νομοθετῶν· ὁ τοῦ νόμου κτίστης, τὰ μὲν οἰκειωθησόμενα ἡμῶν ταῖς ψυχαῖς ἐπέτρεψεν ἐσθίειν, τὰ δὲ ἐναντιωθησόμενα ἐκώλυσε σαρκοφαγεῖν. Τυραννικὸν οὖν ἐστιν οὐ μόνον τὸ ἀναγκάζειν ἡμᾶς παρανομεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐσθίειν, ὅπως τῇ ἐχθίστῃ ἡμῶν μιαροφαγίᾳ ταύτῃ ἐπιγελάσῃς ἡμᾶς. Ἀλλ' οὐ γελάσεις κατ' ἐμοῦ τοῦτον τὸν γέλωτα· μὰ τοὺς ἱεροὺς τῶν προγόνων περὶ τοῦ φυλάξαι τὸν νόμον ὅρκους, οὐδ' ἂν ἐκκόψειάς μου τὰ ὄμματα καὶ τὰ σπλάγχνα τήξειας. Οὐχ οὕτως εἰμὶ γέρων ἐγὼ καὶ ἄνανδρος ὑπάρχω, ὥστε μοι διὰ τὴν εὐσέβειαν μὴ νεάζειν τὸν λογισμόν. Πρὸς ταῦτα τροχοὺς εὐτρέπιζε καὶ τὸ πῦρ ἐκφύσα σφοδρότερον· οὐχ οὕτως οἰκτείρομαι τὸ ἐμαυτοῦ γῆρας, ὥστε

est. Quem conspicatus Antiochus, dixit : « ego tibi, o senex, auctor sum, ut, priusquam tormenta experiare, suilla carne gustata, saluti consulas tuæ : nam tuam et ætatem et canos revereor, quibus tanto jam tempore aspersus, mihi certe, cum Judæorum superstitionem colas, sapere non videris. Quamobrem enim, quæso, natura præsertim hoc largiente, optimum hujusce animantis esum detestaris? nam rebus jucundis, a quibus abest probrum, frui nolle, delirum profecto ac stupidum est; quin et iniquum videtur, optimæ parentis naturæ dona aspernari. Tu autem multo mihi stultius videris facturus, si ad inanem de veritate opinionem mei etiam tuo cruciatui contemptum adjeceris. Nonne e nugaci ista vestra philosophia tandem aliquando evigilabis, cogitationumque tuarum gerras germanas dispelles, et dignam istac ætate mentem indues ut commodæ veritatis studio te dedas; meam denique tam benignam adhortationem amplexus, tuæ saltem senectutis miserebere? Sic enim apud te cogites velim, si modo aliquod sit numen, cui ista superstitio sit curæ, illud facile procul dubio hanc tibi noxam, quam necessitate coactus admiseris, condonaturum. » Quum istiusmodi oratione ad nefarias epulas tyrannus invitasset, Eleazarus, dicendi facultate orata et exorata, verba facere ita cœpit : « nos, Antioche, qui divinæ legi nomen dedimus nullam censemus violentiorem esse necessitatem, quam ut legi nostræ non obtemperemus. Quo fit ut nullo modo nobis legem violandam existimemus. Quanquam si revera non esset, uti tu auguraris, lex nostra divinitus data, sed opinionis errore divinam esse crederemus; ne sic quidem nobis fas esset susceptam semel de pietate sententiam deponere et abjicere. Noli igitur putare, leve hoc fore peccatum, si rebus impuris vescamur. Nam sive in magnis, sive in parvis, legem violare perinde est · quum utrocunque modo legis auctoritas conculcetur. Nostram vero tu philosophiam ludos facis, quasi eam non convenienter rectæ rationi sectemur ac colamus. Quæ tamen nos temperantiam docet, ut omnibus voluptatibus cupiditatibusque imperemus; et fortitudinis præceptis excolit, ut nullum non laborem sponte subeamus : justitia quoque et pietate imbuit, ut verum Deum, qui unus est, rite et magnifice colamus. Quocirca nullo modo adduci possumus, ut impuris cibis vescamur : quum habeamus persuasum, divinitus hanc legem esse constitutam; sitque nobis cognitum et exploratum, hujusce legis auctorem, utpote nostræ naturæ probe conscium, quæ quidem nostris animis convenientia judicaret, ea nobis comedenda concessisse ; quæ autem repugnantia, eorum usu nobis interdixisse. Crudele ergo est atque immane, non solum ad legem nos violandam, sed et ad vescendum, quo nostrum hunc ciborum impurorum esum odiosissimum irrideas, cogere. At hoc tu me risu nequaquam excipies, sacrosancta majorum de lege observanda fœdera testor : ne si oculos quidem mihi effoderis, et liquefeceris viscera. Non sum, non sum adeo senex et imbecillus, ut mihi ratio pietatis causa non juvenescat. Para contra hæc rotas, ignemque vehementius incende. Haudquaquam ita me meæ senectutis miseret, ut patriam legem illius

« με δι' αὐτοῦ τὸν πάτριον καταλῦσαι νόμον. Οὐ ψεύ« σομαί σε, παιδευτὰ νόμε, οὐδ' ἐξομοῦμαί σε, φίλη « ἐγκράτεια, οὐδὲ καταισχυνῶ σε, φιλόσοφε λόγε, οὐδ' « ἐξαρνήσομαί σε, ἱερωσύνη τιμία, καὶ νομοθεσίας ἐπι« στήμη· οὐδὲ μιανεῖ μου τὸ σεμνὸν γῆρας στόμα, οὐδὲ « νομίμου βίου ἡλικίαν· ἁγνὸν δέ με εἰσδέξονται οἱ « πατέρες, μὴ φοβηθέντα σου τὰς μέχρι θανάτου ἀνάγ« κας. Ἀσεβῶν γάρ με τυραννήσεις· τῶν δὲ ἐμῶν ὑπὲρ « τῆς εὐσεβείας λογισμῶν οὔτε διὰ λόγων οὔτε δι' ἔργων « δεσπόσεις. »

« gratia sim deserturus. Te, o magistra lex, non frustrabo « nec te, carissima continentia, ejurabo; neque tibi, ratio « sapientissima, ero dedecori; neque te abnegabo, honoran« dum sacerdotium et legis prudentia; neque venerandam « senectutem et ex legis præstituto actam ætatem os con« taminabit unquam. Quin imo castum me et purum, tua « tormenta vel ad mortem usque nihil prorsus reformi« dantem, majores excipient. Utcunque nefaria in me et « immani diritate desævias : meas tamen de pietate tuenda « cogitationes nec verbis nec factis reges. »

ϛ' Τοῦτον τὸν τρόπον ἀντιρρητορεύσαντα ταῖς τοῦ τυράννου παρηγορίαις περιστάντες οἱ δορυφόροι πικρῶς ἔσυρον ἐπὶ τὰ βασανιστήρια τὸν Ἐλεάζαρον. Καὶ πρῶτον μὲν περιέδυσαν τὸν γηραιὸν ἐγκοσμούμενον τῇ περὶ τῆς εὐσεβείας εὐσχημοσύνῃ· ἔπειτα περιαγκωνίσαντες ἑκατέρωθεν, μάστιξι κατῄκιζον, « πείσθητι ταῖς τοῦ βασιλέως ἐντολαῖς » ἑτέρωθι κήρυκος ἐπιβοῶντος. Ὁ δὲ μεγαλόφρων καὶ εὐγενὴς ἀληθῶς Ἐλεάζαρος, ὥσπερ ἐν ὀνείρῳ βασανιζόμενος, κατ' οὐδένα τρόπον μετετρέπετο, ἀλλ' ὑψηλοὺς ἀνατείνας εἰς οὐρανὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπεξαίνετο ταῖς μάστιξι τὰς σάρκας ὁ γέρων, καὶ κατερρεῖτο τῷ αἵματι καὶ τὰ πλευρὰ κατετιτρώσκετο· καὶ πίπτων εἰς τοὔδαφος ἐκ τοῦ μηκέτι φέρειν τὸ σῶμα τὰς ἀλγηδόνας, ὀρθὸν εἶχε καὶ ἀκλινῆ τὸν λογισμόν. Λὰξ γέ τοι τῶν πικρῶν τις δορυφόρων εἰς τοὺς κενεῶνας ἐναλλόμενος ἔτυπτεν, ὅπως ἐξανίσταιτο πίπτων· ὁ δὲ τυπτόμενος ὑπέμενε τοὺς πόνους καὶ περιεφρόνει τῆς ἀνάγκης, καὶ διεκαρτέρει τοὺς αἰκισμούς, καὶ ὡς γενναῖος ἀθλητὴς ὁ γέρων ἐνίκα τοὺς βασανίζοντας· ἱδρῶν δὲ τὸ πρόσωπον καὶ σφόδρα ἐπασθμαίνων καὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν βασανιστῶν ἐθαυμάζετο τὴν εὐψυχίαν. Ὅθεν τὰ μὲν ἐλεοῦντες τὰ τοῦ γήρως αὐτοῦ, τὰ δὲ ἐν συμπαθείᾳ διὰ τὴν συνήθειαν ὄντες, τὰ δὲ ἐν θαυμασμῷ τῆς καρτερίας, προσιόντες αὐτῷ τινες τῶν τοῦ βασιλέως ἔλεγον· « τί τοῖς κακοῖς τούτοις σεαυ« τὸν ἀλογίστως παραβάλλεις, Ἐλεάζαρε; ἡμεῖς μέν σοι « τῶν ἡψημένων κρεῶν παραθήσομεν, σὺ δὲ ὑποκρινό« μενος τῶν ὑείων ἀπογεύσασθαι, σώθητι. » ὁ δὲ ὡς πικρότερον αἰκισθεὶς διὰ τῆς συμβουλείας ἔκραζε λέγων· « μὴ γένοιτο ἵνα οὕτω κακῶς φρονήσωμεν οἱ παῖδες « Ἀβραάμ, ὥστε μαλακοψυχήσαντας ἀπρεπὲς ἡμῖν « δρᾶμα ὑποκρίνασθαι. Καὶ γὰρ ἀλόγιστον εἰ πρὸς ἀλή« θειαν ζήσαντες τὸν μέχρι γήρως βίον καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ « δόξαν νομίμως φυλάξαντες, νῦν μεταβαλοίμεθα, καὶ αὐ« τοὶ μὲν ἡμεῖς γενοίμεθα τοῖς νέοις ἀσεβείας τύπος, ἵνα « καὶ παράδειγμα γενώμεθα τῆς μιαροφαγίας, αἰσχρὸν « δὲ ἐπιβιώσωμεν ὀλίγον χρόνον καὶ τοῦτον καταγελώ« μενοι πρὸς ἁπάντων ἐπὶ τῇ δειλίᾳ, καὶ ὑπὸ μὲν τοῦ « τυράννου ὡς ἄνανδροι καταφρονηθῶμεν, τὸν δὲ θεῖον « ἡμῶν νόμον μὴ μέχρι θανάτου προσαπίσαιμεν. Πρὸς « ταῦτα ὑμεῖς μέν, ὦ Ἀβραὰμ παῖδες, εὐγενῶς ὑπὲρ « τῆς εὐσεβείας τελευτᾶτε, οἱ δὲ τοῦ τυράννου δορυφό« ροι, τί μέλλετε; » Ἰδόντες οὖν αὐτὸν οὕτω πρὸς τὰς ἀνάγκας μεγαλοφρονούμενον, καὶ μηδὲ πρὸς τὸν οἰ-

6. Ita tyranni adhortationi respondentem circumstantes satellites ad tormenta Eleazarum traxerunt crudelissime. Ac primum vestibus senem exuunt, splendido pietatis habitu ornatissimum : dein brachiis a tergo utrinque ligatis cædunt flagris, præcone ab altera parte magna voce clamante, « regis mandato obtempera. » Magnanimus interea et vere generosus Eleazarus, quasi in somnio cruciaretur, de sententia minime dimovebatur; sed oculis sublime in cœlum erectis, caro seni flagris discerpebatur et inundabat sanguine, et latera vulneribus conficiebantur : et quum jam corpusculum dolorum acerbitati diutius ferendæ esset impar, erecta interim et stabili et immota ratione perstante, humi concidit. Tum satellitum nescio quis calce ad ilia irruens percussit, ut lapsus exsurgeret. Ille vero ictus, dolorum asperitatem invicto animo pertulit, molestiam contempsit, verberum atrocitatem constanter toleravit; fortisque athletæ instar, senex vicit carnifices. Manante jam per vultum sudore, spirandique difficultate graviter opprimente, ejus animi magnitudo ipsis tortoribus fuit admirationi : adeo ut decrepitæ ætatis miseratione tacti, partim ob veterem necessitudinem condolentes, partim constantia obstupescentes, quidam regis satellitum, ad eum accedentes, sic alloquerentur : « quid te, malum, Eleazare, in « has ærumnas tam inconsiderate ac temere conjicis? Quin « potius nos tibi elixas carnes suillas apponemus : quas tu « gustare præ te feres, ut vitæ tuæ consulas. » Ille autem, quasi his monitis acerbiore contumelia affectus, vociferabatur : « absit, absit ut Abrahami posteri ita deliremus, ut « animo remisso et abjecto personam nostræ dignitati mi« nus convenientem sustineamus. Nam plane videtur a « ratione alienum et abhorrens, ut tota ætate ad extremam « usque senectutem convenienter veritati acta, perstante « ejus etiam gloria integra et illibata, nunc demum de sen« tentia discedamus : neque ipsi impietatis exemplar, im« pura dape gustata, juventuti proponamus; et quod vitæ « reliquum est, turpiter atque ignominiose transigamus, « idque nostra timiditate ab omnibus derisa; a tyranno « quoque ipso ut imbecilli, contemnamur; pro divina de« nique lege nostra non ad mortem usque propugnemus. « Vos igitur, qui genus ab Abrahamo ducitis, his spretis ac « contemptis, fortiter animoseque pietatis causa mortem « oppetite; vos autem, regis satellites, quid statis, quid « cunctamini? » Quum itaque viderent illum tam excelso animo suppliciorum gravitatem infra se ducere ac despicere,

κτιρμὸν αὐτῶν μεταβαλλόμενον, ἐπὶ τὸ πῦρ ἀνῆγον. Ἔνθα διὰ κακοτέχνων ὀργάνων καταφλέγοντες αὐτὸν ὑπέρριπτον καὶ δυσώδεις χυλοὺς εἰς τοὺς μυκτῆρας αὐτοῦ κατέχεον. Ὁ δὲ μέχρι τῶν ὀστέων ἤδη κατακεκαυμένος καὶ μέλλων λιποθυμεῖν, ἀνατείνας τὰ ὄμματα πρὸς τὸν Θεὸν, εἶπε· « σὺ οἶσθα, Θεὲ, ὅτι, παρόν « μοι σώζεσθαι, βασάνοις καυστικαῖς ἀποθνήσκω διὰ « τὸν νόμον. Τοιγαροῦν ἵλεως γενοῦ τῷ ἔθνει σου, ἀρ« κεσθεὶς τῇ ἡμετέρᾳ ὑπὲρ αὐτῶν δίκῃ, καθάρσιον αὐ« τῶν ποίησαι τὸ ἐμὸν αἷμα, καὶ ἀντὶ ψυχῶν αὐτῶν λαβὲ « τὴν ἐμὴν ψυχήν. » Καὶ ταῦτα εἰπὼν ὁ ἱερὸς ἀνὴρ εὐγενῶς ταῖς βασάνοις ἐναπέθανε, καὶ μέχρι τῶν τοῦ θανάτου βασάνων ἀντέστη τῷ λογισμῷ διὰ τὸν νόμον. Ὁμολογουμένως οὖν δεσπότης τῶν παθῶν ἐστιν ὁ εὐσεβὴς λογισμός. Εἰ γὰρ τὰ πάθη τοῦ λογισμοῦ ἐκεκρατήκει, τούτοις ἂν ἀπεδόμην τὴν ἐπικρατείας μαρτυρίαν· νυνὶ δὲ τοῦ λογισμοῦ τὰ πάθη νικήσαντος, αὐτῷ προσηκόντως τὴν τῆς ἡγεμονίας προσνέμομεν ἐξουσίαν. Καὶ δίκαιόν ἐστιν ὁμολογεῖν ἡμᾶς τὸ κράτος εἶναι τοῦ λογισμοῦ, ὅπου γε καὶ τῶν ἔξωθεν ἀλγηδόνων ἐπικρατεῖ· ἐπεὶ καὶ γελοῖον· καὶ οὐ μόνον τῶν ἀλγηδόνων ἐπιδείκνυμι κεκρατηκέναι τὸν λογισμὸν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἡδονῶν κρατεῖν καὶ μηδὲ αὐταῖς ὑπείκειν.

ζʹ. Ὥσπερ γὰρ ἄριστος κυβερνήτης ὁ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἐλεαζάρου λογισμὸς πηδαλιουχῶν τὴν τῆς εὐσεβείας ναῦν ἐν τῷ τῶν παθῶν πελάγει, καὶ καταικιζόμενος ταῖς τοῦ τυράννου ἀπειλαῖς καὶ καταντλούμενος ταῖς τῶν βασάνων τρικυμίαις, κατ' οὐδένα τρόπον ἔτρεψε τοὺς τῆς εὐσεβείας οἴακας, ἕως οὗ ἔπλευσεν ἐπὶ τὸν τῆς ἀθανάτου νίκης λιμένα. Οὐχ οὕτω πόλις πολλοῖς καὶ ποικίλοις μηχανήμασιν ἀντέσχε ποτὲ πολιορκουμένη, ὡς ὁ πανάγιος Ἐλεάζαρος τὴν ἱερὰν ψυχὴν αἰκισμοῖς τε καὶ στρέβλαις πυρπολούμενος ἐνίκησε τοὺς πολιορκοῦντας διὰ τὸν ὑπερασπίζοντα τῆς εὐσεβείας λογισμόν· ὥσπερ γὰρ πρόκρημνον ἄκραν τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν ὁ πατὴρ Ἐλεάζαρος ἐκτείνας περιέκλασε τοὺς ἐπιμαινομένους τῶν παθῶν κλύδωνας. Ὦ ἄξιε τῆς ἱερωσύνης ἱερεῦ, οὐκ ἐμίανας τοὺς ἱεροὺς ὀδόντας, οὐδὲ τὴν θεοσέβειαν χωρήσασαν γαστέρα ἐκοίνωσας μιαροφαγίᾳ. Ὦ σύμφωνε νόμου καὶ φιλόσοφε θείου λόγου· τοιούτους δεῖ εἶναι τοὺς ἱερουργοῦντας τὸν νόμον ἰδίῳ αἵματι, καὶ γενναίῳ ἱδρῶτι τοῖς μέχρι θανάτου πάθεσιν ὑπερασπίζοντας. Σὺ, πάτερ, τὴν εὐνομίαν ἡμῶν διὰ τῶν ὑπομονῶν εἰς δόξαν ἐκύρωσας, καὶ τὴν ἁγιστείαν σεμνολογήσας οὐ κατέλυσας, καὶ διὰ τῶν ἔργων ἐπιστοποιήσας τοὺς τῆς θείας φιλοσοφίας λόγους, ὦ βασάνων βιαιότερε γέρων καὶ πυρὸς εὐτονώτερε πρέσβυ, καὶ μέγιστε παθῶν βασιλεῦ Ἐλεάζαρε. Ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ Ἀαρὼν τῷ θυμιατηρίῳ καθωπλισμένος διὰ τοῦ ἐθνοπλήκτου πυρὸς ἐπιτρέχων τὸν ἐμπυριστὴν ἐνίκησεν ἄγγελον, οὕτως ὁ Ἀαρωνίδης Ἐλεάζαρος διὰ τοῦ πυρὸς ὑπερτηκόμενος, οὐ μετετράπη τὸν λογισμόν· καὶ τὸ θαυμασιώτατον, γέρων ὢν, λελυμένων μὲν ἤδη τῶν τοῦ σώματος τόνων, περικεχαλασμένων δὲ

neque omnino ipsorum commiseratione mutari; igni imposuerunt. Quo eum conjiciebant admotis sonticis instrumentis ad ustulandum, et graveolentes succos in nares ei infundebant. Ille vero ad ossa usque jam combustus, et e vita mox emigraturus, oculis ad Deum sublatis, dixit: « tu probe nosti, o Deus, me legis tuæ causa, quum « salutis potestas oblata esset, tormentis flagrantibus vitam « finire. Quare meo, illorum nomine, supplicio con« tentus, genti tuæ propitius esto, sanguineque meo ex« piationem pro illis facito, et istam animulam loco anima« rum eorum accipito. » Quæ quum dixisset sanctissimus vir, intrepide atque animose in mediis cruciatibus vitam cum morte commutavit: atque ad extrema usque supplicia perturbationibus rationem legis gratia opposuit. Est igitur in confesso, piam rectamque rationem perturbationibus imperare. Nam si rationis perturbationes essent dominæ ac magistræ; consentaneum utique videretur, ut dominationis jus penes illas reperiri testimonio nostro confirmaremus. Jam vero quum ratio perturbationes vincat, par est ut principatum illi deferamus. Ac sane æquissimum est, nisi ridiculi esse velimus, imperium fateri rationis esse, quandoquidem molestias extrinsecus advenientes moderatur: neque molestias solum, sed et voluptates regit, uti demonstravi, neque ipsis omnino cedit.

7. Patris quippe nostri Eleazari ratio, scientissimi gubernatoris instar, clavum naviculæ pietatis in perturbationum pelago tenens, tyranni minis jactata et decumanis cruciatuum fluctibus obruta, pietatis gubernacula nullo modo convertit, donec immortalis victoriæ portum recto et secundo cursu appulit. Non ita solet unquam civitas multis variisque machinis obsessa resistere, ut sanctissimi Eleazari divinus animus, verberibus ac tormentis vastatus, hostes obsidentes, rationis pro pietate decertantis vi, debellavit: nam mente sua, quasi prærupte caute porrecta, pater Eleazarus insanos perturbationum fluctus dissipavit. O dignissime sacerdotio sacerdos! non polluisti sanctos dentes, nec ventrem, sacratos Deo cibos continere solitum, esca impura contaminasti. O astipulator legis, divinique verbi sectator! tales plane decet esse sacrificos, qui legem suo ipsorum sanguine ac generoso sudore, malis omnibus ad mortem usque exantlatis, asserere atque vindicare non dubitent. Tu, pater, juris nostri æquitatem tua tolerantia splendide confirmasti, et sacros ritus illustrans non abrogasti: re ipsa et factis divinæ philosophiæ præcepta et scita stabilivisti, o senex cruciatibus violentior, atque igne vehementior vetule, perturbationumque rex maxime Eleazare. Quemadmodum enim pater Aaron thuribulo instructus per ignem late grassantem in populum cursitando ustulatorem angelum devicit; sic Aaronides Eleazarus igne liquefactus a rationis constantia non decessit. Et, quod maxime mirum, jam senex, corporis vigore flaccido, vieta carne, fatigatis nervis, vi tamen rationis juvenilem denuo roboris firmitatem, spiritu animoque declaravit. O beatam senectutem, venerandam canitiem,

τῶν σαρκῶν, κεκμηκότων δὲ τῶν νεύρων, ἀνενέασε τῷ πνεύματι διὰ τοῦ λογισμοῦ. Ὦ μακαρίου γήρως καὶ σεμνῆς πολιᾶς καὶ βίου νομίμου, ὃν πιστὴ θανάτου σφραγὶς ἐτελείωσεν. Εἰ δὲ τοίνυν γέρων ἀνὴρ τῶν μέχρι θανάτου βασάνων περιεώρα δι' εὐσέβειαν, ὁμολογουμένως ἡγεμών ἐστι τῶν παθῶν ὁ εὐσεβὴς λογισμός. Ἴσως δ' ἂν εἴποιέν τινες, τῶν παθῶν οὐ πάντες ἐπικρατοῦσιν, ὅτι μηδὲ πάντες φρόνιμον ἔχουσι τὸν λογισμόν. Ἀλλ' ὅσοι ἔχονται τῆς εὐσεβείας, τὸν λογισμὸν φρόνιμον ἔχειν ἐξ ὅλης καρδίας προνοοῦσι· καὶ αὐτοὶ μόνοι δύνανται κρατεῖν τῶν τῆς σαρκὸς παθῶν. Οὐδὲν οὖν ἐναντιοῦσθαι φαίνεται διὰ τὸν ἀσθενῆ λογισμόν· ἐπεὶ τίς πρὸς ὅλον τὸν τῆς φιλοσοφίας κανόνα φιλοσοφῶν, καὶ πεπιστευκὼς τῷ Θεῷ, καὶ εἰδὼς ὅτι τὸ δι' ἀρετὴν πάντα πόνον ὑπομένειν μακάριόν ἐστιν, οὐκ ἂν περικρατήσειε τῶν παθῶν διὰ τὴν θεοσέβειαν; μόνος γὰρ ὁ σοφὸς καὶ ἀνδρεῖός ἐστι καὶ τῶν παθῶν κύριος.

η'. Διὰ τοῦτό γέ τοι καὶ μειρακίσκοι τῷ τῆς εὐσεβείας λογισμῷ φιλοσοφοῦντες χαλεπωτέρων βασανιστηρίων ἐπεκράτησαν. Ἐπειδὴ γὰρ κατὰ τὴν πρώτην πεῖραν ἐνικήθη περιφανῶς ὁ τύραννος, μὴ δυνηθεὶς ἀναγκάσαι γέροντα μιαροφαγῆσαι, τότε σφόδρα περιπαθῶς ἐκέλευσεν ἄλλους ἐκ τῆς τῶν Ἑβραίων λείας ἀγαγεῖν, καὶ εἰ μὲν μιαροφαγήσαιεν, ἀπολύειν φαγόντας· εἰ δὲ ἀντιλέγοιεν, πικρότερον βασανίζειν. Ταῦτα διαταξαμένου τοῦ τυράννου, παρῆσαν ἀγόμενοι μετὰ γηραιᾶς μητρὸς ἑπτὰ ἀδελφοὶ καλοί τε καὶ αἰδήμονες καὶ γενναῖοι καὶ τὸν Θεὸν φοβούμενοι καὶ ἐν παντὶ χαρίεντες. Οὓς ἰδὼν ὁ τύραννος καθάπερ ἐν χορῷ μέσην τὴν μητέρα περιέχοντας, ἥσθη τε ἐπ' αὐτοῖς καὶ τῆς εὐπρεπείας ἐκπλαγεὶς καὶ τῆς εὐγενείας προσεμειδίασεν αὐτοῖς, καὶ πλησίον καλέσας ἔφη· « ὦ νεανίαι, φιλοφρόνως ἐγὼ ἑνὸς ἑκάστου ὑμῶν τὸ κάλλος θαυμάζω· καὶ τὸ πλῆθος τοσούτων ἀδελφῶν ὑπερτιμῶν, οὐ μόνον συμβουλεύω μὴ μανῆναι τὴν αὐτὴν τῷ προβασανισθέντι γέροντι μανίαν, ἀλλὰ καὶ παρακαλῶ συνείξαντάς μου τῇ συμβουλίᾳ τῆς ἐμῆς ἀπολαύειν φιλίας. Δυναίμην γὰρ ἂν ὥσπερ κολάζειν τοὺς ἀπειθοῦντάς μου τοῖς ἐπιτάγμασιν, οὕτω καὶ εὐεργετεῖν τοὺς εὐπειθοῦντάς μοι. Πεισθέντες οὖν μοι καὶ ἀρχὰς καὶ ἐπὶ τῶν ἐμῶν πραγμάτων ἡγεμονίας λήψεσθε, ἀρνηθέντες τὸν πάτριον ὑμῶν τῆς πολιτείας θεσμὸν, καὶ μεταλαβόντες Ἑλληνικοῦ βίου καὶ μεταδιαιτηθέντες ἐντρυφήσατε ταῖς νεότησιν ὑμῶν· ἐπεὶ, ἐὰν ὀργίλως με διαθῆσθε διὰ τῆς ἀπειθείας, ἀναγκάσετέ με ἐπὶ δειναῖς κολάσεσιν ἕνα ἕκαστον ὑμῶν διὰ τῶν βασάνων ἀπολέσαι. Κατελεήσατε οὖν ἑαυτοὺς, οὓς καὶ ὁ πολέμιος ἔγωγε καὶ τῆς ἡλικίας καὶ τῆς εὐμορφίας οἰκτείρομαι, καὶ διαλογίσασθε τοῦθ' ὅτι οὐδὲν ὑμῖν ἀπειθήσασι, πλὴν τοῦ μετὰ στρεβλῶν ἀποθανεῖν, ἀπόκειται. » Ταῦτα δὲ εἰπὼν ἐκέλευσεν εἰς τοὔμπροσθεν τεθῆναι τὰ βασανιστήρια, ὅπως καὶ διὰ τοῦ φόβου πείσειεν αὐτοὺς μιαροφαγῆσαι. Ὡς δὲ τροχούς τε καὶ χεῖρας σιδηρᾶς καὶ ἀρθρέμβολα, στρεβλωτήριά τε καὶ

vitamque sanctissimam, quam fidum mortis clausit sigillum. Quodsi igitur senex, pietatis asserendæ gratia, summos dolores ad mortem usque contempsit; negari certe non potest, rectam piamque rationem perturbationibus imperare. At enim, dicet aliquis, omnes non possunt perturbationibus imperare, quum prudens ratio non omnibus insit. Sed qui pietatem colunt, illi demum totis viribus satagunt ut prudentis sint rationis compotes : qui quidem soli corporis perturbationibus imperare possunt. Ergo in rationis imbecillitate diversitas sita non est. Nam quis tandem mortalium, universa philosophiæ norma sibi proposita, et fide in Deum fixa; cui pro comperto sit, nullum virtutis gratia laborem non adire ac perferre, beati ac felicis hominis esse : pietatis causa perturbationes non domet? Solus siquidem sapiens et fortis est, et perturbationum dominus.

8. Unde factum est ut adolescentuli, qui pietatis rationi nomen dederant, graviores cruciatus superarent. Victo siquidem plane tyranno primo illo periculo, quum ad nefarias dapes senem adigere non posset; tum magno iræ jactatus æstu, alios ex Hebræorum præda adduci jussit : qui si impuras dapes gustarent, dimitterentur; sin recusarent, torquerentur acerbius. Quæ ubi præcepit tyrannus, fratres una cum matre grandæva septem, corporis dignitate illustres, verecundi, magnanimi, pii, omnique decore et gratia splendidi, raptabantur. Quos ut vidit tyrannus, matrem mediam quasi choro circumdantes, lætabatur aspectu, corporisque dignitatem atque elegantiam summopere admiratus, blande eis arrisit, et ad se vocatos hac oratione delinivit : « dignitatem ego uniuscujusque vestrûm, o præstantissimi juvenes, amo atque admiror : multitudinemque tot fratrum faciens maximi, auctor vobis sum, non solum ut senis modo cruciati insaniam vobis imitandam non putetis; sed hortor etiam ut meo consilio morem gerentes, mea frui amicitia velitis. Nam ut meis mandatis refragantes castigare, sic mihi obtemperantes beneficiis cumulare possum. Quare mea jussa facessite, ut rebus ego vos meis principes duces que præficiam : patrio vivendi more et ritu derelicto, Græcam vitæ rationem ineuntes atque amplexi juventutis vestræ deliciis fruamini. Quodsi bilem mihi vestra contumacia moveritis, cogetis invitum diris ac immanibus suppliciis unumquemque vestrûm perdere. Ergo vos ipsos misereamini, quos ego hostis, et ætatis flore et formæ præstantia motus, misereor : neque quicquam aliud contumaciæ vestræ asservari cogitate, quam ut tormentis miserrime pereatis. » Quæ quum dixisset, tormenta in medium afferri jubet, ut vel metu illos ad profanas escas gustandas impelleret. Prolatis jam a satellitio rotis, manicis ferreis, equuleo, fidiculis, uncis, catapultis, lebetibus, sartaginibus, digitalibus, cuneis, et folli-

τροχαντῆρας καὶ καταπέλτας καὶ λέβητας, τήγανά τε καὶ δακτυλήθρας καὶ σφῆνας καὶ τὰ ζώπυρα τοῦ πυρὸς οἱ δορυφόροι προέθεσαν, ὑπολαβὼν ὁ τύραννος ἔφη, « μειράκια, φοβήθετε, καὶ ἣν σέβεσθε δίκην ἵλεως ὑμῖν ἔσται δι' ἀνάγκην παρανομήσασιν. » Οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐπαγωγὰ ῥήματα καὶ ὁρῶντες δεινὰ, οὐ μόνον οὐκ ἐφοβήθησαν, ἀλλὰ καὶ ἀντεφιλοσόφησαν τῷ τυράννῳ, καὶ διὰ τῆς εὐλογιστίας τὴν τυραννίδα αὐτοῦ κατέλυσαν. Καὶ τί λογισώμεθα; εἰ δειλόψυχοί τινες ἦσαν καὶ ἄνανδροι ἐν αὐτοῖς, ποίοις ἂν ἐχρήσαντο τοῖς λόγοις; οὐχὶ τούτοις; « ὦ τάλανες ἡμεῖς καὶ λίαν ἀνόητοι, βασιλέως ἡμᾶς παρακαλοῦντος καὶ ἐπὶ εὐεργεσίᾳ καλοῦντος, εἰ πεισθείημεν αὐτῷ· τί τοῖς βουλεύμασι κενοῖς ἑαυτοὺς εὐφραίνομεν καὶ θανατηφόρον ἀπείθειαν τολμῶμεν; οὐ φοβηθησόμεθα, ἄνδρες ἀδελφοὶ, τὰ βασανιστήρια, καὶ λογιούμεθα τὰς τῶν βασάνων ἀπειλὰς, καὶ φευξόμεθα τὴν κενοδοξίαν ταύτην καὶ ὀλεθροφόρον ἀλαζονείαν; ἐλεήσωμεν τὰς ἑαυτῶν ἡλικίας, καὶ κατοικτειρήσωμεν τὸ τῆς μητρὸς γῆρας· καὶ ἐνθυμηθῶμεν ὅτι ἀπειθοῦντες τεθνηξόμεθα· συγγνώσεται δὲ ἡμῖν καὶ ἡ θεία δίκη δι' ἀνάγκην τὸν βασιλέα φοβηθεῖσι. Τί ἐξάγομεν ἑαυτοὺς τοῦ ἡδίστου βίου, καὶ ἀποστεροῦμεν ἑαυτοὺς τοῦ γλυκέος κόσμου; Μὴ βιαζώμεθα τὴν ἀνάγκην, μηδὲ φιλοδοξήσωμεν ἐπὶ τῇ ἑαυτῶν στρέβλῃ. Οὐδ' αὐτὸς ὁ νόμος ἀκουσίους ἡμᾶς θανατοῖ, φοβηθέντας τὰ βασανιστήρια. Πόθεν ἡμῖν ἡ τοσαύτη ἐντέτηκε φιλονεικία καὶ ἡ θανατηφόρος ἀρέσκει καρτερία, παρὸν μετ' ἀδείας ζῆν τῷ βασιλεῖ πεισθέντας; » Ἀλλὰ τούτων οὐδὲν εἶπον οἱ νεανίαι βασανίζεσθαι μέλλοντες, οὐδ' ἐνεθυμήθησαν· ἦσαν γὰρ περίφρονες τῶν παθῶν καὶ αὐτοκράτορες τῶν ἀλγηδόνων. ὥστε ἅμα τῷ παύσασθαι τὸν τύραννον συμβουλεύοντα αὐτοῖς τοῦ μιαροφαγῆσαι, πάντες διὰ μιᾶς φωνῆς ὁμοῦ, ὥσπερ ἀπὸ τῆς αὐτῆς ψυχῆς, εἶπον πρὸς αὐτόν·

θ'. « Τί μέλλεις, ὦ τύραννε; σὺ ὄψει τί ποιεῖν προαιρῇ. ἕτοιμοι γάρ ἐσμεν ἀποθνήσκειν, ἢ παραβαίνειν τὰς πατρίους ἡμῶν ἐντολάς. Αἰσχυνόμεθα γὰρ καὶ τοὺς προγόνους εἰκότως, εἰ μὴ τῇ τοῦ νόμου εὐπειθείᾳ καὶ συμβούλῳ Μωϋσῇ χρησαίμεθα. Μὴ συμβούλευε, τύραννε, παρανομίας· μὴ ἡμᾶς μισῶν ὑπὲρ ἑαυτοὺς ἡμᾶς ἐλεῆσαι· χαλεπώτερον γὰρ αὐτοῦ τοῦ θανάτου νομίζομεν εἶναί σου τὸν ἐπὶ τῇ παρανόμῳ σωτηρίᾳ ἡμῶν ἔλεον. Ἐχφοβεῖς δὲ ἡμᾶς, τὸν διὰ τῶν βασάνων ἡμῖν θάνατον ἀπειλῶν, ὥσπερ οὐχὶ πρὸ βραχέος παρ' Ἐλεαζάρου μαθών. Εἰ δὲ οἱ γέροντες τῶν Ἑβραίων διὰ τὴν εὐσέβειαν καὶ βασανισμοὺς ὑπομείναντες εὐσέβησαν, ἀποθάνοιμεν ἂν δικαιότερον ἡμεῖς οἱ νέοι, τὰς βασάνους τῶν σῶν ἀναγκῶν ὑπεριδόντες, ἃς καὶ ὁ παιδευτὴς ἡμῶν γέρων ἐνίκησε. Πείραζε τοιγαροῦν, τύραννε. καὶ τὰς ἡμῶν ψυχὰς, εἰ θανατώσεις διὰ τὴν εὐσέβειαν, μὴ νομίσῃς ἡμᾶς βλάπτειν βασανίζων. ἡμεῖς μὲν γὰρ διὰ τῆσδε τῆς κακοπαθείας καὶ ὑπομονῆς τὰ τῆς ἀρετῆς ἆθλα οἴσομεν, καὶ ἐσόμεθα παρὰ Θεῷ, δι' ὃν καὶ πά-

bus; ita tyrannus infit, « horrete, adolescentuli : ignoscet procul dubio vobis, quod colitis, numen, necessitate ad legem violandam coactis. » Illi autem tantis verborum illecebris auditis, tormentorumque diritate proposita, non modo non reformidarunt, sed etiam tyranno reclamarunt, suaque prudenti ratione tyrannidem illius sustulerunt. Quid censemus? si parvo abjectoque animo fuissent, qua tandem eos oratione usuros existimamus? nonne tali? « o nos miseros et amentes, rege nos ultro hortante atque beneficio invitante, si dicto erimus audientes : quid inanissimis istis consiliis nos oblectamus, et perniciosam contumaciam temere amplexamur? nonne tormenta, fratres, perhorrescenda, et cruciatuum minæ ponderandæ, frivola ista gloriola, exitiosaque arrogantia deponenda tandem aliquando videtur? Misereamur nostram ætatulam, matrisque senectutem misereamur. Serio cogitemus immorigeris nobis præsentissimam mortem impendere : divina autem justitia necessitate regem veritis ignoscet. Quid suavissimæ hujusce vitæ usuram nobis negamus? quid jucundissimi mundi amœnitate nosmet fraudamus? Ne obluctemur necessitati, neque ex nostro ipsorum cruciatu gloriam aucupemur. Ne lex quidem ipsa id quod inviti, tormentorum metu, fecerimus, morte mulctat. Unde nam tanta hæc nobis pervicacia? Quorsum ista nobis letalis constantia allubescit, quum, si regem audiemus, secure detur vivere? » Sed nihil horum juvenes, jamjam cruciandi, aut dixerunt, aut cogitarunt. Nam dolores parvi pendebant, imperabant molestiis : adeo ut omnes, statim atque tyrannus ad impurum esum adhortandi finem fecerat, uno ore simul quasi ex eadem anima, illi ita responderint :

9. « Quid cunctaris, tyranne? tu, quid agas, videris : certum est enim nobis emori potius quam patria præcepta violare. Majorum quippe reverentia ducimur, tametsi nec legi obtemperandum censeremus, nec monitoris Moysis niteremur auctoritate. Legis violationem ne, tyranne, suaseris : nec tu, cui sumus odio, nos plus quam ipsi nosmetipsos misereare. Morte ipsa duriorem existimamus tuam ad nos nefarie servandos spectantem misericordiam. Territas identidem, mortem per tormenta minitando, quasi paulo ante nihil in Eleazaro animadverteris. Quodsi Hebræorum senes cruciatus pietatis ergo, salva ea et integra, pertulerunt; multo certe æquius est nos, qui florente ætate sumus, suppliciorum tuorum atrocitate, quam præceptor noster superavit senex, contempta mori. Fac itaque, tyranne, periculum. Cave putes te animis nostris, vitam nobis ob cultam pietatem adimendo, posse ullo modo torquendi sævitia incommodare. Nam nos quidem his nostris præclaris facinoribus, malorumque tolerantia ac patientia, debita virtuti præmia reportabimus : erimus-

« σχομεν· σὺ δὲ διὰ τὴν ἡμῶν μιαιφονίαν αὐτάρκη καρ« τερήσεις ὑπὸ τῆς θείας δίκης αἰώνιον βάσανον. » Τούτων οὕτως εἰπόντων, οὐ μόνον ὡς κατὰ ἀπειθούντων ἐχαλέπαινεν ὁ τύραννος, ἀλλὰ καὶ ὡς κατὰ ἀχαρίστων ὠργίσθη. Εὐθὺς οὖν τὸν πρεσβύτατον αὐτῶν, κελευθέντες παρῆγον οἱ ὑπασπισταὶ καὶ διαρρήξαντες τὸν χιτῶνα διέδησαν τὰς χεῖρας αὐτοῦ καὶ τοὺς βραχίονας ἱμᾶσιν ἑκατέρωθεν. Ὡς δὲ τύπτοντες ταῖς μάστιξιν ἐκοπίασαν οὐδὲν ἀνύοντες, ἀνέβαλον αὐτὸν ἐπὶ τὸν τροχόν· περὶ ὃν κατατεινόμενος ὁ εὐγενὴς νεανίας ἔξαρθρος ἐγίνετο· καὶ κατὰ πᾶν μέλος κλώμενος ἐκακηγόρει λέγων, « τύραννε μιαρώτατε « καὶ τῆς οὐρανίου δίκης ἐχθρὲ καὶ ὠμόφρον, οὐχ ἀνδρο« φονήσαντά με τοῦτον καταικίζεις τὸν τρόπον οὐδ' ἀσε« βήσαντα, ἀλλὰ θείου νόμου προασπίζοντα. » Καὶ τῶν δορυφόρων λεγόντων αὐτῷ, « ὁμολόγησον φαγεῖν, ὅπως « ἀπαλλαγῇς τῶν βασάνων· » αὐτὸς εἶπεν αὐτοῖς· « οὐχ « οὕτως ἰσχυρότερός ἐστιν ὑμῶν ὁ τροχὸς, ὦ μιαροὶ διά« κονοι, ὥστε μου τὸν λογισμὸν ἄγξαι· τέμνετέ μου τὰ « μέλη καὶ πυροῦτέ μου τὰς σάρκας καὶ στρεβλοῦτε « τὰ ἄρθρα· διὰ πασῶν γὰρ ὑμᾶς πείσω τῶν βασάνων « ὅτι μόνοι παῖδες Ἑβραίων ὑπὲρ ἀρετῆς εἰσιν ἀνίκη« τοι. » Ταῦτα λέγοντι πῦρ ὑπέστρωσαν καὶ διηρέθισαν, τὸν τροχὸν προσεπικατατείνοντες· ἐμολύνετο δὲ πάντοθεν αἵματι ὁ τροχὸς καὶ ὁ σωρὸς τῆς ἀνθρακιᾶς τοῖς τῶν ἰχώρων ἐσβέννυτο σταλαγμοῖς, καὶ περὶ τοὺς ἄξονας τοῦ ὀργάνου περιέρρεον αἱ σάρκες. Καὶ περιτετμημένον ἤδη ἔχων τὸ τῶν ὀστέων πῆγμα ὁ μεγαλόφρων καὶ Ἀβραμιαῖος νεανίας οὐκ ἐστέναξεν, ἀλλ' ὥσπερ ἐν πυρὶ μετασχηματιζόμενος εἰς ἀφθαρσίαν, ὑπέμεινεν εὐγενῶς τὰς στρέβλας, « μιμήσασθέ με, ἀδελφοὶ, λέγων, « μή μου τὸν αἰῶνα λιποταχτήσητε, μηδ' ἐξομόσησθέ « μου τὴν τῆς εὐψυχίας ἀδελφότητα. Ἱερὰν καὶ εὐγενῆ « στρατείαν στρατεύσασθε ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας, δι' ἧς « ἵλεως ἡ δικαία καὶ πάτριος ἡμῶν πρόνοια τῷ ἔθνει « γενηθεῖσα τιμωρήσῃ τὸν ἀλάστορα τύραννον. » Καὶ ταῦτα εἰπὼν ὁ ἱεροπρεπὴς νεανίας ἀπέρρηξε τὴν ψυχήν. Θαυμασάντων δὲ πάντων τὴν καρτεροψυχίαν αὐτοῦ, ἦγον οἱ δορυφόροι τὸν καθ' ἡλικίαν τοῦ προτέρου δεύτερον, καὶ σιδηρᾶς ἐναρμοσάμενοι χεῖρας ὀξέσι τοῖς ὄνυξιν ὀργάνῳ καταπέλτῃ προσέδησαν αὐτόν. Ὡς δὲ, εἰ φαγεῖν βούλοιτο πρὶν βασανίζεσθαι πυνθανόμενοι, τὴν εὐγενῆ γνώμην ἤκουσαν, ἀπὸ τῶν τενόντων ταῖς σιδηραῖς χερσὶν ἐπισπώμενοι, μέχρι γε τῶν γενείων τὴν σάρκα πᾶσαν καὶ τὴν τῆς κεφαλῆς δορὰν οἱ παρδάλειοι θῆρες ἀπέσυραν. Ὁ δὲ ταύτην βαρέως τὴν ἀλγηδόνα καρτερῶν, ἔλεγεν· « ὡς ἡδὺς πᾶς θανάτου τρόπος διὰ τὴν πάτριον ἡμῶν « εὐσέβειαν. Οὐ δοκεῖς, πάντων ὠμότατε τύραννε, πλεῖον « ἐμοῦ σε νῦν βασανίζεσθαι, ὁρῶν σου νικώμενον τὸν τῆς « τυραννίδος ὑπερήφανον λογισμὸν ὑπὸ τῆς διὰ τὴν εὐ« σέβειαν ἡμῶν ὑπομονῆς; ἐγὼ μὲν γὰρ ταῖς διὰ τὴν « ἀρετὴν ἡδοναῖς τῶν πόνων ἐπικουφίζομαι· σὺ δὲ ἐν « ταῖς τῆς ἀσεβείας ἀπειλαῖς βασανίζῃ· οὐκ ἐκφεύξῃ δὲ, « μιαρώτατε τύραννε, τὰς τῆς θείας ὀργῆς δίκας. »

ι'. Καὶ τούτου ἀοίδιμον θάνατον καρτερήσαντος, ὁ

« que cum Deo, cujus causa patimur; contra vero tu justo « Dei judicio ob cædem nostram in æterno cruciatu satis « pœnarum dabis. » Quæ quum ita dixissent, tyrannus non modo ut in contumaces efferbuit, sed et ut contra ingratos excanduit. Unde satellites jussi maximum natu adducunt; lacerataque veste, manus et brachia utrinque loris colligant. Flagrisque jam cædendo lassi, nihil proficientes, rotam illi injiciunt: circa quam generosus adolescens extensus, luxabatur; totoque jam corpore diffracto, his verbis tyrannum increpabat: « tyranne consceleratissime, divinæque hostis « justitiæ immanissime, non homicidii nec impietatis reum « hoc me pacto lanias, sed divinæ legis vindicem asser« toremque. » Tum satellites, « dic te, aiebant, esurum, « ut a cruciatu libereris. » Quibus ille, « haud ita, in« quit, rota vestra, scelerati ministri, valida est, ut « rationem mihi suffocet: membra mea concidite, cre« mate carnem, artus distorquete: nam tormentis omnibus « persuadebo vobis, solos Hebræorum pueros in virtute pro« pugnanda esse invictos. » Ista dicenti ignem substernunt, et rota impensius acta, accendunt. Rota sanguine undique fœdata erat, prunarumque acervus sanie et tabo fluente exstinctus; et ad machinæ axem caro dissiliit. Diffracta jam ossium compage, magnanimus et patre Abrahamo plane dignus juvenis, non ingemuit: sed quasi in medio igne ad immortalitatem translatus, tormenta excelso animo et invicto pertulit: « ne me unquam fratres, exclamans, dese« ritote, neque fratris vestri magnanimitatem ejurate: sa« cram generosamque militiam pietatis tuendæ causa mili« tate, per quam justi et patrii Dei nostri providentia, genti « nostræ propitia facta, immanem istum tyrannum castiga« bit. » Hæc effatus juvenis sanctissimus, animam exhalavit. Cunctisque magnanimitatem illius suspicientibus, satellites priori secundum, pro ætatis ratione, ducunt; ferreis dein manicis aptatis, catapultæ unguibus acutissimis alligant. Ut autem de esu sciscitati, priusquam torqueretur, præclaram audiverunt sententiam: ferreis manicis totam carnem a tendonibus ad mentum usque detrahunt, et capitis cutem pardi feri discerpunt. Quem tamen ille fortiter dolorem perferens, « quam suavis est, inquit, quævis necis facies, « patriæ nostræ pietatis causa! Nonne existimas, crudelis« sime tyranne, te nunc acrius me torqueri; quum superbam « tyrannidis tuæ rationem a nostra ob pietatem tolerantia « victam videas? Dolorum enim me asperitate voluptates « e virtute emanantes levant: tu vero ferocibus impie« tatis minis discruciaris; neque divinæ vindictam iræ effu« gies, sceleratissime tyranne. »

10. Isto itidem mortem nobilem obeunte, tertius ducitur,

τρίτος ἤγετο, παρακαλούμενος πολλὰ ὑπὸ πολλῶν, ὅπως ἀπογευσάμενος σώζοιτο. Ὁ δὲ ἀναβοήσας ἔφη· « ἀγνοεῖτε « ὅτι ὁ αὐτός με τοῖς ἀποθανοῦσιν ἔσπειρε πατὴρ καὶ ἡ « αὐτὴ μήτηρ ἐγέννησε, καὶ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἀνετράφη- « μεν δόγμασιν; οὐκ ἐξομοῦμαι τὴν εὐγενῆ τῆς ἀδελφό- « τητός μου συγγένειαν. » Οἱ δὲ πικρῶς ἐνέγκαντες τὴν παρρησίαν τοῦ ἀνδρὸς, ἀρθρεμβόλοις ὀργάνοις τὰς χεῖρας αὐτοῦ καὶ τοὺς πόδας ἐξήρθρουν, καὶ ἐξ ἁρμῶν ἀναμοχλεύσαντες ἐξεμέλιζον, καὶ τοὺς δακτύλους, βραχίονας καὶ σκέλη καὶ ἀγκῶνας περιέκλων. Καὶ κατὰ μηδένα τρόπον ἰσχύοντες αὐτὸν ἄγξαι, περισύραντες τὸ δέρμα σὺν ἄκραις τῶν δακτύλων κορυφαῖς ἀπεσκύθιζον. Καὶ εὐθέως ἦγον ἐπὶ τὸν τροχόν· περὶ ὃν ἐκ σφονδύλων ἐκμελιζόμενος, ἑώρα τὰς ἑαυτοῦ σάρκας περιλακιζομένας, καὶ κατὰ σπλάγχνων σταγόνας αἵματος ἀπορρεούσας. Μέλλων δὲ ἀποθνήσκειν, ἔφη, « ἡμεῖς μὲν, ὦ « μιαρώτατε τύραννε, διὰ παιδείαν καὶ ἀρετὴν Θεοῦ « ταῦτα πάσχομεν· σὺ δὲ διὰ τὴν ἀσέβειαν καὶ μιαι- « φονίαν ἀκαταλύτους καρτερήσεις βασάνους. » Καὶ τούτου θανόντος ἀδελφοπρεπῶς τὸν τέταρτον ἐπεσπῶντο λέγοντες, « μὴ συμμανῇς καὶ σὺ τοῖς ἀδελφοῖς σου τὴν « αὐτὴν μανίαν; » Ὁ δὲ αὐτοῖς ἔφη, « οὐχ οὕτω καυστι- « κώτερον ἔχετε κατ' ἐμοῦ τὸ πῦρ, ὥστε με δειλανδρῆ- « σαι. Μὰ τὸν μακάριον τῶν ἀδελφῶν μου θάνατον, « καὶ τὸν αἰώνιον τοῦ τυράννου ὄλεθρον, καὶ τὸν ἀοίδι- « μον τῶν εὐσεβῶν βίον, οὐκ ἀρνήσομαι τὴν εὐγενῆ « ἀδελφότητα. Ἐπινόει, τύραννε, βασάνους, ἵνα καὶ « δι' αὐτῶν μάθῃς ὅτι ἀδελφός εἰμι τῶν προβασανισθέν- « των. » Ταῦτα ἀκούσας ὁ αἱμοβόρος καὶ φονώδης καὶ παμμιαρώτατος Ἀντίοχος ἐκέλευσε τὴν γλῶτταν αὐτοῦ ἐκτμηθῆναι. Ὁ δὲ ἔφη, « κἂν ἀφέλῃς τὸ τῆς φωνῆς « ὄργανον, καὶ σιωπώντων εἰσακούει ὁ Θεός. Ἰδοὺ προ- « κεχάλασται ἡ γλῶττα· τέμνετε· οὐ γὰρ παρὰ τοῦτο « τὸν λογισμὸν ἡμῶν γλωσσοτομήσεις. Ἡδέως ὑπὲρ τοῦ « νόμου τοῦ Θεοῦ τὰ τοῦ σώματος μέλη ἀκρωτηρια- « ζόμεθα· σὲ δὲ ἐν τάχει μετελεύσεται ὁ Θεὸς, ἐπεὶ τὴν « τῶν θείων ὕμνων μελῳδὸν γλῶσσαν ἐκτέμνεις. »

ια'. Ὡς δὲ καὶ οὗτος ταῖς βασάνοις καταικισθεὶς ἀπέθανεν, ὁ πέμπτος παρεπήδησε λέγων· « οὐ μέλλω, τύ- « ραννε, πρὸς τὸν ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς βασανισμόν· αὐτὸς « δὲ ἀπ' ἐμαυτοῦ παρῆλθον, ὅπως κἀμὲ κατακτείνας « περὶ πλειόνων ἀδικημάτων ὀφλήσῃς τῇ οὐρανίῳ δίκῃ « τιμωρίαν. Ὦ μισάνθρωπε καὶ μισάρετε, τί δράσαν- « τας ἡμᾶς τοῦτον πορθεῖς τὸν τρόπον; ὅτι τὸν πάντων « κτίστην εὐσεβοῦμεν καὶ κατὰ τὸν ἐνάρετον αὐτοῦ ζῶ- « μεν νόμον; ἀλλὰ ταῦτα τιμῶν, οὐ βασάνων εἰσὶν ἄξια. » Τοιαῦτα λέγοντα οἱ δορυφόροι δήσαντες αὐτὸν εἷλκον ἐπὶ τὸν καταπέλτην· ἐφ' ὃν δήσαντες αὐτὸν ἐπὶ τὰ γόνατα, καὶ ταῦτα ποδάγραις σιδηραῖς ἐφαρμόσαντες τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, περὶ τροχαῖον σφῆνα κατέκαμψαν· περὶ ὃν ὅλος περὶ τὸν τροχὸν σκορπίου τρόπον ἀνακλώμενος ἐξεμελίζετο. Καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον τὸ πνεῦμα στενοχωρούμενος καὶ τὸ σῶμα ἀγχόμενος, « καλὰς, ἔλε- « γεν, ἄκων, ὦ τύραννε, χάριτας ἡμῖν χαρίζῃ, διὰ

multis hortationibus rogatus, ut gustu saluti consuleret. Verum ille, « quid? inquit, latetne vos, eundem patrem « me procreasse, matremque peperisse eandem, atque mor- « tuos hosce, iisdemque præceptis institutos? Generosam « fraterni vinculi cognationem nequaquam ejurabo. » Liberam tortores adolescentis vocem iniquo animo ferentes equuleo manus pedesque luxant, et e commissuris detrusos dirumpunt; digitos, brachia, crura et cubitos confringunt. Quumque nullo modo suffocare ipsum possent, cutem circumacto una cum digitorum extremis partibus detrahunt. Atque e vestigio in rotam agitur: circa quam, vertebris a se diremptis, suam ipsius carnem discerptam videt, guttasque sanguinis in viscera influentes. Jamque animam editurus, « nos, inquit, scelestissime tyranne, divinæ disciplinæ vir- « tutisque causa hæc patimur; tu vero impietatis et parri- « cidii pœnas sempiternas lues. » Quo mortuo pari cum fratribus virtute, quartum raptant, clamitantes, « eandemne « atque fratres tu quoque insaniam insanies? » Tum ille, « non « ita calet, inquit, vester contra me ignis, ut animum de- « spondeam. Per fratrum meorum beatam mortem, æter- « numque tyranni exitium, ac piorum vitam gloriosam, « sancte dejero: fratrum magnanimitatem non abnegabo. « Excogita, tyranne, cruciatus: quibus experiaris me fra- « trem eorum germanum esse, qui jam tormentis confecti « morte occubuere. » Quibus auditis, sanguinarius, atrox omnique diritate immanissimus Antiochus linguam illi præcidi jubet. « Ille autem, ut vocis, inquit, instrumentum « adimas, tacentes exaudit Deus. Ecce prominet lingua: « secate. Non enim propterea rationis usum nobis auferre « poteris. Libenter divinæ legis causa corporis partibus « mutilamur: te vero, qui laudum divinarum cantatricem « linguam exsecas, Deus ipse brevi adorietur. »

11. Quo fœdis tormentis sublato, quintus prosiliens, dixit: « supplicium virtutis ergo non moror; ipse ultro ac- « cedo, ut me quoque interempto, plurium scelerum pœnas « cœlesti vindictæ des reus. O generis humani virtutisque « capitalis hostis, qua nostra culpa admissa in nos hunc in « modum grassaris? an quia rerum omnium conditorem rite « colimus, atque ex ipsius sanctissimæ legis præscripto vivi- « mus? atqui hæc præmiis, non pœnis sunt digna. » Carnifices talia dicentem in catapultam rapiunt vinctum: ubi ligatis genibus, iisdemque ferrea compede aptatis, lumbos circa orbicularem cuneum contorquent: totusque rotam ambiens, scorpii instar refractus, membris divulsis detruncabatur. Atque ita, spiritu coarctato, corporeque præfocato, « maximo, inquit, tyranne, beneficio nolens et in-

« γενναιοτέρων πόνων ἐπιδείξασθαι παρέχων τὴν εἰς τὸν « νόμον ἡμῶν καρτερίαν. » Τελευτήσαντος δὲ καὶ τούτου ὁ ἕκτος ἤγετο μειρακίσκος· ὃς πυνθανομένου τοῦ τυράννου εἰ βούλοιτο φαγὼν ἀπολύεσθαι, ἔφη, « ἐγὼ τὴν « μὲν ἡλικίαν τῶν ἀδελφῶν μου εἰμὶ νεώτερος, τὴν δὲ « διάνοιαν ἡλικιώτης· εἰς τὰ αὐτὰ γὰρ καὶ γεννηθέντες « καὶ τραφέντες, ὑπὲρ τῶν αὐτῶν καὶ ἀποθνήσκειν ὀφεί- « λομεν ὁμοίως· ὥστε εἰ δοκεῖ σοι βασανίζειν μὴ μια- « ροφαγοῦντας, βασάνιζε. » Ταῦτα αὐτὸν εἰπόντα παρῆγον ἐπὶ τὸν τροχὸν, ἐφ' οὗ κατατεινόμενος ἐκμελῶς καὶ ἐκσφονδυλιζόμενος ὑπεκαίετο· καὶ ὀβελίσκους δὲ ὀξεῖς πυρώσαντες τοῖς νώτοις προσέφερον, καὶ τὰ πλευρὰ διαπείραντες αὐτοῦ καὶ τὰ σπλάγχνα διέκαιον. Ὁ δὲ βασανιζόμενος, « ὦ ἱεροπρεποῦς ἀγῶνος, « ἔλεγεν, ἐφ' ὃν διὰ τὴν εὐσέβειαν εἰς πόνων γυμνα- « σίαν ἀδελφοὶ τοσοῦτοι κληθέντες οὐκ ἐνικήθημεν· « ἀνίκητος γάρ ἐστιν, ὦ τύραννε, ἡ εὐσεβὴς ἐπιστήμη. « Καλοκαγαθίᾳ καθωπλισμένος τεθνήξομαι μὲν κἀγὼ « μετὰ τῶν ἀδελφῶν μου, σὺ δὲ, ὦ τύραννε, μέγαν « προσλαβὼν καὶ αὐτὸς τιμωρόν. Καινουργὲ τῶν βα- « σάνων καὶ πολέμιε τῶν ἀληθῶς εὐσεβούντων, ἓξ μει- « ράκια κατελύσαμέν σου τὴν τυραννίδα· τὸ γὰρ μὴ « δυνηθῆναί σε μεταπεῖσαι τὸν λογισμὸν ἡμῶν μηδὲ « βιάσασθαι πρὸς τὴν μιαροφαγίαν, οὐ κατάλυσις ἐστί « σου; τὸ πῦρ σου ψυχρὸν ἡμῖν, καὶ ἄπονοι οἱ κατα- « πέλται, καὶ ἀδύνατος ἡ βία· οὐ γὰρ τυράννου, « ἀλλὰ θείου νόμου παρεστήκασιν ἡμῖν δορυφόροι· διὰ « τοῦτο ἀνίκητον ἔχομεν τὸν λογισμόν. »

ιϛ'. Ὡς δὲ καὶ οὗτος μακαρίως ἀπέθανε καταβληθεὶς εἰς λέβητα, ὁ ἕβδομος παραγίνεται πάντων νεώτερος· ὃν κατοικτειρήσας ὁ τύραννος, καίτοι δεινῶς ὑπὸ πάντων τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ καταικισθεὶς, ὁρῶν ἤδη τὰ δεσμὰ περικείμενον, πλησιέστερον αὐτοῦ μετεπέμψατο, καὶ παρηγορεῖν ἐπειρᾶτο λέγων· « τῆς μὲν τῶν ἀδελφῶν σου « ἀπονοίας τὸ τέλος ὁρᾷς· διὰ γὰρ ἀπείθειαν στρεβλω- « θέντες τεθνᾶσι· σὺ δὲ εἰ μὲν μὴ πεισθείης, τάλας βα- « σανισθεὶς καὶ αὐτὸς τεθνήξῃ ἄωρος, πεισθεὶς δὲ φίλος « ἔσῃ καὶ τῶν ἐπὶ τῆς βασιλείας ἀφηγήσῃ πραγμάτων. » Καὶ ταῦτα παρακαλῶν τὴν μητέρα τοῦ παιδὸς μετεπέμψατο, ὅπως αὐτὴν ἐλεήσας τοσούτων υἱῶν στερηθεῖσαν παρορμήσειεν ἐπὶ τὴν σωτηρίαν εὐπειθῆ ποιῆσαι τὸν περιλειπόμενον. Ὁ δὲ, τῆς μητρὸς τῇ Ἑβραΐδι φωνῇ προτρεψαμένης αὐτὸν, ὡς ἐροῦμεν μικρὸν ὕστερον, « λύσατέ « με, φησίν· εἴπω τι τῷ βασιλεῖ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ φί- λοις πᾶσι· » καὶ ἐπιχαρέντες ὅ τε βασιλεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ μάλιστα ἐπὶ τῇ ἐπαγγελίᾳ τοῦ παιδὸς ταχέως ἔλυσαν αὐτόν. Ὁ δὲ δραμὼν ἔστη πλησίον τῶν τηγάνων καὶ ἔφη· « ὦ « ἀνόσιε καὶ πάντων τῶν πονηρῶν ἀσεβέστατε τύραννε, « οὐκ ᾐδέσθης, παρὰ τοῦ Θεοῦ λαβὼν τὰ ἀγαθὰ καὶ τὴν « βασιλείαν, τοὺς θεράποντας αὐτοῦ κατακτεῖναι καὶ « τοὺς τῆς εὐσεβείας ἀσκητὰς στρεβλῶσαι· ἀνθ' ὧν τα- « μιεύεταί σε ἡ θεία δίκη πυκνοτέρῳ καὶ αἰωνίῳ πυρὶ « καὶ βασάνοις, αἳ εἰς ὅλον τὸν αἰῶνα οὐκ ἀνήσουσί σε. « Οὐκ ᾐδέσθης ἄνθρωπος ὢν, θηριωδέστατε, τοὺς ὁμοιο-

« vitus nos afficis, quod illustrioribus doloribus nostram « legis nomine tolerantiam reddis testatam. » Eo mortuo, sextus adducitur adolescentulus. A quo tyrannus sciscitatus, an esca gustata liberari vellet, respondet, « ego « quidem certe fratribus ætate sum minor, sed animo plane « æqualis. Ad eadem siquidem geniti et educati, pro eisdem « mori quoque debemus similiter. Quare, si placet esca « impura vesci recusantem torquere, torque. » Dicentem ista, rotæ imponunt, in qua membris divulsis distentum, vertebrisque emotis, lento igne subjecto ustularunt; veruculisque etiam ignitis dorso admotis, latera visceraque perforata concremant. Ille autem in mediis cruciatibus, « o « sacrum certamen, exclamat, ad quod pietatis causa, ut « dolorum acerbitate exerceremur, tot fratres invitati manu « non dederimus! pietatis etenim professio, tyranne, ut scias, « invicta est. Ego comes fratribus additus, probitate munitus, jam morior : tibi vero, tyranne, mors similiter « imminet, magnum et tremendum tortorem habituro. « Tuam immanitatem, o tormentorum artifex, et vere pio- « rum hostis, sex adolescentuli superavimus : quid enim « aliud est te superare, quam non potuisse te verbis ratio- « nem nostram flectere, neque ad nefarium esum cogere? « frigidus nobis tuus videtur ignis, catapultæ minime mo- « lestæ, violentia omnis cassa et irrita. Nam quum non ty- « ranni, sed divinæ legis satellites a nobis stent, rationem « habemus invictam. »

12. Utque hic quoque in lebetem conjectus beate exspiravit, septimus, omnium natu minimus, prodiit. Quem tyrannus misertus, licet ab omnibus illius fratribus acerrimis verbis proscissus, ut jam vinculis constrictum vidit, propius ad se adduci jussit. Quem his verbis delinire ac pellicere conatus est. « fratrum tuorum qualis fuerit exitus, vides : « ob contumaciam enim cruciati perierunt. Tu quoque mi- « sellus si parere nolueris, tormentis confectus immaturam « mortem obibis : sin parueris, in amicorum eris numero, « regnique negotia cum dignitate administrabis. » Quibus verbis hortatus, pueruli matrem accersit, ut ipsam tot filiis orbatam miseratus impelleret ad superstitem salutis causa morigerum præstandum. Ille autem, matre Hebræa lingua hortata, ut paulo post dicturi sumus, « solvite me, inquit, « ut regi aliquid ipsiusque amicis omnibus nunciem. » Pueri audita pollicitatione, rex et qui cum eo aderant, lætati, solverunt statim. Tum ille ad sartagines propius accedens, « impie, inquit, improborumque omnium scelestissime, « nihilne veritus es, opibus et regno a Deo acceptis, illius « famulos trucidare, pietatisque cultores cruciare? ob quæ « scelera divina vindicta te vehementiori sempiternoque igni « ac tormentis asservat, quæ te nullo unquam tempore sint « desertura. Nihilne veritus, o immanissima bellua, homo

« παθεὶς καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν γεγονότας στοιχείων γλωττο- « τομῆσαι, καὶ τοῦτον καταικίσας τὸν τρόπον βασανί- « σαι; ἀλλ' οἱ μὲν εὐγενῶς ἀποθανόντες ἐπλήρωσαν « τὴν εἰς Θεὸν εὐσέβειαν, σὺ δὲ κακὸς κακῶς οἰμώξῃ, « τοὺς τῆς ἀρετῆς ἀγωνιστὰς ἀναιτίως ἀποκτείνας. Ὅθεν « καὶ αὐτὸς ἀποθνήσκειν μέλλων (ἔφη) οὐκ ἀπαυτομολῶ « τῆς τῶν ἀδελφῶν μου ἀριστείας· ἐπικαλοῦμαι δὲ τὸν « πατρῷον Θεὸν, ὅπως ἵλεως γένηται τῷ ἔθνει ἡμῶν· σὲ « δὲ καὶ ἐν τῷ νῦν βίῳ καὶ θανόντα τιμωρήσεται. » Καὶ ταῦτα κατευξάμενος ἑαυτὸν ἔρριψε κατὰ τῶν τηγάνων, καὶ οὕτως ἀπέδωκε τὴν ψυχήν.

ιγ'. Εἰ δὴ τοίνυν τῶν μέχρι θανάτου πόνων ὑπερεφρόνησαν οἱ ἑπτὰ ἀδελφοὶ, συνωμολόγηται πανταχόθεν ὅτι αὐτοδέσποτός ἐστι τῶν παθῶν ὁ εὐσεβὴς λογισμός. Ὥσπερ γὰρ, εἰ τοῖς πάθεσι δουλωθέντες ἐμιαροφάγησαν, ἐλέγομεν ἂν τούτους αὐτοὺς νενικῆσθαι. νυνὶ δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τῷ ἐπαινουμένῳ παρὰ Θεῷ λογισμῷ περιεγένοντο τῶν παθῶν, καὶ οὐκ ἔστι παριδεῖν τὴν ἡγεμονίαν τῆς διανοίας· ἐπεκράτησε γὰρ καὶ πάθους καὶ πόνων. Πῶς οὖν οὐκ ἔστι τούτοις τὴν τῆς εὐλογιστίας παθοκράτειαν ὁμολογεῖν, οἳ τῶν διὰ πυρὸς ἀλγηδόνων οὐκ ἐπεστράφησαν; καθάπερ γὰρ προβλῆτες λιμένων πύργοι τὰς τῶν κυμάτων ἀπειλὰς ἀνακόπτοντες γαληνὸν παρέχουσι τοῖς εἰσπλέουσι τὸν ὅρμον, οὕτως ἡ ἑπτάπυργος τῶν νεανίσκων εὐλογιστία τὸν τῆς εὐσεβείας ὀχυρώσασα λιμένα τὴν τῶν παθῶν ἐνίκησεν ἀκολασίαν. Ἱερὸν γὰρ εὐσεβείας στήσαντες χορὸν παρεθάρρυναν ἀλλήλους, λέγοντες, « ἀδελφικῶς ἀποθάνωμεν, ἀδελφοὶ, « περὶ τοῦ νόμου· μιμησώμεθα τοὺς τρεῖς τοὺς ἐπὶ « τῆς Ἀσσυρίας νεανίας, οἱ τῆς ἰσοπάλιδος καμίνου κα- « τεφρόνησαν. Μὴ δειλανδρήσωμεν πρὸς τὴν τῆς εὐσε- « βείας ἐπίδειξιν. » καὶ ὁ μὲν, « θάρρει ἀδελφὲ » ἔλεγεν· « ὁ δὲ, « εὐγενῶς καρτέρησον· » ὁ δὲ καταμνησθεὶς ἔλεγε, « μνήσθητε πόθεν ἐστὲ, ἢ τίνος πατρὸς χειρὶ « σφαγιασθῆναι διὰ τὴν εὐσέβειαν ὑπέμεινεν ὁ Ἰσαάκ. » εἷς δὲ ἕκαστος ἀλλήλους ὁμοῦ πάντες ἐφορῶντες φαιδροὶ καὶ μάλα θαρραλέοι, « ἑαυτοὺς, ἔλεγον, τῷ Θεῷ « ἀφιερώσωμεν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας τῷ δόντι τὰς ψυχὰς, « καὶ χρήσωμεν τῇ περὶ τὸν νόμον φυλακῇ τὰ σώματα· « μὴ φοβηθῶμεν τὸν δοκοῦντα ἀποκτεῖναι τὸ σῶμα· « μέγας γὰρ ψυχῆς κίνδυνος ἐν αἰωνίῳ βασανισμῷ « κείμενος τοῖς παραβαίνουσι τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ. « Καθοπλισώμεθα τοιγαροῦν τὴν τοῦ θείου λογισμοῦ πα- « θοκράτειαν· οὕτω γὰρ θανόντας ἡμᾶς Ἀβραὰμ καὶ « Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ὑποδέξονται εἰς τοὺς κόλπους αὐ- « τῶν, καὶ πάντες οἱ πατέρες ἐπαινέσουσι. » καὶ ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν ἀποσπωμένων αὐτῷ ἀδελφῶν ἔλεγον οἱ περιλειπόμενοι, « μὴ καταισχύνῃς ἡμᾶς, ἀδελφὲ, μηδὲ « ψεύσῃ τοὺς προαποθανόντας ἡμῶν ἀδελφούς. Οὐκ « ἀγνοεῖτε δὲ τὰ τῆς ἀδελφότητος φίλτρα, ἅπερ ἡ θεία « καὶ πάνσοφος πρόνοια διὰ πατέρων τοῖς γεννωμένοις « ἐμέρισε καὶ διὰ τῆς μητρῴας ἐφύτευσε γαστρός· ἐν ᾗ « τὸν ἴσον ἀδελφοὶ κατοικήσαντες χρόνον, καὶ ἐν τῷ « αὐτῷ χρόνῳ πλασθέντες, καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ αἵματος

« quum sis, ejusdem naturæ affectuumque participes, et ex « eisdem elementis genitos, lingua privare, totque indignis « modis fœde cruciatos interimere? At illi quidem, generosa « ac magnanima morte obita, suam in Deum pietatem im- « plevere: tu vero malus male mulctatus ob cæsos immerito « virtutis cultores ejulabis. Quapropter ego quoque mori- « turus præstanti fratrum virtuti degener haud ero. Deum « autem patrium oro et obtestor, ut genti nostræ propitius » esse velit: qui te quum in hac ipsa vita, tum mortuum « puniet. » Hæc precatus, sese in sartagines conjecit, atque ita animam reddidit.

13. Quodsi igitur fratres isti septem summos dolores contempsere, fatendum certe est omnino, rectam piamque rationem perturbationum reginam esse. Nam prout, si quidem nefaria esca gustata perturbationibus inserviissent, istos ipsos merito victos fateremur: nunc vero contra, rationis a Deo laudatæ vi, perturbationes superarunt, neque divinæ rationis principatus leviter est prætereundus, qui et perturbationes vicerit et dolores. Jam qui fieri potest ut hisce, qui ne horrendos quidem et formidabiles ignis cruciatus tantilli fecerint, rectæ rationis in perturbationes imperium non agnoscamus? Quemadmodum enim prominentes portuum turres, dissipatis fluctuum tumoribus, tranquillam navigantibus stationem præstant: sic septiturris adolescentulorum ratio, pietatis munita portu, lasciviam perturbationum compescuit ac superavit. Etenim sacro pietatis choro confecto, alii alios acuebant et confirmabant, dicentes, « fra- « terne moriamur, fratres, legis causa: tres illos Assyriæ ju- « venes imitemur, qui parem tormentis istis fornacem flocci « faciebant: in pietate propugnanda ne despondeamus animum. » Alius item, « bono animo sis frater », inquit: alius, « perfer alto animo et obdura: » alius, vetera memoria repe- « tendo, recordamini, inquit, unde genus ducatis: aut cujus « patris manu, pietatis gratia, mactari sustinuerit Isaacus. » Singuli sese mutuo, atque universi simul, læto et intrepido vultu intuentes, « Deo nosmet, inquiebant, vitæ auctori, ani- « marumque parenti, cordicitus consecremus, legisque ob- « servationi mutuemus corpora. Ne reformidemus eum qui « corpus occidere videtur. Ingens animæ periculum in « sempiterno cruciatu divini præcepti violatores manet. « Quare armemus nos divinæ rationis in perturbationes au- « ctoritate ac dominatu, ut ita mortuos Abrahamus, Isaacus « et Jacobus in sinus nos suos excipiant, patresque universi « læti collaudent. » Porro unumquemque abreptum compellabant reliqui: « ne nos, frater, pudefacias, neque jam « ante mortuorum fratrum eludas exspectationem. Nemi- « nem vestrûm latere arbitror, quanta fraterno sanguini « ad amorem conciliandum vis insit, quam divina illa sa- « pientissimi numinis providentia liberis per parentes im- « pertita est, ac per maternum uterum insevit: in quo fra- « tres pari tempore agentes, eodemque temporis ficti ac « formati spatio, eodem sanguine aucti, ejusdem animæ vi « et facultate absoluti, æquali temporis intervallo in lucem

« αὐξηθέντες, καὶ διὰ τῆς αὐτῆς ψυχῆς τελεσφορηθέντες, καὶ διὰ τῶν ἴσων ἀποτεχθέντες χρόνων, καὶ ἐκ « τῶν αὐτῶν γαλακτοποτοῦντες πηγῶν, ἀφ' ὧν συντρέφονται ἐν ἀγκάλαις μαστῶν φιλάδελφοι ψυχαὶ, « καὶ αὔξονται σφοδρότερον διὰ τῆς συντροφίας καὶ « διὰ τῆς καθ' ἡμέραν συνηθείας καὶ τῆς ἄλλης παιδείας καὶ τῆς ἡμετέρας ἐν νόμῳ Θεοῦ ἀσκήσεως. » Οὕτω δὴ τοίνυν καθεστώσης συμπαθῶς τῆς φιλαδελφίας οἱ ἑπτὰ ἀδελφοὶ συμπαθέστερον ἔσχον πρὸς ἀλλήλους. Νόμῳ γὰρ τῷ αὐτῷ παιδευθέντες καὶ τὰς αὐτὰς ἐξασκήσαντες ἀρετὰς, καὶ τῷ δικαίῳ συντραφέντας βίῳ, μᾶλλον ἑαυτοὺς ἠγάπων· ἡ γὰρ ὁμοζηλία τῆς καλοκαγαθίας ἐπέτεινεν αὐτοῖς τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν· σὺν γὰρ τῇ εὐσεβείᾳ ποθεινοτέραν ἑαυτοῖς κατεσκεύαζον τὴν φιλαδελφίαν. Ἀλλ' ὅμως καὶ περὶ τῆς φύσεως καὶ τῆς συνηθείας καὶ τῶν τῆς ἀρετῆς ἠθῶν τὰ τῆς ἀδελφότητος αὐτοῖς φίλτρα συναυξανόντων, ἀνέσχοντο διὰ τὴν εὐσέβειαν τοὺς ἀδελφοὺς οἱ ὑπολειπόμενοι τοὺς καταικιζομένους, ὁρῶντες καὶ μέχρι θανάτου βασανιζομένους προσέτι δὲ καὶ ἐπὶ τὸν αἰκισμὸν ἐποτρύνοντες, ὡς μὴ μόνον τῶν ἀλγηδόνων περιφρονῆσαι αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ τῶν τῆς φιλαδελφίας παθῶν κρατῆσαι.

ιδ'. Ὦ βασιλέων λογισμοὶ βασιλικώτεροι, καὶ ἐλευθέρων ἐλευθερώτεροι. ὢ ἱερᾶς καὶ ἁρμονίου περὶ τῆς εὐσεβείας τῶν ἑπτὰ ἀδελφῶν συμφωνίας. οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἐδειλίασεν, οὐδὲ ἐπὶ τὸν θάνατον ἐλθεῖν ὤκνησεν, ἀλλὰ πάντες ὥσπερ ἐπ' ἀθανασίας ὁδὸν τρέχοντες ἐπὶ τὸν διὰ τῶν βασάνων θάνατον ἔσπευδον· καθάπερ γὰρ χεῖρες συμφώνως καὶ πόδες συμφώνως τοῖς τῆς ψυχῆς ἀφηγήμασι κινοῦνται, οὕτως οἱ ἱεροὶ μείρακες ἐκεῖνοι ὡς ὑπὸ ψυχῆς μιᾶς τῆς ἀθανάτου εὐσεβείας κινούμενοι πρὸς τὸν ὑπὲρ αὐτῆς συνεφώνησαν θάνατον. Ὦ παναγίας συμφώνων ἀδελφῶν ἑβδομάδος· καθάπερ γὰρ ἑπτὰ τῆς κοσμοποιΐας ἡμέραι περὶ τὴν εὐσέβειαν, οὕτω περὶ τὴν ἑβδομάδα χορεύοντες οἱ μείρακες ἐκύκλουν, τὸν τῶν βασάνων φόβον καταλύοντες. Νῦν ἡμεῖς ἀκούοντες τὴν θλίψιν τῶν νεανιῶν ἐκείνων φρίττομεν, οἱ δὲ οὐ μόνον ἀκούοντες τὴν θλίψιν, ἀλλὰ καὶ ὁρῶντες τὸν παραχρῆμα τῆς ἀπειλῆς λόγον ἐμακαρίζοντο, θαυμαζόμενοι πῶς πάσχοντες ἐνεκαρτέρουν, καὶ ταῦτα ταῖς διὰ πυρὸς ὀδύναις· ὧν τί ἂν γένοιτο ἐπαλγέστερον; ὀξεῖα γὰρ καὶ σύντομος ἡ τοῦ πυρὸς οὖσα δύναμις ταχέως διέλυσε τὰ σώματα αὐτῶν. Καὶ μὴ θαυμαστὸν ἡγεῖσθαι, εἰ ὁ λογισμὸς περιεκράτησε τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἐν ταῖς βασάνοις, ὅπου γε καὶ γυναικὸς νοῦς πολυτροπωτέρων ὑπερεφρόνησεν ἀλγηδόνων. Ἡ μήτηρ γὰρ τῶν ἑπτὰ νεανίσκων ἐκείνων ὑπήνεγκε τὰς ἐφ' ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν τέκνων στρέβλας. Θεωρεῖτε δὲ πῶς πολύπλοκός ἐστιν ἡ τῆς φιλοτεκνίας στοργὴ, ἕλκουσα πάντα πρὸς τὴν τῶν σπλάγχνων συμπάθειαν, ὅπου γε καὶ τὰ ἄλογα ζῶα ὁμοίαν τὴν πρὸς ἐξ αὐτῶν γεννώμενα συμπάθειαν καὶ στοργὴν ἔχει τοῖς ἀνθρώποις. Καὶ γὰρ τῶν πετεινῶν τὰ μὲν ἥμερα κατὰ τὰς οἰκίας ὀροφοιτοῦντα προασπίζει τῶν νεοττῶν, τὰ δὲ κατὰ κορυφὰς τῶν ὀρέων καὶ ἀπορρῶγας τῶν φαράγγων καὶ δέν-

« editi, ex eisdem fontibus emanantes lactis rivulos hau« rientes, quibus simul in mediis uberum amplexibus nu« triuntur conjunctissimæ animæ, pariterque educati ma« jorem in modum augescunt: quotidiana etiam consuetu« dine, aliaque disciplina et institutione, accedente etiam « nostro in Dei lege studio atque exercitatione. » Sic, inquam, fraterno amore flagrantissime constituto, septem illi fratres inflammatiore sese mutuo benevolentia complectebantur. Nam eadem lege instituti, eisdem virtutibus dediti, eademque vitæ sanctitate simul educati, impendio magis sese amabant. Probitatis siquidem et honestatis par studium mutuam illis concordiam auxit; caritatemque fraternam pietate sibi arctiorem reddidere. Verumtamen, quamvis et naturæ vi, et consuetudinis, morumque probitate, fraterni amoris impetus incenderetur; pietatis tamen causa fratres qui reliqui erant, fratres germanos indignissimis modis tractatos et summis confectos cruciatibus intueri potuerunt, quin etiam ad supplicia se incitare, ita ut non solum dolores contemnerent, sed etiam fraternos motus compescerent.

14. O cogitationes ipsis regibus augustiores magisque regias, et liberis liberiores! o sacrum et dulcem septem fratrum de pietate concentum! Eorum ne unus quidem trepidavit, ac mortem adire dubitavit; sed omnes pariter, quasi ad immortalitatis iter conficiendum properantes, ad mortem per cruciatus festinabant: quemadmodum manus pedesque convenienter imperio animi moveri solent; sic sanctissimi illi juvenes, ab immortali pietate ceu anima impulsi, ad mortem pro ipsa oppetendam consensere. O sacrosanctum concinentium fratrum septenarium! nam ut in mundi creatione septeni dies circa pietatem; ita adolescentuli illi circa septenarium tripudiantes circuibant, suppliciorum metu conculcato. Nos nunc auditam adolescentulorum calamitatem perhorrescimus, quum illi non modo eam spectantes, et minaces illico tyranni voces audientes, sed etiam dolorum atrocitatem perferentes, durarint constantissime; idque adeo flammarum ardore tosti: quo quid fingi potest acerbius? Nam ignis vis, utpote velox et rapida, citius eorum dissolvit corpora. Nec vero mirum vobis videri debet, in viris rationem superasse perturbationes, quum feminæ mens longe plura dolorum genera contempserit. Nam septem illorum adolescentulorum mater, in unoquoque natorum cruciatus sustinuit. Quantus vero sit et quam alte pateat naturalis erga prolem amor, qui cuncta ad caritatem erga fœtus rapere solet, facile videtis, quum bruta ipsa animantia simili atque homines erga partus suos affectu et amore tangantur. Volucres etenim cicures, in domiciliorum tectis nidulantes, tuentur pullos; et quæ in montium jugis valliumque præcipitiis, in arborum specubus ac verticibus nidis constructis pariunt, accedentem arcent: si id

δρων ὀπὰς καὶ τὰς τούτων ἄκρας ἐννοσσοποιησάμενα ἀποτίκτει καὶ τὸν προσιόντα κωλύει· εἰ δὲ καὶ μὴ δύναται κωλύειν, περιπτάμενα κυκλόθεν αὐτῶν ἀλγοῦντα τῇ στοργῇ, ἀνακαλούμενα τῇ ἰδίᾳ φωνῇ, καθ' ὃν δύναται τρόπον βοηθεῖν τοῖς τέκνοις. Καὶ τί δεῖ τὴν διὰ τῶν ἀλόγων ζώων ἐπιδείκνυσθαι πρὸς τὰ τέκνα συμπάθειαν; ὅπου γε καὶ μέλισσαι περὶ τὸν τῆς κηρογονίας καιρὸν ἀπαμύνονται τοὺς προσιόντας, καὶ καθάπερ σιδήρῳ τῷ κέντρῳ πλήσσουσι τοὺς προσιόντας τῇ νοσσιᾷ αὐτῶν καὶ ἐπαμύνονται ἕως θανάτου. Ἀλλ' οὐχὶ τὴν τοῦ Ἀβραὰμ ὁμόψυχον τῶν νεανίσκων μητέρα μετεκίνησε συμπάθεια τῶν τέκνων.

ιε'. Ὦ λογισμὲ τύραννε παθῶν, καὶ εὐσέβεια μητρὶ τέκνων ποθεινοτέρα. Μήτηρ δυοῖν προκειμένων, εὐσεβείας καὶ τῆς τῶν ἑπτὰ υἱῶν σωτηρίας προσκαίρου, κατὰ τὴν τοῦ τυράννου ὑπόσχεσιν, τὴν εὐσέβειαν μᾶλλον ἠγάπησε τὴν σώζουσαν εἰς αἰώνιον ζωὴν κατὰ Θεόν. Ὦ τίνα τρόπον ἠθολογήσαιμι φιλότεκνα γονέων πάθη, ψυχῆς τε καὶ μορφῆς ὁμοιότητα εἰς μικρὸν παιδὸς χαρακτῆρα θαυμάσιον ἐναποσφραγίζοντα, μάλιστα διὰ τὸ πάθος τοῖς γεννηθεῖσι τὰς μητέρας τῶν πατέρων καθεστάναι συμπαθεστέρας; ὅσῳ γὰρ καὶ ἀσθενόψυχοι καὶ φιλογονώτεραι ὑπάρχουσιν αἱ μητέρες, τοσούτῳ μᾶλλόν εἰσι φιλοτεκνότεραι. Πασῶν δὲ τῶν μητέρων ἐγένετο ἡ τῶν ἑπτὰ μήτηρ φιλοτεκνοτέρα, ἥτις ἑπτὰ κυοφορίαις τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐπιφυτευομένην φιλοστοργίαν, καὶ διὰ πολλὰς τὰς καθ' ἕκαστον αὐτῶν ὠδύνας ἠναγκασμένη τὴν εἰς αὐτοὺς ἔχειν συμπάθειαν, διὰ τὸν πρὸς Θεὸν φόβον ὑπερεῖδε τὴν τῶν τέκνων πρόσκαιρον σωτηρίαν. Οὐ μήν γε ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν καλοκαγαθίαν τῶν υἱῶν καὶ τὴν πρὸς τὸν νόμον αὐτῶν εὐπείθειαν μείζω τὴν ἐν αὐτοῖς εἶχε φιλοστοργίαν· δίκαιοί τε γὰρ ἦσαν καὶ σώφρονες καὶ μεγαλόψυχοι καὶ φιλάδελφοι καὶ φιλομήτορες οὕτως ὥστε καὶ μέχρι θανάτου τὰ νόμιμα φυλάσσοντας πείθεσθαι αὐτῇ. Ἀλλ' ὅμως καίπερ τοσούτων ὄντων περὶ τῶν τὴν φιλοτεκνίαν εἰς συμπάθειαν ἑλκόντων τὴν μητέρα, ἐπ' οὐδενὸς αὐτῶν τὸν λογισμὸν αὐτῆς αἱ παμποίκιλοι βάσανοι ἴσχυσαν μετατρέψαι, ἀλλὰ καὶ καθ' ἕνα παῖδα καὶ ὁμοῦ πάντας ἡ μήτηρ ἐπὶ τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας προετρέπετο θάνατον. Ὦ φύσις ἱερὰ, καὶ φίλτρα γονέων καὶ σύνεσις φιλόστοργε, καὶ τροφεῖα, καὶ μητέρων ἀδάμαστα πάθη· καθ' ἕνα στρεβλούμενον καὶ φλεγόμενον ὁρῶσα ἡ μήτηρ οὐ μετεβάλετο διὰ τὴν εὐσέβειαν· τὰς σάρκας τῶν τέκνων ἑώρα περὶ τὸ πῦρ τηκομένας, καὶ τοὺς τῶν ποδῶν καὶ χειρῶν δακτύλους ἐπὶ γῆς σπαίροντας, καὶ τὰς τῶν κεφαλῶν μέχρι τῶν περὶ τὰ γένεια σάρκας ὥσπερ προσωπεῖα προκειμένας. Ὦ πικροτέρων νῦν μήτηρ πόνων πειραθεῖσα ὑπὲρ τῶν ἐπ' αὐτοῖς ὠδίνων· ὦ μόνη γυνὴ τὴν εὐσέβειαν ὁλόκληρον ἀποκυήσασα· οὐ μετέτρεψέ σε πρωτότοκος ἀποπνέων, οὐδὲ δεύτερος εἰς σὲ οἰκτρὸν ἐν βασάνοις βλέπων, οὐ τρίτος ἀποψύχων, οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἑνὸς ἑκάστου θεωροῦσα ταυρηδὸν ἐπὶ τῶν βασάνων ὁρῶντας τὸν ἑαυτῶν αἰκισμὸν καὶ τοὺς μυκτῆ-

minus possunt, saltem circa eos undique volitando, naturali affectu cogente, sua voce compellando eo quo valent modo pullis auxiliantur. Et quid necesse est brutorum exemplis allatis, amorem erga fœtum comprobare? quum apes quo tempore ceræ conficiendæ incumbunt, accedentes ulciscantur, et aculeo, quasi ferro, suo alveari appropinquantes feriant, atque ad mortem usque vindicent. Sed tamen matrem adolescentulorum, ejusdem cum Abrahamo animi, liberorum cura minime movere potuit.

15. O rationem, perturbationum dominam, et pietatem matri liberis ipsis dilectiorem! Mater, duobus propositis, pietate nimirum, et filiorum septem ad tempus salute a tyranno promissa pietatem, quæ ad vitam servaret æternam cum Deo degendam, anteposuit. O quibus modis exprimam ac depingam tenerrimos parentum erga sobolem affectus, in perpusilla imagine pueri, animi formæque similitudinem mirum in modum imprimentes? præsertim quum matres, ubi aliquid filiis adversi acciderit, longe gravius quam patres commoveri soleant! Nam quo sunt imbecilliori matres animo et ad partum amandum propensiores, tanto magis liberorum amore tenentur. Omnibusque adeo matribus amore erga liberos, septem istorum puerorum mater antecellebat: quæ septem graviditatibus ad eos insito amore complectendos coacta, multisque molestiis uniuscujusque causa devoratis, ad commiserationem impulsa; Dei tamen reverentia ducta, temporalem filiorum salutem nihili æstimavit. Neque vero his solum de causis, sed etiam ob præstantem filiorum virtutem ac probitatem, legisque studium atque observationem, longe majori caritate illos complectebatur. Nam et justi erant, et temperantes, et magnanimi; fratrum matrisque adeo amantes, ut ad mortem usque scita legis retinendo matri monenti obtemperarint. Verumtamen licet tot ac tanta amoris erga filios causæ non deessent, quibus ad commiserationem mater traheretur; exquisitissimis tamen tormentis in unoquoque eorum icta, nullo modo a mentis constantia poterat dimoveri; sed singulos et universos mater filios ad mortem pietatis causa obeundam cohortabatur. O sanctissimam naturam, amorisque parentum illecebras, et intelligentiam indulgentissimam, et nutritia, matrumque motus indomitos! Unumquemque tortum atque ustulatum conspicata mater, pietatis causa, de sententiæ constantia non decessit: liberorum suorum carnes igne videt liquefactas, pedum manuumque digitos humi palpitantes, capitum carnes, nudatas cute usque ad menta, larvarum instar ante se jacentes. o matrem nunc acerbiores quam in illorum partu dolores expertam! O solam feminam quæ integram pietatem sis enixa! Nihil te primogenitus exspirans movit; nihil secundus, te miserabili vultu in mediis intuens cruciatibus: nihil tertius animam agens: nihil, oculos cernere uniuscujusque suum in tormentis supplicium torve aspicientes, naresque, mortis eorum indices. Filiorum carnes combustas videns, abscissasque manibus manus

ρας προσημειουμένους τὸν θάνατον αὐτῶν· οὐκ ἔκλαυσας ὁρῶσα σάρκας τέκνων ἀποκαιομένας, καὶ ἐπὶ χερσὶ χεῖρας ἀποτεμνομένας, καὶ ἐπὶ κεφαλαῖς κεφαλὰς ἀποδειροτομουμένας, καὶ ἐπὶ νεκροῖς νεκροὺς πίπτοντας, καὶ πολυάνδριον ὁρῶσα τῶν τέκνων τὸ χωρίον διὰ τῶν βασάνων οὐκ ἐδάκρυσας. Οὐχ οὕτω σειρήνειοι μελῳδίαι οὐδὲ κύκνειοι πρὸς φιληκοΐαν φωναὶ τοὺς ἀκούοντας ἐφέλκονται, ὡς τέκνων φωναὶ μετὰ βασάνων μητέρα φωνούντων. Πηλίκαις καὶ πόσαις τότε ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν βασανιζομένων τροχοῖς τε καὶ καυστηρίοις ἐβασανίζετο βασάνοις· ἀλλὰ τὰ σπλάγχνα αὐτῆς ὁ εὐσεβὴς λογισμὸς ἐν αὐτοῖς τοῖς πάθεσιν ἀνδρειώσας ἐπέτεινε τὴν πρόσκαιρον φιλοτεκνίαν παριδεῖν· καίπερ ἑπτὰ τέκνων ἀπώλειαν ὁρῶσα καὶ τὴν τῶν στρεβλῶν πολύπλοκον ποικιλίαν· ἃς ἁπάσας ἡ γενναία μήτηρ ἐξέλυσε διὰ τὴν πρὸς Θεὸν πίστιν. Καθάπερ γὰρ ἐν βουλευτηρίῳ τῇ ἑαυτῆς ψυχῇ δεινοὺς ὁρῶσα συμβούλους φύσιν τε καὶ γένεσιν καὶ φιλοτεκνίαν καὶ τέκνων στρέβλας, δύο ψήφους κρατοῦσα ἡ μήτηρ, θανατηφόρον τε καὶ σωτήριον, ὑπὲρ τέκνων, οὐκ ἔγνω τὴν σώζουσαν ἑπτὰ υἱοὺς πρὸς ὀλίγον χρόνον σωτηρίαν, ἀλλὰ τῆς θεοσεβοῦς Ἀβραὰμ καρτερίας ἡ θυγάτηρ ἐμνήσθη. Ὦ μήτηρ ἔθνους, ἔκδικε τοῦ νόμου, καὶ ὑπερασπίστρια τῆς εὐσεβείας, καὶ τοῦ διὰ σπλάγχνων ἀγῶνος ἀθλοφόρε, ὦ ἀρρένων πρὸς καρτερίαν γενναιοτέρα, καὶ ἀνδρῶν πρὸς ὑπομονὴν ἀνδρειοτέρα. Καθάπερ γὰρ ἡ τοῦ Νῶε κιβωτὸς ἐν τῷ κοσμοπληθεῖ κατακλυσμῷ κοσμοφοροῦσα καρτερῶς ὑπέμεινε τοὺς κλύδωνας, οὕτω καὶ σὺ ἡ νομοφύλαξ πανταχόθεν τῷ τῶν παθῶν περιαντλουμένη κατακλυσμῷ, καὶ καρτεροῖς ἀνέμοις τῶν υἱῶν βασάνοις συνεχομένη, γενναίως ὑπέμεινας τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας χειμῶνα.

ιϛ'. Εἰ δὴ τοίνυν καὶ γυνὴ καὶ γεραία καὶ ἑπτὰ παίδων μήτηρ ὑπέμεινεν ὁρῶσα τὰς μέχρι θανάτου τῶν τέκνων βασάνους, ὁμολογουμένως αὐτοκράτωρ ἐστὶ τῶν παθῶν ὁ εὐσεβὴς λογισμός. Ἀπέδειξα οὖν ὅτι οὐ μόνον ἄνδρες τῶν παθῶν ἐκράτησαν, ἀλλὰ καὶ γυνὴ τῶν μεγίστων βασάνων ὑπερεφρόνησε. Καὶ οὐχ οὕτως οἱ περὶ τὸν Δανιὴλ λέοντες ἦσαν ἄγριοι, οὐδὲ ἡ μετὰ τὸν Μισαὴλ ἐκφλεγομένη κάμινος λαβροτάτῳ πυρὶ, ὡς ἡ τῆς φιλοτεκνίας περιέκαιεν ἐκείνην φύσις, ὁρῶσαν αὐτὴν οὕτω ποικίλως βασανιζομένους τοὺς ἑπτὰ υἱούς· ἀλλὰ τῷ λογισμῷ τῆς εὐσεβείας κατέσβεσε τὰ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα πάθη ἡ μήτηρ. Καὶ γὰρ τοῦτο ἔστιν ἐπιλογίσασθαι, ὅτι δειλόψυχος εἰ ἦν ἡ γυνὴ, καίπερ μήτηρ οὖσα ὠλοφύρατο ἂν ἐπ' αὐτοῖς· καὶ ἴσως ταῦτα ἂν οὕτως εἶπεν· « ὦ μελέα ἔγωγε καὶ πολλάκις τρισαθλία, « ἥτις ἑπτὰ παῖδας τεκοῦσα οὐδενὸς μήτηρ γεγένημαι. « Ὦ μάταιοι ἑπτὰ κυοφορίαι, καὶ ἀνόνητοι ἑπτὰ δεκάμηνοι, καὶ ἄκαρποι τιθηνίαι, καὶ ταλαίπωροι γαλακτοτροφίαι· μάτην ἐφ' ὑμῖν, ὦ παῖδες, πολλὰς ὑπέμεινα ὀδύνας, καὶ χαλεπωτέρας φροντίδας ἀνατροφῆς. Ὦ τῶν ἐμῶν παίδων οἱ μὲν ἄγαμοι, οἱ δὲ γήμαντες ἀνόνητοι· οὐκ ὄψομαι ὑμῶν τέκνα, οὐδὲ

impositas, et exsecta capita capitibus injecta, cadaveraque in cadavera corruentia, locum denique ipsum filiorum sepulcretum triste per tormenta factum cernens, non lacrimasti. Haud ita dulcissimi Sirenum cantus, aut suavissimæ cycnorum voces, voluptate aures permulcent, ut filiorum voces in mediis cruciatibus matrem appellantium. Quot et quantis tum mater, quum filii rotis candentibusque instrumentis cruciarentur, tormentis torquebatur! Sed pia ratio viscera ipsius, in mediis perturbationum fluctibus, virili fortitudine imbuens, ad momentaneam filiorum caritatem contemnendam confirmavit: quamvis septem liberorum mater exitium spectaret, tamque varia tormentorum cerneret genera: hæc tamen omnia generosa mater stabili in Deum fide superavit. In suo siquidem animo, ceu in senatu quodam, graves videns consiliarios: hinc, naturam, procreationem, amorem sobolis; liberorum illinc cruciatus; duosque manu calculos mater de filiis tenens, letalem et salutarem, septem filiis ad tempus perbreve candido salutem calculo non dedit; sed, sanctæ Abrahami constantiæ memoriam sibi filia proposuit. O mater gentis, legis ultrix, vindex pietatis, certaminisque in visceribus obiti victrix! o masculis ad tolerantiam animosior, virisque ad patientiam virilior! Nam ut arca Noæ in diluvio totum mundum obruente mundum vectans, turgidos fluctuum motus valide sustinuit: sic tu quoque, o custos legis, perturbationum diluvio undique jactata, filiorumque tormentis ceu ventis vehementissimis agitata, pietatis causa horrendæ tempestatis immanitatem fortiter pertulisti.

16. Quodsi igitur et femina et vetula et septem filiorum mater, ad mortem usque liberos suos cruciatos cernere sustinuit; manifestum est, piam rationem reginam esse perturbationum. Demonstratum itaque est a nobis, non viros solum dolores vicisse, sed et mulierculam maximos cruciatus superasse. Nec vero ita feri erant leones illi quibus Daniel objiciebatur, nec adeo torridus Misaelis caminus vehementissimo igne incensus, ut naturæ vi maternum illud pectus erga liberos undique incendebatur; quos septem jam variis exquisitisque tormentis cruciatos videns, pia tamen ratione tot et tantos motus mater repressit. Nam hoc quoque cogitare debemus, si quidem parvo femina illa fuisset animo, eos saltem, ut quæ mater erat, deplorasset; atque istiusmodi fortasse habuisset verba: « o me infelicem, sæpiusque miserrimam! quæ septem liberos enixa, nullius jam sim parens! o septem graviditates inanes, septenosque decem menses cassos, vanas nutricationes, atque lactatus calamitosos! frustra de vobis, o filii, multas ærumnas pertuli, difficilioresque educatione sollicitudines. Eheu filiorum meorum! alios quidem cælibes; alios vero frustra conjuges factos! Liberos ego vestros non sum visura; neque avia vocata, dicar-

« μάμμη κληθεῖσα μακαρισθήσομαι. Ὦ ἡ πολύπαις καὶ καλλίπαις ἐγὼ γυνὴ χήρα καὶ μόνη πολύθρηνος· οὐδὲ ἂν ἀποθάνω θάψοντα τῶν υἱῶν ἕξω τινά. » ἀλλὰ τούτῳ τῷ θρήνῳ οὐδένα ὠλοφύρατο ἡ ἱερὰ καὶ θεοσεβὴς μήτηρ, οὐδ' ἵνα μὴ ἀποθάνωσιν ἀπέτρεπεν αὐτῶν τινα, ὡς οὐδὲ ἀποθνησκόντων ἐλυπήθη· ἀλλ' ὥσπερ ἀδαμάντινον ἔχουσα τὸν νοῦν, καὶ εἰς ἀθανασίαν ἀνακτίζουσα τὸν τῶν υἱῶν ἀριθμὸν, μᾶλλον ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἐπὶ τὸν θάνατον αὐτοὺς προετρέπετο ἱκετεύουσα. Ὦ μῆτερ δι' εὐσέβειαν Θεοῦ στρατιῶτι πρεσβῦτι, καὶ γυναικὸς διὰ καρτερίαν καὶ τύραννον ἐνίκησας, καὶ ἔργοις ηὑρέθης ἀνδρὸς καὶ λόγοις δυνατωτέρα. Καὶ γὰρ ὅτε συνελήφθης μετὰ τῶν παίδων, εἱστήκεις τὸν Ἐλεάζαρον ὁρῶσα βασανιζόμενον, καὶ ἔλεγες τοῖς παισὶ τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ· « ὦ παῖδες, γενναῖος ὁ ἀγών· ἐφ' ὃν κληθέντες ὑπὲρ τῆς διαμαρτυρίας τοῦ ἔθνους, ἀναγωνίσασθε προθύμως ὑπὲρ τοῦ πατρῴου νόμου· καὶ γὰρ αἰσχρὸν τὸν μὲν γέροντα τοῦτον ὑπομένειν τὰς διὰ τὴν εὐσέβειαν ἀλγηδόνας, ὑμᾶς δὲ τοὺς νεανίσκους καταπλαγῆναι τὰς βασάνους. Ἀναμνήσθητε ὅτι διὰ τὸν Θεὸν τοῦ κόσμου μετελάβετε καὶ τοῦ βίου ἀπελαύσατε· καὶ διὰ τοῦτο ὀφείλετε πάντα πόνον ὑπομεῖναι διὰ τὸν Θεόν· δι' ὃν καὶ ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραὰμ ἔσπευδε τὸν ἐθνοπάτορα υἱὸν σφαγιάσαι Ἰσαὰκ, καὶ τὴν πατρῴαν χεῖρα ξιφηφόρον καταφερομένην ἐπ' αὐτὸν ὁρῶν ὁ Ἰσαὰκ οὐκ ἔπτηξε· καὶ Δανιὴλ ὁ δίκαιος εἰς λέοντας ἐβλήθη, καὶ Ἀνανίας καὶ Ἀζαρίας καὶ Μισαὴλ εἰς κάμινον πυρὸς ἀπεσφενδονίσθησαν, καὶ ὑπέμειναν διὰ τὸν Θεόν. Καὶ ὑμεῖς οὖν τὴν αὐτὴν πίστιν εἰς τὸν Θεὸν ἔχοντες μὴ χαλεπαίνετε· ἀλόγιστον γὰρ τοὺς εἰδότας εὐσέβειαν μὴ ἀντισταθῆναι τοῖς πόνοις. » Διὰ τούτων τῶν λόγων ἡ ἑπταμήτωρ ἕνα ἕκαστον τῶν υἱῶν παρακαλοῦσα ἀποθανεῖν ἔπεισε μᾶλλον ἢ παραβῆναι τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, ἔτι δὲ καὶ ταῦτα εἰδότας ὅτι οἱ διὰ τὸν Θεὸν ἀποθανόντες ζῶσι τῷ Θεῷ, ὥσπερ Ἀβραὰμ, Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ πάντες οἱ πατριάρχαι.

ιη'. Ἔλεγον δὲ καὶ τῶν δορυφόρων τινὲς ὡς ὅτε ἔμελλε συλλαμβάνεσθαι καὶ αὐτὴ πρὸς θάνατον, ἵνα μὴ ψαύσειέ τις τοῦ σώματος αὐτῆς, ἑαυτὴν ἔρριψε κατὰ τῆς πυρᾶς. Ὦ μήτηρ σὺν ἑπτὰ καταλύσασα τὴν τοῦ τυράννου βίαν καὶ ἀκυρώσασα τὰς κακὰς ἐπινοίας αὐτοῦ, καὶ δείξασα τὴν τῆς πίστεως γενναιότητα. Καθάπερ γὰρ στέγη ἐπὶ τοῖς στύλοις, οὕτω καὶ σὺ ἐπὶ παισὶ γενναίως ἱδρυμένη ἀκλινὴς ὑπήνεγκας τὸ διὰ τῶν βασάνων σεισμόν. Θάρρει τοιγαροῦν, ὦ μήτερ ἱερόψυχε, τὴν ἐλπίδα τῆς ὑπομονῆς ἔχουσα βεβαίαν πρὸς τὸν Θεόν. Οὐχ οὕτω σελήνη κατ' οὐρανὸν σὺν ἄστροις σεμνὴ καθέστηκεν, ὡς σὺ τοὺς ἰσαστέρους ἑπτὰ παῖδας φωταγωγήσασα πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἔντιμος καθέστηκας τῷ Θεῷ, καὶ ἠστέρισαι ἐν οὐρανῷ σὺν αὐτοῖς· ἦν γὰρ ἡ παιδοποιία σου ἀπὸ Ἀβραὰμ τοῦ πατρός. Εἰ δὲ ἐξὸν ἡμῖν ὥσπερ ἐπί τινος πίνακος ζωγραφῆσαι τὴν τῆς εὐσεβείας ἱστορίαν, οὐκ ἂν ἔφριττον οἱ θεωροῦντες μητέρα

« beata. O me modo multis pulchrisque liberis stipatam, nunc orbam tristique in luctu solitariam relictam! filiorum, quum morior, qui me sepeliat, habituram neminem! » Verum sancta illa ac pia mater, talem lessum lamentando filiorum nulli facit, neque quenquam a morte oppetenda avertit, neque morientibus ipsis tristitia affecta est: sed velut adamantina mente prædita, et ad immortalitatem erigens numerum filiorum, ad mortem potius pietatis causa subeundam supplex eos impulit. O mater, propter pietatem veterana Dei miles! tyrannum muliebri tolerantia vicisti; factis dictisque viro reperta es potentior. Nam quando comprehendebare cum liberis, Eleazarum cernens cruciari stabas: illosque Hebraice sic es allocuta: « nobile, mi pueri, certamen videtis, ad quod vocati, ut fidei virtutisque testationem nationi nostræ relinquatis, pro patria lege alacriter decertate. Turpe enim fuerit, senem istum dolores ob pietatem perpeti; vos autem, juvenes, consternari tormentis. Recordamini vos Dei beneficio in hunc mundum prodiisse, lucisque accepisse usuram: quocirca nullum non dolorem tolerare debetis Dei causa, propter quem et pater ille noster Abrahamus Isaacum, gentis futurum parentem, mactare properavit; ipseque Isaacus patris manum ensiferam, in se jam agitatam, cernens, non reformidavit: justus quoque Daniel leonibus objectus, et Ananias et Azarias et Misael in fornacem igneam præcipitati, Dei causa durarunt. Vos igitur, quibus eadem est in Deum fides, ne conturbemini: quum absurdum sit, pietatis gnaros doloribus non posse resistere. » Hujusmodi verbis illa septem filiorum parens, unumquemque exhortata, mortem potius eis suasit, quam ut divina præcepta violarent. Quibus etiam cognitum est atque exploratum, eos qui Dei causa moriuntur, Deo vivere, ut Abrahamum, Isaacum et Jacobum, omnes postremo patriarchas.

18. Satellitum nonnulli retulere, quum jam illa quoque in eo esset ut ad mortem comprehenderetur: ne quis corpus ipsius attingeret, sese in rogum conjecisse. O mater quæ septem filiis comitata, tyranni violentiam fregisti, scelerata illius cogitata dissipavisti, generosamque fidei constantiam declaravisti! Tu, tecti instar, filiorum nixa et firmata columnis, tormentorum conquassationem immota sustinuisti. Bono itaque animo es, o mater sanctissima, quæ spem tolerantiæ firmam et stabilem habeas apud Deum. Haud ita luna cum stellis in cœlo splendida conspicitur, ut tu quæ septem filios, stellis pares splendore, ad claram pietatis lucem adduxisti, gloriosa Deo es effecta, atque una cum illis in cœlo fixa. Tua nimirum liberorum procreatio a patre descendebat Abrahamo. Quodsi nos possemus quasi in tabella quadam depingere hanc pietatis historiam, annon illi, qui matrem septem liberorum perferentem specta-

ἑπτὰ τέκνων δι' εὐσέβειαν ποικίλας βασάνους μέχρι θανάτου γινομένας ὑπομένουσαν; καὶ γὰρ ἄξιον ἦν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ τάφου ἀναγράψαι, καὶ ταῦτα τοῖς ἀπὸ τοῦ ἔθνους εἰς μνείαν λεγόμενα· ΕΝΤΑΥΘΑ Ο ΓΕΡΩΝ ΙΕΡΕΥΣ ΚΑΙ ΓΥΝΗ ΓΕΡΑΙΑ ΚΑΙ ΕΠΤΑ ΠΑΙΔΕΣ ΕΓΚΕΚΗΔΕΥΝΤΑΙ ΔΙΑ ΤΥΡΑΝΝΟΥ ΒΙΑΝ ΤΗΝ ΕΒΡΑΙΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑΝ ΚΑΤΑΛΥΣΑΙ ΘΕΛΟΝΤΟΣ. ΟΙ ΚΑΙ ΕΞΕΔΙΚΗΣΑΝ ΤΟ ΕΘΝΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΑΦΟΡΩΝΤΕΣ, ΚΑΙ ΜΕΧΡΙ ΘΑΝΑΤΟΥ ΤΑΣ ΒΑΣΑΝΟΥΣ ΥΠΟΜΕΙΝΑΝΤΕΣ. Ἀληθῶς γὰρ ἦν ὁ ἀγὼν θεῖος ὁ δι' αὐτῶν γεγενημένος· ἠθλοθέτει γὰρ τότε ἀρετὴ δι' ὑπομονῆς δοκιμάζουσα, τὸ νῖκος ἀφθαρσία ἐν ζωῇ πολυχρονίῳ. Ἐλεάζαρος δὲ προηγωνίζετο, ἡ δὲ μήτηρ τῶν ἑπτὰ παίδων ἐνήθλει· οἱ δὲ ἀδελφοὶ ἠγωνίζοντο, ὁ τύραννος ἀντηγωνίζετο· ὁ δὲ κόσμος καὶ ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος ἐθεώρει, θεοσέβεια δὲ ἐνίκα, τοὺς ἑαυτῆς ἀθλητὰς στεφανοῦσα. Τίνες οὐκ ἐθαύμασαν τοὺς τῆς θείας νομοθεσίας ἀθλητάς; τίνες οὐκ ἐξεπλάγησαν; αὐτός γέ τοι ὁ τύραννος καὶ ὅλον τὸ συμβούλιον αὐτῶν ἐξεθαύμασαν αὐτῶν τὴν ὑπομονήν· δι' ἣν καὶ τῷ θείῳ νῦν παρεστήκασι θρόνῳ καὶ μακάριον αἰῶνα βιοῦσι. Καὶ γάρ φησιν ὁ Μωϋσῆς, « καὶ πάντες οἱ ἡγιασμένοι ὑπὸ τὰς χεῖράς σου. » Καὶ οὗτοι οὖν οἱ ἁγιασθέντες διὰ Θεὸν τετίμηνται, οὐ μόνον ταύτῃ τῇ τιμῇ, ἀλλὰ καὶ τῷ δι' αὐτοὺς τοῦ ἔθνους ἡμῶν τοὺς πολεμίους μὴ ἐπικρατῆσαι, καὶ τὸν τύραννον τιμωρηθῆναι, καὶ τὴν πατρίδα καθαρισθῆναι, ὥσπερ ἀντίψυχον γεγονότας τῆς τοῦ ἔθνους ἁμαρτίας. Καὶ διὰ τοῦ αἵματος τῶν εὐσεβῶν ἐκείνων καὶ τοῦ ἱλαστηρίου τοῦ θανάτου αὐτῶν ἡ θεία πρόνοια τὸν Ἰσραὴλ προκακωθέντα διέσωσε· πρὸς γὰρ τὴν ἀνδρείαν αὐτῶν τῆς ἀρετῆς καὶ τὴν ἐπὶ ταῖς βασάνοις αὐτῶν ὑπομονὴν ὁ τύραννος ἀπιδὼν ἀνεκήρυξεν ὁ Ἀντίοχος τοῖς στρατιώταις αὐτοῦ εἰς ὑπόδειγμα τὴν ἐκείνων ὑπομονήν, ἔσχε τε αὐτοὺς γενναίους καὶ ἀνδρείους εἰς πεζομαχίαν καὶ πολιορκίαν, καὶ ἐκπορθήσας ἐνίκησε τοὺς πάντας πολεμίους. Ὦ τῶν Ἀβραμιαίων σπερμάτων ἀπόγονοι παῖδες Ἰσραηλῖται, πείθεσθε τῷ νόμῳ τούτῳ, καὶ πάντα τρόπον εὐσεβεῖτε, γινώσκοντες ὅτι τῶν παθῶν δεσπότης ἐστὶν ὁ εὐσεβὴς λογισμός, καὶ οὐ μόνον τῶν ἔνδοθεν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔξωθεν πόνων.

κ'. Ἀνθ' ὧν διὰ τὴν εὐσέβειαν προϊέμενοι τὰ σώματα τοῖς πόνοις ἐκεῖνοι οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐθαυμάσθησαν, ἀλλὰ καὶ θείας μερίδος κατηξιώθησαν, καὶ δι' αὐτοὺς εἰρήνευσε τὸ ἔθνος, καὶ τὴν εὐνομίαν τὴν ἐπὶ τῆς πατρίδος ἀνανεωσάμενοι, ἐξεπολιόρκησαν τοὺς πολεμίους. Καὶ ὁ τύραννος Ἀντίοχος καὶ ἐπὶ γῆς τετιμώρηται καὶ ἀποθανὼν κολάζεται. Ὡς γὰρ οὐδὲν οὐδαμῶς ἴσχυσεν ἀναγκάσαι τοὺς Ἱεροσολυμίτας ἀλλοφυλῆσαι καὶ τῶν πατρίων ἐθῶν ἐκδιαιτηθῆναι, τότε ἀπάρας ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων ἐστράτευσεν ἐπὶ Πέρσας. Ἔλεγε δὲ ἡ μήτηρ τῶν ἑπτὰ παίδων καὶ ταῦτα δίκαια τοῖς τέκνοις, ὅτι « ἐγὼ ἐγενήθην παρθένος ἁγνή, οὐδὲ ὑπερ« έβην πατρικὸν οἶκον, ἐφύλασσον δὲ τὴν ᾠκοδομημέ« νην πλευράν· οὐ διέφθειρέ με λυμεὼν ἐρημίας φθορεὺς

rent tormenta ad mortem usque pietatis causa, contremiscerent? Esset sane consentaneum, ut et hæc, ad memoriam popularibus dicta, sepulchro appingerentur: HIC SACERDOS SENEX ANUSQUE CUM FILIIS SEPTENIS JACENT. TYRANNI VIOLENTIA SUBLATI HEBRÆORUM REMPUBLICAM EVERTERE CONANTIS. QUI OCULIS IN DEUM CONJECTIS, CRUCIATIBUSQUE AD MORTEM TOLERATIS, GENTEM VINDICARUNT. Divinum plane certamen illud erat, quod obiere. Ubi virtus, per tolerantiam probans, muneraria: victoria, immortalitas in vita perenni: primus pugil, Eleazarus: septem filiorum mater, concertatrix: pugiles, fratres: adversarius, tyrannus: mundus hominumque vita, spectatores. Pietas tandem victrix, suos coronans athletas, declaratur. Quis non admirabatur divinæ athletas legis? quis non obstupescebat intuens? Ipse certe tyrannus, totusque adeo consessus, patientiam illorum admirabantur. Ob quam divino nunc throno adstant, ævumque degunt beatissimum. Moyses enim ait, « atque « omnes sanctificati sub manibus tuis. » Ergo isti quoque sanctificati, Dei causa, honores sunt consecuti: nec hos tantum honores, sed etiam debellatorum gentis suæ sua virtute hostium, tyranni mulctati, patriæque, ut qui quasi victima pro delictis gentis suæ exstiterint, perpurgatæ. Quorum piorum sanguine mortisque propitiatione divina providentia placata Israelem ante afflictum servavit. Etenim tyrannus Antiochus, tanta virtutis ipsorum firmitate animadversa, invictaque in tormentis ferendis patientia explorata; eorum patientiam militibus suis imitandam jussit proclamari; habuitque e gente illa eximios ac fortes ad pedestrem pugnam et obsidionem milites; quorum opera hostibus universis superatis, victor evasit. O pueri Israelitæ, Abrahamæi sanguinis soboles, huic legi parete, hanc omni ratione colite, quandoquidem videtis piam rationem perturbationum esse reginam, nec perturbationum tantum internarum, sed dolorum quoque externorum.

20. Unde illi pietatis gratia corpora doloribus objicientes, non modo hominibus fuerunt admirationi, sed etiam divina sorte digni habiti sunt, ut ipsorum virtute et natio pace frueretur, et lege patria renovata hostes funderentur. At vero tyrannus ille Antiochus quum vivus pœnas dedit, tum mortuus cruciatur. Nam ut nullo modo Hierosolymitas ad externos mores et ritus amplexandos cogere patriosque abdicandos valuit; Hierosolymis discedens in Persas suscepit expeditionem. Quin etiam justa illa septem filiorum mater hæc quoque liberis dixisse perhibetur: « casta « virgo fui, nec paternæ domus limen excessi; latus ædifi« catum servavi. Me nec in agro vitiavit dirus solitudinis « corruptor; nec virginitatem castam exitiosa serpentis

« ἐν πεδίῳ, οὐδ' ἐλυμήνατό μου τὰ ἁγνὰ τῆς παρθενίας λυμεὼν ἀπατηλὸς ὄφις. Ἔμεινα δὲ χρόνον ἀκμῆς σὺν ἀνδρί· τούτων δὲ ἐνηλίκων γενομένων ἐτελεύτησεν ὁ πατὴρ, μακαρίως μὲν, τὸν γὰρ τῆς εὐτεκνίας βίον ἐπιζήσας τὸν τῆς ἀτεκνίας οὐκ ὠδυνήθη καιρόν· ὃς ἐδίδασκεν ἡμᾶς, ἔτι ὢν σὺν ἡμῖν, τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας· τὸν ἀναιρεθέντα Ἄβελ ὑπὸ τοῦ Κάϊν ἀνεγίνωσκεν ἡμῖν, καὶ τὸν ὁλοκαυτούμενον Ἰσαὰκ, τὸν ἐν φυλακῇ Ἰωσήφ· ἔλεγε δ' ἡμῖν τὸν ζηλωτὴν Φινεές· ἐδίδασκε δὲ ἡμᾶς τοὺς ἐν πυρὶ Ἀνανίαν καὶ Ἀζαρίαν καὶ Μισαήλ· ἐδόξαζε δὲ καὶ τὸν ἐν λάκκῳ λεόντων Δανιὴλ, ὃν ἐμακάριζεν· ὑπεμίμνησκε δὲ ἡμᾶς τὴν Ἠσαΐου γραφὴν, τὴν λέγουσαν, Κἂν διὰ πυρὸς διέλθῃς, φλὸξ οὐ κατακαύσει σε. Τὸν ὑμνογράφον ἐμελῴδει ἡμῖν Δαυὶδ, λέγοντα, Πολλαὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων, καὶ ἐκ πασῶν αὐτῶν ῥύσεται αὐτοὺς ὁ Κύριος. Τὸν Σολομῶντα ἐπαροιμίαζεν ἡμῖν λέγοντα, Ξύλον ζωῆς ἐστι πᾶσι τοῖς ποιοῦσιν αὐτοῦ τὸ θέλημα. Τὸν Ἰεζεκιὴλ ἐπιστοποιεῖτο λέγοντα, Εἰ ζήσεται τὰ ὀστᾶ τὰ ξηρὰ ταῦτα; Ὠδὴν μὲν ἣν ἐδίδαξε Μωϋσῆς οὐκ ἐπελάθετο, διδάσκων τὴν λέγουσαν, Ἐγὼ ἀποκτενῶ καὶ ζῆν ποιήσω, αὕτη ἡ ζωὴ ὑμῶν καὶ ἡ μακρότης ἡμερῶν. »

Ὢ πικρᾶς τῆς τότε ἡμέρας, καὶ οὐ πικρᾶς, ὅτε ὁ πικρὸς Ἑλλήνων τύραννος πῦρ φλέξας λέβησιν ὠμοῖς καὶ ζέουσι θυμοῖς ἀγαγὼν ἐπὶ τὸν καταπέλτην καὶ πάσας τὰς βασάνους αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς ἑπτὰ παῖδας τῆς Ἀβρααμίτιδος· καὶ τὰς τῶν ὀμμάτων κόρας ἐπήρωσε, καὶ γλώσσας ἐξέτεμε, καὶ βασάνοις ποικίλαις ἀπέκτεινεν. Ὑπὲρ ὧν ἡ θεία δίκη μετῆλθε καὶ μετελεύσεται τὸν ἀλάστορα· οἱ δὲ Ἀβραμιαῖοι παῖδες σὺν τῇ ἀθλοφόρῳ μητρὶ καὶ τῷ γεραιῷ Ἐλεάζαρ τῷ τῶν πατέρων χορῷ συναγελάζονται, ψυχὰς ἁγνὰς καὶ ἀθανάτους ἀπειληφότες παρὰ τοῦ Θεοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

« astutia polluit. Ætatis florem cum viro consumpsi: istis jam adultis, pater occubuit, beate sane, ut qui fœcunditatis spatio exacto, orbitatis tempus non senserit luctuosum. Qui quum adhuc nobiscum versaretur, legem nos ac prophetas docere solebat: Abelem a Caino interfectum nobis legere; immolatum Isaacum, Josephumque in carcere inclusum: de æmulatore Phineeso narrare: Ananiam, Azariam ac Misaelem in ignem conjectos referre: Danielem in fovea leonum celebrare, quem beatum prædicabat: Esaiæ scripturam recensere, Etsi per ignem transeas, flamma te non cremabit: Davidem hymnorum odarumque scriptorem cantare, dicentem, Multæ sunt justorum afflictiones, ex quibus omnibus liberabit eos Dominus: Proverbia Solomonis recitare, docentis, Arbor vitæ omnibus facientibus voluntatem ipsius: Ezechielis confirmationem afferre, inquientis, An ossa ista arida reviviscent? Quam Moyses odam docuerat, oblivioni non tradere, erudientem, Ego interimo et vitæ restituo, hæc vita est vestra, et temporis diuturnitas. » O amarum illum diem, minimeque amarum! quum dirus Græcorum tyrannus, igne sævis lebetibus succenso, furore ebulliente, septem Abrahamitidis natos ad catapultam omniaque illis parata tormenta raptans, oculorum pupillis privavit, linguas eis exsecuit, variisque interfecit tormentis. Ob quæ divina ultio perniciem ista aggressa est, atque aggredietur: contra vero Abrahamæi pueri una cum matre victrice ad patrum cœtum aggregantur, sanctis animis et immortalibus acceptis a Deo, cui gloria sit in sempiterna sæcula. Amen.

INDEX

NOMINUM ET RERUM.

(*A. J.* Antiquitates Judaicæ. — *B. J.* Bellum Judaicum. — *C. A.* Contra Apionem. — *V. J.* Vita Josephi. — *M.* De Maccabæis.)

A.

C.

G.

L.

M.

N.

O.

Q.

R.

S.

T.

U.

V.

FRAGMENTA

PARTIM INEDITA

POLYBII, DIONYSII HALICARNASSENSIS, POLYÆNI, DEXIPPI, EUSEBII,

IN ATHO MONTE A MYNOIDE MINA E CODICE DESCRIPTA,

EDIDIT

CAROLUS MULLERUS.

PRÆFATIO.

Mynoides Minas inter thesauros, quos in Atho monte bibliothecarum e pulvere eruit, codicem recenset sæculi duodecimi, de quo hunc in modum exponit (*Rapport adressé à M. le ministre de l'instruction publique par M. Mynoïde Minas chargé d'une mission en Orient*) :

« N° 21. Manuscrit du douzième siècle, intitulé *Siéges de différentes villes.* Sans parler des stratégies et des siéges rapportés par Thucydide, par Arrien et par Polyen, ce manuscrit contient : 1° le combat de Pyrrhus avec les Romains, fragment inédit et extrait du vingtième livre de Denys d'Halicarnasse; 2° trois siéges rapportés par Dexippus, écrivain dont nous ne possédons rien jusqu'à présent, si ce n'est ce que Photius en a conservé; 3° les siéges de Syracuse et d'Ambracie, extraits du huitième et du vingtième livre de Polybe qui nous manquent; M. Schweighæuser a publié plusieurs fragments de cet historien, mais la première moitié du siége d'Ambracie, ainsi que le commencement et la fin du siége de Syracuse ne se trouvent pas dans son édition; 5° le siége de Platée par Thucydide; 6° un fragment du siége de Salonique, extrait du neuvième livre de l'historien Eusèbe, dont on ne possédait rien jusqu'ici. Malheureusement il y a une lacune dans ce récit occasionnée par la perte d'une feuille. »

Hujus igitur libri partem aliquam Minas sua manu transcripsit. Continentur vero apographo, quod in Bibliotheca Regia nunc asservatur, capita hæcce :

1. E Dionysii Halicarnassensis libro vicesimo descriptio inedita pugnæ quam ad Asculum Pyrrhus cum Romanis commisit (Codicis fol. 71 vs. — 74 recto).

2. E Polyæni strategematis fragmenta duo de Alexandro et de Antigono (Cod. fol. 74 vs. et recto). Hæc in editionibus Polyæni leguntur lib. IV, 3, 23 et 6, 3.

3. E DEXIPPO fragmenta tria inedita de obsidionibus Marcianopolis et Philippopolis et Sides (Cod. fol. 74 vs. — 76 vs.).

4. E POLYBII libro vicesimo primo fragmentum de obsidione Ambraciæ, quod jam noveramus ex Herone *De toleranda obsidione*, unde depromtum inter Polybiana nostra legitur. Nihil novi apographum præbet. (Codicis folium in postremis duobus fragmentis non notatur.)

5. Ex EUSEBII Historiarum libro nono initium fragmenti de obsidione Thessalonices.

Inter inedita igitur desiderantur in apographo tum Polybii fragmentum de Syracusarum obsidione, tum quæ de aliis duabus obsidionibus e Prisco, historico sui seculi præstantissimo, excerpta in codice legebantur.

Quod attinet titulum libri, Πολιορκίαι διαφόρων πόλεων (*Siéges de différentes villes*), quem etiam excerptis suis Minas præfixit, aut loco suo motus huc migravit, aut pars est inscriptionis olim uberioris. Videlicet priora fragmenta non de obsidionibus agunt, sed de prœliis sive περὶ παρατάξεων. Cujusmodi descriptiones in codice (fol. 1-74) legebantur viginti sex, uti ex eo colligitur quod locis duobus e Polyæno excerptis adscribuntur numeri κε′ et κϛ′. His demum absolutis auctor ad obsidiones transit, quas introducit verbis : Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰς πολιορκίας κτλ. Facilis igitur suspicio est hæc Περὶ παρατάξεων et Περὶ πολιορκιῶν capita ambo in titulo operis olim commemorata, iisque generaliorem inscriptionem Περὶ στρατηγιῶν fuisse præmissam. Ac nescio an ex istis : *Sans parler des stratégies et des siéges*, concludere liceat, in ipso codice nostro Minam inscriptionem Περὶ στρατηγιῶν reperisse. Utut est, hoc certe constat inter titulos quinquaginta tres Constantinianos unum fuisse *De arte imperatoria*. Nimirum in titulo Περὶ γνωμῶν ad finem fragmenti ad Polybii librum sextum pertinentis excerptor adscripsit : Ζήτει ἐν τῷ περὶ στρατηγίας. (pag. 370 ed. Mai) (*) Neque ullus dubito, quin fragmenta nostra e Constantinianis illis eclogis promanaverint. Quid, quod ulterius progrediendum esse possit videri. Etenim quum in codicis nostri foliis singulis totidem fere lineæ contineantur atque in Vaticanis Περὶ γνωμῶν et in Valesianis Περὶ ἀρετῶν eclogis, præterea vero etiam vocabulis nonnullis, quæ ad codicis similitudinem Minas depinxit, scriptura prodatur ei quam

(*) Titulum *De conjurationibus* in Escuriali a Federo repertum et exscriptum dici monuit Schmidt (*De fontibus vett. auctt. in narr. expedit. Gall. p.* 32; *Berolin.* 1834). Verum quum hucusque nihil Federus ediderit, oculis quidem usurpasse, non vero etiam exscripsisse librum videtur. Nos speramus fore, ut E. MILLERI, viri doctissimi, opera et studio Conjurationes istæ propediem in lucem protrahantur.

Vaticanus liber et Valesianus ostendunt, simillima : suspicari sane liceret codicem nostrum non duodecimo sed decimo sæculo vindicandum, et similiter atque Vaticanum et Valesianum esse illud ipsum exemplar, quod sibi Constantinus Porphyrogenitus exarari jusserit (Cf. Dindorfius in Præf. ad Diodor. tom II). Verum quemadmodum hæc tenuiora sunt indicia, quam ut certius quidquam pronuntiari queat, sic alia quædam apographum potius et compendium uberioris eclogarum collectionis coarguunt. Facit huc primum tituli ratio perturbata, deinde illud, quod in Constantinianis Περὶ στρατηγίας eclogis fragmentum e Polybii libro *sexto* petitum legebatur, quum noster codex, siquidem accurate excussus est, nihil nisi duo libri octavi et vicesimi primi fragmenta contineat. Quod denique in Nostris nomen auctoris ad singula fragmenta repetitur, id a Vaticanis et Valesianis eclogis alienum est.

Ceterum quæ inedita exhibemus, ea historico gratissima veniant necesse est. Nam prœlii ad Asculum commissi descriptio accuratior desiderabatur; de iis quæ e Dexippi Historiis Scythicis referuntur, vel parum vel omnino non constabat; Eusebium, cujus omnis memoria uno Euagrii loco continebatur, jam docemur et satis amplum scripsisse historiarum opus, in eoque dialectum affectasse ionicam. Polybii fragmentum noveramus quidem, verum de libro, unde petitum esset, hucusque haud liquebat. Denique lectionis varietas quam codex præbebat pervetustus haud minimi erat momenti. Neque dubito quin egregie Mynoides Minas de litterarum republica foret meritus, si non modo inedita exscripsisset omnia, sed reliqua etiam, in iisque Thucydidea maxime, cum editis nostris contendere atque varietatem lectionis enotare instituisset.

Jam ut de mea loquar opella, græcis adjeci latina, subjeci annotationem criticam, qua præter meos conatus exhibentur tum ea, quæ Minas ad marginem apographi notavit, tum correctiones Dübneri mei, qui fragmenta hæc, antequam in manus mihi venirent, perlustraverat. Vale, lector, faveque.

Parisiis, mense Martio MDCCCXLVII.

Carolus Mullerus.

[ΠΟΛΙΟΡΚΙΑΙ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΠΟΛΕΩΝ.]

ΕΚ ΤΗΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΒΙΒΛ. Κʹ.

Πύρρου καὶ Ῥωμαίων ὑπάτων Ποπλίου Δεκίου καὶ Ποπλίου Σουλπικίου.

I. Συνθέμενοι δὲ διὰ κηρύκων τὸν χρόνον ἐν ᾧ διαγωνιοῦνται, κατέβαινον ἐκ τῶν στρατοπέδων καὶ εἰς τάξιν καθίσταντο τοιάνδε· (2) βασιλεὺς μὲν Πύρρος τὴν Μακεδονικὴν μὲν φάλαγγα πρώτην ἔταξεν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρατος, καὶ μετ' αὐτὴν τοὺς ἐκ τοῦ Τάραντος μισθοφόρους Ἰταλιώτας· ἔπειτα τοὺς ἐξ Ἀμβρακίας, καὶ μετ' αὐτοὺς τὴν Ταραντίνων λεύκασπιν φάλαγγα· ἑξῆς δὲ τὸ Βρεττίων καὶ Λευκανῶν συμμαχικόν· (3) ἐπὶ μέσης δὲ τῆς φάλαγγος Θεσπρωτούς τε καὶ Χάονας· τούτοις δὲ συνεχεῖς τοὺς Αἰτωλῶν καὶ Ἀκαρνάνων καὶ Ἀθαμάνων μισθοφόρους· τελευταίους δὲ Σαυνίτας, τὸ λαιὸν ἐκπληροῦντας κέρας. (4) Τῆς δὲ ἵππου τὴν μὲν Σαυνῖτιν καὶ Θετταλικὴν καὶ Βρεττίαν καὶ τὴν ἐκ τοῦ Τάραντος μισθοφόρον ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρατος ἔστησε· τὴν δὲ Ἀμβρακιῶτιν καὶ Λευκανὴν καὶ Ταραντίνην, καὶ τὴν Ἑλληνικὴν μισθοφόρον, ἣν ἐξεπλήρουν Ἀκαρνᾶνές τε καὶ Αἰτωλοὶ καὶ Μακεδόνες καὶ Ἀθαμᾶνες, ἐπὶ τοῦ λαιοῦ. (5) Τοὺς δὲ ψιλοὺς καὶ τοὺς ἐλέφαντας διχῇ νείμας, ἀμφοτέρων κατόπιν ἔστησε τῶν κεράτων, σύμμετρόν τι χωρίον ἀφεστῶτας, ὀλίγον ἐπανεστηκὸς τοῦ πεδίου. (6) Αὐτὸς δὲ τὸ καλούμενον βασιλικὸν ἄγημα τῶν ἐπιλέκτων ἱππέων ὁμοῦ τι δισχιλίων περὶ αὐτὸν ἔχων, ἐκτὸς ἦν τάξεως, εἶναι τοῖς κάμνουσιν αἰεὶ τῶν σφετέρων ἐξ ἑτοίμου ἐπάρκεσιν.

II. Οἱ δὲ ὕπατοι κατὰ μὲν τὸ λαιὸν κέρας ἔστησαν τάγμα τὸ καλούμενον πρῶτον, ἐναντίον τῇ Μακεδονικῇ καὶ Ἀμβρακιωτικῇ φάλαγγι καὶ τοῖς μισθοφόροις τῶν Ταραντίνων· (2) ἑπόμενον δὲ τῷ πρώτῳ τάγματι τὸ τρίτον, καθ' ὃ μέρος ἡ λεύκασπις ἦν τῶν Ταραντίνων φάλαγξ καὶ τὸ Βρεττίων καὶ τὸ Λευκανῶν συμμαχικόν. (3) Συναφὲς δὲ τῷ τρίτῳ τὸ τέταρτον ἔστησαν, κατὰ τοὺς Μολοττούς τε καὶ Χάονας καὶ Θεσπρωτούς· (4) τὸ δὲ δεύτερον ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρατος ἐναντίον τοῖς μισθοφόροις τοῖς ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος, Αἰτωλοῖς καὶ Ἀκαρνᾶσι καὶ Ἀθαμᾶσι καὶ τῇ Σαυνιτῶν θυρεοφόρῳ φάλαγγι. (5) Λατίνους δὲ καὶ Καμπανοὺς καὶ Σαβίνους καὶ Ὀμβρίκους καὶ Οὐολέσκους καὶ Μαρουγκίνους καὶ Πε-

E DIONYSII HISTORIÆ LIBRO XX.

Pyrrhi et Romanorum consulum Publii Decii et Publii Sulpicii prœlium.

I. Constituto per præcones tempore quo prœlium committerent, e castris progressi aciem instruxerunt hunc in modum. (2) Pyrrhus rex in dextro cornu primam collocavit phalangem Macedonicam; post eam Tarentinorum mercenarios Italos; deinceps Ambraciotas; tum Tarentinorum phalangem scuta alba gerentem; exin Bruttiorum et Lucanorum manum auxiliarem; (3) media vero in acie Thesprotos et Chaones, quibus continuos subjunxit mercenarios Ætolorum, et Acarnanum et Athamanum; postremos omnium locavit Samnitas, qui lævum cornu explerunt. (4) Equites autem Samnitas, Thessalos, Bruttios et quos mercede Tarentini conduxerant, ad dextrum cornu; Ambraciotas, Tarentinos et Græcos mercenarios, quos complerunt Acarnanes, Ætoli, Macedones, Athamanes, ad lævum cornu constituit. (5) Levis denique armaturæ milites atque elephantos bifariam distribuens post utrumque collocavit cornu modico intervallo separatos, in loco qui paullulum assurgebat e planitie. (6) Ipse autem agemate, quod vocant, stipatus regio lectorum equitum bis mille circiter numero, extra ordines versabatur, quo prouti pars suorum laboraret alicubi, auxilio iis adesset.

II. Consules autem in lævo cornu collocarunt legionem primam exadversus Macedonicam et Ambracioticam phalangem atque mercenarios Tarentinorum. (2) Primam legionem excepit tertia exadversus Tarentinorum phalangem scutis albis instructam et auxilia Bruttiorum Lucanorumque. (3) Tertiæ contigua legio quarta, exadversum Molossos, Chaonas et Thesprotos. (4) Secunda legio locata in dextro cornu e regione mercenariorum e Græcia, Ætolorum, Acarnanum, Athamanum, atque Samnitarum phalangis scutigeræ. (5) Latinos autem, Campanos, Volscos, Marrucinos, Pelignos reliquosque socios in quattuor

---

I. Πολιορκίαι δ. π.] Uncis inclusi, quum titulus ad ea quæ de prœliis sequuntur nihil pertineat. — Διονυσ. ἱστορ.] Descriptio prœlii ad Asculum commissi inserenda post cap. 61 Excerptorum Vatican. p. 520 ed. Mai. — 5. ἐπανεστηκὸς] ἐξαν.? ἐπανεστηκότος? — 6. ὁμοῦ τι] ὁ. τε codex. — ἐπάρκεσιν] conj. Dübner.; πάρεισιν codex; ἀεὶ [βοηθός, εἴ τινες] τῶν σφ. ἐ. ἑ. πάρεισιν conj. Minas, sensu parum apto; possis : εἰς τὸ τοῖς κάμνουσιν... παρεῖναι.

II. 3. συναφὲς] ad hanc lineam in margine apographi notatur : « *feuille* OBʹ ». — κατὰ τοὺς M.] κατὰ τὸ M. codex.

λίγνους καὶ Φερεντανοὺς καὶ τοὺς ἄλλους ὑπηκόους, εἰς τέτταρα διελόντες μέρη, τοῖς Ῥωμαϊκοῖς παρενέβαλον τάγμασιν, ἵνα μηδὲν αὐτοῖς ἀσθενὲς εἴη μέρος. (6) Τὴν δ' ἵππον τὴν οἰκείαν καὶ τὴν συμμαχικὴν διελόντες ἐπ' ἀμφοτέρων ἔταξαν τῶν κεράτων· ἐκτὸς δὲ τάξεως τούς τε ψιλοὺς κατέστησαν καὶ τὰς ἁμάξας τριακοσίας τὸν ἀριθμὸν, ἃς παρεσκευάσαντο πρὸς τὴν τῶν ἐλεφάντων μάχην. (7) Αὗται κεραίας εἶχον ἐπιβεβηκυίας στάλιξιν ὀρθοῖς πλαγίας, εὐτρόχους, ὅπη βουληθείη τις ἅμα νοήματι περιάγεσθαι δυναμένας· ἐπ' ἄκρων δὲ τῶν κεραιῶν ἢ τριόδοντες ἦσαν, ἢ κέστροι μαχαιροειδεῖς, ἢ δρέπανα ὁλοσίδηρα· ἢ καταρράκτας τινὰς ἐπιρριπτοῦντας ἄνωθεν βαρεῖς κόρακας. (8) Πολλαῖς δὲ αὐτῶν χεῖρες προσήρτηντο πυρφόροι, στυπία πολλῇ πίττῃ λελιπασμένα περὶ αὐτὰς ἔχουσαι, προεκκείμεναι τῶν ἁμαξῶν, αἷς ἔμελλον ἑστηκότες ἐπ' αὐτῶν τινες, ὅτε πλησίον γένοιντο τῶν θηρίων, πλήσαντες πυρὸς, ἐπὶ τὰς προβοσκίδας αὐτῶν καὶ τὰ πρόσωπα τὰς πληγὰς φέρειν. (9) Ἐφεστήκεσαν δὲ ταῖς ἁμάξαις τετρακύκλοις ὑπαρχούσαις καὶ τῶν ψιλῶν συχνοὶ τοξόται καὶ χερμάδων καὶ τριβόλων σιδηρῶν σφενδονῆται, καὶ παρ' αὐτὰς κάτωθεν ἔτι πλείους ἕτεροι.

III. Τάξις μὲν αὕτη τῶν στρατευσάντων ἦν ἀμφοτέρων. Ἀριθμὸς δὲ τοῦ βασιλικοῦ μυριάδες ἑπτὰ πεζῶν, ἐν οἷς Ἕλληνες οἱ τὸν Ἴδιον κόλπον διαπεράσαντες, ἐπὶ μυρίοις ἦσαν ἑξακισχίλιοι. (2) Τοῦ δὲ Ῥωμαϊκοῦ πλείους τῶν ἑπτὰ μυριάδων. Ἐξ αὐτῆς μέντοι τῆς Ῥώμης ὁμοῦ τι δισμύριοι· ἱππεῖς δὲ παρεγένοντο Ῥωμαίοις ἀμφὶ τοὺς ὀκτακισχιλίους, Πύρρῳ δὲ μικρῷ πλείους, καὶ θηρία ἑνὸς δέοντα εἴκοσι.

IV. Ἐπεὶ δὲ τὰ σημεῖα τῆς μάχης ἀνεδείχθη, παιανίσαντες οἱ στρατιῶται καὶ τὸ σύνολον ἀλαλάξαντες ἐχώρουν ὁμόσε· καὶ συμπεσόντες ἐμάχοντο πᾶσαν ἀποδεικνύμενοι τὴν ἐνόπλιον ἐπιστήμην. (2) Οἱ μὲν ἱππεῖς οἱ παρὰ ἀμφότερα τεταγμένοι τὰ κέρατα, προειδότες ἐν οἷς ἐπλεονέκτουν αὐτοὶ τῶν πολεμίων, εἰς ταῦτα κατέφυγον, Ῥωμαῖοι μὲν εἰς τὴν ἐκ χειρὸς καὶ σταδιαίαν μάχην, τὸ δὲ τῶν Ἑλλήνων ἱππικὸν εἰς τὰς περιελάσεις καὶ τοὺς ἐξελιγμούς. (3) Καὶ οἱ μὲν, ὁπότε διώκοιντο ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ἐπιστρέψαντες τοὺς ἵππους καὶ τοὺς χαλινοὺς κατασχόντες ἐπεζομάχουν· οἱ δὲ, ὁπότε τοὺς Ῥωμαίους μάθοιεν εἰς ἀντίπαλα καθισταμένους, ἐπὶ δόρυ κλίναντες καὶ δι' ἀλλήλων ἐξελίξαντες περιεδίνουν τοὺς ἵππους αὖθις ἐπὶ τὸ μέτωπον, καὶ τὰ κέντρα προσβαλόντες ἐχώρουν ὁμόσε.

V. Ἡ μὲν οὖν δὴ τῶν ἱππέων μάχη τοιαύτη τις ἦν· ἡ δὲ τῶν πεζῶν τῇ μὲν ἐμφερὴς ἐκείνῃ, τῇ δὲ διάφορος· ἐμφερὴς μὲν κατὰ τὸ σύμπαν, διάφορος δὲ κατὰ

agmina divisos legionibus Romanis interjecerunt, ne ulla debilis esset aciei pars. (6) Equitatum vero tum suum ipsorum tum sociorum in cornu utrumque distribuerunt. Denique extra ordines collocarunt currus trecentos numero, quos ad pugnam cum elephantis ineundam instruxerant. (7) Hi antennarum instar hastas habebant paxillis impositas rectis transversas et volubiles, adeo ut quo quis vellet celerrime circumagi possent. Summis hastis præfixa erant vel tridentes vel specula, quæ gladiorum formam referebant, vel falces ferreæ. Alii catarractas quasdam sive vectes demissiles habebant, quæ desuper ferreos corvos gravissimos injiciebant. (8) Compluribus etiam manus annexæ erant stupam pice multa pinguem tenentes, ante currus exporrectæ, quas quidam ad hoc in curribus constituti, simulac belluis appropinquassent, igne repletas in proboscides earum atque oculos immissuri essent. (9) Præterea in curribus qui rotas quattuor habebant, locati erant levis armaturæ milites atque lapidum et tribulorum ferreorum funditores. Alii multo plures juxta currus in solo stabant.

III. Atque hæc quidem erat acies utrinque. Numerus autem copiarum in regio exercitu peditum septuaginta millia, quorum sedecim millia erant Græcorum, qui Ionicum mare trajecerant; (2) in Romano exercitu pedites supra septuaginta millia, inter eosque ex ipsa Roma urbe millia fere viginti. Equites Romanis erant octies fere mille, Pyrrho paullo plures ac præterea elephanti undeviginti.

IV. Signis prœlii editis, milites pæanem canentes simulque cuncti clamorem bellicum edentes concurrunt, manuque conserta suam quique pugnandi peritiam ostendunt. (2) Ac equites quidem ad cornua utrinque locati, ad ea, quibus sciebant se prævalere hostibus, confugiebant, Romani ad pugnam cominus ineundam et quasi statariam, Græci ad circumequitationes atque evolutiones. (3) Illi, si Græci tergis ipsorum insistebant, subito convertebant equos, frenaque inhibentes peditum modo pugnabant; hi, quando Romanos in hostem conversos prœlium sustinere viderent, ad dextram declinantes, facta evolutione equos circumagebant, ac denuo in exporrectam frontem constituti, admotis calcaribus irruebant.

V. Tale fuit equestre prœlium. Cui pedestre qua simile qua dissimile: simile in universum, dissimile per partes. Etenim dextrum cornu apud utrosque præponderabat,

— 7. στάλιξιν] apographum στόμιξιν. Dübner. ascripsit: « *an* στόρθυγξιν ὀρθαῖς? » — ἄκρων codex. — ἢ καταράκτας (sic cod.)] hæc si sana sunt, repete ex antecedd. vocem εἶχον, paullo longius seperatam. Malim: τινὲς δὲ εἶχον καταρράκτας κτλ. — 8. αἷς ἔμελλον] ἃς ἐμ. codex. — 9. χερμάδων] χερμάται apographum. mox σφενδονῖται codex.

III. τὸν Ἴδιον] fuerit Ἰονικόν. — 2. ὁμοῦ τι] τι om. apographum.

IV. 3. περιεδείνουν codex.

V. 1. τῶν ἱππέων] τῶν ἵππων codex.

τὰ μέρη· τὸ μὲν γὰρ δεξιὸν κέρας ἐπιρρεπέστερον ὑπῆρχεν ἑκατέροις· τὸ δὲ ἀριστερὸν, ὑποδεέστερον. (2) Οὐ μέντοι σὺν τῷ ἀσχήμονι τὰ νῶτα τοῖς πολεμίοις ἐνέκλιναν οὐδέτεροι, ἀλλὰ σὺν κόσμῳ καὶ παρὰ ταῖς σημείαις μένοντες ἑκάτεροι, καὶ τὴν προβολὴν φυλάττοντες, κατὰ μικρὸν ὑπεχώρουν ὀπίσω. (3) Οἱ δὲ ἀριστεύσαντες ἦσαν ἐκ μὲν τῆς βασιλικῆς στρατιᾶς Μακεδόνες· οὗτοι γὰρ ἀνέστειλαν τὸ πρῶτον τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς ταχθέντας Λατίνους· ἐκ δὲ τῆς Ῥωμαϊκῆς οἱ συνελθόντες εἰς τὸ δεύτερον τάγμα, Μολοττοῖς καὶ Θεσπρωτοῖς καὶ Χάοσιν ἐναντίοι. (4) Κελεύσαντος δὲ τοῦ βασιλέως τοὺς ἐλέφαντας ἐπὶ τὸ κάμνον τῆς στρατιᾶς ἄγειν, μαθόντες τὴν ἔφοδον τῶν θηρίων οἱ ταῖς κεραιοφόροις ἐπιβεβηκότες ἁμάξαις ἤλαυνον ὁμόσε. (5) Οὗτοι τὸ μὲν πρῶτον ἐπέσχον τῆς ὁρμῆς τὰ θηρία, παίοντες ταῖς μηχαναῖς, καὶ τὰς πυρφόρους χεῖρας εἰς τὰς ὄψεις αὐτῶν ἐντρέποντες. (6) Ἔπειτα οὐκέτι προσαγόντων τὰ θηρία τῶν ἐφεστηκότων τοῖς πύργοις, ἀλλὰ ταῖς λόγχαις βαλλόντων ἄνωθεν, καὶ τῶν ψιλῶν διακοπτόντων τὰ περικείμενα γέρρα ταῖς ἁμάξαις, καὶ νευροτομούντων τοὺς βόας, καταπηδῶντες ἀπὸ τῶν ὀχημάτων οἱ πρὸς ταῖς μηχαναῖς κατέφευγον εἰς τοὺς ἔγγιστα πεζοὺς, καὶ πολλὴν παρεῖχον αὐτοῖς ταραχήν. (7) Οἱ δὲ ἐν μέσῃ τῇ βασιλικῇ φάλαγγι ταχθέντες Λευκανοὶ καὶ Βρέττιοι, χρόνον οὐ πολὺν ἀγωνισάμενοι, τρέπονται πρὸς φυγὴν ὑπὸ τοῦ τετάρτου Ῥωμαϊκοῦ τάγματος ἀνασταλέντες. (8) Ὡς δὲ ἅπαξ ἐνέκλιναν οὗτοι καὶ διερράγη τὸ κατ' αὐτοὺς μέρος τῆς φάλαγγος, οὐδὲ οἱ τὴν πλησίον αὐτῶν λαβόντες στάσιν Ταραντῖνοι παρέμενον, ἀλλ' ἐντρέψαντες κἀκεῖνοι τὰ νῶτα τοῖς πολεμίοις ἔφευγον.

VI. Βασιλεὺς δὲ Πύρρος ὡς ἔμαθεν ὅτι Λευκανοὶ καὶ Βρέττιοι καὶ Ταραντῖνοι φεύγουσι προτροπάδην, καὶ λελώβηται τὸ κατ' ἐκείνους μέρος ἡ φάλαγξ, ἐκ τῆς καθ' ἑαυτὸν ἴλης μέρος τι παραδοὺς ἑτέροις ἡγεμόσι, καὶ ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρατος ἑτέρους ἱππεῖς ὅσους ὑπέλαβεν ἀρκεῖν, ἀποστέλλει βοηθοὺς τοῖς ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων διωκομένοις. (2) Ἐν οἷς δὲ ταῦτα ἐγίνετο χρόνοις παρὰ τοῦ δαιμονίου βοήθεια τοῖς Ῥωμαίοις ἔκδηλος γίνεται. Δαυνίων γάρ τινες ἐκ πόλεως Ἀργυρίππων, ἣν νῦν Ἄρπους καλοῦσι, πεζοὶ μὲν τετρακισχίλιοι, ἱππεῖς δὲ ἀμφὶ τοὺς τετρακοσίους, ἐπίκουροι τοῖς ὑπάτοις ἀποσταλέντες, ὡς ἐγένοντο πλησίον τοῦ βασιλικοῦ στρατοπέδου, τὴν κατὰ νώτου τῶν πολεμίων ἄγουσαν ὁδὸν ἀπὸ ταὐτομάτου πορευόμενοι, καὶ τὸ πεδίον εἶδον μεστὸν ἀνθρώπων, ὀλίγον ἐπισχόντες αὐτόθι χρόνον καὶ λογισμοὺς παντοδαποὺς λαβόντες, (3) καταβαίνειν μὲν ἀπὸ τῶν μετεώρων καὶ συλλαμβάνειν τῆς μάχης ἀπέγνωσαν, οὐδὲ ὅπῃ τι φίλιόν ἐστιν εἰδότες, οὔτε ὅπῃ πολέμιον, οὔτ' ἐν ᾧ χωρίῳ στάντες

sinistrum autem viribus inferius erat. (2) Neutri tamen cum dedecore terga dedere, sed uti decebat prope signa manentes utrique et scutis prætentis sese tuentes pedetentim retrocedebant. (3) Virtutis præmium e regiis meruerunt Macedones, qui primam Romanorum legionem ac subjunctos ei Latinos repulere. Inter Romanos excelluit legio secunda, quæ Molossis et Thesprotis et Chaonibus erat opposita. (4) Jam vero ubi rex elephantos adducere in laborantem exercitus partem jussit, comperto belluarum accessu, qui curribus hastatis institerant eodem provehebantur. (5) Ac primum quidem impetum belluarum inhibebant machinis ferientes manusque igniferas in oculos earum convertentes. (6) Deinde vero, quum turribus impositi belluas ulterius haud producerent, sed jaculis desuper hostem peterent, simulque velites crates curruum dissecarent ac nervos bobus inciderent : Romani, qui circa machinas erant, e curribus desilientes ad proximos confugiebant pedites, quibus turbas haud mediocres injiciebant. (7) In media autem acie regia collocati Lucani et Bruttii post breve certamen a quarta Romanorum legione pulsi in fugam convertuntur. (8) Quorum inclinatione quum acies ab hacce parte rumperetur, neque continui iis Tarentini locum suum tuentur, sed ipsi quoque terga vertentes fugam arripiunt.

VI. Igitur Pyrrhus rex ubi Lucanos et Bruttios et Tarentinos in fugam effusos et qua steterant aciem corruptam vidit : sui agminis partem aliis ducibus tradit unaque cum equitibus alæ dextræ, quot eorum suffecturos putabat, subsidio mittit iis, qui a Romanis premebantur. (2) Dum hæc geruntur, numinis favore contigit Romanis ut auxilium appareret. Etenim Daunii quidam ex Argyrippis (nunc Arpi urbs vocatur), numero quater mille pedites ac quadringenti circiter equites, ad opitulandum consulibus missi, quum via in terga hostium ducente casu fortuito procedentes castris regiis appropinquassent planitiemque conspexissent hominum multitudine horridam, gradum inhibuere aliquantisper, ut quid faciendum esset perpenderent. (3) Censuerunt vero haud esse committendum ut e locis editis descenderent, quoniam qua hostes, qua socii starent, et qua ipsi collocati sociis utilitati futuri essent,

— 3. στρατιᾶς] στρατείας codex. mox ἀνέστελαν codex. — 4. στρατείας ἄγ. cod. — κεραιοφόροις Dübner., novo vocabulo. Codex κερασφόροις. — 6. Ἔπειτα] Incipit codicis folium ογ'. — προσαγόντων] malim προαγ. — νευριτομούντων codex. — βόας, καὶ καταπηδῶντες cod. — 8. λαβόντες] malim λαχόντες.

VI. 1. ἑαυτὸν ἴλης] ἑαυτῶν εἴλης cod. — ὑπέλαβεν] sic Minas; ὑπολαβεῖν codex. — 2. Δαυνίων] Σαυνιτῶν Plutarch. Pyrrh.

ὠφέλειάν τινα παρέξουσι τοῖς σφετέροις δυνάμενοι συλλαβεῖν, κράτιστον δὲ ὑπέλαβον εἶναι περιστάντες τὸ στρατόπεδον τῶν πολεμίων ἐξελεῖν, ὡς αὐτοί τε πολλὰς καὶ καλὰς ἕξοντες ὠφελείας, εἰ κρατήσειαν τῶν ἀποσκευῶν, καὶ μεγάλην παρέξοντες τοῖς πολεμίοις ταραχήν, εἰ θεάσαιντο καιόμενον ἄφνω τὸν χάρακα· ἀπεῖχε δὲ τὸ χωρίον τῆς μάχης οὐ πλέον εἴκοσι σταδίων. (4) Ταῦτά τε δὴ βουλευσάμενοι, καὶ παρὰ αἰχμαλώτων τινῶν ἀκούσαντες, οὓς ἐπὶ ξυλισμὸν ἐλθόντες εἰλήφασιν, ὅτι κομιδῇ τινὲς ὀλίγοι φυλάττουσι τὸν χάρακα, προσέβαλον αὐτοῖς πανταχόθεν. (5) Ὑπὲρ ὧν ἐπιγνοὺς ὁ Πύρρος, ἱππέως τινὸς ἀπαγγείλαντος ἀρξαμένου πολιορκεῖσθαι τοῦ χάρακος, ὃς διεξελάσας τὸν ἵππον προσβαλὼν παρῆν διὰ ταχέων, τὴν μὲν [γὰρ] ἄλλην δύναμιν ἐν τῷ πεδίῳ κατέχειν ἔγνω, καὶ μήτε ἀνακαλεῖν μήτε κινεῖν τὴν φάλαγγα, τοὺς δ' ἐλέφαντας καὶ ἀπὸ τῶν ἱππέων τοὺς εὐτολμοτάτους ἐπιλεξάμενος ἀποστέλλει βοηθοὺς τῷ χάρακι. (6) Ἔτι δὲ τούτων πορευομένων ἐκπολιορκηθεὶς ἄφνω ὁ χάραξ ἀνάπτεται. Καὶ οἱ διαπραξάμενοι τὸ ἔργον, ὡς ἔμαθον ἀπὸ τῶν μετεώρων ἐπιόντας σφίσι τοὺς ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀπεσταλμένους, εἰς ὄρους τινὸς κορυφὴν ἔφυγον, ἔνθα οὔτε τοῖς θηρίοις ἀνελθεῖν ῥᾴδιον ἦν, οὔτε τοῖς ἵπποις. (7) Οἱ δὲ βασιλικοὶ τοῦ καιροῦ τῆς βοηθείας ὑστερήσαντες, ἐπὶ τοὺς ἐκ τοῦ τρίτου καὶ τετάρτου τάγματος Ῥωμαίους ἐτράποντο, πολὺ προεληλυθότας ἀπὸ τῶν ἄλλων, ὅτε τοὺς κατὰ σφᾶς πολεμίους ἐτρέψαντο. (8) Περιιδόντες δὲ αὐτῶν οἱ Ῥωμαῖοι τὴν ἔφοδον, εἰς ὑψηλόν τι καὶ λάσιον χωρίον ἀναδραμόντες, εἰς τάξιν καθίσταντο. Οἱ μὲν οὖν ἐλέφαντες οὐ δυνάμενοι πρὸς τὸν λόφον ἀναβαίνειν, οὐδὲν αὐτοὺς ἠδίκουν, οὐδὲ αἱ τῶν ἵππων ἶλαι. Οἱ δὲ τοξόται καὶ σφενδονῆται βάλλοντες πανταχόθεν κατετίτρωσκόν τε καὶ διέφθειρον ἐξ αὐτῶν συχνούς. (9) Αἰσθήσεως δὲ γενομένης τοῖς ἡγεμόσι τῶν ἐκεῖ πραττομένων, Πύρρος μὲν ἐκ τῆς πεζικῆς φάλαγγος Ἀθαμᾶνάς τε καὶ Ἀκαρνᾶνας καὶ τῶν Σαυνιτῶν τινας ἀποστέλλει, ὁ δὲ τῶν Ῥωμαίων ὕπατος ἴλας τινὰς ἱππέων· ἐπειδὴ τοιαύτης ἔδει τοῖς πεζοῖς συμμαχίας. Καὶ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἑτέρα πάλιν ἐκεῖ γίνεται μάχη πεζῶν τε καὶ ἱππέων, καὶ φόνος ἐπὶ πλείω. (10) Ἀρξαμένου δὲ τοῦ βασιλέως, καὶ οἱ τῶν Ῥωμαίων ὕπατοι τοὺς ἑαυτῶν ἀνεκάλουν, περὶ καταφορὰν ὄντος τοῦ ἡλίου, καὶ διαβιβάσαντες τὸν ποταμὸν, ἀπῆγον εἰς τὸν χάρακα, συσκιάζοντος ἤδη. Ἡ δὲ τοῦ Πύρρου δύναμις, ἀπολωλεκυῖα σκηνάς τε καὶ ὑποζύγια καὶ ἀνδράποδα καὶ τὴν ἀποσκευὴν ἅπασαν, ἐπὶ μετεώρου τινὸς χώρου παρενέβαλεν, ἔνθα τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα διήγαγεν ὑπαίθριος, ἀσκευής, ἀθεράπευτος, οὐδὲ τῆς ἀναγ-

nescirent; consultissimum autem putarunt castra hostium cingere et expugnare; hoc enim modo tum ipsos magna et egregia commoda sibi paraturos, si impedimentis potirentur, tum hostes castra incensa subito conspicantes in summam adducturos esse perplexitatem. Etenim locus ille haud ultra viginti stadia a pugna aberat. (4) Hoc inito consilio, quum e captivis quibusdam, quos profecti ad ligna colligenda ceperant, comperissent perpaucos admodum vallum custodire, undequaque in eos irruerunt. (5) De quibus Pyrrhus certior factus, equite nuntiante, qui, ubi vallum impugnari cœptum est, vi per hostem perrumpens citatissimo cursu advolarat), reliquum quidem exercitum in campo retinendum neque revocandum censuit, ne acies labefactaretur, sed elephantes atque equites quos selegit audacissimos auxilio ad vallum dimisit. (6) His vero iter adhuc facientibus, repente vallum expugnatum incenditur. Quod qui peregerant Daunii, ubi e locis editis manum a rege submissam contra ipsos contendere cognoverant, in montis cacumen sese recepere, quo neque elephantes neque equi ascendere facile possent. (7) Regii igitur, quum tardius venientibus auxiliandi opportunitas elaberetur, retro se convertebant contra tertiæ quartæque legionis Romanos, qui quum hostes sibi oppositos fugassent, ante reliquos multum processerant. (8) At conspicati regiorum accessum Romani in locum arduum arboribusque consitum ascenderunt, ibique aciem instruxere. Itaque elephantes quidem, quum collem ascendere nequirent, damni nihil intulerunt, sagittarii vero ac funditores missilia undique jaculantes haud paucos vulnerarunt occiderunt que. (9) Simulatque autem rerum quæ ibi gerebantur, certiores facti duces erant, Pyrrhus e pedestri phalange auxilio suis misit Athamanas et Acarnanas et partem Samnitarum; consul vero Romanorum turmas aliquot equitum; nam tali subsidio peditibus opus erat. Tunc igitur altera denuo equitum peditumque ibi pugna est conserta, multaque edita strages. (10) Denique rege initium faciente, mox etiam Romani revocare suos cœperunt sole jam occidente, flumenque transgressos in vallum reduxere, primis jam tenebris. Pyrrhi exercitus, amissis tentoriis, jumentis, mancipiis, impedimentis omnibus, in edito quodam loco castra posuit noctemque ibi transegit sub divo, omni instrumento ac supellectili carens, incuratus,

---

21, perperam. — 4. Minas corrigit εἰλήφεσαν. — 5. ὃς ἀρξ. Dübner.; ὡς codex. Deinde scripserim : διεξελάσας τὸν ἵππον [καὶ τὰ κέντρα] προσβαλὼν παρῆν (sic Minas pro παρὼν codicis). — γάρ delendum. — τοὺς δ' ἐλέφαν.] addidi particulam δὲ — 6. ἄφνω] correxit Minas pro ὑφὸ. — ἔφυγον] supplevit Dübner. — 7. οἱ δὲ βασιλικοὶ] οὐδὲ βασ. apographum. — προεληλυθότες codex. — 8. περὶ ἰδόντας codex; προϊδ ? — πρὸς τὸν λόφον] Minas; π. τ. ὄχλον codex; mox εἶλαι cod. uti etiam infra. — 9. πεζικῆς Dübner.; πιστικῆς codex. ἀσπιστικῆς coni. Minas. — κατὰ τοῦτον τὸν χρ.] τοῦτον de meo addidi — μάχη πεζῶν] Incipit codicis folium οδ'.

καίας εὐποροῦσα ὥστε τροφῆς, καὶ διαφθαρῆναι συχνοὺς τραυματίας, οἷς ἐνῆν ἔτι σώζεσθαι βοηθείας τε καὶ κηδεμονίας μεταλαβοῦσι. (11) Τοιούτου τέλους ἔτυχεν ἡ δευτέρα μάχη Ῥωμαίοις πρὸς Πύρρον περὶ πόλιν Ἄσκλον.

ne victu quidem necessario instructus, adeo ut perirent saucii multi, qui opem curamque debitam nacti servari potuissent. Talis exitus fuit secundi prœlii, quod Romani contra Pyrrhum ad Asculum urbem commiserunt.

II.

ΚΕ΄. ΕΚ ΤΩΝ ΠΟΛΥΑΙΝΟΥ ΣΤΡΑΤΗΓΗΜΑΤΩΝ.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΚΑΙ ΠΩΡΟΥ.

Ἀλέξανδρος ἐν τῇ πρὸς Πῶρον μάχῃ τὸ μὲν ἱππικὸν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρως ἔταξεν ἐν μετώπῳ τὸ ἥμισυ, τὸ δὲ λοιπὸν ἐν ἐπικαμπίῳ· τὴν δὲ φάλαγγα καὶ τοὺς ἐλέφαντας ἐπὶ τοῦ λαιοῦ κέρως ἔστησε, καὶ ἀπὸ τούτων ἐπικάμπιον ἔταξε. (2) Πῶρος δὲ πολλοὺς ἐλέφαντας ἀντιπαράξας, αὐτὸς μὲν κατὰ τὸ λαιὸν ἐπὶ τοῦ ἡγουμένου ἐλέφαντος ἦν· τοὺς δὲ λοιποὺς ἐλέφαντας ἐκ διαστήματος πεντήκοντα ποδῶν μέχρι τοῦ δεξιοῦ κέρως ἔστησε· τὰ δὲ μέσα τῶν θηρίων ἀνδράσι πεζοῖς ἀνεπλήρωσεν. Ὥστε ἦν τὸ σχῆμα τείχει μεγάλῳ παραπλήσιον· οἱ μὲν ἐλέφαντες ἐοικότες πύργοις, οἱ δὲ πεζοὶ μεσοπυργίοις. (3) Ἔνθα δὴ παραγγείλας Ἀλέξανδρος τοὺς πεζοὺς ἀντιπαράγειν τοῖς πολεμίοις, αὐτὸς τὴν ἵππον ἐπὶ δόρυ σφοδρότερον ἤλασεν, βουλόμενος ὑπερκεράσαι τοὺς πολεμίους. (4) Τοῦτο φυλάσσων ὁ Πῶρος ἀντιπαρῆγε. Τῷ δὲ μὴ φθάνειν τα θηρία διεσπᾶτο τὰ πολλὰ τῆς τάξεως· τῶν τε Μακεδόνων τοῖς διασπάσμασιν ἐμπιπτόντων, ἠναγκάζετο κατὰ πρόσωπον μένειν. (5) Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἱππεῖς ἐκπεριελθόντες καὶ κατὰ νώτου συνελάσαντες τοὺς Ἰνδοὺς τελειοτάτην νίκην ἀνείλοντο, μεθ' ἣν βασιλεὺς Ἰνδικῆς Ἀλέξανδρος ἦν.

II.

E POLYÆNI STRATEGEMATIS.

ALEXANDRI ET PORI PRŒLIUM.

Alexander in pugna adversus Porum partem equitatus dimidiam dextro cornu exporrecta fronte constituit, reliquam acie inflexa; phalangem autem et elephantos in cornu sinistro collocavit, et ab his incurvam aciem fecit. (2) Porus vero, multis elephantis oppositis, ipse a parte sinistra in principe fuit elephanto, reliquos autem elephantos ex intervallo quinquagenûm pedum usque ad cornu dextrum ordinavit. Spatium vero relictum inter belluas pedestribus militibus replevit, ita ut ingentis cujusdam muri imaginem referrent elephanti turribus similes, pedites vero parietibus inter turres interjectis. (3) Tum Alexander mandans ut pedestres copiæ hostes invaderent, ipse equitatum dextram versus citatissimo cursu egit, volens superare hostium cornua. (4) His animadversis, Porus ex adverso aciem produxit; at quum belluæ procedere nollent, multis in locis interrupta acies est; ac Macedonibus laceras partes aggredientibus, in fronte manere cogebatur. (5) Interim equites Alexandri circumvenientes a tergo in unum Indos cogunt, perfectissimamque victoriam consequuntur, qua Indiæ regnum in Alexandri potestatem venit.

III.

ΚϚ΄. ΕΚ ΤΩΝ ΠΟΛΥΑΙΝΟΥ ΣΤΡΑΤΗΓΗΜΑΤΩΝ.

Ἀντίγονος Μέγαρα πολιορκῶν, τοὺς ἐλέφαντας ἐπῆγεν. Οἱ Μεγαρεῖς σύας καταλείφοντες ὑγρᾷ πίσ-

III.

E POLYÆNI STRATEGEMATIS.

Antigonus in oppugnatione Megarorum elephantos adduxit. Megarenses sues liquida pice ungebant eaque

---

11. τοιούτου τέλους] Secundum Hieronymum Cardianum (ap. Plutarch. Pyrrh. 21) die sequente Pyrrhus prœlium instauravit. Qua de Hieronymi narratione plura locutus Plutarchus addit hæc : Ὁ μέντοι Διονύσιος οὔτε δύο περὶ Ἄσκλον μάχας οὔτε ὁμολογουμένην ἧτταν ἱστορεῖ γενέσθαι Ῥωμαίων, ἅπαξ δὲ μέχρι δυσμῶν ἡλίου μαχεσαμένους μόλις ἀπαλλαγῆναι, τοῦ Πύρρου τρωθέντος ὑσσῷ τὸν βραχίονα καὶ τὴν ἀποσκευὴν ἅμα Σαυνιτῶν (l. Δαυνίων) διαρπασάντων, ἀποθανεῖν δὲ καὶ Πύρρου καὶ Ῥωμαίων ἄνδρας ὑπὲρ μυρίους πεντακισχιλίους ἑκατέρων.

II. Locus noster legitur in Strategem. IV, 3, 22, p. 119 ed. Coray. — 1. τὸ ἥμισυ] in editt. desiderantur. — λοιπὸν ἐν ἐπικαμπίῳ] λοιπὸν ἐπικαμπίῳ codex. — 2. ἀντιπαράξας] ἀντιπαρατάξας editt. — τὰ δὲ μέσα τῶν] sic editt.; τὰ δὲ τῶν noster cod. — 3. αὐτὸς τὴν ἵππον] αὐτὸς εἰς τὴν ἵπ. editt. — ἤλασεν] ἐλάσειν codex. — τοὺς πολεμίους] τοὺς ἐναντίους editt. — 4. φυλάσσων ὁ Π.] φυλασσόμενος Π. editt. — ἀντιπαρῆγε] sic codex, et Coray. ex conject.; ante Corayum legebatur ἀντιπαρήγγειλεν. — διεσπᾶτο τὰ πολλὰ τῆς τάξεως] διέσπα κατὰ πολλὰ τὴν τάξιν editt. — 5. τῶν τε Μ.] τῶν Μ. editt. — διασπάσμασιν] sic editt.; διάσπασιν codex. — κατὰ πρόσωπον μένειν. οἱ δὲ περὶ] κατὰ πρόσωπον ἐπιστρέφων ἀγωνίζεσθαι. Ἐν τούτῳ φθάνουσιν οἱ περὶ editt. — κατὰ νώτου] κατὰ νώτους codex. — τελεωτάτην editt. — μεθ' ἣν... Ἀλ. ἦν] μεθ' ἣν βασιλεῦσι δίκης Ἀλ. ἦν codex; ἔτι ὁ βασιλεὺς Ἀλέξανδρος Ἰνδικῆς editt. ante Corayum, qui hæc ejecit.

III. Locus petitus e Strateg IV, 6, 3, p. 128 ed. Coray.

σῃ καὶ ὑφάπτοντες ἠφίεσαν· αἱ δὲ ὑπὸ τοῦ πυρὸς καιόμεναι, κεκραγυῖαι, πολλῷ δρόμῳ εἰς τοὺς ἐλέφαντας ἐνέπιπτον· οἱ δὲ οἰστρῶντες καὶ ταρασσόμενοι, ἄλλος ἄλλῃ διέφυγον. (2) Ἀντίγονος τοῦ λοιποῦ προσέταξε τοῖς Ἰνδοῖς τρέφειν ὗς μετὰ τῶν ἐλεφάντων, ἵνα τὴν ὄψιν αὐτῶν καὶ τὴν κραυγὴν τὰ θηρία φέρειν ἐθίζοιτο.

incensa dimittebant. Quæ quum urerentur igne, grunnientes incitato cursu in elephantos incidebant. Illi metu percili et conturbati, alius alio fugam faciebant. (2) Antigonus in posterum Indis mandavit, ut sues cum elephantis alerent, ut ad earum adspectum clamoremque ferendum assuefierent belluæ.

Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰς πολιορκίας καὶ τὰς ἐκ τῶν ἔνδον παρασκευάς, εἰ μὴ γραφὴν ἀγνωμοσύνης φεύγειν ἐθέλοιμεν, ὁ λόγος ἔρχεται, πράξεσι [ταῖς] πάλαι τὸ τῶν μηχανῶν πιστούμενος χρήσιμον.

Ὑσμίνην δεδάηκας ἀμετροβίων ἐλεφάντων·
Ἰνδοφόρους κρατεροὺς οὐ τρομέεις πολέμους.

Hinc ad obsidiones atque oppidanorum contra obsessores apparatus, nisi iniquitatis accusari velimus, convertenda nobis oratio est, quæ vetustis exemplis machinarum testetur utilitatem.

Pugnam didicisti elephantorum vitæ immensæ,
Indigerorum haud tremis vehementia bella.

IV.

ΕΚ ΤΩΝ ΔΕΞΙΠΠΟΥ.

ΠΟΛΙΟΡΚΙΑ ΜΑΡΚΙΑΝΟΥΠΟΛΕΩΣ.

Μαρκιανούπολιν (*), τὸ δὲ ὄνομα Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως τὴν ἀδελφὴν ἐνδεδωκέναι τῇ πόλει λέγουσιν οἱ ἐγχώριοι· ταύτην δὴ οὖν τὴν πόλιν οἱ Σκύθαι ὡς δὴ κατὰ κράτος ἁλώσιμον εἶναι νομίσαντες, ἀπεῖχον μὲν τῆς εὐθὺ προσβολῆς, λίθους δὲ ὅτι πλείστους παρεφόρουν πρὸ τοῦ τειχίσματος, ὡς χύδην καὶ σωρηδὸν κατανενημένοις ἀφθόνως ὑπάρχειν χρῆσθαι· (2) ᾤοντο γὰρ φόνον τε πολὺν ἐπὶ τοῦ τείχους οὕτω συμβήσεσθαι, καὶ τῶν πολεμίων ἐν τῷ φυλάσσεσθαι μᾶλλον ἢ ἐν τῷ ἐπιχειρεῖν ὄντων, ῥᾳστώνῃ τὴν πόλιν αἱρήσειν. (3) Τοῖς δὲ ἐν τῷ ἄστει πάλαι τε παρεσκεύαστο ὅσα εἰς πολιορκίαν ἐπιτήδεια, καὶ Μάξιμος, ἀνὴρ γένος μὲν τῶν ἀπόρων μεταβου * φιλοσοφίᾳ δὲ ἄρα συζῶν, οὐ μόνον στρατηγοῦ, ἀλλὰ καὶ στρατιώτου ἀγαθοῦ ἔργα ἐν τῷ τότε ἕτοιμος ὢν ἐπιδείκνυσθαι, ἐπεθάρρυνέ τε ἑκάστους καὶ παρῄνει, (4) ὅτε δὴ ἐκ χειρὸς ἀκροβολίζοιντο οἱ πολέμιοι, τοῦ ἀμύνεσθαι ἀπεχομένους ὑπὸ ταῖς ἐπάλξεσιν ἱσταμένους ἔχειν σφῶν αὐτῶν φυλακήν,

IV.

EX DEXIPPI HISTORIIS.

OBSIDIO MARCIANOPOLIS.

1. Marcianopoli urbi a Trajani imperatoris sorore *Marcia* nomen inditum esse indigenæ dicunt. Hanc igitur urbem quum vi capi posse Scythæ (*i. e. Gothi*) putarent, non continuo tamen in muros impetum fecerunt, verum lapides quam plurimos ante mœnia contulerunt, qui passim et acervatim cumulati largam usibus copiam suppeditarent. (2) Etenim opinabantur et cædem in mœniis collocatorum ingentem eo modo futuram, et hostibus ad tuendum se ipsos magis quam ad aggrediendum obsessores intentis, urbem se facili negotio expugnaturos esse. (3) Oppidani vero jam antea quæcunque ad obsidionem sustinendam necessaria essent apparaverant, atque Maximus, vir genere quidem e pauperum (?) familia profectus, studiis vero philosophiæ innutritus, non solum ducis munere, sed etiam militis egregii officio fungi tunc paratus, animos singulorum erigebat et confirmabat, eosque hortabatur, (4) ut, dum eminus hostes jacularentur, ipsi a propugnando abstinerent, sed tuerentur se pinnis muro-

2. τοῖς Ἰνδοῖς] τοὺς Ἰνδοὺς codex. — In verbis Epitomatoris ταῖς addidi; παλαιαῖς conj. Minas Ceterum inde a verbis ὁ λόγος ἔρχεται habes duos versus dodecasyllabos. Quod num casu factum sit, an antecedentia item versus olim fuerint, tu videas. — ὑσμίνην] ὑσμείνην codex. — Ἰνδοφόρους] ἐλεφ. ἰνδοφόρων? Unde petiti sint versus, utrum ex Nonno an simili poeta, an denique ex Alexandriade, non liquet mihi.

(*) De his cf. quæ leguntur apud Jornandem De reb. Get. c. 16 : *Qui* (Gothi) *ductu Ostrogothæ regis mox Danubium vadati et secundo Mæsiam populati, Marcianopolim ejusdem patriæ urbem famosam metropolim aggrediuntur diuque obsessam, accepta pecunia ab his qui inerant, reliquere* (sec. Dexippum Gothi ἀπαγορεύοντες ἀνεχώρησαν ἄπρακτοι). *Et quia Marcianopolim nominavimus, libet aliquot de ejus situ breviter intimare. Nam hanc urbem Trajanus imp. hac re ædificavit, ut fertur, eo quod Marciæ sororis suæ puella, dum lavat in flumine illo, quod nimiæ limpiditatis saporisque in media urbe oritur, Potami cognomento, exindeque vellet aquam haurire, casu vas æneum, quod ferebatur, in profundum cecidit, metalli pondere gravatum, et longe post emersit : quod certe non erat usitatum, aut vacuum sorberi aut certe semel voratum undis respuentibus renatare. His Trajanus sub admiratione compertis, fontique numinis quiddam inesse credens, conditam civitatem germanæ suæ nomine Marcianopolim nominavit.*

IV. 1. ἀπεῖχον μὲν] Dübner.; ἐπεῖχον μὲν cod. — κατανενημένοις] Dübner.; κατανεμειμένων (sic) apographum. — 2. μᾶλλον ἢ ἐν τῷ ἐπιχ. κτλ.] μᾶλλον πάντες (πάντας vel πάντ' conj. Minas) ἐπιχειρεῖν ὄντων ῥᾴστων ἢ τὴν πόλ. αἱρ. codex. — 3. μεταβου] sic cod.; num τῶν ἀπόρων μεταλαβών vel τῶν ἀπόρων μετοίκων? — 4. ὅτε δὴ] ὅτε δὲ cod. — αὐτῶν φυλακήν

τάς τε ἀσπίδας προϊσχομένους καὶ ὅσα δύναται στέγειν καὶ ἀποκρούεσθαι τὰς τῶν ἐναντίων βολάς. (5) Ὡς δὲ ἱκανῶς ἔχειν ἐδόκει τοῖς βαρβάροις τῆς τῶν λίθων παρασκευῆς, ἀθρόοι περιχυθέντες ἐν κύκλῳ τὸ τεῖχος, οἱ μὲν ἀκόντια μεθίεσαν, οἱ δὲ λίθοις ἠκροβολίζοντο τοὺς ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων, καὶ συνεχείᾳ [ἐχρῶντο] τῶν μεθιεμένων, ὡς χαλάζῃ τῇ πυκνοτάτῃ προσεοικέναι κατὰ τὸ ἐπάλληλον τῆς φορᾶς. (6) Οἱ δέ γε εἴσω τοῦ ἄστεως, σφάς τε αὐτοὺς κατὰ τὸ δυνατὸν καὶ τὸ τεῖχος ἐφύλασσον· ἀπεῖχον δὲ τοῦ ἀμύνεσθαι, ᾗπερ αὐτοῖς προσετέτακτο. (7) Ὡς δὲ ἐπ' οὐδενὶ ἔργῳ λαμπρῷ ἥ τε τῶν λίθων ἐκενώθη τοῖς βαρβάροις παρασκευὴ, καὶ ὅσα ἐκ χειρὸς ἢ ἀπὸ τόξου ἀκόντια, ἥ τε ἐλπὶς αὐτοῖς τοῦ σὺν οὐδενὶ πόνῳ τὴν πόλιν αἱρήσειν ἀνάλωτο, ἀθυμίᾳ δὴ εἴχοντο, καὶ τῶν στρατηγῶν ἀνακαλεσάντων ἀπῄεσαν, οὐ πόρρω τῆς πόλεως τὴν στρατοπεδείαν ποιούμενοι· καὶ γὰρ ἦν τῆς ὥρας ἀμφὶ ἡλίου δυσμάς. (8) Διαλιπόντες δὲ ἡμέρας οὐ μάλα συχνὰς καὶ ἐπελθόντες αὖθις καὶ περιστάντες ἐν κύκλῳ τὸ τεῖχος ἠκροβολίζοντο· ὅτε δὴ Μάξιμος τοῖς ἐν τῷ ἄστει καιρὸν εἶναι τῆς ἐπιθέσεως ἐπηγγέλλετο. (9) Γίνεται δὴ οὕτω· καὶ ἀναθαρρήσαντες διὰ τὴν ἐν τῇ προτέρᾳ τῶν βαρβάρων ἄπρακτον ἀναχώρησιν, βοήν τε ἦραν καὶ λίθους καὶ ἀκόντια, ὡς εἶχον, μεθίεσαν, (10) οἷαδηοῦν πυκνῶν ἀλλήλοις ἐφεστηκότων τῶν βαρβάρων καὶ διὰ τὸ ἀπροσδόκητον τοῦ ἀντίπαλον ἂν σφίσιν ἄνωθέν τι ἀπαντῆσαι οὐκ ἐς τὸ ἀκριβὲς πεφραγμένων, [πρὸς δὲ καὶ ἀθρόαις ταῖς βολαῖς, καὶ ταῦτα ἐκ μετεώρου βαλλομένων,] καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων, οὐδὲ ἐθέλοντας ἦν ἁμαρτεῖν τοὺς ἀπὸ ἄστεως. (11) Βιαζόμενοι δὴ οὖν οἱ Σκύθαι καὶ μὴ ἀντιδρᾶν ἔχοντες τοὺς Μυσοὺς, διά τε τὰς ἐπάλξεις καὶ τὴν ἐκ τῶν θυρῶν καιροφυλακὴν, ἀπαγορεύοντες πρὸς τὰς πληγὰς, καὶ ὡς οὐκ ἦν αὐτοῖς περαιτέρω καρτερεῖν, ἀνεχώρησαν ἄπρακτοι.

rum scutisque prætentis et si quibus aliis muniri corpora ac retundi hostium missilia possent. (5) Jam ubi lapidum copiam sufficientem coacervasse sibi Scythæ videbantur, confertim circa mœnia circumfusi partim jaculis partim lapidibus collocatos in propugnaculis petebant, tantaque missilium crebritas erat et continuitas, ut grandini densissimæ foret æquiparanda. (6) Oppidani vero et murum et se ipsos, quantum ejus fieri poterat, salvos præstabant, a propugnando autem, prouti jussum erat, abstinebant se. (7) Itaque quum absque ullo emolumento lapidum apparatus et reliquorum copia telorum, quæ manu vel arcu emittuntur, exhausta Scythis essent, atque spes urbis nullo labore capiendæ evanuisset, despondere animos cœperunt. Quare a ducibus revocati abierunt, nec procul ab urbe castra metati sunt: jam enim ad finem dies vergebat, sole occidente. (8) Intermissis deinde diebus haud ita multis, de novo aggressi ac murum undique circumsistentes, velitationem instaurarunt. Tum vero Maximus adesse oppidanis nuntiat propugnandi hostis opportunitatem. (9) Igitur impetum faciunt, ac fiduciam assumentes ex eo, quod in priori aggressione barbari re infecta recesserant, sublato clamore bellico, lapides et jacula prout quisque poterat temere in hostem intorquent. (10) Videlicet quum conferti et conglobati inter se barbari adstarent, et propterea, quod desuper hostile quiddam iis venturum minime exspectabant, non satis corpora muniissent, [præterea etiam crebris ictibus et quidem desuper peterentur,] denique ingens esset hostium multitudo: fieri omnino non potuit, ut vel volentes oppidani irritum telum aliquod emitterent. (11) Ita quum Scythæ opprimerentur et par pari Mysis referre nequirent propter pinnarum tutamina scutorumque præsidia opportuna, fatentes se diutius non posse ictus sustinere, re infecta abscesserunt.

V.

ΕΚ ΤΩΝ ΔΕΞΙΠΠΟΥ.

ΠΟΛΙΟΡΚΙΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥΠΟΛΕΩΣ.

Τὴν Φιλιππούπολιν, ἔστι δὲ ἡ πόλις αὕτη μεθόριος μὲν τῆς Θρᾳκῶν καὶ Μακεδόνων γῆς, κεῖται δὲ ἐπὶ τῷ Ἕβρῳ ποταμῷ, οἰκιστὴν δὲ αὐτῇ γενέσθαι λέ-

V.

E DEXIPPI HISTORIIS.

OBSIDIO PHILIPPOPOLIS.

Philippopolis in confiniis Thraciæ et Macedoniæ ad Hebrum fluvium sita est; condidisse urbem traditur Philippus Amyntæ filius, Macedonum rex, a quo etiam nomen adepta

Hic in margine apographi (incertum an etiam codicis) adscriptum: ἐκ τῶν ἀκροβολιστῶν. Incipit cod. fol. 75. — 5. τῆς τῶν λίθ.] fortasse excidit τὰ ante τῆς; quamquam ferri vulgata potest. — μεθίεσαν] μετίεσαν cod. — ἠκροβολίζοντο] in margine notatur: ἐκ τῶν ἀκροβολιστῶν. — ἐχρῶντο] supplevi. — 6. ᾗπερ] Minas; εἴπερ codex. — εἴχοντο, ut infra V, § 9. Codex ἔσχοντο. — 9. προτέρᾳ] προτεραίᾳ conj. Minas, absque causa idonea. — μεθίεσαν] μεθης αν codex. — 10. τοῦ ἀντίπαλον Dübner.; τοῦ ἀντιπάλου cod. — πρὸς δὲ καὶ... ἐκ μετεώρου βαλλομένων.] Hæc uncis inclusi, utpote quæ sententiam interturbent. Ab Epitomatore male inculcata. Fortasse ad verba διὰ τὸ ἀπροσδόκητον... ἄνωθέν τι ἀπαντῆσαι in margine olim legebatur ἀπροσδοκήτως (unde deinde factum πρὸς δὲ καὶ) ἀθρόαις ταῖς βολαῖς κτλ. — 11. δὴ οὖν] δηλοῦν codex.

V. Quæ hoc fragmento narrantur de Gothis ab obsidione Philippopoleos re infecta discedentibus aliunde, quantum scio, comperta non habebamus. Statuendum igitur est Gothos primo quidem impetu nihil proficientes relicta Philippopoli in alias Mœsiæ urbes arma vertisse, deinde vero iterum Philippopolitanos aggressos atque urbe potitos esse. Nam captam a Gothis Philippopolim præter alios ipse etiam narrat Dexippus apud Syncellum p. 376: Σκύθαι περαιωθέντες, οἱ λεγόμενοι Γότθοι, τὸν Ἴστρον ποταμὸν ἐπὶ Δεκίου πλεῖστοι τὴν Ῥωμαίων ἐπικράτειαν κατενέμοντο· οὗτοι τοὺς Μυσοὺς φεύγοντας εἰς Νικόπολιν περιέσχον· Δέκιος δὲ ἐπελθὼν αὐτοῖς, ὡς Δέξιππος ἱστορεῖ, καὶ τρισμυρίους κτείνας ἐλαττοῦται κατὰ τὴν μάχην, ὡς καὶ τὴν Φιλίππου πόλιν ἀπολέσαι ληφθεῖσαν ὑπ' αὐτῶν καὶ Θρᾷκας πολλοὺς ἀναιρεθῆναι. Cf. Ammianus XXXI, 5: Ce-

γουσι Φίλιππον τὸν Ἀμύντου, Μακεδόνων ἄρχοντα, ἀφ' οὗ δὴ καὶ τὸ ὄνομα τῇ πόλει ἐγένετο· (2) ταύτῃ δὴ οἱ Σκύθαι ὡς ἀρχαιοτάτῃ καὶ μεγίστῃ προσέβαλλον ἐς πολιορκίαν. Ἐπολεμεῖτο δὲ αὐτοῖς ὁ πόλεμος ὧδε. (3) Ὑπερφέροντες τῶν κεφαλῶν τὰς ἀσπίδας τῶν μεθιεμένων ἐν σκέπῃ εἶναι, κύκλῳ τῆς πόλεως περιῄεσαν, καταθεώμενοι ὅπῃ εὐαποτείχιστον ἢ καὶ ἐπίβατον ἐν τῇ προσαγωγῇ τῶν κλιμάκων ὑπάρχοι διὰ στενότητα ἢ καὶ χθαμαλότητα τῶν τειχῶν. (4) Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐποιοῦντο προσβολὰς ἐπ' ἀκροβολισμοῖς καὶ τοξείαις· οἱ δὲ ἄνωθεν ἠμύνοντο καρτερῶς, ὅπῃ πελάζοιεν οἱ πολέμιοι. (5) Αὖθις δὲ αὖ τῆς πόλεως ἐπείραζον, κλίμακας πηξάμενοι καὶ μηχανάς· τὰ δὲ μηχανήματα ἦν ξύλα πεπηγότα τετράγωνα, ἐπιτεχνήματα οἰκίσκοις ἐμφερῆ· καὶ αὐτῶν βύρσας ὑπερτείνοντες, ὡς παντὸς τοῦ μεθιεμένου ἀβλαβῶς ἔχειν προσπίπτοντες ταῖς πύλαις, σφῶν δὲ τὰς ἀσπίδας προβεβλημένοι, καὶ μετακινοῦντες αὐτὰ τροχοῖς καὶ μοχλίαις. (6) Οἱ δέ τινες ξύλα προμήκη, σιδήρῳ καταπεφραγμένα, ὡς μὴ ἀποθραύεσθαι ἐν τῇ προσβολῇ, μετεωρίζοντες ἐπείρων ἀναράσσειν τῷ τείχει· ἕτεροι δὲ κλίμακας προσερείδοντες τὰς μὲν ἐπ' εὐθὺ πεπηγυίας, τὰς δὲ ὑποτρόχους, κινουμένας ἐπὶ θάτερα· αἳ δὴ ὅτε προσάγοιντο, κάλοις ἀπ' ἄκρων τῶν κλιμάκων ἠρτημένοις ἀνέπτυσσον ὡς ὀρθουμένας ἐπιβάλλειν τοῖς τείχεσιν. (7) Ἦσαν δὲ οἳ καὶ πύργους ξυλίνους τῷ τείχει ὑποτρόχους ἐπῆγον, ὡς, ὅτε πελάσαιεν, ἐπιβολῇ γεφυρῶν τὴν διάβασιν ἀπὸ τούτων ἐξ ἰσοπέδου ποιήσοντες. Καὶ ἧδε μὲν αὐτοῖς ἀφθονία μηχανημάτων. (8) Ἀντήρχουν δὲ πρὸς ἕκαστα οἱ Θρᾷκες, τὰ μέν τινα τῶν μηχανῶν λίθοις μεγάλοις ἁμαξιαίοις συναράσσοντες αὐτοῖς ἀνδράσι, τὰ δὲ καὶ καταπίμπραντες δᾳσὶ καὶ θείῳ καὶ πίσσῃ· τῶν δὲ κλιμάκων κατεκυλίνδουν δοκοὺς ἐγκαρσίας καὶ λίθους, ὡς ὑπὸ τῇ βιαίᾳ φορᾷ τάς τε ἀσπίδας τῶν ἐπαγόντων καὶ τὰς κλίμακας ἐν τῇ ἐμβολῇ ἀποθραύεσθαι. (9) Ὡς δὲ οὐδὲν ἐπλεονέκτουν ταῖς μηχαναῖς οἱ πολέμιοι, ἀθυμίᾳ δὴ εἴχοντο, καὶ βουλὴν τιθεμένοις ᾗ δεῖ πολεμεῖν, ἐδόκει χώματα χοῦν μετέωρα πρὸς τὴν πόλιν, ὡς εἶναι σφίσιν ἐπίσου πρὸς τοὺς ἐναντίους μάχεσθαι. (10) Ἔχουν δὲ ὧδε· ξύλα ἐκ τῶν πέριξ οἰκοδομημάτων συνεφόρουν, καὶ προβαλλόμενοι πρὸ σφῶν τὰς ἀσπίδας, ἐνέβαλλον αὐτὰ εἰς τὴν τάφρον καὶ εὐθὺ καὶ παράλληλα, ὅπῃ συμβαίνει. (11) Ποιήσαντες δὲ ταῦτα, χοῦν καὶ ὕλην παντοίαν ἐπεφόρουν μεταξὺ τοῦ χείλους

est. (2) Hanc igitur urbem Scythæ adorti obsidione cinxerunt. Gestum vero bellum est hunc in modum. (3) Clypeos supra capita sustinentes ut tuti essent ab iis quæ desuper in ipsos conjicerentur, urbem circumibant, spectantes ubi circumvallari facile ob angustiam, vel scalis admotis conscendi murus ob humilitatem posset. (4) Ac primum quidem jaculatorum et sagittariorum velitatione oppidanos lacessebant. Hi vero fortiter hostem ubicunque appropinquaret propulsabant. (5) Altera deinde aggressione Scythæ ipsam urbem tentarunt scalis atque machinis. Quæ quidem machinamenta erant ligna quadrata, ita inter se compacta, ut domuncularum speciem præ se ferrent. His pelles superinduxerant, ne damnum afferrent quæ in portas aggredientes dejicerentur. Scuta autem prætendentes, rotis atque vectibus machinas promovebant. (6) Nonnulli ligna prælonga et, ne confringerentur in oppugnatione, ferro munita in altum attollentes muro illidere tentabant. Alii scalas applicabant partim rectas, partim rotis instructas et plicatas bifariam, quas ubi advexissent, funibus e summis scalis dependentibus explicabant, adeo ut in rectarum modum muris apponerentur. (7) Erant etiam qui ligneas turres rotis item impositas adducebant, ut, ubi muro appropinquassent, jactis pontibus de plano transire ex iis in murum possent. Atque hæc quidem Scythis erat copia machinarum. (8) Quibus singulis Thraces suam opponebant industriam. Etenim partem machinarum magnis lapidibus plaustralibus una cum viris pessumdabant, partem etiam facibus, sulphure ac pice incendebant. In scalas autem devolvebant trabes transversas atque lapides, qui impetus vi et scuta admoventium et scalas ipsas confringebant. (9) Quum itaque machinis hostes nihil proficerent, dejectis erant animis. Tum deliberantibus quid faciendum esset, visum est aggeres jacere contra urbem sublimes, quorum opera pede plano cum hoste congrederentur. (10) Jaciebant vero hunc in modum : nimirum trabes ex vicinis ædificiis congestas, prætentis scutis sese tuentes in fossam injiciebant rectas et alteras juxta alteras, uti fieri solet. (11) Quo peracto, aggerem silvamque variam inter utrumque fossæ labium in-

ciderunt... imperatores Decii pater et filius. Anchialus capta et tempore eodem Nicopolis. Post clades acceptas excisa est Philippopolis. Jornandes l. l. c. 18, eversionem Philippopolis memorans ducem oppidanorum fuisse dicit *Priscum.* Ejusdem nomen occurrit in Dexippi fragmento Vaticano (p. 324 ed. Mai.), misere tamen truncato. — 2. πόλεμος ὧδε] πολ. ὡς δὲ ὑπερφ. codex. — 3. μεθιεμένων] μεθειμένων codex. — Verba sequentia ita delineavit Minas ut in codice exarata spectantur. Ductus litterarum simillimi iis, quos exhibent codicis Valesiani sive Peiresciani Excerpta Περὶ ἀρετῶν et codicis Vaticani Excerpta Περὶ γνωμῶν (Cf. L. Dindorf. in præfat. ad. Diodor. vol. II.) Num ab eadem manu etiam Nostra profecta sunt? Certe eidem fere sæculo decimo vindicanda esse videntur. Ductus autem vocabuli ab ipso librario non intellecti (quod indicat accentuum omissio) sonant ενοκεπιειναι, quod esse ἐν σκέπῃ εἶναι vidit Dübnerus. — 5. αὖ τῆς] Dübner. αὐτῆς codex; αὐτοὶ voluit Minas; fortasse leg. αὐτῆς τῆς πόλεως. — καὶ μετακινοῦντες] Participia in hac descriptione pro temporibus finitis ponuntur. — 6. προσερείδοντες τὰς] προσηρίδοντας codex. — ὑποτρόχους] ὑπὸ τροχοῖς codex et h. l. et mox iterum. — ἀπ' ἄκρων τῶν] ἀπαιρόντων codex. — 7. πελάσαιεν] πελάσοιεν codex. — ποιήσοντες] Minas. ποιήσοντας codex. — 8. ἀνδράσι] Circa hæc incipit cod. fol. 76. — 9. ᾗ δεῖ] εἴδει codex; ἤδη Minas; ceterum malim τί δεῖ ποιεῖν, etsi hoc paullo longius ab acceptis recedit. — χοῦν] γοῦν codex. — 10. πρὸ σφῶν] Minas. πρὸς σφῶν cod. — καὶ εὐθὺ] κατ' εὐθὺ?

ἑκατέρου τῆς τάφρου. Καὶ οὕτω ταχεῖαν εἰργάσαντο τοῦ χώματος τὴν αὔξησιν. (12) Ὁρῶντες δὲ τὸ πραττόμενον οἱ Θρᾷκες, καὶ ὅτι πρὸς σφᾶς τὸ χῶμα ἀντετειχίζετο, ξύλα πηξάμενοι καὶ τούτοις σανίδας προσαρτήσαντες, πρόβλημα μετέωρον ἐπὶ τῷ τειχίσματι ἤγειρον. (13) Καὶ ἐπὶ τῷδε ἐμηχανήσαντο τοιόνδε· καθῆκαν ἀπὸ τοῦ τείχους νύκτωρ ἀπὸ κάλων, ὑπ' αὐτό που τὸ ἡσυχάζον, ἄνδρα εὔτολμόν τε καὶ γενναῖον, δόντες αὐτῷ φέρειν ἐπὶ τὸ χῶμα δᾷδα ἡμμένην, καὶ σκεῦος ἵνα πίττα τε ἦν καὶ θεῖον καὶ τὰ τοιαῦτα. (14) Ἐμβάλλει δὴ οὖν τὸ πῦρ τοῖς ἀνέχουσι τὸ χῶμα ξύλοις, καὶ ἀθρόα γίνεται καέντων τοῦ χώματος ἡ κατάπτωσις. (15) Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν τούτοις μεῖον εἶχον οἱ Σκύθαι, ἐδόκει αὐτοῖς κτείνειν τὰ ἀχρεῖα τῶν ὑποζυγίων καὶ τῶν αἰχμαλώτων ὅσοι νόσῳ ἢ χρόνῳ διὰ γῆρας ἐκακοπάθουν· κτείναντες [δ'] ἐνέβαλον εἰς τὴν τάφρον, καὶ ὕλην παντοίαν ἐπεφόρουν. Τὰ δὲ σώματα ἄρτι τριταῖα γινόμενα ὕψος οὐ μέτριον παρεῖχον ἐξοιδοῦντα τῷ χώματι. (16) Οἱ δὲ Θρᾷκες μέρος τι τοῦ τείχους διακόψαντες, ὅσον ἐς μέγεθος πυλίδος στενῆς, εἰσεφόρουν κατὰ τοῦτο παρὰ σφᾶς ὅσαι νύκτες τὸν χοῦν· ὡς δὲ πάντῃ ἄποροι τῇ γνώμῃ ἐγίνοντο οἱ βάρβαροι, ἐδόκει ἀναχωρεῖν. Καὶ τοῦτο τῇ πολιορκίᾳ τέλος τοῖς Σκύθαις ἐγένετο.

VI.

ΕΚ ΤΩΝ ΔΕΞΙΠΠΟΥ.

ΣΙΔΗΣ ΠΟΛΙΟΡΚΙΑ.

Ἐπολιόρκουν οἱ Σκύθαι τὴν Σίδην· πόλις δὲ αὕτη τῶν ἐν Λυκίᾳ. Ὡς παρασκευή τε πᾶσα ἦν ἄφθονος εἴσω τείχους καὶ πλῆθος ἀνδρῶν οὐ νωθρῶς ἀπτομένων τοῦ ἔργου, μηχανὰς ἐποιοῦντο, καὶ προσῆγον τῷ τείχει. (2) Οἱ δὲ καὶ πρὸς ταύτας ἀντήρκουν, καθιέντες ὅσα κωλύματα. Πύργους δ' ἐπὶ τούτῳ ξύλου ἰσομετρήτους τῷ τείχει κατεσκεύαζον καὶ ἐκίνουν ὑποτρόχους ὡς ἐγγὺς ἵστασθαι. (3) Προεβέβληντο δὲ τῶν πύργων οἱ μὲν σίδηρον ἐπὶ λεπτὸν ἐληλασμένον καὶ ἐπὶ πολὺ τῶν ξύλων καταπεπηγότα, οἱ δὲ δέρριν καὶ ὅσα πυρὶ οὐχ ἁλώσιμα. (4) Ἀντεμηχανήσαντο δὲ καὶ οἱ ἐκ τοῦ ἄστεως τοιόνδε· σανίδας μεγάλας ὀρθίας προστησάμενοι καθ' ὅ τι ἔμελλον οἱ ἐναντίοι ποιήσασθαι τὴν προσαγωγὴν τῶν μηχανῶν, (5) καὶ αὖ ἐγκάρσια ξύλα καὶ ἰκρία ταύταις παραπήξαντες, μέσαις αὐταῖς ἐτεκταίνοντο θυρίδας, ὅσον εἰς ὑποδοχὴν ἀνδρὸς τὴν ἄχρι στέρνου, ὡς ὑπερέχοντας αὐτῶν κατὰ ὕψος ἐκ μετεώρου ἔχειν ἀμύνασθαι. (6) Ποιήσαντες δὲ ταῦτα ἐκ

gerebant. Atque sic celeriter moles excrescebat. (12) Verum Thraces ubi aggerem istum contra ipsos strui conspexerant, trabes impingentes tabulasque iis applicantes propugnaculum sublime in muro excitabant. (13) Præterea vero etiam hoc machinati sunt. Etenim sub ipsam fere noctem concubiam funibus demittunt virum audacem et generosum, quem incensa face aggeri admovenda atque vase picis, sulphuris, aliarum hoc genus rerum pleno instruxerant. (14) Is igitur ignem injicit trabibus, quæ aggerem sustinebant. Incensis, confestim tota moles corruit. (15) Postquam igitur etiam hæc minus successerant Scythis, placuit mactare jumenta inutilia et captivos morbo vel senio confectos. Mactatos deinde in fossam jecerunt, silvamque variam ingesserunt. Quæ quidem cadavera quum inde a die tertio extumescere cœpissent, altitudinem aggeris haud mediocriter augebant. (16) At Thraces, perrupta muri parte tantæ magnitudinis, quanta portæ est angustæ, per eam quaque nocte aggerem in urbem inferebant. Tum vero barbari summa consilii inopia laborantes recedendum esse decreverunt. Atque ita obsidionem Scythæ solverunt.

VI.

E DEXIPPI HISTORIIS.

SIDÆ OBSIDIO.

Scythæ Siden, quæ Lyciæ urbs est, obsidentes, quum largus omnis generis apparatus intra muros esset, atque multitudo virorum ad defendendam urbem paratissimorum, machinas fabricarunt easque ad mœnia adduxerunt. (2) Verum his quoque oppidani restiterunt demittentes quæcunque impedimento esse possent. Tum Scythæ turres ligneas ejusdem cujus murus erat altitudinis construxerunt, quas rotis impositas quam proxime admovere. (3) Munierunt vero turres alii ferri tabulis tenuibus, quas ad ligna locis plurimis affixerunt, alii pellibus ceterisque rebus, quæ igne vastari haud facile possunt. (4) Contra oppidani tale quid excogitarunt. Ligna permagna erigebant ubi impetum facturi hostes essent. (5) His deinceps transversas trabes et tabulas applicarunt, in mediis autem fecerunt ostiola, ejus magnitudinis, ut virum usque ad pectus excipere possent. Hoc igitur modo altius quam hostes positis e sublimi propugnare licebat. (6) Præterea ex alto demisere et circumcirca alligarunt cilicia atque vellera, quippe

12. σανίδας] Minas. σανίδα codex. — ἤγειρον] ἔγειρον codex. — 13. ἐπὶ τῷδε] Minas ἐπεὶ τόδε codex. — 15. μεῖον] σημεῖον codex. — κτείνειν] καὶ codex. Sin retines καὶ, neque ab ipso Epitomatore oratio turbata est, pro ἐνέβαλλον et ἐπεφόρουν infinitivus modus reponendus. Post κτείναντες addidi particulam δέ.

VI. De Sides Pamphyliæ urbis obsidione aliunde non constat; res in idem tempus cadit, quo Anchialus capta est. Jornandes c. 20 Gothos refert regnante *Gallieno* in Asiam involantes devastasse Ephesum, Trojam, Anchialum. Aliter Trebellius c. 12 : *Sub hoc* (sc. Claudio II) *barbari Anchialo vastata conati sunt Nicopolim etiam obtinere*. Quibuscum confer laudata ad fr. V. init. — 1. εἴσω τείχους] Dübner. εἴσω ψύχους codex. — 2. καὶ ἐκίνουν] Minas. κλείνουν ὑπὸ τροχοὺς cod. — 3 ἐπίπλεπτον codex. — δέρριν] δέρρεις? —

μετεώρου καθίεσαν ἀρτῶντες κύκλῳ ἐφεστρίδας τε καὶ νάκη, ὡς ἂν τὰ τοιαῦτα προβλήματα μήτε εὔφλεκτα εἴη καὶ τῇ ἁπαλότητι αὐτῶν κατέχοι τὰ προσπηγνύμενα, οὐκ ἀντικόπτοντα τῇ βίᾳ πληγῆς. (7) Γενομένης δὲ πείρας ἐπὶ τούτοις ἑκατέρωθεν καὶ μάχης κρατερᾶς, ὡς ἄπρακτος ἦν τοῖς Σκύθαις ἡ διατριβὴ, καὶ οὐδὲ ἓν προὐχώρει εἰς ἐλπίδας, ἀνεχώρουν.

cujusmodi munimenta et inflammatu difficilia essent et mollitie sua vim illisorum infringerent neque repercuterent ea. (7) Post hæc quum utrinque rei periculum facientes pugnassent strenue, Scythæ vero operam et tempus frustra impenderent nec quidquam ex voto iis procederet, soluta obsidione hostes abierunt.

VII.

ΕΚ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΒΙΒΛ. ΚΑ΄.

ΑΜΒΡΑΚΙΑΣ ΠΟΛΙΟΡΚΙΑ.

Ὁ δὲ Μάρκος ἀσφαλισάμενος τὰ κατὰ τὰς στρατοπεδείας, συνίστατο μεγαλομερῶς τὴν πολιορκίαν, και τρία μὲν ἔργα κατὰ τὸ Πύρρειον προσεποίει διὰ τῶν ἐπιπέδων τόπων, διεστῶτα μὲν ἀπ' ἀλλήλων, παράλληλα δέ· τέταρτον δὲ κατὰ τὸ Ἀσκληπιεῖον, πέμπτον δὲ κατὰ τὴν ἀκρόπολιν. (2) Γινομένης δὲ τῆς προσαγωγῆς ἐνεργοῦς κατὰ πάντας ἅμα τοὺς τόπους, ἐκπληκτικὴν συνέβαινε γίνεσθαι τοῖς ἔνδον τὴν τοῦ μέλλοντος προσδοκίαν. (3) Τῶν δὲ κριῶν τυπτόντων ἐνεργῶς τὰ τείχη, καὶ τῶν δορυδρεπάνων ἀποσυρόντων τὰς ἐπάλξεις, ἐπειρῶντο μὲν οἱ κατὰ τὴν πόλιν ἀντιμηχανᾶσθαι πρὸς ταῦτα, τοῖς μὲν κριοῖς διὰ κεραιῶν ἐνιέντες σηκώματα μολύβδινα καὶ λίθους καὶ στύπη δρύινα· (4) τοῖς δὲ δρεπάνοις σιδηρᾶς περιτιθέντες ἀγκύρας, καὶ κατασπῶντες ταῦτα ἔσω τοῦ τείχους, ὥστε, ἐπὶ τὴν ἔπαλξιν συντριβέντος τοῦ δόρατος, ἐγκρατεῖς γίνεσθαι τῶν δρεπάνων. (5) Τὸ δὲ πλεῖον ἐπεξιόντες ἐμάχοντο γενναίως, ποτὲ μὲν ἐπιτιθέμενοι νύκτωρ τοῖς ἐπι-

VII.

E POLYBII LIBRO XXI.

AMBRACIÆ OBSIDIO.

Marcus (*Fulvius*) postquam castra munimentis firmavit, magnifice instruxit obsidionem, et tria opera adversus Pyrrheum in plano loco admovit, intervallis quidem distantia, sed secundum eandem lineam juxta se invicem directa; quartum e regione Æsculapiei, quintum adversus arcem. (2) Quæ quum magna vi omnibus locis simul admoverentur, trepidantes qui intus erant, dirissima quæque sibi imminentia animis præcipiebant. (3) Jam vero arietibus muros valide quatientibus, et contis falcatis detergentibus pinnas, oppidani, quidquid moliri contra hæc possent tentantes, in arietes tollenonibus libramenta plumbi et saxa stipitesque quernos incutiebant: (4) falces, ancoris ferreis injectis, in interiorem partem muri detrahebant, ita ut contus super pinna præfringeretur, falce ipsi potirentur. (5) Adhæc crebris eruptionibus fortiter pugnabant, et modo noctu in cu-

6. Verba ἀρτῶντες... εὔφλεκτα εἴη, non nominato auctore exhibet Suidas v. Ἐφεστρίδες. Pro μήτε Suidas præbet μή.

VII. Locum Polybii de Ambraciæ obsidione præter Excerpta nostra præbet Hero *De repellenda obsidione* in *Veterum mathematicorum operibus*, 1694 ed. Paris., p. 324 (§ 1—5 nostri fragmenti) et pag. 325 (§ 6 sqq. nostri fragm.): unde in fragmenta Polybii primus intulit Casaubonus, deinde reliqui Polybiani operis editores. Ceterum fefellit eos conjectura tribuentes locum libro vicesimo secundo (XXII, 10, p. 6,7 ed. Didot.), quum ex diserto codicis nostri testimonio vindicandus sit libro vicesimo primo. Sequentem librum XXII Polybius exorsus esse videtur ab iis quæ de causis belli contra Perseum gesti leguntur in Excerpt. Vatican. (lib. XXII, 22 *a.*, p. 666 ed. Didot). — Ex Polybio totus pendet Livius lib. XXXVIII, 5. — 1. Ὁ δὲ Μάρκος ἀσφαλισάμενος] Hero l. l. Polybiana nostra suis verbis introducit hunc in modum: Αἰτωλοὶ ὑπὸ τοῦ τῶν Ῥωμαίων ὑπάτου Μάρκου πολιορκούμενοι, τῇ προσβολῇ τῶν μηχανημάτων καὶ τῶν κριῶν γενναίως ἀντιπαρετάξαντο. Οὗτος γὰρ ἀσφαλισάμενος κτλ. Idem omittit verba συνίστ. μεγ. τ. πολ. κ., et προσῆγεν habet pro προσεποίει. Quæ apud Polybium præcesserint, dabit Livius, qui nostrum locum expressit ita: *Consul, jam munimentis, quibus sæpienda urbs erat, jam operibus, quæ admovere muris parabat, perfectis, quinque simul locis mœnia est aggressus. Tria paribus intervallis faciliore aditu a campo adversus Pyrrheum, quod vocant, admovit; unum e regione Æsculapiei; unum adversus arcem. Arietibus muros quatiebat, asseribus falcatis detergebat pinnas. Oppidanos primo et ad speciem et ad ictus mœnium cum terribili sonitu editos, pavor ac trepidatio cepit. Deinde, ubi præter spem stare muros viderunt, collectis rursus animis, in arietes tollenonibus libramenta plumbi aut saxorum stipitesve robustos incutiebant; falces, ancoris ferreis injectis in interiorem partem muri trahentes asserem, præfringebant: ad hoc eruptionibus et nocturnis in custodias operum, et diurnis in stationes, ultro terrorem inferebant.* — Πύρρειον] sic Schweigh.; Πύρραιον codex et Hero. — Ἀσκληπιεῖον] Ἀσκληπεῖον Hero. — 2. γινομένης] γενομένης codex, γιγνομένης Hero. — ἅμα om. codex; expressit etiam Livius. — γίνεσθαι] γίγνεσθαι Hero. — 3. ἐνεργῶς] ἐναργῶς Hero. — διὰ κεραιῶν κτλ.] διὰ κεραίων ἐνιέντες σηκωμάτων.. ολκαδα.. καὶ λίθους. Τοῖς δὲ δρεπάνοις cod. — 4. κατασπῶντες] *trahentes* Livius, κατασχῶντες codex, κατασχόντες Hero. — ἐγκρ. γίνεσθαι] ἐγκρ. γίγνεσθαι Hero — 5. ἐμάχοντο γενναίως] εὐψύχως ἐμάχοντο Hero. — ἐπὶ τῶν ἔργων] ἐ. τ. ἐρίων codex. — προφανῶς ἐγχειροῦντες] προφανῶς, καὶ τριβὴν ἐνεποίουν τῇ πολιορκίᾳ Hero; *terrorem inferebant* Livius, quasi legisset τρόμον vel ταραχὴν ἐνεποίουν τοῖς πολιορκοῦσι. — Usque ad finem segminis 5 primus Heronis locus pertinet. Quæ sequuntur in codice nostro inde a § 6, apud Heronem leguntur p. 325. Apud ipsum vero Polybium post § 5 procul dubio eadem legebantur, quæ Livius

κοιτοῦσιν ἐπὶ τῶν ἔργων, ποτὲ δὲ τοῖς ἐφημερεύουσι μεθ' ἡμέραν προφανῶς ἐγχειροῦντες.

II. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι συνεχῶς ἐνεργοῦντες τοῖς κριοῖς, ἀεί τι παρέλυον τῶν τειχῶν· οὐ μὴν ἔς γε τὴν πόλιν ἐδύναντο βιάσασθαι διὰ τῶν πτωμάτων, τῷ καὶ τὴν ἀντοικοδομίαν ὑπὸ τῶν ἔνδον ἐνεργὸν εἶναι καὶ μάχεσθαι γενναίως ἐπὶ τοῦ πίπτοντος μέρους τοὺς Αἰτωλούς. (2) Διόπερ ἀπορούμενοι κατήντησαν ἐπὶ τὸ μεταλλεύειν καὶ χρῆσθαι τοῖς ὀρύγμασιν ὑπὸ γῆς. (3) Ἀσφαλισάμενοι δὲ τὸ μέσον ἔργον τῶν τριῶν τῶν προϋπαρχόντων καὶ σκεπάσαντες ἐπιμελῶς τοῖς γέῤῥοις, προεβάλοντο στοὰν παράλληλον τῷ τείχει, σχεδὸν ἐπὶ δύο πλέθρα. (4) Καὶ λαβόντες ἀρχὴν ἐκ ταύτης, ὤρυττον ἀδιαπαύστως καὶ τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν ἐκ διαδοχῆς. (5) Ἐφ' ἱκανὰς μὲν οὖν ἡμέρας ἐλάνθανον τοὺς ἔνδον φέροντες ἔξω τὸν χοῦν διὰ τῆς σύριγγος. (6) Ὡς δὲ μέγας ὁ σωρὸς ἐγένετο τῆς ἐκφερομένης γῆς, καὶ σύνοπτος τοῖς ἐκ τῆς πόλεως, οἱ προεστῶτες τῶν πολιορκουμένων ὤρυττον τάφρον ἔσωθεν ἐνεργῶς, παράλληλον τῷ τείχει καὶ τῇ στοᾷ τῇ πρὸ τῶν πύργων. (7) Ἐπειδὴ δὲ βάθος ἔσχεν ἱκανὸν, ἑξῆς ἔθηκαν παρὰ τὸν ἕνα τοῖχον τῆς τάφρου τὸν ἐγγὺς τῷ τείχει χαλκώματα συνεχῆ, λεπτότατα ταῖς κατασκευαῖς, οἷον λεκάνας καὶ ἕτερα ὅμοια τούτοις· (8) καὶ παρὰ ταῦτα διὰ τῆς τάφρου παριόντες, ἠκροῶντο τοῦ ψόφου τῶν ὀρυττόντων ἔξωθεν. (9) Ἐπεὶ δὲ ἐσημειώσαντο τὸν τόπον, καθ' ὃν ἐδήλου τινὰ τῶν χαλκωμάτων διὰ τῆς συμπαθείας (ἀντήχουν γὰρ πρὸς τὸν ἐκτὸς ψόφον), ὤρυττον ἔσωθεν ἐπικαρσίαν πρὸς τῇ ὑπαρχούσῃ ἄλλην κατὰ γῆς τάφρον ὑπὸ τὸ τεῖχος, στοχαζόμενοι τοῦ συμπεσεῖν ἐναντίοι τοῖς πολεμίοις. (10) Ταχὺ δὲ τούτου γενομένου, διὰ τὸ τοὺς Ῥωμαίους μὴ μόνον ἀφῖχθαι πρὸς τὸ τεῖχος ὑπὸ γῆς, ἀλλὰ καὶ διεστυλωκέναι τόπον ἱκανὸν τοῦ τείχους ὑπὸ γῆς ἐφ' ἑκάτερον τὸ μέρος τοῦ μετάλλου συνέπεσον ἀλλήλοις. (11) Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐμάχοντο ταῖς σαρίσσαις ὑπὸ γῆν· ἐπεὶ δ' οὐδὲν ἠδύναντο μέγα ποιεῖν, διὰ τὸ προβάλλεσθαι θυρεοὺς καὶ γέῤῥα πρὸ αὐτῶν ἀμφοτέρους, (12) τὸ τηνικάδε ὑπέθετό τις τοῖς πολιορκουμένοις, πίθον προθεμένους ἁρμοστὸν κατὰ τὸ πλάτος τῷ μετάλλῳ, τρυπῆσαι τὸν πυθμένα, καὶ λειώσαντας αὐλίσκον σιδηροῦν ἴσον τῷ τεύχει, πλῆσαι τὸν πίθον τῷ πτίλῳ λεπτῷ, καὶ πυρὸς παντελῶς μικρὸν ἐμβαλεῖν ὑπ' αὐτὸ τὸ τοῦ πίθου περιστόμιον· (13)

stodias operum, modo interdiu propalam in stationes impressionem facientes.

II. Romani autem quum assidue arietibus murum quaterent, semper quidem aliquid dejiciebant: at in urbem tamen par ruinas penetrare non potuerunt, quia et oppidani intus novum murum objiciebant, et Ætoli ruinis superstantes egregie pugnabant. (2) Unde etiam aperta vi urbem capere desperantes, ad subfodiendos muros se contulerunt. (3) Igitur bene munito medio ex tribus, quæ jam ante erant, opere, et diligenter cratibus tuto, porticum objiciunt directione muro parallelam, ducentorum fere pedum longitudine. (4) Inde incipientes, per vices continuato labore, et nocte et interdiu fodiebant: (5) atque ita terram egerentes ex cuniculo per bene multos dies fefellerunt oppidanos. (6) Ut vero egestæ terræ tumulus increvit, et in conspectum oppidanis venit, præfecti eorum qui obsidebantur impigre fossam intus ducunt, parallelam muro et porticui quæ ante turres erat. (7) Quæ ubi ad justam profunditatem est perducta, ad alterum deinde fossæ latus prope murum apposuerunt vasa continua serie eaque tenuissimæ fabricæ, veluti pelves aliaque similia (8) et, dum præter has pelves per fossam prætereunt, auribus captabant strepitum fodientium. (9) Sic igitur loco illo bene notato, ubi quædam ex vasis per sympathiam quandam et naturæ concentum (resonabant enim illa ad exteriorem sonum) significationem faciebant, intus ex ea fossa, quam fecerant, ex transverso aliam sub terra fossam oderunt subtus murum, ea directione, qua ex adverso occursuros se hostibus conjectabant. (10) Qua fossa celeriter perfecta, quia Romani sub terra non modo ad murum pervenerant, sed jam quoque multam ejus partem sudibus suspenderant ab utraque fossæ parte, invicem congressi sunt. (11) Ac primo quidem sarissis sub terra pugnarunt. Quum vero sic nihil magni momenti efficerent, quoniam utrique clypeos et crates ante se projiciebant, (12) aliquis tandem suggessit obsessis, ut dolio ante se posito, quod amplitudini cuniculi responderet, fundum ejus perforarent, transmitterentque ferream fistulam pari cum dolio longitudine: dolium deinde tenui pluma implerent, et parum ignis sub ipsum dolii os subjicerent; (13) tum ferreo

---

I. 1 post verba modo adscripta narrat de Nicodami conatu infelici, quorumque partem Græcis Polybii verbis servavit Hero l. l. p. 321. Vide Schweighæuser. ad Polyb. tom. VII, p. 454.

II. Hero pag 325 ita: (Πολλαὶ γὰρ πόλεις καὶ μετὰ τὴν τῶν τειχῶν καταστροφὴν περιεγένοντο τῶν ἐναντίων, ὥσπερ καὶ Ἀμβρακία.) Τῶν γὰρ Ῥωμαίων συνεχῶς βιαζομένων τοῖς κριοῖς τὸ τεῖχος, ἀεί τι * · οὐ μὴν εἰς τὴν π. ἐ. παρελθεῖν διὰ τ. πτ., διὰ τὸ τοὺς ἔνδον ἀντοικοδομεῖν καὶ μάχεσθαι κτλ. — 2. Διόπερ κτλ.] Ὅθεν καὶ ἀπελπίσαντες τοῦ διὰ τῆς βίας ἑλεῖν τὴν πόλιν, πρὸς τὸ ὑπορύττειν ὥρμησαν. Ἀλλὰ καὶ ταύτης τῆς μηχανῆς ἀπεκρούσθησαν, στρατηγικώτερον τῶν ἔνδον ἀντιπαραταξαμένων, ὡς προϊὼν ὁ λόγος δηλώσει, καὶ αἰσθομένων τὸ τούτων εὕρημα. Ἀσφαλισάμενοι τὸ μέσον κτλ. Hero. *Itaque quum aperta vi parum procederet consuli res, cuniculum occultum, vineis ante contecto loco, agere instituit,* Livius XXXVIII, 7. — 3. προϋπαρχόντων] πρ. οἱ Ῥωμαῖοι Hero. — ἐπιμελῶς] ἐ. τὴν σύριγγα codex. — Mox προεβάλλοντο Hero. — 4. ἀδιαπαύστως] διὰ παντὸς codex. — 5. ἱκαν. μὲν οὖν] ἱκ. οὖν Hero. — 6. τῇ στοᾷ τῇ] τῇ στάσει codex. — 7. ἔσχεν] ἔχειν codex. — τὸν ἐγγὺς] (τὸ cod.) τὸν om. Hero. — οἷον... τούτοις] desunt in cod. — 8. ἔξωθεν] ἔσωθεν Hero. — 9. ἀντήχουν... ψόφον] omittit codex. — 10. τοῦ τείχους ὑπὸ γῆς] ὑπὸ γῆς om. Hero. — μετάλλου] ὀρύγματος Hero. — 11. σαρίσαις codex. — δ' οὐδὲν] δὲ οὐδ. codex. — ἀμφοτέρους] ἀμφότεροι codex et Hero. — 12. λειώσαντας] λειώσαντες codex. πλειώσαντας, Hero περαιώσαντας emend. Schweighæuser. — πτίλῳ] πήλῳ codex. — παντελῶς om. Hero. — αὐτὸ τοῦ πίθου τὸ Hero. — 13. σιδηροῦν πῶμα τρημάτων] σιδηρῶν τῶν τρ. cod. — περιθέντας] περιτιθέντας Hero. — μετάλλου, νεῦον] codex; ὀρύγματος νεύοντι Hero

κἄπειτα σιδηροῦν πῶμα τρημάτων πλῆρες τῷ στόματι περιθέντας, ἀσφαλῶς εἰσάγειν διὰ τοῦ μετάλλου νεύοντα τῷ στόματι πρὸς τοὺς ὑπεναντίους· (14) ὁπότε δὲ ἐγγίσαιεν τοῖς πολεμίοις, περιφράξαντας τὰ χείλη τοῦ πίθου πανταχόθεν, τρήματα δύο καταλιπεῖν ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους, δι' ὧν διωθοῦντες τὰς σαρίσσας, οὐκ ἐάσουσι προσιέναι τῷ πίθῳ τοὺς ὑπεναντίους· (15) μετὰ δὲ ταῦτα λαβόντας ἀσκὸν, οἵῳ οἱ χαλκεῖς χρῶνται, καὶ προσαρμόσαντας πρὸς τὸν αὐλὸν τὸν σιδηροῦν, φυσᾶν ἐνεργῶς τὸ πρὸς τῷ στόματι πῦρ ἐν τοῖς πτίλοις ἐγκείμενον, (16) κατὰ τοσοῦτον ἐπαγομένους ἀεὶ τὸν αὐλὸν ἐκτὸς, καθόσον ἂν ἐκκάηται τὰ πτίλα. (17) Γενομένων δὲ πάντων καθάπερ προείρηται, τό τε πλῆθος τοῦ καπνοῦ συνέβαινε πολὺ γενέσθαι, καὶ τῇ δριμύτητι διαφέρον διὰ τὴν φύσιν τῶν πτίλων, φέρεσθαί τε πᾶν εἰς τὸ τῶν πολεμίων μέταλλον. (18) Ὥστε καὶ λίαν κακοπαθεῖν καὶ δυσχρηστεῖσθαι τοὺς Ῥωμαίους, οὔτε κωλύειν οὔτε ὑπομένειν δυναμένους ἐν τοῖς ὀρύγμασι τὸν καπνόν. (19) Τοιαύτην δὲ λαμβανούσης τριβὴν τῆς πολιορκίας ὁ στρατηγὸς τῶν Αἰτωλῶν πρεσβεύειν ἔγνω πρὸς τὸν στρατηγὸν τῶν Ῥωμαίων.

operculo, foraminibus pleno, ori imposito, secure per fossam ingererent dolium, ore in hostes obverso: (14) ubi vero hostibus appropinquarent, obturato undique omni spatio circa labia dolii, duo tantum ab utraque parte foramina relinquerent, per quæ porrectis sarissis hostes, ne ad dolium accedere possent, prohiberent: (15) post hæc folle, quali utuntur fabri, ad fistulam ferream adaptato, ignem, qui plumæ prope os dolii subjectus esset, valide sufflarent; (16) fistulam semper in tantum extrorsum retrahentes in quantum pluma exarsisset. (17) Quibus omnibus ita, ut dictum est, compositis, immensus fumus est exortus, supra modum acer atque vehemens propter plumæ naturam; isque omnis in hostilem cuniculum ferebatur. (18) Quo factum ut valde laborarent Romani, quum nec prohibere nec tolerare fumum in cuniculo possent. (19) Sic quum traheretur obsidio Ætolorum, prætor legatos mittere decrevit ad consulem Romanorum.

VIII.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΒΙΒΛ. Θ.

ΠΟΛΙΟΡΚΙΑ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ ΥΠΟ ΣΚΥΘΩΝ.

Οἱ δὲ Θεσσαλονικέες οὔτε ἐν τῷ τοιούτῳ ἀνδρανέες τινὲς εὑρέθησαν· ἀλλὰ τοῖσι ἑτοίμοισι εὑρισκομένοισι ὁπλισάμενοι συστάντες, τούς τε βιωμένους ἐς στεῖνα ἀπῆρξαν καὶ ἐν τῇ ταραχῇ αὐτῇ τῶν βαρβάρων τινὰς συναρπάζουσι, τὸ δὴ πολλοῖσι τῶν ἀπὸ τῆς πόλεως ἔξω κειμένοισι πρόφασις τῆς ἀνακομιδῆς· παρεχόμενοι γὰρ οἱ βάρβαροι ὑπὲρ τοῦ κομίσασθαι τοὺς σφετέρους πολλοὺς τῶν εἷλον λαβόντες ἀπέδοσαν. Οὐχ ὅτε ἦσαν φθάντες οἱ βάρβαροι ὥστε τῇ σφετέρῃ στρατιῇ πᾶσαν τὴν πόλιν περιστοιχήσασθαι, [καὶ] οἱ ἀνὰ τὴν πόλιν οὐδὲν ὑπὸ τοῦ ἀπροσδοκήτου ἀμβλυνθέντες, οὐδὲ...

[Λείπει τὰ ἄλλα.]

VIII.

EX EUSEBII HISTORIARUM LIBRO NONO.

THESSALONICE A SCYTHIS OBSESSA.

Neque in hoc ignavos se Thessalonicenses ostenderunt; sed iis qui parati inveniebantur se adjungentes armati pressum hostem in angustias compulerunt, in eoque tumultu barbaros nonnullos corripiunt. Qua quidem re multis civibus, qui hostis in potestate erant, reditum in patriam paraverunt. Barbari enim, ut suos recuperarent, multos captivos reddiderunt. Neque quando barbari exercitu suo universam urbem subito cinxere, res improvisa animos civium fregit, neque * *

(*Desiderantur reliqua.*)

14. ὁπότε κτλ.] ποτὲ δὲ εἴ τις ἂν ἐν τοῖς πολ. codex. — σαρίσσας] σαρίσας, οὐκ ἐάσουσι, supra scripta lit. ω codex. — 15. λ. ἀσκὸν φ] λαβόντες χαλκὸν φ cod.; χ. οἷς Hero, correx. Gronov. — Pro φ et οἷς scripsi οἵῳ. προσαρμόσαντες codex. — φύσαν (sic) ἐν. τῷ πρ. τ. σ. πυρὶ ἐν τ. πτ. ἐγκειμένῳ codex; τῷ.. πυρὶ etiam Hero; mutavit Schweigh. — 16. ἂν om. Hero. Mox ἐκκαίηται τὰ πλάγια codex. — 17. προείρηται] προεῖπον Hero. — διαφέρειν codex. — μέταλλον] ὄρυγμα Hero. — 18. καὶ δυσχρηστεῖσθαι om. Hero. — 31. τοιαύτην... Ῥωμαίων] omisit hæc Hero. Cf. Livius, 38, 8 init.

VIII. Ἐς στεῖνα] ἔσθειν codex. — πρόφασις] πρόβασιν codex. Scribendum puto: τῷ δὴ.. πρόφασιν τῆς ἀν. παρεχόμενοι· οἱ γὰρ βάρβαροι κτλ. — οὐχ] fuerit οὐδὲ vel οὔτε. — καὶ οἱ ἀνὰ] dele καί. Eusebius, quem ionica dialecto scripsisse ex fragmento nostro discimus, historiam composuisse, in qua ab Octaviano exorsus narrationem usque ad mortem Cari (283 p C.) deduxerit, docet Euagrius Histor. Eccl. V extr. Ceterum hunc Eusebium eundem esse puto cum illo, quem Socrates Hist. Eccl. VI, 6 (et inde Nicephor. Hist. Eccl. XIII, 6) scholasticum, Troili sophistæ sectatorem, carminisque de bello contra Cainam Gothorum regem (sub Decio et sqq. tempp.) gesto auctorem esse dicit. Certe tempora non repugnant, modo statuas eum historias provectiore demum ætate scripsisse, regnante Diocletiano. Verba Socratis l. l. hæc sunt: Εἰ δέ τῳ φίλον ἀκριβῶς μαθεῖν τὰ ἐν ἐκείνῳ τῷ πολέμῳ γεγενημένα, ἐντυγχανέτω τῇ Γαϊνίᾳ τοῦ σχολαστικοῦ Εὐσεβίου, ὃς ἐφοίτα μὲν τηνικαῦτα παρὰ Τρωΐλῳ τῷ σοφιστῇ· αὐτόπτης δὲ τοῦ πολέμου γενόμενος ἐν τέτταρσι βιβλίοις ἡρωικῷ μέτρῳ τὰ γενόμενα διηγήσατο.